

Delo Regio de la Comp. de Jesus de granada. *Libreria*
R. 19955


R E R V M
HISPANICA-
R V M S C R I P T O R V M T O -
mus posterior:

EX BIBLIOTHECA CLARISSIMI VIRI
DOMINI ROBERTI BELI ANGLI.

*Autorum nomina sequens pagina indicabit: in fine vero
additus est rerum memorabilium, in utroque
tomo contentarum, INDEX
copiosissimus.*



FRANCOFVRTI AD MOENVM,
APVD AND. WEHELVM,
M D LXXIX.



Delo Regio de la Comp. de Jesus de granada. Libreria
A. 19955

R E R V M
H I S P A N I C A -
R V M S C R I P T O R V M T O -
m u s p o s t e r i o r :

EX BIBLIOTHECA CLARISSIMI VIRI
DOMINI ROBERTI BELI ANGLI.

*Autorum nomina sequens pagina indicabit: in fine vero
additus est rerum memorabilium, in utroque
tomo contentarum, INDEX
copiosissimus.*



FRANCOFVRTI AD MOENVM,
APVD AND. WECHELVM,
M D LXXIX.

Lectori S.

CONSILIUM nostrum erat, Hispanicas historias in vnum corpus redactas coniunctim edere: sed quia in progressu iusti voluminis magnitudinem excessurę videbantur, eas separauimus, inque duos tomos digessimus. Hinc ergo posteriorem inchoamus, cum id nullo alio in loco commodius fieri potuerit, nisi plura immutare & recudere voluissimus. Damus autem in hac parte secunda,

Alfonsi a Carthagera, episcopi Burgenfis, regum Hispanorum anacephalaosin pag. 611.

Michaelis Ritij Neapolitani de regibus Hispania lib. III. pag. 664.

Francisci Taraphę Canonici Barcinonensis de regibus Hispania lib. I. pag. 676.

Breuiem rerum a Philippo II. Catholico rege gestarum descriptionem pag. 735.

Lucij Marinei Siculi de rebus Hispania memorabilibus lib. XII. pag. 738.

Laurentij Vallę, patritij Romani, de rebus a Ferdinando Aragonie rege gestis lib. III. 1005.


Elij Antonij Nebrissensis rerum a Ferdinando V. & Elisabe Hispaniarum regibus gestarum Decadas II. pag. 1073.

Eiusdem de bello Nauariensi libros II. 1211.

Damiani a Goes Equitis Lusitani Hispaniam 1235

Genealogiam regum Hispania recens ex Italico translata: & diuersorum principum ac ducum catalogos 1251.

DN.



DN. ALFONSI A
CARTHAGENA EPISCO-

PI BVRGENSIS REGVM HISPANO-

RVM, ROMANORVM IMPERATO-

rum, summorum Pontificum, necnon

Regum Francorum anacephalaosis.

P R A E F A T I O.



COGITANTI mihi fratres dilectissimi, & frequenter in animo reuoluenti, quantum sit humanis animis sciendi infixa cupiditas, ut nullo precipiente, nemine suadente, omnis homo a natura scire desideret, quatenus hominem exuere videatur, cuius animus ad sciendum nullo desiderio teneatur, & illius repulsionis dignus haberi merito debeat: Tu scientiam repulisti, & ego te repellam: dulcedo quadam metis aduenit. Considero enim prompto humano animo iucunditatem adesse, sciendi desiderium operi applicare aequaliter voluerit. Sed cum infinita pene scientiarum & artium sit multitudo, quarum aliqua de necessariis natura, quorum directio humano iudicio non subest, alia vero in contingentibus occupantur, quae aliter & aliter interdum eueniunt, & ad quae dirigenda cogitationes humana accurate declinant: multorum animos ad diuersas sciendi species inclinari videmus. Alii enim ad scientifica, & naturalia, & supra naturam: alii vero ad aliquas alias disciplinas vehementius inclinantur, prout ingeniorum suorum acumen vel hebetudo videtur exposcere. Sed hoc vni inter cetera, quod nec ingenii altitudinem poscit, nec etiam capacitatem, licet mediocrem aut paruum transcendit, contemnendum non est. Historiarum quippe notitia, audiendi quid in sua, quid ve in alia regione antiquis in seculis & prope nostrae aera actum sit, & qui principes has terras quas incolimus, per diuersa saecula gubernarunt, rationi congruum desiderium est. Nec enim, cum homines simus, aliena prorsus putare debemus, quae inter homines transferunt, illi vulgato etiam trito Terentiano verbo adherentes: Homo sum, nihil humanum alienum puto. At licet hoc continue in memoria habere necessarium non erat, vile tamen pariter ac delectabile censeo, libellum aliquem tenere qui haec sub breui compendio contineat, ut cum sermo de huiusmodi rebus occurreret, aliquam cognitionem apprehendere valeamus. Hac itaque intentione motus conscribere feceram arborem quandam genealogiae Regum Hispaniae, eorum gesta aliquantulum miscens, ut nec historiae prolixitatem, nec arboris breuitatem haberet, sed quodam mediocri modo historiali latitudini & arborea breuitati responderet: illique excellentissimo ac in delebilis memoria Regi, honestorum studiorum avidissimo, qui nuper ab humanis oculis ad superos euocatus est, dedicaueram. At cum particula prima sua Regiae maiestati tradita, transitus eius interuenisset, quicquid opusculum illud, aliis temporibus per me, vel alium altioris & abundantioris ingenii, forte, si placuerit diuina mansuetudini, prosequendum. Interim autem ascendit in mentem,

ne ex toto calamus refrigeret, ex illis quæ tunc scripseram, quantum ad tempora quæ attingerunt, & aliis scriptis quæ sequentium temporum actiones enarrant, breuiorem arborem transplantare, quæ nec historiam lato sermone contineat, nec ex toto illam sub silentio dimittat, sed Reges omnes qui in Hispania regnarunt, ab illo tempore quo hæc politia in Regum nostrorum genealogia ac eorum regia familia continuata est, seriose describat. Aliorum enim seculorum quæ ante præcesserant, profundissima abyssus inuestigabilis facta, nobiscum nullam iam proportionem habere videtur. Reduxi ergo ad modum arboris omnes qui in hac Hispania nostra Regis diademate sunt potiti, ab Athanarico incipiens, in quo stipitæ genealogiæ huius rationabiliter, ut puto, construxi, usque ad insignem ac potentissimū Enriquum quartum hodie regnantem, cuius regnum Regum Rex feliciter dirigit & exaltet. At quia imaginæ rerum fortius memoriam coadiuant, quam nuda scriptura, Reges ipsos congruo arboris loco depingi feci in recta linea Regibus solis depictis: in marginibus vero aliquibus aliis quorum strenuitas non ab re iuxta Reges collocari petebat, per sola capita figuratis. Et quia aliorum insignium etiam extraneorum Principum nosse tempora, concurrentiamque quam cum nostris principibus habuerunt, nedum delectat, quinimo etiam ad cognoscendum aliqua que interdum inuestigamus, non modicum confert, congruere mihi visum est, illorum adicere tempora quorum celsitudo imperiique magnitudo abscondende non sunt, sed perpetuis temporibus propalanda. Posui itaque summos Pontifices, qui non alieni Principes iudicandi sunt, quia tam nostri, quam aliorum hominum omnium superiores existunt, & in vniuerso orbe plenissimam habent potestatem. Denique Romanorum Imperatores, quibus licet non subimus, cum Hispani Romanum Imperium supra se non recognoscant (eruerunt enim Deo adiuuante de faucibus infidelium regnum. solum enim Reges suos, ut supremos principes in temporalibus habent) sunt tamen merito memorandi Imperatores Romani, qui inter omnes Reges primam sedem, & quasi quandam primogenituram non incongrue habent. Ideo in illis concurrentiis adiuuasse, & Reges Francorum qui in altitudine solis magno splendore clarescunt, amicitiaq; & sanguinis necessitudine ab antiquis temporibus nostris exiterunt Principibus sociati, indignum fuisse a concurrentia hac segregare. Ideo hac concurrentia his tribus principatibus, supremo siquidem pontificatu qui omnes principatus excedit, Romanoque, & Gallicano temporalibus, regū quæ insignissima sunt inuenire decreui. Sed & illud non equalitate præsentia motus, cum non æquari, sed pontificatui Romano subiecti, & regna temporalia cum debita humilitate reuereri dignissimum est, qualitate tamen personarum tam scribentis, quam quibus scribitur, attente pensata, non indignum arbitratus sum, ut in calce concurrentiæ adicere Pontifices qui in ecclesia Burgensi sederunt, ab illo incipiens tempore, quo sedes ipsa cathedralis effecta est, & usque ad tempora nostra producat. Nam etsi principatus alij supremi tam eminentia, quam magnitudine, & aliis numerosis dotibus longe altius præsent, quo ad nos tamen, nosse præfules qui & quo tempore in hac insigni ecclesia præfuerunt, delectabile pariter ac utile est. Consonumque rationi putavi hanc arborem charitati ac fraternitati vestra dirigere, cum ecclesia hac caput diocesum Castellæ capitis nomine tam a nobis, quam ab omnibus populis vulgariter insignitur. Cum ergo capita sint ecclesia ecclesiarum, & ciuitas ciuitatum Castellæ, nescio cui congruentius adaptari queat, memoriam omnium regum tenere, quam illis qui capita dicuntur, & sunt illarum terrarum quarum Monarchia describi, & in perpetuam recordationem redigi breui stylo tentatur. caput enim principalis pars corporis est, quinimo & totum corpus representare videtur, eiusque mausoleum locum religiosum facere solet, ac si totum corpus cum capite ibi esset. Sit ergo Principum ibi seriosa memoria, ubi principalis pars regnorum in quibus principatū gesserunt, consistit. Accipiat ergo frater meo corde fraternitas vestra munusculum hoc, quod fraterna manu donatur, illudq; multitudi libri quibus insignis bibliotheca vestra abundanter munita est, adicere curet, ut qui annalia antiqua hac ex parte sciendi cupidus fuerit, illud legendi aliquis notitiæ adeptione congaudeat. Sed iam his prælaudis finem imponens, quod dicere gestio, diuino auxilio humilissimis precibus innocato, ut sequitur, prosequar.

ALFONSI

ALFONSI A CARTHAGENA EPISCOPI BVRGENSIS REGVM HISPANIÆ ANACEPHALÆOSIS.

Caput I.

- 10 **L**IVD autem præmittendū est, Hispaniam de cuius Regibus loqui intendimus, partem quandam honorabilem orbis esse. De qua ut sciamus, quanta sit, & in quot prouincias diuidatur, menti adducendum est, orbem a rotunditate circuli dictum, quia rota quædam est, cum Oceanus vndiq; circumfluens fines eius circulo ambiat. Hunc in tres partes antiqui diuidendum dixerunt, quarum vna Asia vocatur, altera Europa, tertia Africa, quæ etiam Libya aliquibus in libris nuncupari solet. Hæc autem partes æquales non sunt. Nam Asia a Meridie per Orientem vsq; ad Septentrionem peruenit, Europa vero a Septentrione vsq; ad Occidentem, & inde Africa vsq; ad Meridie: & sic dimidium orbis tenent Europa & Africa, aliud vero dimidium sola Asia occupat. Quod ideo sic a sapientibus descriptum esse putandum est, quia mare Tyrrenum quod Mediterraneum vocatur, ab Occidenti inter Septem & Gibeletariū seu Tarisam ingrediens, & versus Orientem fluens, has duas partes Meridianam & Aquilonem intersecat, & cum vna esse deberent, aquarum inundatione diuidit. Sic ergo si in duas partes Orientis & Occidentis diuidatur orbis, Asia Orientalem, Europa vero & Africa Occidentalem partem tenebunt. At cum Hispania in Europa sit, congruens est, ut Asiam & Africam dimittentes de Europa modicum quid dicamus. Europa siquidem a flumine Tanai descendens ad Occasum per Septentrionalem Oceanum vsq; ad fines Hispaniæ venit. Cuius pars Orientalis & Meridiana a Ponto confugiens tota mari magno cōiungitur, & in insula Gadibus finitur. Prima Europæ regio Scythia inferior est, quæ a Mæotidis paludibus incipiens inter Danubium & Oceanū, vsq; ad Septentrionalem Germaniam porrigitur. Quæ terra generaliter propter Barbaras gentes quibus inhabitatur, Barbarica dicitur. Huius pars prima Alemania est, quæ ad Mæotidas paludes pertingit. Post hanc Dacia, vbi & Gothia, & post illas multæ aliæ prouinciæ sequuntur, donec ad Hispaniā perueniatur, quas describere operosius esset intentu, quia non descriptionem orbis seu mappam muti conficere propositum est: sed Hispaniæ de cuius Regibus dicturus sum, sitū ad mentem adducere. Qui autem de aliis Europæ prouinciis informari desiderat, Isidorū, & alios qui orbis partes sermone lato curauerunt distinguere, diligenter inquirat. Ego enim hanc solam primam Europæ partem breuiter in memoriā adduxi, quia intra eam Dacia continetur & Gothia, vnde & Gothi exisse feruntur, qui in Hispania, ut infra dicetur, regnarunt. Aliis ergo Europæ prouinciis omissis Hispaniam calamo nostro Daciæ & Gothiæ, a quibus primi Reges nostri ortum habuerunt, coniungamus.

Caput II.

- 50 **F**VR autem Hispania prius ab Ibero amne, seu flumine, Iberia nuncupata, postea ab Hispano Hispania cognominata est. Ipsa est enim vera Hesperia ab Hespero stella Occidentali dicta. Sita autem est inter Africam & Galliam, a Septentrione Pyrenæis montibus clausa, a reliquis partibus vndiq; mari conclusa, salubritate cæli æqualis, omnium frugum generibus fecunda, gemmarum metallorumq; copiis ditissima: interfluunt eam flumina magna, Bætis (quod modo Guadalquiritum vocatur) Minius, Iberus, Tagus, in aliquibus aluci sui partibus aurum trahens. Habet prouincias sex, Tarracoensem, Cathaginensem, Lusitaniam,

Ff

An.dom. Galleciam, Bæticam, & transfretum in regione Aphricæ Tingitaniam. Dux sunt autem Hispaniæ, citerior, quæ in Septentrionali plaga a Pyrenæo vsque ad Carthaginem porrigitur: vltior, quæ in Meridiem a Celtiberis vsque ad Gaditanum fretum extenditur: citerior & vltior dicta, quasi citra terras, & vltra, quod vltima, vel quod non sit post hanc vlla. Est autem Hispania de latioribus prouinciis quæ sub Europa includuntur, habens in se sex prouincias, vt prædixi, quæ iam aliis nominibus nominantur. Neq; enim dicimus Tarraconensem, quia hic loquimur de prouincia ecclesiastice sumpto vocabulo, pro vt metropolim & ecclesias suffraganeas designat: sed quandam particulam seu contractum terrarum. Illam igitur quæ Tarraconensis dicebatur, Cataloniam vocamus. Carthaginensis vero est illa particula terræ in qua regna Valentis & Murcia consistunt. Lusitania continet partem Portugalliæ quæ intra Tagum & Guadianam, necnon etiam particulam illam quæ citra Tagum & vltra Dorium est, aliaque huius regni terras quas Extrematuram dicimus. Gallecia vero in suo nomine durat. Sed sub Galleciæ nomine etiam pars Portugalliæ intelligenda est, quæ intra Dorium & Minium consistit. Bætica vero Vandalia est, quam Andaluziam dicimus, dicta a Bæti flumine, quod Guadalquivirum vocatur, ab Arabibus sumpto vocabulo. Etenim apud Arabes Guadalquivir flumen magnum significat. Hæc intra se Granatæ partem continet. Tingitania autem est in Aphricæ parte, quam dicimus Benamarim, a Tingi civitate quam Taniar vocamus, nomen assumens. Alias vero terras quas in Hispania hodie diuersis nominibus nominamus, sub illis quas diximus, tunc contineri putarem, vt Castella & Nauarra cum Carthaginensi, Legionensis pars cum Gallecia, Toletana & Conchensis cum Lusitania, quæ simul cum Bætica quam Andaluziam & Granatam dicimus, Hispaniam vltiorem faciebant, quam citeriorem post respectum ad nos possumus appellare, cum vltra & citra respectiue ad locum in quo loquentes existunt, dicitur. Nos igitur cum citra Iberum sumus, has partes Hispaniæ citeriorem Hispaniam vocamus, Italici & alii Orientales vltiorem vocant, cum per respectum ad eos vltra Iberum commoremur. Quæ sic grosse tetigi, vt aliquam cognitionem horum nominum habeamus, & aliquantulum correspondere denominationibus quas hodie partes Hispaniæ habent ex ipsa propinquitate vocabulorum, sentiamus, non quod sigillatim his finibus distinguantur. Difficillimum enim esset nunc limites illarum diuisionum certitudine plena tenere. Hoc tamen ex his diuisionibus constat, Tingitaniam quæ vltra mare Mediterraneum est, licet in Asia sita sit, intra Hispaniæ partes contineri, quod licet peregrinum ab aliquo importuno videatur, intentius tamen intuentibus aliquid forte non parum importare valeret, vt memor sum alibi ad propositum aliud dixisse.

Caput III.

Nunc vero intentum nostrum prosequens, hoc de regno Hispaniæ, prout terram in qua regnatur, designat, sufficiat dixisse, tamen pro vt Reges & potentiam demonstrat, aliqua dicamus. Nescio enim quare apud nos vnico verbo hæc duo diuersa coniungimus, vt regnum ipsam terram vocemus, & hoc eodem verbo regnandi vim & potentiam exprimamus. Dicimus namque regnum Hispaniæ vel Franciæ, cum de terris illis loquimur, similiter quoque cum de aliquibus Regibus earum fermo fit, regnum eorum tot annis durasse scribimus, vel dictamus exercitium ac potestatem regnandi, quæ temporalia sunt, & regnum vocantes, vt Salomon edixit: nam terra in æternum stat: non sicut apud Italicos qui terram in qua regnant, non regnum, sed reamum vocant. Cum ergo de Hispania, pro vt reamum est, modicum diximus, de regno eius, pro vt regnantium tempora significat, paulum quoque dicamus. Nemo autem dicere posset, qui fuerunt hi qui ab initio sæculi ante diluuium in Hispania regnarunt, quia impossibile esset hoc scire, cum omnes Chronicæ post diluuium principium narrationis

narrationis assumant, nec aliqua authentica historia reperiri potest, quæ ante aquas diluuii gesta hominum narret, excepto canone sacro, qui ab initio creationis mundi sermonem assumens, tam ante Noæ, quam etiam postea, multa historice prophetica reuelatione descripsit. Quicumq; tamen illi fuissent, si aliqui fuerunt qui Hispaniam gubernassent, sub inundatione aquarum constat perisse. Sed & post ipsum diluuium expleta infantia sæculi, & in quandam adolescentiam mundo quodam modo ascendente, hoc distinctum sciri non posset: licet aliqui sub globo diuisionem gentium post discessum a Babel descripserunt. Sed nos illud non querimus specificè & particulariter scire, grosse tamen, pro vt attentè antiquitatis abyssus inuestigari aliquantulum potest, conicere conuiuentibus oculis vtrinq; vellemus, qui fuerunt illi qui Hispaniam antiquis in sæculis inuaserunt. Ferunt autem, quod Europa recepit populos a generatione Iaphet, qui septem filios dicitur habuisse. Quorum primus fuit vocatus Gomer, secundus Magoth, tertius Madans, quartus Inanus, quintus Tubal, sextus Moretus, septimus Tiras. A Gomero primo filio dicunt populatam Galleciam. A Tubalo quinto filio alii descendunt Hispani. A Magotho secundo filio Scythæ, Gothi, Vandal, Sicuti, & Alani, & ab aliis vero filiis alii profluxere nationes. Inter istos deniq; adituicem magna bella & grandes diffensiones processerunt. Alii enim alios e terris expellentibus, & aliis resistentibus, oportebat vt bellici labores insurgerent. Nam inter offentes & defendentes tunc & nunc consequens est, vt gladius hostilis insurgat. Nam alii inuasionem potentia incitante desiderant, alii defensionem necessitate cogente procurant. Et nec hoc, nec illud ad rationis persuasionem quiete confici potest, ad arma oportet recurrere. Transierunt ergo multa tunc tempora, & in eis armorum plurimi actus, quos referre calamus non valetet. Sed hoc vnum dicitur, quia a confusione linguarum in Babel, vsq; ad tempora Gedeonis iudicis Israel, fluxerunt anni mille, & ducenti, & triginta, & tres. Et huius Gedeonis tempore natus est Hercules magnus, qui ingentia facinora & armorum miranda exercitia per diuersas orbis partes, præsertim in Hispania egit. Hic enim (vt ferunt) vna cum Iasone obtinuit vellus aureum insulæ Colchos, & destruxit Troiam prima irruptione occidens Laomedontem Troiæ Regem, necnon vicit Diomedem Thraciæ, ac Centauros, & Lacedæmonios. Superavit quoq; filios Leui, qui erant nepotes Regis Saturni, necnon Busirim Ægypti, & Antæum Aphricæ Reges, fœminas quoq; Amazonas, quæ tunc erant multarum gentium victrices, pro vt hæc omnia aliqua historiæ ferunt & fabulæ poetarum. Boëtius quoq; in metris suis horum aliqua narrat, dicens,

*Herculem duris celebrant labores,
Ille Centauros domuit superbos,
Abstulit seno spolia leoni.*

Reliqua quæ illic in metro sequuntur, quæ hic succincte tetigi, veritatem eorum Deo qui omnia cognoscit, relinquens, vt scripta reperi, huic scripturæ inferere, non asserere curam cepi. Cum autem hæc omnia Hercules aliis in orbis partibus expleuisset, ab Aphrica in Hispanias transit. Audierat enim Geryonem Hispaniæ principem potentis suæ robori plus debito nitentem, erga Hispanos tyrannice se habere. Aduentum vero eius audientes Hispani nimium lætati sunt, sperantes manu Herculis a Geryonis tyrannide liberari, quod & factum est. Nam Hercules Geryonem desidans, duellum cum eo aggressus est, victumq; strangulauit, & super caput eius turrim dicitur fundasse prope Curuniatam, quod oppidum in Galleciæ finibus ipse fundauerat. Demum occidit Cacus illum ferum hominē, qui tanta feritate vigeat, vt potius fabulæ quam historiæ narratio feritatis eius ab aliquibus scribenda putetur. Ab hoc Caco montem Caci, quem vulgatiser Montecacio dicimus, prope Tirafonam & Agredam situatum, nomen assumpsisse ferunt. Hercules itaq; occisis Geryone & Caco, & multis magnificis operibus in Hispania factis, ad Græciam est reuersus, dimittensq; nepotem quendam suum qui Hispanus vocabatur, vt in Hispania regnaret, a cuius nomine Hispaniam vocatam putant. Nam primo Iberia ab Ibero flumine, seu Hesperia ab Hespero Planeta qui

An. dom. prope occidentem adueſperante die lucet, vocabatur. Hic Hispanus eſt primus quem in Hispania regum titulum aſſumpſiſſe hitoria narrant. Qui magno tempore in pace regnans, multa magna opera dicitur conſtruxiſſe. Inter quæ ille ſingularis aquæ ductus habetur qui apud Segouiam in ſua firmitate huc uſq; perdurans, ciuitati aquarum copiam miniſtrat, pulchritudinem nimiam in ipſa operis fortitudine oſtendens. Nam cum quædam particula ſupereminens per quam cloaca dirigitur, ſæpe reficiatur, & reſecta faciliter corruat, ipſe tamen pons & aquæ ductus tanta firmitate edificatus fuit, ut ab illo ſæculo uſq; in præſentem diem quaſi quadam incorruptione fulgens maneat. Tantaque differentia diuturnitatis inter moderna opera & vetuſtiſſima eſt, quod quidquid ibi noſtris diebus reficitur, raro per decennium durat, tanto ponte qui Hiſpani temporibus factus eſt, per tot ſæcula immutabiliter perdurante.

Caput IIII.

Hic Hiſpanus filiam ſuam nomine Liberiam in matrimonium tradidit in ſigni Principi Græciæ uocato Pyrrho, qui ex iure uxoris ſuæ poſt mortem Hiſpani foci ſui in Hiſpania regnauit. Hoc tempore dicunt tantam ariditatem per totam Hiſpaniam fuiſſe, quod viginti ſeptem annis pluuia uifa non eſt deſcendiſſe: quo factum eſt, ut omnia flumina prorsus areſcerent, præter modicum aquarum quæ in Guadalqueuiro & Ibero profluebant, & ut aliqui dicunt, in Guadiana. Cuius cauſa Hiſpani ad diuerſas terras vitam ſaluaturi abierunt, ariditate autem ceſſante habitatores ad Hiſpaniam reuerſi ſunt. Pyrrho denique deſuncto Græci poſteum aliquo tempore regnauerunt, quorum nomina expreſſe non legi. Poſt hæc gentes quædam extraneæ quæ Almonizi vocabantur, Hiſpaniam intrantes Græcos expulerunt, & regnarunt in ea quadraginta annis. Demum exercitus multi ab Alemania & inſulis adiacentibus Hiſpaniam inundantes, Almonizis expulſis apud Hiſpanos magnis temporibus regnauerunt, donec Pœni ab Aphrica tranſeuntes magnam partem Hiſpaniæ ſubiecerunt. Etenim Hamilcar primo Saguntum obſidens occiſus fuit. Deinde Hannibal immaniſſimus fortiſſimusque obſidionem repetens, Saguntum oppidum expugnauit. Quod utique non ciuitatem Saguntiam noſtram, ſed caſtrum illud iuxta Valentiam Monuiedrum uulgariter nuncupatum fuiſſe autumant. Sagunto autem occupato, & aliis multis partibus Hiſpaniæ ſuæ ditioni ſubiectis, Hannibal nomine & gloria excellere incipiebat, quod Romanus populus qui tunc quaſi adoleſcens erat, & aliis gentibus imperare non mediocriter præſumebat, moleſte tulit, maxime cum iam Saguntum Romani in amicitiam recepiſſent. Cuius occaſione bellum contra Hannibalem & Pœnos implacabile indixerunt. Quo factum eſt, ut Hannibal qui potentia magna & animo bellicoſo uigebat, in Italiam proficiſceretur, dimiſſis Haſdrubale & Magone fratribus eius, ut ea tuerentur quæ apud Hiſpanos acquiſerat. Romani uero miſerunt contra eos nobiles quosdam de familia Scipionum, qui pugnantes contra Haſdrubalem uicti & occiſi ſunt. Poſt quorum mortem alium de Scipionibus, qui P. Cornelius Scipio Minor dictus eſt, ad Hiſpanos miſerunt. multi nanque fuerunt Scipiones. Scipionis enim uerbum cognomentum familiae, non nomen particulare hominis eſt. Hic Scipio dimicauit contra Magonem acerrimo prælio, ut hinc inde occiſi plurimum caderent, & Magonem uictum & captum cum alijs captiuis miſit ad urbem. Magone uero ſic uicto Haſdrubal frater eius occurrit obuiam Scipioni, præliumque intrans uictus euasi, & profectus eſt in Italiam ad Hannibalem fratrem ſuum. Scipio uero uictor exiſtens, expugnatis Haſdrubale & Magone fratribus Hannibalis, rediit Romam, Hiſpania manente ſub regimine Romanorum. Aliquibus autem temporibus ſic elapſis, cum Romani gubernantes inſolenter, ceu fieri ſolet, haberent (raro enim euenit, ut peregrina potentia ſi diu continuatur, ad grauamina non proſiliat ſubditorum. unde & Bonifacius Papa dicebat, non modica diſpendia Romæ attuliſſe peregrina regimina.

An. dom. gimina. hinc eſt quod ſucceſſione principantium naturalitas acquiſita, Regum ad ſubditos, & ſubditorum ad Reges, nimium conciliat animos; & regnantis iugum benignum & tolerabile reddit) Hiſpani ergo proteruiam Romanorum non ferentes, rebellare cœperunt. Contra quos Romani miſerunt ducem nomine Tiberium Sempronium, qui uij armorum pluſquam centum & uiginti ciuitates, oppida, & caſtra occupans, Hiſpanos ſub ditione Romanorum reduxit. Demum exacto aliquo tempore, ſexcentefimo fere anno poſtquam Roma condita fuerat, iterum rebellauerunt Hiſpani, & taliter ſe inuenerunt contra Romanos, quod nullus ex ducibus Romanis reperiatur, qui acceptare auderet ſe mitti aduerſus eos. Et tunc miſerunt quendam nomine Sergium Galbam conſulem, qui multis præliis cum Hiſpanis conſectis, poſtremo ab eis fuit deuictus. Quo ſic deuicto miſerunt Romani alium ducem, qui obſedit Numantiam quæ nunc Zamora uocatur, in cuius obſidione magnam ſtragem, damna, & pericula Romani habuerunt, ciuitate in ſua rebellionem contra eos manente. Sed poſt iſtud miſſus eſt P. Scipio, qui poſt Aphricanus inferior uocatus eſt, nepos alterius Scipionis quem Aphricanum ſuperiorem appellant. Hic Numantiam tam ſtrictiſſima obſidione affixit, quod expugnatam ex toto deſtruxit. Et ſic manſit Hiſpania ſub ditione Romanorum aliquo tempore. Sed poſt conſueta animoſitate rebellantibus Hiſpanis uenit Pompeius, qui ſubiiciens eam dimiſit in illa filios ſuos ac duces Petreium & Afranium, & in Italiam rediit. At cum inter Romanos tunc illud inſtinum & famoſum bellum ſurrexiſſet, & Pompeio cum Iulio Cæſare genero ſuo implacabiliter deſidente, Iulius Cæſar in Hiſpaniam uenit, & contra Petreium & Afranium apud Ilerdam dimicauit, ubi exercitum Petreii & Afranii immanſa ſiti afflicto in deditiorem reduxit. Manſit itaque tunc, Cæſare ſubiiciente, ſub poteſtate Romanorum Hiſpania uſque ad tempora Honorii Imperatoris. Cuius tempore Vandali & Alani ad Hiſpaniam uenerunt, & eam magna ex parte occupauerunt, ac Sueui Galleciam. Sed paulo poſt Vandali in Aphricam tranſerunt, & quidam alii Barbari quorum nomina non habentur, Hiſpaniam intrarunt. Et ſic huiusmodi inundationibus diuerſarum gentium & rituum, magnis temporibus Hiſpania afflicta fuit, partim Romanis, partim Vandalis, Alanis, Hugnis, & Sueuis illam ſibi iuxta potentiam ſuam tyrannice occupantibus, donec exercitus nobilis militiæ Gothorum illis expulſis ad illam habiturus deuenit. Quorum Reges ex ipſa habitatione & incolatu Hiſpani effecti in ea regnarunt, & regnant, non iam Gothorum, ſed Hiſpanorum ſub diuerſis titulis Reges uocati.

Caput V.

ET quia de his ſub arboris figura particulariter dicendum aſſumpſimus, aliqua ex illis quæ intra Hiſpaniam geſſerunt, ſuis congruis locis dicturi, de origine eorum, & his quæ ante Hiſpaniæ ingreſſum aliis in locis per eos geſta ſunt, breuiſſime, ut aliena, non ut noſtra, ad clariorem intellectionem dicendorum breuiſſimo curſu tranſeamus. Origo autem Gothorum, ut ex aliquibus hitorijs colligitur, ex inſula Scanthia, ſeu Scythia fuit. Illam namque primo ſunt adepti, cuius poſſeſſione non contenti, inde exeuntes propinquas Scythiæ inſulas & terras peragran-tes, uicinas gentes bellis laceſcebant, quod antiquiſſimum eſt. Nam ante Herculem qui tempore Gedeonis iudicis Iſrael fuiſſe dicitur, Gothi Reges habuiſſe dicuntur, quos nominant Beric, & Gadaric, & Philimer, & Zamolxem, & Tanauſum, qui ſucceſſiue in eis regnauerunt. Et poſt tempora Herculis & Telephi filii eius multos Reges Gothi habuiſſe feruntur, ac plurima bella tam uerſus Aquilonem, quam etiam Orientalem mundi plagam geſſiſſe. Tamque in illis animoſitas bellandique deſiderium erat, quod etiam fortitudinem & militare exercitium ex eorum origine ad ſceminas dicitur pertranſiſſe. Nam illæ pugnatiffimæ ſceminæ quas Amazonas uocarunt, ex genere eorum profluxiſſe narrantur, ut in hominibus qui animalia rationabilia ſunt, illud quod in auibus rapacibus natura ope-

An. dom. rante fieri videmus, in illis sæculis factum audiamus. Et sicut inter aues rapaces, seu de rapina viuentes, fœmellæ soleant esse audaciores: sic apud illos qui aliena rapere, & populos ex suis sedibus expellere continue insisterant, Amazonæ fœmellæ imperum etiam audaciorem habeant, licet ipsi Gothi masculi audacissimi fuerunt. Etenim Tomyris Amazona Regina Getarum, immo Gotharum, Cyrum Regem Persarum & Medorum, qui tantæ potentæ fuit, vt regnum Chaldæorum Balthasare Rege occiso, & Babylone destructa extinxerit, & in regnum Persarum mutauerit, bellum gerens, illum deuicit, ac occisum capite mutilauit, quod in vtre pleno sanguine consanguineorum & nobilium de exercitu suo misit, dicens: Satia te sanguine quem sitisti: vt qui sanguinem aliorum crudeli cæde sepiissime fuderat, sanguine suo & suorum infelix operiretur, vt illud euangelicum verbum etiam illo tempore compleretur: Qui gladio occidit, gladio peribit. Sic & Samuel Propheta cum Galaath Regem gladio scinderet, dixit, Sicut fecit absq; liberis mulieris gladius tuus, sic etiam erit sine liberis inter mulieres mater tua. Sæpe enim impii & crudeles crudeliter opprimuntur, & potentes, vt Sapiens ait, potenter tormenta patiuntur. Nam iuxta prouerbum vulgare, canis lupos occidens, præterea a lupis occiditur. Tomyris vero adepta victoriam & maximam prædam, in partem Myfiæ quæ ab Amazonis Amazona dicitur, victrix abcessit, & mutato nomine maiorem Scythiam appellauit, & ciuitatem Tamera suo nomine ædificauit. Et adhuc hodie successores earum fœminæ agentes militiam, strenue habentur in opere militari, & terra earum (vt Roderici historia refert) vulgariter Fœminea vocatur. Ego tamen licet, vt legi, describo, non tamen memini me vidisse aliquem qui militarem exercitum fœminarum segregatum vidisset, licet vna, vel alia militari exercitio dedita aliquando videatur, sicuti apud Francos prædic Ponceilla militabat.

Capit VI.

SED exercitum fœminarum dimittentes, ad viriles Gothorum cuneos redeamus. Post mortem autem Beric qui primus inter Gothos Rex nominatur, successit Gadarius, qui fuit magnificus triumphator, & multos in Scythia quæ nunc Dacia dicitur, populos subiugauit. Post hunc filius eius Philimerus videns Philimerorum terram vbertatis penuria laborare, dedit consilium, vt ab illis sedibus transmigrarent, & cum diu altissimas sedes & congrua loca perquirent, ad vterius Scythiæ terras venit, vbi regionum vbertatem & viciua gaudia admiratus, decreuit ibi, vt in propriis residere. Et cum terram explorans deambulasset, & pontem in vasto flumine reperisset, regionemq; vltra flumen illud placidam prospexisset, voluit regionis vltima peragrarè, & parte exercitus iam transmissa, pontis structura corruit transeuntium pedibus conquassata: & sic nec transmissis licuit remeare, nec aliis transtulare. Is enim locus (vt fertur) paludibus tremulis concluditur, & ex vtraq; parte confusione imperuius inuenitur, & forsitan pons ille ligneus erat, & pondere multitudinis ruit, ac citra remanentibus quia difficilis reparatio videbatur, reparare noluerunt, vel forte cum nullam aliam causam itineris continuandi haberent, nisi quia terras ad inhabitandum quærebant, circa flumen remanentes confederunt, grandi parte exercitus sui vltra prodeunte, satis sibi habitationis videbatur in terris citra flumen situatis mansisse. Pars vero Gothorum quæ cum Philimero citra remanserat, optatum potita solum, ad gentem Spalorum aduenit, vbi conferto prælio victoriam sunt adepti. Exinde vt victores ad extremam partem Scythiæ quæ adiacet Ponto mari, cum triumpho venerunt, & Scythiam suis victoriis subiecerunt. Et quia ibi diutius resederunt, & regimen tenuerunt, Scythæ, vt indigenæ, sunt vocati. Et licet Gothi ad gentes alias sæpius se vertissent, rectores tamen suos in Scythia dimittebant, penes quos gentis regimen consistebat. Hinc euenit, quod Iosephus Scythas, Ifidorus Getas appellat. Vnde & illud in laudem eorum per quendam poetam dictum est:

Contemnunt mortem laudato vulnere Getæ.

Acſi

An. dom. Acſi diceret, tanta animositas Gothorum militiæ est, quod pro honore adipiscendo mortem contemptui habent, laudantes vulnera quæ pro Reipublicæ tuitione ac exaltatione in præliis viriliter recipiuntur. Nam mutata prima litera e in o, & vltima e in i, qui Getæ appellabantur, Gothi dicuntur. Hi septemtrionalia iuga tentantes, Scythica regna montibus ardua possederunt, & pars illa adhuc Gothia appellatur. interpretatio autem nominis eorum in lingua nostra est fortitudo, & re vera nullius gentis strenuitas ita regnis & imperiis se obiecit, sicuti huius. In primo enim egressu a Scanthia gentem stolidam Vmerrigorum & Vandalorum a suis sedibus eiecerunt, iuga Scythica subiecerunt, Vexorem Regem Ægypti prælio fugauerunt, Asiam subiugarunt, & eorum aliqui inibi remanserunt, ex quibus Parthi (vt dicitur) proceſſerunt, & partem Asiæ subiecerunt, Armeniam, Syriam, Ciliciam, Galatiam, Pisidiam, Ioniam, & Æoliam expugnauerunt. Telephus Rex Gothorum vicit Danaos, interemit Therſandrum, inſecutus fuit Vlyſſem, Darius Hyſtaſpis filius, & Xerxes ab Anciro Rege Gothorum inferiores in prælio sunt inuenti. Hos Alexander vitandos, docuit, Pyrrhus pertimuit, Cæſar exhorruit. At cum Pompeius pro arripendo Reipublicæ principatu contra Iulium Cæſarem arma moueret, isti cæteris fortius dimicarunt, in Franciam irruerunt, Italiam vastauerunt, Romam ceperunt, Veronam ædificauerunt, nomen imponentes Verona, quasi ve Roma, in odium Romanorum. Gallias sunt aggressi, Hispanias sunt adepti, ibique apud Toletum sedem vitæ & imperii locauerunt, in habitaculis & tentoriis habitauerunt. Terras vberes seminabant, nusquam munitiones vel domicilia fabricabant. Et licet terras, & ciuitates, & oppida subiugarent, semper bellis & vastationibus insisterant, non contenti dominio populorum, sed præliis omnia infestantes. Et licet in sui principio ferocitati dediti, vix humane rationis debitum attendebant, tamen postquam mores aliarum gentium viderunt & vrbes, humaniores effecti benignitatem & mansuetudinem induerunt, adeo quod & philosophis ad quorum sapientiam humilistudio peruenerunt, diu propriis ducibus se rexerunt, & postea regale fastigium adſciuerunt, quod & sacerdotio ornaverunt. Hos omnes Europæ populi tremuerunt, Alpium obices his cesserunt. Post extremum Scythiæ gens Vandalia, a Pannonia non tantum eorum præsentia fuit exterrita, quam opinione fugata, eorum impetu Alani sunt extincti, Sueui inter angustos Hispaniarum angulos eorum arma proprio periculo sunt experti, & regno quod seditiose tenuerant, turpiori dispendio caruerunt. Libertatem Gothi potius bello, quam pace seruauerunt, in bellandi necessitate vires præcibus prætulerunt, & in armis spectabiles hastis & iaculis, arcibus & sagittis, ensibus ac clauis, tam equestri, quam pedestri prælio confligebant, & in armorum experientia solo naualis belli exercitio caruerunt, vsque ad tempora Sisebuti. Sub quo ad tantam gloriam peruenerunt, vt victoriarum insignia non solum in terris, sed in ipso mari publicarent. Fuerunt autem naturaliter magnanimi & audaces, ingenio faciles & subtiles, in proposito prouidi & constantes, gestu & habitu approbandi, viribus præpollentes, statu ardui & proceri, duri vulneris, & manu prompti, corporis validi, membris apti, dispositione compositi.

Capit VII.

SED sic confuse generaliter scripti, prout scriptum inueni, vt aliqualem noticiam Gothicæ gentis sub genere habeamus. Nam illorum temporum seriosa & specialis narratio certitudinaliter non habetur, quia Salomon inquit: Tempus cuncta obliuione operit: nec ad gesta principaliter attinet, quid Gothi in remotis regionibus sæculis antiquis gesserunt. Sed hoc addendum est, quod Gothi qui cum Philimero Rege citra pontis fretum manserunt, multa strenuissima opera armorum agentes, sub multis Regibus ac ducibus suis per discursum temporis succedentibus contra plurimos Reges, gentes, & nationes dimicarunt, pluries victores, licet aliquando tamen raro fuissent deuicti. At cum ad hanc partem Europæ, quæ Italia, Alemania, & Gallia, & Hispania est, venissent, se iterum subdiuiferunt:

Ff iij

An. dom. & illi qui apud Italiam & circumadiacentes terras remanserunt, Ostrogothi vocati sunt, illi vero qui ad Hispanos accesserunt, Vefogothi sunt vocati, Ostrogothos, id est Orientales Gothos, Vefogothos, id est Occidentales, vocantes ex vulgari suo idiomate, ut arbitror, interpretatione recepta. Et quia Gothi qui in Italia remanserunt, Ostrogothi appellabantur, ideo Theodoricus de quo mentio fiet, Ostrogothorum Rex appellatus est. Gothi vero qui Pyrenæos montes transientes, Vefogothi dicti sunt, procedente tempore Gothicum titulum exuentes, Hispanorum nomen induerunt, ut in dicendis exprimeretur. At licet differentia nominum esset, large tamen assumpto vocabulo omnes dicebantur Gothi, cum ab eadem origine descendissent. Origo autem, ut proxime dixi, ab Aquilonari parte fuit. Et si accurate attendere volumus, terram illam quam hodie Reges Daciæ tenent cum aliquibus adiacentibus, fuisse illam vnde Gothi principaliter exierunt, existimandum est. Sunt enim quatuor regna, Daciæ, Sueciæ, Noruegiæ, ac Gothiæ, siue Gothorum. A quibus terris, nec non aliquibus aliis quæ ultra illas intra illum sinum Aquilonis in magna latitudine sitæ a Barbaris hodie incoluntur, putandum est illam multitudinem armatæ militiæ copioso numero exiisse. Nam Gothiam solam quæ parua terra est, incredibile esset, tot populos genuisse. Nec huic rei obstat, quod omnes nomen Gothicum assumpserunt, quia tam antiquis, quam modernis temporibus hoc fieri consuevit, a parua terrarum gleba gentes multas interdum nomen accipere, cum generaliter nominantur, licet in particulari suas nominum subdiuisiones accipiant, sicuti omnes quotquot sub amplitudine horum regnorum morantur, Castellanos vocamus, licet Castella vna prouincia sit, & multæ aliæ propria nomina & designationes habentes sub hac monarchia spaciosis finibus sitæ consistant. Sic itaque fieri potuit, ut a terra Gothiæ licet non magna, omnes finitimæ gentes quæ ad occupandas terras aliorum animositate vigenti exierunt, nomen acceperunt. At quia inter regna Regis Daciæ, Gothia computatur, illa arma regia Regibus qui in arbore sequenti depicti sunt, quandiu titulum Gothorum habuerunt, apponi feci, quæ Reges Daciæ pro omnibus quatuor regnis adducunt. Titulo vero mutato, & Castellæ, & Legionis separatim, vel coniunctim assumpto, arma quæ procedente tempore assumpserunt, prope illos ponuntur. Nec tamen volo, ut quisquam putet eos qui in illis regionibus frigidissimis remanserunt, Hispanis præstare, quia ab illis descendunt, cum hoc in vetustis, & in recentibus sæculis crebro vñtatum sit, quod cum ex aliquibus terris insigniores & animosiores viri exeuntes, alias regiones virili animo expugnant, easque perpetua habitatione incolunt, licet a terris vnde exierunt, denominationem & arma retineant, longe tamen eminentiores sunt illis qui in originis suæ terra quieti manserunt. Nam Alexander Magnus a Macedonia prouincia Græciæ exiens, nomen Macedonis retinuit. Sed quis non dicat illum totius esse dominum factum, ac illos qui post eum in regnis expugnatis regnarunt, illustriores fuisse illis qui intra Macedonia latebras refederunt? Sic & Pharamundus a Pannonia Vngariæ prouincia exiit, sed eo in Francia manente, Reges Francorum qui ab eo descenderunt, quis dubitat clariore Vngarorum Principibus esse? licet illi clari & excellentes existant. Sic & Hispaniæ Reges, licet ab illis Getarum Principibus in suis protoparentibus descenderunt, tamen sceptrum altiora & clariora acquirentes, manentibus intra illarum terrarum confinia eorumque successoribus nimium præstare, non incongruum est. Sic & apud nos in aliisque regionibus sit, ut nobiles & Barones ex montanis domibus exeuntes, ac in aliis partibus terrarum dominia acquirentes, Duces, Comites, & Barones effecti, longe præstantiores habeantur illis qui in domibus quas solaria vocant, morantur: licet etiam ipsi cognomentum illarum domorum retineant. Quæ similia memoris respondisse cuidam Prælo oratori Regis Daciæ, qui audiens aliqua quæ in disputatione sedium cum Anglicis, de antiqua claritate & clara antiquitate Gothorum ad Regis nostri eminentiam demonstrandam in medium adducebantur, se interfereere voluit, & Regi Daciæ qui Gothorum Rex nuncupatur, sedem eminentem quærere. Nam etiam magnum & insignem illum Regem faterer, tamen maiores

An. dom. maiores & insigniores illos fuisse qui a Gothia & circumuicinis regionibus exeuntes Italiam, & Galliam, ac etiam Hispaniam occuparunt, quis negare valeret? Et ex illis profuit is qui hodie Hispaniæ sceptrum gubernat: licet a Gothia quasi quodam solario cognomentum magnis temporibus seruauerunt, & etiam hodie realiter tenent, licet titulorum nomina ex præliis & aliis insignibus gestis quæ postea venerunt, sunt mutata. Hæc ad intelligentiam dicendorum præmissis sufficiat, & iam quod mente concepinus, exequamur, & ex deuotis præcordiis omnipotentis Dei iterata deprecatione suffragio implorato, Reges ipsos, prout temporum suorum ordo deposcit, huic arbori inferamus.

Caput VIII.

ATHANARICVS iuxta propositum huius arboris ponitur primus, qui gentis Gothorum regium solum suscepit anno a natiuitate Domini trecentesimo quadragesimo tertio, & regnauit annis tredecim. Nam licet dubitandum non est, quin Gothi ante istum plurimos alios Reges & Principes habuissent, tamen postquam fines terrarum suarum exeuntes, terras & regna aliorum tam per Italiam, quam per Græciam & Hispaniam occupare decreuerunt, hic Athanaricus primus Rex habetur. Ideo merito ut radix arboris proponitur, ab hoc enim tempore cum Gothis Hispani quandam communionem habemus, ut intra Hispaniæ historiam illos includere debeamus. Primo namque intra fines suos morantes, vel partes Orientales infestantes, ad annalia nostra non pertinent, sed tanquam exteri, ut cæteræ nationes sunt reputandi. Huius Athanarici tempore Gothi sub gentilitatis erroribus tenebantur, licet aliqui eorum catholicam fidem suscepissent. Ideo Athanaricus gentili errori fauens, persecutione crudelissima aduersus fidem mota, contra Gothos qui in gente sua censebantur, cædes incepit exercere, ex quibus plurimos qui nolebant idolis immolare, martyres fecit. Tunc Gudilla Episcopus legem eos docuit Christianam, & in linguam eorum scripturas noui & veteris Testamenti transtulit. Gothi itaque qui hactenus idolatriæ superstitioni dediti, gentilibus sacrificiis se vouebant, iam fide suscepta ecclesias construxerunt, & sacerdotes Euangelicos, speciales literas quas eis vna cum lege Gudilla eorum Episcopus tradiderat, habuerunt, quæ in antiquis Hispaniarum & Galliarum libris adhuc hodie apparent, quam literam aliqui Toletanam vocant, sed communiter Gothicam dicimus. Legitur cum difficultate propter dissuetudinem, quia ille modus scribendi desit, & alia forma literæ vñtur. In Italia tamen a paucis citra tempora, vetustissimum modum scribendi cum diphthongis qui iam ab vsu omnium recesserant, oratores in eloquentiæ libris, & etiam in epistolis familiaribus sequi cœperunt, & quasi a sepulchro vetustæ antiquitatis sepultam literam, ut alium Lazarum, suscitare voluerunt. Hic autem Athanaricus a Theodosio Imperatore inuitatus ad Constantinopolim accessit, vrbisque illius stum, stationemque nauium, populosque diuersarum gentium quas in vno fonte ex diuersis mundi partibus scaturire videns, Nunc denique, inquit, cerno quod incredulus audiebam: paucisque mensibus interiectis obiit. Quem Imperator sicut videntem honorauerat, sic mortuum honorans dignæ tradidit sepulturæ. Depingitur Athanaricus sub cultu armorum, quia fuit bellicosus, strenuus, & in armis exercitatus. Habet autem in scuto suo arma regia Gothorum, quæ continuantur vsque ad Pelagii tempora. Depingitur etiam hic Gudilla Episcopus, quia Gothos legem Christianam docuit. Concurrentia. Concurrerunt cum Athanarico & prope tempora eius, in sede Apostolica Liberius primus natione Romanus annis quinque, & Felix secundus natione Romanus anno vno, & Damasus primus natione Hispanus annis decem & octo: in folio vero Imperii Romani Valentinianus, qui imperauit eum fratre suo Valenti annis vndecim, & Valens cum Gratiano imperauit annis quatuor. Hoc tempore Sanctus Ambrosius Mediolanensis Archiepiscopus claruit.

ALARICVS huius nominis primus post Athanaricum regni Gothorum culmē ascendit, non tamē confestim, nec pacifice, sed tempore intermedio, & etiam
 356 diffensione ciuili interuenientibus. defuncto namque Athanarico anno Domini
 trecentesimo quinquagesimo sexto, attendentes Gothi Theodosii Imperatoris
 Romani benignitatem Romano Imperio se dederunt, & fuerunt sine Rege vigin-
 ti octo annis, quibus expletis cœpit regnare Alaricus anno Domini trecentesimo
 384 octogesimo quarto, regni Hispaniæ anno quadragesimo primo, & regnauit annis
 viginti & septem. Hic Romam expugnauit, sed ad ecclesias confugientibus nul-
 lam offensam intulit. Huius expugnationis causa Augustinus librum de ciuitate
 Dei composuit, vt in prologo eius patet. Obiit autem Alaricus apud Consentiam
 quam ipse destruxerat, morte subita, quem sui nimia dilectione lugentes, flumine
 quodam a suo alueo in aliam partem deriuato, in medio aluei collecto captiuorū
 agmine locum effodiunt sepulturæ. In cuius fontis gremio Alaricus cum multis
 copiis sepelitur, & loco confestim oblecto rursus flumen proprio cursui reddide-
 runt, & vt nesciretur locus sepulturæ eius ab aliquo, omnes fossiores captiuos qui
 interfuerant, extinxerunt. Tanta superbia elati, vt quod Deus immortalis in se-
 pulchra Moyfi serui sui propter causas suæ insigne sapientiæ notas obseruare de-
 creuit, secretam illam sine alicuius periculo esse volens, isti timidi & inflati in sui
 20 temporalis Regis tumulo cum cæde innocerum seruatorum imitari quomodo vo-
 luerunt. Depingitur autem Alaricus cum vexillo alto, enseque nudo in manu
 eleuata contra cuiusdam imaginem vrbs, propter euerfionem quam fecit in vr-
 bem Romanam, quæ præcipua inter omnes vrbes mundi fuit & est. Concur-
 rentia. Concurrerunt tempore illo quo Gothi sine Rege erant, quod durauit vi-
 ginti octo annis, & post cum Alarico, & prope tempora eius, in sede Apostolica
 Quiricus primus natione Romanus annis vndecim, Anastasius natione Roma-
 nus annis tribus, & Innocentius primus natione Albanensis annis quindecim: in
 folio vero Imperii Romani Gratiānus cum fratre suo Valentiniāno, & Theodo-
 sio patre annis sex. Per idem tempus Christianorum templi iubente Theodosio
 30 destructa reficiuntur. Et hic Theodosius postquā cum Gratiano imperauerat an-
 nis sex, imperauit cum Valentiniāno aliis vndecim. Hic destruxit templa Deorū.
 Et Arcadius in Oriente, & Honorius in Occidente imperauerūt annis tredecim.

Caput X.

ATHAULPHVS consanguineus Alarici, & ei forma, menteque consimilis post
 411 Alaricum in regni fastigio sublimatur anno Domini quadringentesimo vn-
 decimo, regni vero Hispaniæ anno sexagesimo octauo, & regnauit annis sex, &
 apud Barcinonam fuit inter familiares fabulas iugulatus, & depingitur sub arma
 40 to cultu, quia armis se dederat, in terram tamē prostratus & mortuus, quia fuit oc-
 ciscus. Concurrentia. Concurrerunt cum Athaulpho, & prope tempora eius, in
 sede Apostolica Sozimus natione Græcus annis duobus, & Bonifacius natione
 Romanus annis tribus: in folio vero Imperii Romani Honorius cum Theodosio
 iuniore Arcadii fratris sui filio imperauit annis quindecim.

Caput XI.

SIGERICVS Athaulpho defuncto Rex a Gothis præficitur, anno Domini qua-
 417 dringentesimo decimo septimo, regni vero Hispaniæ anno septuagesimo quar-
 to, & regnauit anno vno. Depingitur in veste pacifica absque cultu armorum,
 50 quia bella non gessit. Fuit autem tanta breuitas temporis regni eius,
 vt concurrentiam Pontificum Romanorum &
 Imperatorum non capiat.

VALIA successit in regno post Sigericum anno Domini quadringentesimo de-
 cimo octauo, regni Hispaniæ anno septuagesimo quinto, & regnauit tribus
 418 annis. Hic ad Hispanias per Constantiū Patritiū euocatus Romani nominis causa
 Barbaris intulit magnas cædes, Vandalos Silinguos in Bætica bello prostrauit, de-
 uictisq; Vandalis Vndericus Rex Vandalorum, qui in Gallecia refederat, in Afri-
 cam transfretauit. Post hæc apud Tolosam Valia longa valetudine reprimente
 rebus excessit humanis. Depingitur sub cultu armorum, quia bella plurima ges-
 10 sit. Concurrentia. Concurrerunt cum Valia, & prope tempora eius, in sede A-
 postolica Celestinus primus natione Romanus annis octo: in folio vero Imperii
 Romani imperabat præfatus Honorius. Anno vero secundo huius Valiæ primus
 omnium ex Francis Rex assumptus est in Regem gentis Francorum, coronamq;
 regni sibi imposuit Pharamundus Marcomiri Ducis filius, cœpitq; regnare Impe-
 rii Honorii anno nono, a natiuitate vero Domini quadringentesimo decimo no-
 no, vel vicesimo. Regnauit autem in Germania super Francos annis vndecim.

Caput XIII.

THEODOREDVS post Valiæ obitum successit in regno anno Domini quadrin-
 20 gentesimo vicesimo primo, regni Hispanorum sexagesimo octauo, & regna-
 uit annis tribus. Hic cum Athila Rege Hugnorum in campis Cathalanicis ma-
 gnum prælium habuit, in quo Theodoredus est interfectus, & Athila Rex victus.
 Hoc autem prælium fuit de famosioribus præliis mundi. Depingitur Theodore-
 dus sub cultu armorum in campo mortuus, quia in prælio fuit occiscus. Concur-
 rentia. Concurrerunt cum Theodoredo Rege, & prope tempora eius, in sede A-
 postolica Sixtus tertius natione Romanus annis octo, & Leo primus natione Tu-
 scus annis viginti quatuor: in folio vero Imperii Romani Theodosius iunior cum
 30 Valentiniano consobriuo suo, imperauit annis viginti septem. Anno autem de-
 cimo regni Theodoredi obiit Pharamundus primus Rex Francorum, & suc-
 cessit ei Clodius filius eius, & regnauit annis viginti. iste fuit secundus Rex Fran-
 corum, sed tricesimo anno regni Theodoredi obiit hic Clodius Rex Franco-
 rum, & successit ei Meroueus filius eius, qui regnauit annis duodecim. iste
 fuit tertius Rex Francorum.

Caput XIII.

THURISMUNDVS filius Theodoredi patre mortuo in campis Cathalanicis,
 40 vbi pugnauerat, & victor exiit, ad maiestatem regiam subleuatur, anno Do-
 mini quadringentesimo quinquagesimo secundo, regni Hispaniæ nonagesimo
 primo, regnauit anno vno, & a suo cliente fratrum consilio interfectus est. Sed
 45 ante mortem vna manu paruo ganipulo quem tenebat, sui sanguinis vltor fuit, &
 de insidiantibus aliquos interfecit. Depingitur Thurismundus in veste pacifica
 vulneratus, quia licet bellicosus extiterat, in domo tamen pacifice sedens a pro-
 ditore fuit occiscus, cuius regni temporis breuitas concurrentiam Pontificum Ro-
 manorum & Imperatorum non capiat.

Caput XV.

THEODORICVS huius nominis primus, Thurismundi germanus, post mor-
 tem fratrum regni solium ascendit, anno Domini quadringentesimo quinquagesimo
 50 quarto, Hispaniæ vero regni nonagesimo secundo, & regnauit annis tre-
 decim. Hic in principio sui regni iniuit prælium contra Rheciarium Regem Sue-
 norum qui in Gallecia regnabat, in quo Rheciarius Rex interfectus est. Paululum
 vero postea cum ad Gallias redisset, a fratre suo Enrico occiscus est. Ideo depingi-

An. dom. tur Theodoricus occisus, quia fraterno occubuit gladio. Concurrentia. Concurrerunt cum Theodorico, & prope tempora eius, in sede Apostolica Hilarius natione Sardus annis sex: in folio vero Imperii Romani Martianus & Valentinianus imperauerunt annis septem. Sub istis martyrizantur vndecim millia virginum. Anno octauo præfati Theodorici obiit Meroueus Rex Francorum, & successit ei Childericus filius eius, & regnavit annis viginti duobus, & iste fuit quartus Rex Francorum.

Caput XVI.

467 **ENRICVS** post necem fratris successit in regno anno Domini quadringentesimo sexagesimo septimo, regni Hispaniæ anno centesimo quinto, & regnavit annis decem & septem. Hic Enricus apud Arelatum conuocatis magnatibus & proceribus, attento quod Gothi leges in scripto non habebant, sed moribus absque scriptura quasi per quoddam arbitrium regebantur, sicut apud Græcos Lacedæmonii legibus sine scripto regebantur: ideo leges ad scripturam reduxit, vnde & hic inter cæteros legiflatores merito computari potest. Et vbi Isidorus in quinto Etymologiarum narrat Phoroneum primo Græcis leges tradidisse, Mercurium Trimegistum Ægyptiis, Solonem Atheniensibus, Lycurgum Lacedæmoniis, Numam Pompilium Romanis, congrue hic Enricus potest computari, qui primus leges tradidit Gothis, vt inter illos, qui leges humanas primi in scriptis tradiderunt, hic noster interferatur: vt de lege diuina taceamus, quæ excellentior abq; aliqua proportione superior omnibus est. Obiit autem Enricus Arelati, & morte naturali vitâ finiuit. Depingitur in veste pacifica, quia in pace & quiete mortuus est. Concurrentia. Concurrerunt cum Enrico, & prope tempora eius, in sede apostolica Simplicius natione Tiburtinus annis quindecim: in folio vero Imperii Romani Leo primus imperauit annis decem & septem.

Caput XVII.

485 **ALARICVS** huius nominis secundus, Ennici filius, patre defuncto ad Gothorum regimen apud Tolosam sublimatur, anno Domini quadringentesimo octogesimo quinto, regni Hispaniæ centesimo vicefimo secundo, & regnavit annis viginti tribus, aduersus quem Fludiginus Francorum Princeps Galliæ Gothicæ regnum affectans Burgundionibus sibi auxiliantibus bellum mouit, fufisque Gothorum copiis ipsum postremo Regem apud Pistanium prælio interfecit. Ideo depingitur armatus, & occisus, quia in prælio vulneratus occubuit. Concurrentia. Concurrerunt cum Alarico, & prope tempora eius, in sede apostolica Felix tertius natione Romanus annis octo, & Gelafius natione Africus annis tribus, & Anastasius natione Romanus annis tribus, & Symmachus natione Sardus annis quindecim: in folio vero Imperii Romani Zeno imperauit annis decem & septem. Anno vndecimo huius regni Alarici obiit Childericus Rex Francorum, & successit illi Clodouetus eius filius, qui regnavit annis triginta, sed tamen quindecim annis Paganus fuit, aliis quindecim Christianus. Iste fuit quintus Rex Francorum, & primus ex Regibus Franciæ fidem catholicam suscepit.

Caput XVIII.

508 **GISELARICVS** filius Enrici Regis ex concubina, Alarico fratre defuncto qui filium Amalaricum nomine quem ex Amalafenta vxore sua filia Theodorici Regis Ostrogothorum in Italia regnantis genuerat, & infantem quinque annorum reliquerat, ad regnum Gothorum tyrannide assumptus est, anno Domini 508 quingentesimo octauo, regni Hispaniæ centesimo quadragesimo quinto, & regnavit annis quatuor, & a quodam duce Regis Theodorici Ostrogothorum in prælio campestri apud Barcinonam victus fugit, & Africam transfretauit, & nunquam rediit, & extunc in antea Rex reputatus non est. Depingitur Giselaricus in veste

veste pacifica, ense extra manum erepto, quia armis depositis fugitiuus euasit. Concurrentia. Concurrerunt cum Gefalarico, & prope tempora eius, in sede Apostolica, Hormisda natione Campanus annis nouem: in folio vero Imperii Romani Anastasius imperauit annis viginti & sex.

Caput XIX.

10 **REX** Ostrogothorum Theudoricus huius nominis secundus, annis maternis Amalarici Gothorum regnum assumpsit, anno Domini quingentesimo duodecimo, regni Hispaniæ centesimo quadragesimo nono, & regnavit annis duodecim, mensibus septem. Hic cum audisset Giselaricum sua timiditate ac cordis pusillanimitate fugatum, & per diuersas orbis prouincias vanum incedere, & regimen Gothorum ad Amalaricum nepotem suum pertinere, maturo consilio habituro potentem exercitum congregauit, & in Hispaniam veniens cum esset nobilissimus, magnificus, & virtuosus, libenter ab omnibus in Regem assumptus est, quoad Alarici nepotis sui puericia duraret. Ea namque mente regnum assumpsit, vt nepoti cum vir ætatis perfectæ factus esset, confestim regnum dimitteret, quod & fecit. Ei namque adolescenti facto regnum dimisit, & ab Hispania in Italiam se reduxit, vbi obiit morte subita. Depingitur senex in veste longa, quia in pace obiit grandæuus ætate, & magnæ auctoritatis quo ad alia, licet in fide erroneus fuit, sequens hæresin Arianam, & catholicos persequens. Et quia nedum in Hispania, sed etiam in Italia regnabat, habet in quarta parte scuti aquilam, ad denotandum quod regni Italiæ aliquam partem habuit. Concurrentia. Concurrerunt cum Theodorico, & prope tempora eius, in sede Apostolica Ioannes primus natione Tuscus annis duobus: in folio vero Imperii Romani Iustinus primus imperauit annis septem. Anno tertio huius regni Theodorici obiit Clodoueus Rex Francorum, & successit ei Clotarius filius eius, qui regnavit annis quinquaginta. Iste fuit sextus Rex Francorum.

Caput XX.

524 **AMALARICVS** Alarici filius, & nepos Theodorici ex filia, post Theodoricum in regni folio collocatur, anno Domini quingentesimo vicefimo quarto, regni Hispaniæ centesimo sexagesimo primo, & regnavit annis quinque, mensibus octo, & a Chiliberto Rege Francorum in quodam prælio occisus est. Depingitur autem armatus occisus, quia in prælio interfectus. Concurrentia. Concurrerunt cum Amalarico, & prope tempora eius, in sede Apostolica Felix quartus natione Sabinus annis quatuor, & Bonifacius secundus natione Romanus annis quatuor, Agapitus natione Romanus annis vndecim: in folio vero Imperii Romani Iustinianus primus imperauit annis triginta & octo.

Caput XXI.

532 **POST** mortem Amalarici Theudius in regno assumitur anno Domini quingentesimo tricesimo secundo, regni Hispaniæ anno centesimo sexagesimo septimo, & regnavit annis decem & septem, mensibus quinque. Assumptio autem eius sic fuisse dicitur. Amalafenta mater Amalarici timens sexus fragilitatem, cum sperneretur a Gothis, hunc Theudium consobrinum suum, olim filii sui tutorem ob consanguinitatis gratiam a Tuscia accersuit, vbi priuate degebat, & tunc in Regem cum fauore Principum eleuauit. Qui licet esset hæreticus, pacem tamen concessit, vt licentiam catholicis Episcopis daret, in vnum apud Toletum, quæ tunc vrbs Regia habebatur, conuenire, & quæcunque ad disciplinam ecclesiæ pertinent, libere ordinare. Hic Theudius immemor beneficii ab Amalafenta Regina recepti, post aliquos dies eam fecit in balneo strangulari: & quia ipsa se & filium Iustiniano catholico Orientis Principi commendarat, qui cum audisset faci-

An. dom. nus, condoluit interfecta, & misit Belisarium ducem & patritium, vt in Theudium vindicaret. Sed ipso intercepto negotiis Romanorum, ante aduentum eius fuit Theudius interfectus in hunc modum. Cum quadam die in palatio cum suis proceribus loqueretur, quidam histrio quem vulgari nomine Aluardanum vocamus, fingens se insanum, vulneravit eum, ex quo vulnere Rex prostratus vi gladii indignantem animam exhalavit. Fertur autem in emissione sanguinis coniurasse, ne quisquam interficeret percussorem, dicens se congruam meriti vicissitudinem recepisse, quia ipse priuatus occiderat Amalasantam Reginam dominam suam. Depingitur Theudius occisus, & quasi percussus claua, quia ab histrione seu Albardano percussus interiit. Concurrentia. Concurrerunt cum Theudio, & prope tempora eius, in sede Apostolica Ioannes secundus annis duobus, & Siluerius natione Campanus ex patre Ormizeda Episcopo Romano anno vno, & Vigilius natione Romanus annis decem & octo: in folio vero Imperii Romani imperabat predictus Iustinianus primus. Huius Iustiniani tempore Respublica Romana multum est prosperata tam in Oriente, quam in Occidente. His temporibus apud montem Casinum post solitariam, & arctam vitam in cœnobio monastico sanctus Benedictus degebat.

Caput XXII.

540 **T**HEVDISELVS dux exercitus, interempto Theudio, a Gothis in Regem præficitur, anno Domini quingentesimo quadragesimo, regni Hispaniæ anno centesimo sexagesimo octauo, & regnavit anno vno, mensibus tribus. qui dum plurimorum potentium connubia prostitutione publica macularer, & necem pluribus procuraret, magnates Gothorum attendentes grandem maculam, ac plurima opprobria ex hoc posse venire Gothicæ nobilitati, necnon ingentia pericula (nam si sub tam scelerato & turpi principe prælia intrassent, vinci & perire timebant, quia nonnunquam propter peccata ducum exercitus militares sunt cum magna strage prostrati) deliberauerunt eum capere & occidere, quod opere compleuerunt. Nam cum quadam die apud Hispalim in prandio esset, ingressi sunt omnes quillius coniurationis & tractatus fuerant participes, & ceperunt eum: aliqui vero ex illis quorum vxores adulterio maculauerat, & consanguineos occiderat, tam lethaliter vulnerauerunt eum, quod mortuus est. Depingitur cum in mensa prandet, occisus. Cuius breuitas temporis tanta fuit, quod concurrentiam Pontificum & Imperatorum non capit.

Caput XXIII.

541 **A**GILA, extincto Theudiselo, in regno subleuatur, anno Domino quingentesimo quadragesimo primo, regni Hispaniæ anno centesimo sexagesimo nono, & regnavit annis quinque. Iste aduersus Cordubam mouit bellum, & in contemptum religionis catholicæ sepulturam beatissimi Acicli & Victoriz martirum hostium & iumentorum præsentia profanauit, & inito certamine contra ciues, pœnas dignas sanctis inferentibus, prout meruit, est expertus. Nam & in illo conflictu filius eius interfectus est, & thesaurum suum & partem exercitus amisit, & post aliquod tempus apud Emeritam a suis occisus est. Depingitur autem Agila pugione in corpore fixo, quia sic occisus est. Concurrentia. Concurrerunt cum Agila, & prope tempora eius, in sede Apostolica Pelagius primus natione Romanus annis quatuor: in folio vero Imperii Romani imperabat idem Iustinianus primus. Hoc tempore Armeni fidem Christianam receperunt.

Caput XXIII.

555 **A**THANAGILDVS post mortem Agilæ per tyrannidem efficitur successor in regno, anno Domini quingentesimo quinquagesimo quinto, regni Hispaniæ centesimo

centesimo septuagesimo quarto, & regnavit annis quatuordecim. Hic cum iam dudum Agilam regno priuare conaretur, auxilia militum ab Imperatore Iustiniano poposcit, sed submouere Agilam a regno non potuit, donec a suis fuit apud Emeritam interfectus. Decessit autem Athanagildus Toleti morte propria, & vacauit regnum mensibus quinque. His diebus Theodominus Rex Sueuorum, & Sueui qui in Gallecia morabantur, ab hæresi Ariana qua infecti erant, ad fidem catholicam sunt conuersi, prædicante quodam sanctæ vitæ Episcopo, nomine Martino, per cuius saluberrimam doctrinam & honestam vitam ecclesiæ Galleciæ magnum decorem & honorem receperunt. Sanctus quoque Emilianus Abbas hoc tempore in Hispania claruit. Depingitur Athanagildus in veste pacifica, quia bella non dicitur gessisse, & ex propria ægritudine obiit. Depinguntur etiam in latere capita illius Martini Episcopi qui in Gallecia prædicabat, & sancti Emiliani. Concurrentia. Concurrerunt cum Athanagildo, & prope tempora eius, in sede Apostolica Ioannes tertius natione Romanus annis septem: in folio vero Imperii Romani Iustinus secundus imperauit annis vndecim. Anno decimo huius Athanagildi, obiit Clotarius Rex Francorum, & successit Chilpericus filius eius, qui regnavit annis viginti tribus. Iste fuit septimus Rex Francorum.

Caput XXV.

569 **L**VIBA primus, Gothus, in regno præficitur anno Domini quingentesimo sexagesimo nono, regni Hispaniæ centesimo octogesimo octauo, regnavit annis tribus, qui secundo anno postquam adeptus est principatum, Leouigildum fratrem suum non solum successorem, sed & participem regni fecit, & Hispaniæ prouisorum, ipse vero Galliarum regno fuit contentus, obiit autem Luiba Narbonæ morte communi. Depingitur in veste pacifica, quia non fuit bellicosus. Concurrentia. Concurrerunt cum Luiba, & prope tempora eius, in sede Apostolica Benedictus quintus natione Romanus annis quatuor: in folio vero Imperii Romani Tiberius secundus imperauit annis septem.

Caput XXVI.

572 **L**EOVIGILDVS, defuncto Luiba fratre eius, Hispaniæ & Galliarum adeptus est principatum, anno Domini quingentesimo septuagesimo secundo, regni Hispaniæ centesimo octogesimo nono, quia vnus annus solum Luibæ computatur, & regnavit annis decem & octo. Hic Leouigildus habuit vxorem Theodosiam filiam Seueriani, qui erat Dux prouinciæ Carthaginensis, filius Regis Theodorici, qui Seuerianus ex vxore nomine Theodora quæ ex genere Regum descendebat, genuit inclytos filios & filias: inter hos quidem Leandrum, Isidorum, qui fuerunt Archiepiscopi Hispalenses, vnus post alium, & Fulgentium Astigitanum Episcopum, & duas filias Florentiam virginem Abbatissam, & Theodosiam Reginam, quam diximus vxorē Leouigildi, ex qua Leouigildus genuit duos filios, Hæmergildum qui fuit martyr, & Recaredum qui fuit Rex, vt statim dicitur. Hic Leouigildus bellis regnum desiderans ampliare, opes instituit congregare, & studio eius exercitum concordante fauore victoriarum, & animositate præclarus multos populos subiugauit. Cantabriam namq; iste obtinuit, & destruxit Baregiam, iste cepit Sabandriam, & cesserunt ei plurimi rebelles Hispaniæ ciuitates, fudit quoque diuerso prælio militem aduersantem, & quædam castra quæ occupauerant, eis abstulit dimicando. Hæmergildum deinde filium obsessum Hispali dolo cepit, & quia nefandis ritibus Ariana perfidia noluit cōsentire, tormentis variis cruciauit. Demum securi percussus parricida ipsius dignum Deo martyrem consecrauit. Postremo bellum Sueuis intulit, regnumq; eorum in ius Gothorum bello celeri commutauit, & magna ex parte Hispaniam ampliavit. Nam antea gens Gothorum angustis finibus arctabatur, non tantum totam Hispaniam, sed aliquas partes eius

An. dom. tenebat. Hoc tempore regnum Sueuorum destructum est. Nam Leouigildus in Gallecia pugnans contra Andecam Regem Sueuorum, illum deuicit, & extitit in antea regnum Sueuorum quod centum & septuaginta & septem annis durauerat, extinguitur, & Gothorum regno applicatum, ut deinceps sub Gothico nomine censeretur, & Sueuicum nomen cessaret. Hic Romanos milites apud Legionem bello extinxit, urbemque cepit, & ex suo nomine Legionem vocauit. Obiit autem Leouigildus morte propria Toleti, & depingitur in veste pacifica ac longa, quia leges condidit, quarum promulgatio auctoritatem & maturitatem desiderat, sed habet enssem nudum sub manu, quia bellicosus fuerat. Depingitur etiam in margine prope eum Seuerianus Dux Carthaginensis, & Theodora uxor eius, & Leander & Isidorus Hispalenses Archiepiscopi, ac Fulgentius Episcopus Tingitanus, illius siquidem ciuitatis quam hodie Tanger vocant. Hi fuerunt probissimi pontifices, filii Seueriani & Theodoræ. Nec non depingitur Florentia Abbatisa, & Theodosia Regina uxor Leouigildi, filiarum prefatorum Seueriani & Theodoræ, ac post eos Recaredus filius Leouigildi, qui postea fuit Rex, & ibi integre est depictus, & Hemergildus habens securim in capite fixam, quia a patre Leouigildo securi percussus martyrium consummauit. Concurrentia. Concurrenturum cum Leouigildo prope tempora eius, in sede Apostolica Pelagius secundus annis decem, & Gregorius primus natione Romanus, insignis sanctus & doctor ecclesiarum, annis quatuordecim: in solio vero Imperii Romani Mauricius imperauit annis viginti. Anno quintodecimo regni Leouigildi obiit Chilpericus Rex Francorum, & successit ei Clotarius filius eius, qui regnauit annis quadraginta tribus. iste fuit octauus Rex Francorum.

Caput XXVII.

RECAREDVVS post mortem Leouigildi patris eius successit in regno, anno Domini quingentesimo nonagesimo, regni Hispaniarum ducentesimo sexto, & regnauit annis quindecim. Hic fuit cultu præditus religionis, & paternis moribus longe dissimilis. Nam ille religiosus & bello promptus: hic fide pius & pace præclarus. Ille armorum exercitio gentis imperium dilatauit: hic gloriosus eandem gentem trophæo fidei sublimauit. In ipsis regni enim sui exordiis per Leandrum & Fulgentium auunculos suos (erant enim fratres Theodosiæ Regine suæ matris) in fide catholica institutus, totius Gothicæ gentis populos, Ariani erroris labe detersa, ad cultum rectæ fidei reuocauit. Synodum deinde Episcoporum sexaginta quatuor ad condemnationem Arianae hæresis de diuersis Hispaniarum & Galliarum prouinciis, in urbe regia Toletum congregauit, & eidem concilio religiosissimus princeps deuotus aduenit, gestaque concilio subscriptione firmavit, Pontificibus & palatii primoribus, clero & militia approbantibus, abdicans cum populo uniuerso perfidiam quam hucusque Gothorum populus didicerat ex dogmate Ariano, & prædicans trium personarum unitatem, unum Deum, Filium a Patre consubstantialiter genitum, Spiritum sanctum inseparabiliter a Patre & Filio procedentem, & esse amborum unum Spiritum, unde & unum sunt. Egit etiam gloriose bellum aduersus infestas gentes fidei auxilio subleuatus. Francos enim cum quadraginta fere millibus armatorum in Galliam Gothicam irruentes, misso aduersus eos Claudio duce, glorioso triumpho repulsi & prostrati. Nulla unquam in Hispaniis Gothorum victoria maior, vel similis inuenitur. prostratis enim & captis plurimis millibus hostium, residua pars exercitus Gothi sequentibus usque ad limina regni sui caesa fuit. Saepe etiam contra insolentiam Romanorum, & irruptiones Vasconum, plurima bella gessit. Toleti sine pacifica migravit ad Christum, Depingitur Recaredus sedens in veste pacifica, magnæ auctoritatis propter excellentiam suam, quia fuit vnus de melioribus Regibus Hispaniarum, & habet crucem in manu propter expulsionem hæresis Arianae, quam fecit. ab eius tempore usque in præsens nulla alia apud Hispanos publice hæresis reperta est. Habet etiã enssem nudum in alia manu, quia bella foeliciter tamper se, quam per suos duces & exercitus egit. sic enim

sic enim decet Principes catholicos, fidem nedum monitis, sed etiam ense tueri. Concurrentia. Concurrenturum enim cum Recaredo, & prope tempora eius, in sede Apostolica Sauiianus natione Tufcus anno vno, & Bonifacius tertius natione Romanus mensibus septem, & Bonifacius quartus de ciuitate Valentiarum annis sex: in solio vero Imperii Romani Phocas imperauit annis octo. Hic concessit beato Bonifacio quarto Pontifici Romano templum quod Pantheon dicebatur, ut consecraretur in honorem beatæ Mariæ & omnium sanctorum, ut latius continetur in legenda illius festi, quod celebratur Calendis Nouembris.

Caput XXVIII.

LUIBA huius nominis secundus, Recaredi filius, nomen assumpsit, anno Domini sexcentesimo quinto, regni Hispaniarum ducentesimo vicesimo primo, & regnauit annis duobus, mensibus quinque, de ignobili quidem matre progenitus, sed virtute indolis insignitus, quem in primo flore adolescentiæ Vitericus sumpta tyrannide innocuum deiecit, præcisâque dextera occidit anno ætatis suæ sexto decimo. Depingitur Luiba in ætate adolescentiæ gladio in pectore fixo, quia adolescentis interfectus est, cuius breuitas temporis tanta fuit, quod concurrentiam Romanorum Pontificum & Imperatorum non capit. Hoc tempore prælia grandissima aduersus Regem Persarum exorta sunt, quibus Romani fortiter debellarunt plurimas prouincias, & Hierosolymam dimiserunt.

Caput XXIX.

VITERICVS extincto Luiba per tyrannidem regnum assumpsit anno Domini sexcentesimo septimo, regni Hispaniarum ducentesimo vicesimo tertio, & regnauit annis septem, strenuus quippe in armis, & tamen victoriæ expers. Nam cum aduersus Romanos bellum tentasset, semper inglorius est inuentus, nisi quod quosdam milites captos duxit Saguntiam. Hic in vita sua multa illicita fecit, in morte gladio perit, quia gladio innocentem Luibam occiderat, ut illius innocentis sanguis non maneret inultus, & ut iuxta veritatis verbum, gladio occidens gladio periret. inter epulas enim prandii, coniuratione quorundam qui Luibæ consanguinei esse dicuntur excita, interfectus est. Corpus autem viliter exportatum, vilius est humatum. Depingitur Vitericus cum ense in capite percussus, & occisus, quia gladio interiit. Concurrentia. Concurrenturum cum Viterico, & prope tempora eius, in sede Apostolica Deusdedit natione Romanus annis tribus: in solio vero Imperii Romani Heraclius cum Constantio filio suo imperauit annis triginta vno. Hoc tempore Machometus nefandus pseudopropheta Agarenorum hereticam sectam suam stultis populis prædicauit. Tertio anno Imperii huius Heraclii Chosroes Persarum Rex multam partem Reipublicæ Romanæ cepit, deuastauitque Hierosolymam, & venerabilia loca incendit, populorum captiuans copias una cum Patriarcha Zacharia, & preciosum lignum sanctæ Crucis in Persidem duxit. His temporibus floruit sanctus Galus in Alemania sancti Columbani discipulus.

Caput XXX.

GVNDAMIRVS post interitum Viterici cœpit regnare anno Domini sexcentesimo quattodecimo, regni Hispaniarum ducentesimo tricesimo, & regnauit annis duobus. Hic Vascones una expeditione vastauit, alia militem Romanum obsedit. Hic statuit, ut nullus ad ecclesiam confugiens inde inuitus extraheretur. quod non quasi quid nouum accipiendum est, sed corroboratiuum priuilegiorum quæ Romani Pontifices & Imperatores alii Principes ecclesiarum Dei concesserunt. Propria morte Toleti decessit. Depingitur in veste pacifica cum ense in manu propter bella quæ gessit. Concurrentia. Concurrenturum cum Gundamiro, & prope tempora

An. dom. eius, in sede Apostolica Honorius primus natione Campanus annis duodecim: in folio vero Imperii Romani imperabat idem Heraclius. Hoc tempore Chosroes Persarum Rex interemptus est per Heraclium, & tunc populus a captiuitate liberatus, & cum sancta Cruce reuocatus. Hic Heraclius deuicta Perfide cum gloria rediens, Patriarcham Zachariam & omnem populum Christianum captiuum Hierosolymam reduxit, & sanctam Crucem quam a Chosroereceperat, portans, ornatus regio schemate dum per portam per quam Christus baiulans Crucem ad passionem exiuit, vellet intrare, porta diuinitus clauditur, & humiliato illo ad intrandum aperitur, & Cruce reportata celebritatem exaltationis ipsius instituit fieri annuatim: & fit hoc festum quartadecima die Septembris.

10

Caput XXXI.

616 **SISEBUTVS** post Gundamirum ad regale fastigium reuocatur, anno Domini sexcentesimo decimo sexto, regni Hispaniæ ducentesimo tricesimo secundo, & regnauit annis nouem, mensibus sex. Hic Christianissimus per historiatores vocatur. Zelo autem fidei accensus in initio regni sui Iudæos ad fidem Christianam permouens, æmulationem quidem habuit, sed non secundum scientiam. potestate enim cōpult, quos prouocari oportuit fidei ratione. Attendens tamen, quod sicut Paulus dicit, siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuncietur, in hoc gaudeo, & gaudebo, fecit baptizari omnes Iudæos in regno suo. Hic Sisebutus per Hispaniam vrbes Romanas sibi subiecit. Hoc tempore venerabilem Heladadium Toletanum sedis metropolitanæ, sanctitatis præconio præfulgentem, ecclesia veneratur. Isidorum quoque Hispalensem metropolitanum tunc temporis Hispania celebrabat, vt sanctissimum doctorem, egregium, & præclarum, qui anno septimo præfati principis Sisebuti contra Acephalorum hæresin apud Hispalim in sacrario sanctæ Hierusalem concilium celebrauit. Hic Sisebutus de Romanis personaliter bis feliciter triumphauit, & quasdam eorū vrbes pugnando subiecit, & classe nauigans aliquas gentes iuxta fretum morâtes bello constravit, quas gens Gothorum post in suam redegit facilem ditionem. Tantæ clementiæ extitit erga victos quos hostilis potentia mancipauerat seruituti, vt dato precio restitueret libertati, eiusque thesaurus redemptio existeret captiuorū. Hunc alii proprio morbo, alii immoderato medicaminis hauitu, alii veneno asserunt decessisse, cuius exitus non solum religiosis, sed etiam optimis laicis extitit luctuosus. Depingitur Sisebutus armatus, & cū ense nudo, & brachio eleuato propter bella quæ gessit, scuto vero rubeo, & cruce alba propter zelum fidei quem habuit. sic enim depinguntur Reges ac milites Hispanorum, qui inuocantes sanctum Iacobum infideles expugnant. Concurrentia. Concurrerunt cum Sisebuto, & prope tempora eius, in sede Apostolica Seuerinus natione Romanus anno vno, & Ioannes tertius natione Dalmatius anno vno: in folio vero Imperii Romani imperabat idem Heraclius. Hoc tempore Machometus Princeps Sarracenorum moritur, post quem Obier principatur.

40

Caput XXXII.

625 **RECAREDVS** huius nominis secundus, Sisebuti filius, post patris obitum Rex effectus anno domini sexcentesimo vigesimo quinto, regni Hispaniæ ducentesimo trigesimo tertio, septem mensibus duntaxat regnauit, cuius vitæ breuitas nihil habuit memoria dignum. Depingitur autem puer, & in veste puerili, quia puer obiit.

Caput XXXIII.

50

626 **SUINTILA** huius nominis primus, filius Recaredi primi Regis gloriosissimi, Rex efficitur anno Domini sexcentesimo vigesimo sexto, regni Hispaniæ ducentesimo trigesimo quarto, & regnauit annis decem. iste sub Rege Sisebuto ducis nactus officium, castra domuit Romanorum, Rucones etiam superauit. Postquam

quam

quam vero regni apicem est adeptus, vrbes residuas quas in Hispaniis manus occupauerat Romanorum, confecto prælio obtinuit, & subiecit, tantaque triumph gloria præ cæteris Regibus claruit, vt felicitatem mirabiliter reportare videretur. Totius autem Hispaniæ monarchiam intra fretum Oceani, quod nulli retro principum est collatum exclusis Romanis, primus obtinuit inter Gothos. Auxit eo prælio virtutis suæ titulum duorum patriciorum obtentus, quorum alterum prudentia suam fecit, alterum virtute prælii subiugauit. Toleti propria morte decessit. Huius filius Rachimirus in consortio regni assumptus pari cum patre folio corregnauit, in cuius infantia ita sacræ indolis splendor enituit, vt in eo & vultus & mentis paternarum virtutum effigies appareret. Isto fere cum patre mortuo superstites remanserunt alii duo filii, Suintila & Sisenandus, quos susceperat ex Theodora filia Principis Sisebuti. Hoc tempore beatus Isidorus Gothorum historiæ descriptor, egregiusque doctor, Hispalensis Archiepiscopus migravit ad Christum anno quarto prædicti Principis, secundo nonas Aprilis. Depingitur Suintila armatus, quia bella plurima feliciter gessit, & habet prope se adolescentem filium Rachimirum, quia illum se viuente corregnare fecit. Concurrentia. Concurrerunt cum Suintila, & prope tempora eius, in sede Apostolica Theodorus primus natione Græcus annis sex: in folio vero imperii Romani Constantinus tertius cū Adriano fratre suo imperauit annis viginti sex. Anno octauo regni Suintilæ obiit Clotarius Rex Francorum, & successit ei Dagibertus filius eius, qui regnauit annis decem & sex. iste fuit nonus Rex Francorum.

10

20

Caput XXXIIII.

SISENANDVS Suintilæ filius cepit regnare anno Domini sexcentesimo trigesimo quinto, regni Hispaniæ ducentesimo quadagesimo secundo, & regnauit annis quinq; mensibus vndecim. Ille per tyrannidem in regni Gothorum folio collocatur, cum Suintilæ fratri suo primogenito deberetur. Propria morte Toleti obiit. Depingitur Sisenandus in veste pacifica, quia non legitur bellâ gessisse, sed leges condidit, quæ in foro illo, quem librum Iudicum vocant, continentur. Concurrentia. Concurrerunt cum Sisenando, & prope tempora eius, in sede Apostolica Martinus primus natus de ciuitate Tiburtina annis sex: in folio vero Imperii Romani imperabat idem Constantinus tertius. Sub hoc magna pars Romanæ reipublicæ a Sarracenis destructa est.

30

Caput XXXV.

SUINTILA hulus nominis secundus Gothis præficitur anno Domini sexcentesimo quadagesimo, regni Hispaniæ ducentesimo quadagesimo nono, & regnauit annis quatuor. Hoc tempore duo concilia apud Toletum fuerunt celebrata sub Beato Eugenio vrbis regiæ metropolitanæ primate, subscribentibus Salua Narbonensi, & Honorato Hispalensi, & Protasio Tarraconensi, & eorum suffraganeis, & vicariis absentium Episcoporum. Depingitur autem Suintila in veste pacifica, quia pacem habuit, & in margine caput sancti Eugenii Archiepiscopi Toletani, quia famosus Pontifex fuit, & sub eo concilia aliqua celebrata fuerunt. Concurrentia. Concurrerunt cum Suintila, & prope tempora eius, in sede Apostolica Eugenius primus natione Romanus annis duobus: in folio vero Imperii Romani imperabat idem Constantinus tertius.

40

Caput XXXVI.

TVLGAS bonæ indolis ex radice regia Gothorū, regnū assumpsit anno Domini sexcentesimo quadagesimo quinto, regni Hispaniæ ducentesimo quinquagesimo tertio, & regnauit annis duob. Ille blandus & catholicus est inuētus, regna sibi subdita pacifice dilatauit, in iudicio rectus iudex, claruit largitate, præfuit se-

50

645

An. dom. nitate, synodos a suis prædecessoribus confirmatas autoritate simili confirmavit. doluit autem gens Gothorum tam cito tam bonæ indolis iuuenem amisisse, cunctis flentibus, quia flos tantæ indolis in fructum non adoleuit. Toleti propria morte decessit. Etenim nonnunquam accidit, ut optimi Reges tollantur de medio propter demerita subditorum. Depingitur iuuenis, & in veste pacifica, quia iuuenis obiit, & bella non gessit. Concurrentia. Concurrerunt cum Tulga, & prope tempora eius, in sede Apostolica Vitilianus natione Campanus annis quatuordecim: in solio vero Imperii Romani imperabat idem Constantinus tertius.

Caput XXXVII.

10

647 **C**INDASVINDVS post Tulgam regno Gothorum per tyrannidem inuaso cepit regnare anno Domini sexcentesimo quadragesimo septimo, regni Hispaniæ ducentesimo quinquagesimo quinto, & regnavit annis decem. Huius tempore in Toletana vrbe duo concilia sunt celebrata: Obiit propria morte Toleti. Depingitur in veste pacifica, quia bella gessisse non legitur. Concurrentia. Concurrerunt cum Cindasuindo, & prope tempora eius, in sede Apostolica Deodatus natione Romanus annis quatuor: in solio vero Imperii Romani Constantinus quartus imperavit annis decem & octo. Huius tempore Sarraceni Siciliam inuadunt, & cum spoliis multis recedunt. Istius tempore sexta synodus celebratur Constantinopoli contra Græcorum Patriarcham, cui interfuerunt ducenti & octo Episcopi. Anno secundo huius regni Cindasuindi obiit Dagibertus Rex Francorum, & successit ei Clodoueus secundus filius eius, qui regnavit annis decem & septem. iste fuit decimus Rex Francorum.

Caput XXXVIII.

657 **R**ECENSVINDVS filius Cindasuindi post mortem patris successit in regno anno Domini sexcentesimo quinquagesimo septimo, regni Hispaniæ ducentesimo sexagesimo quinto, & regnavit annis decem & octo, mensibus vndecim. Hic tria concilia clarente Eugenio vrbis regiæ metropolitano Toleti instituit celebrari. Huius Recensuindi Principis anno nono suscepit sanctus Illelfonfus Pontificatum ecclesiæ Toletanæ. Fuit autem beatus Illelfonfus de genere nobili, discipulus Sancti Isidori, monachus professione, vir per omnia laudabilis, & præcipuus sanctitate, demum Pontifex Toletanus. Et cum hoc tempore Heluidius & Pelagius a Gallis venientes plerasque partes Hispaniæ errore infecerent, virginitatem beatæ virginis infamantes: beatus Illelfonfus illis occurrens sacrarum literarum testimoniis, & lingua melliflua, & gratia in labiis suis diffusa eorum dogmata confutavit, & ab Hispaniis confusus abegit. vnde etiam in festo gloriose virginis quod in Hispaniis quindecimo Kalendas Ianuarii celebratur, cum ipse ad matutinale officium comitatus clero, & populo, & multis luminaribus ad ecclesiam conuenisset, apparuit ei beata virgo choris Apostolorum, martyrum, ac virginum comitata, & sic ait: Quia fide certa & conscientia pura lumbos tuos virginitatis cingulo accinxisti, & gratia in labiis tuis diffusa virginitatis meæ gloriam in cordibus fidelium depinxisti, accipe vestem de thesauris filii mei, ut iam in hac vita vestimento gloriæ adoreris, & ea in meis & filii mei solennitatibus vestiaris. Et his dictis cum glorioso cœtu quo apparuerat, ad gloriam filii remeavit. Beatus autem Illelfonfus de promissis securus suscepto munere lætus remansit. Hac autem veste nullus post eum vti præsumpsit, nisi Desibertus Archiepiscopus, qui culpa sua ab illa sede propulsus fuit exilio relegatus. Sedit autem nouem annis & duobus mensibus in cathedra Toletana, & expleto decimo octauo anno Recensuindi principis, decimo Kalendas Februarii vitam finiuit Toleti, & in ecclesia beatæ Leocadiæ ad pedes beati Eugenii prædecessoris ac auunculi sui cum magna reuerentia est sepultus. Obiit autem Recensuindus morte propria Toleti relicto filio Theudofredo, quem Vitiza postea excæcauit. Et depingi-

depingitur in veste pacifica quia pacem habuit. Depinguntur etiam in margine sanctus Illelfonfus, quia illo tempore claruit, & Theudofredus filius Recensuindi, qui excæcatus fuit, & duo filii Theudofredi, Costa & Rodericus nepotes Recensuindi, ut genealogia clarius cognoscatur, de quibus suis locis congruentibus dicetur. Concurrentia. Concurrerunt cum Recensuindo, & prope tempora eius, in sede Apostolica Donus natione Romanus annis tribus: in solio vero Imperii Romani imperabat idem Constantinus quartus. Anno nono regni Recensuindi obiit Clodoueus Rex Francorum, & successit ei Theodoricus filius eius, qui regnavit annis decem & nouem. Iste fuit vndecimus Rex Francorum.

10

Caput XXXIX.

VIR nobilis Bamba de Gothorum genere procreatus, strenuus, pacificus, mansuetus, qui ante regni fastigium multorum celebrationibus celebris habebatur, defuncto Recensuindo ad regni solium vnanimiter subleuatur anno Domini sexcentesimo septuagesimo sexto, regni Hispaniæ ducentesimo octogesimo quarto, & regnavit annis nouem, mense vno. In principio regni eius Paulus Græcus vnus de magnatibus eius contra eum rebellauit, quem Bamba cum magno exercitu apud Nemausum obsedit, & per vim obtinuit ciuitatem, atque muros eius destruxit, & captum Paulum vinculis ad Toletum reduxit, vbi triumphaliter Bamba est receptus præcedentibus Paulo & complicibus suis decaluatis capitibus, & barbibus rasis, pedibusque nudatis. Ibant autem induti saccis, & camelis impositi, Paulus vero corona picea coronatus, vbi carceribus mancipati manserunt. Rex vero ciuitatem miris operibus insigniuit. Quarto autem regni sui anno concilium Toleti celebrauit sub Quirico primare, cuius tempore ducentæ & septuaginta naues Arabum ad litus Hispaniæ peruenerunt, sed misso per Regem exercitu concremantur. Ac cum humana prosperitas aduersantibus carere non soleat, & extrema gaudii luctus occupet, Rex Bamba qui cum insigni triumpho coronatus extiterat, postremo per Frigidium consobrinum Cindasuindi Regis veneno potui mixto inficitur, qua potione memoria Regis turbatur. Quod Quiricus pontifex Toletanus & optimates palatii cernentes, & causam penitus ignorantes, ne Rex catholicus sacramentis fidei fraudaretur, statim confessionis & poenitentia antidotum obtulerunt: quod religiosus Rex deuote suscipiens, religionis habitum postulauit, & ad monasterium conuolans quod in villa quæ Pampliga dicitur, in districtu Burgenfi, in quadam ecclesia extra muros subdita monasterio Sancti Petri de Arlanca tunc situm erat, finiuit vitam. Vixit autem in regno annis nouem, & in monasterio annis septem. Depingitur Bamba armatus, sed coopertus cucullo monachali, quia gloriose bellum contra Paulum & fautores regnans gessit, sed in fine monachus effectus ab hac luce subtractus est. Concurrentia. Concurrerunt cum Bamba, & prope tempora eius, in sede Apostolica Agatho natione Siculus annis duobus, & Leo secundus natione Syrus mensibus decem: in solio vero Imperii Romani imperabat idem Constantinus quartus.

Caput XL.

HERMIGIUS eo quod esset Recensuindi sobrinus, successit in regno tyrannice, & non de iure. reliquerat enim Recensuindus filium paruulum Theodofredum, cui successio regni debebatur. Cœpit autem regnare Hermigius anno Domini sexcentesimo octogesimo quinto, regni Hispaniæ ducentesimo nonagesimo tertio, & regnavit annis septem. Hic Ciflonem filiam suam magno viro Egicæ, Bambæ Principis consobrino dedit vxorē, propter Recensuindi filium Theudofredum, ne regni eius primordia impediret. Huius tempore fames valida Hispaniā pro parte depopulauit. Hoc tempore tria concilia in Toletana vrbe sunt celebrata sub Iuliano primare. Hic Iulianus Archiepiscopus dictus Pomerius, ex genere Iudæorum, ut flores rosarum inter vepres spinarum productus, omnibus mundi partibus in

An. dom. doctrina Christi manet præclarus. Non enim perfidia maiorum suorum qui fidem catholicam pertinaciter recipere noluerunt, sed fidelis Abraham qui credit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, vestigia securus, rebellium & incredulorum Iudæorum pertinaciam abhorrens, ut verus Israelita in quo dolus non est, Christianæ veritatis cultor & prædicator fuit, & inter multos claros pontifices qui Toleti fuerunt, vnus hic de clarioribus fulsit. Depingitur Hermigius in veste pacifica, quia bella non legitur gessisse, sed plura concilia celebrari fecisse. Depingitur quoque in margine Iulianus Pomerius Archipontifex, quia famosus vita & scientia fuit: non tamen ponitur ei Aureola, quia non legimus eum in catalogo sanctorum collocatum, licet sanctus communiter reputatur. Concurrentia. Concurrent cum Hermigio, & prope tempora eius, in sede Apostolica Benedictus secundus natione Romanus mensibus decem: in folio vero Imperii Romani Iustinianus secundus imperauit annis decem.

Caput XLI.

692 **E**GICA gener & successor Hermigii post mortem eius ad regni Gothorum assumitur principatum anno domini sexcentesimo nonagesimo secundo, regni Hispaniæ trecentesimo, regnavit annis decem, & cum filio annis tribus: sed isti tres anni patri, non filio computantur, & ita in vniuerso regnavit annis tredecim, & confestim ut habuit regnum, filiam Hermigii quam in vxorem acceperat, ob crimen Hermigii patris sui, quod in venenatione Bambæ Regis commiserat, a se abiecit. communi morte dicitur obiisse. Depingitur Egica in pacifica veste, quia bella non gessit. Concurrentia. Concurrenterunt cum Egica, & prope tempora eius, in sede Apostolica Sergius primus natione Syrus annis tredecim, & Leo tertius annis duobus: in folio vero Imperii Romani Leo secundus annis tribus, & Tiberius tertius annis septem. Anno sexto Egicæ obiit Theodoricus Rex Francorum, & successit Childebertus secundus, filius eius, qui regnavit annis duodecim. iste fuit duodecimus Rex Francorum.

Caput XLII.

702 **V**ITIZA filius Egicæ post patris mortem successit in regno anno Domini septingentesimo secundo, regni Hispaniæ trecentesimo decimo, & regnavit annis nouem. Iste luxuriose vixit, & aliis luxuriandi causam dedit. In initio regni sui Theodofredum filium Recinsuindi Regis apud Cordubam exilio relegauit, & oculos eius effodit. Qui Theodofredus Rex ex vxore sua nomine Retilene de Regum genere procreata genuit Costam & Rodericum. Hic Vitiza voluit occidere Pelagium, cuius patrem apud Tudam fuisse peremerat, sed ad Cantabriam fugiens euasit furiam persequentis, quia volebat dominus liberationis asyllum in Hispaniis conseruare. Vitiza autem factorum canonum inimicus, Oppæ fratri suo Archiepiscopo Hispalensi tradidit ecclesiam Toletanam, eiusdem vrbs viuentis pontifice Sindereo, ut sicut ipse carnali, ita & frater spiritali adulterio fœdaretur, & ut iniquitate iniquitati adiiiceret, violatis priuilegiis ecclesiarum reuocauit Iudæos, & maioris immunitatis priuilegiis, quam ecclesias, honorauit. Sed quia iusto iudicio Dei agitur, ut actores scelerum pœnas subeant vltionis, de manu Domini duplicia suscepit qui pro simplicibus satisfacere noluit. Igitur Rodericus filius Theodofredi, quem Vitiza, ut patrem, priuare oculis nisus fuit, fauore Romani senatus qui eum ob Recinsuindi gratiam diligebat, contra Vitizam decreuit publice rebellare, qui viribus præminens cepit eum, & quod patri suo fecerat, fecit ei, & regno expulso sibi regnum electione Gothorum & senatus auxilio vindicauit. Vitiza itaque plenus abominacionibus, vacuus regno, orbis oculis, propria morte Cordubæ quo Theodofredum relegauerat, exul & Rex vitam finit. Cumque duos filios reliquisset Sifibertum & Ebam, nullus successit in regno, eo quod

eo quod essent propter patris insolentias omnibus odiosi. Depingitur Vitiza absque oculis, & cum compedibus ferreis, quia cæcus & incarceratus vitam exiit. Concurrentia. Concurrenterunt cum Vitiza, & prope tempora eius, in sede Apostolica Ioannes sextus natione Græcus anno vno, & Ioannes septimus similiter natione Græcus annis tribus: in folio vero Imperii Romani Iustinus secundus qui primo imperauerat, & expulsus fuerat, recuperauit imperium annis sex.

Caput XLIII.

10 **C**OSTA Theodofredi filius regnum Gothorum assumpsit anno Domini septingentesimo vndecimo, regni Hispaniæ trecentesimo decimo nono, & dicitur regnasse quinque annis, & septem mensibus, quod tamen temporum computatio non recepit: quia secundum tempora quibus alii Reges regnarunt, tot anni ei attribui non possunt. Sed licet quanto tempore regnavit, certitudinaliter nesciatur, hoc tamen testantur historiæ vulgari sermone conscriptæ, quod Vitiza ex abundantia malitiæ suæ voluit eum excæcare, sicut Theodofredum patrem suum excæcauerat. Sed Costa viriliter existens, fretus auxilio Senatus & populi Romani, qui intuitu amicitiae quam cum Recinsuindo Rege suo habuerant, fauorem ei præstiterunt & auxilium, rebellauit patenter contra Vitizam, & indixit ei bellum, & venerunt ad prælium campestre, in quo Vitiza fuit victus & captus, cui Costa præcepit effodi oculos, sicut ipse fecerat Theodofredo patri suo, & sic vita & regno priuatum ac cæcum misit Cordubam in exilium, vbi infeliciter vitam finit. Sæpe namque iustitiæ diuinæ ineffabilis statera in hoc sæculo male meritos digne punit, ut prauitatis suæ exuberantia petente exuberantes pœnas recipiant, & in hac vita temporalibus suppliciis afflicti ad æterna supplicia in futuro sæculo transeant puniendi. Merebantur enim Vitizæ execranda flagitia, ut hic & ibi acriter puniretur. Hic Costa relictis duobus filiis parvulis morte propria obiit. De regno huius historicus Rodericus mentionem non facit, sed post Vitizam immediate inferuit Rodericum, posuit tamen illum, ut vtrique historiæ satisfacerem. Depingitur Costa in veste pacifica, quia in pace obiisse dicitur.

Caput XLIIII.

RODERICVS vltimus Rex Gothorum, qui etiam viuentis Vitiza corregnare cœperat, hortante & adiuuante Senatu Rex Gothorum efficitur. Cœpit autem regnare anno secundum regni Vitizæ, qui fuit annus Domini septingentesimus nonus, & regnavit annis duobus cum Vitiza, & vno per se. Ideo dicendus est cœpisse regnare anno Domini septingentesimo vndecimo, regni Hispaniæ tricentesimo decimo nono, & regnasse per vnum annum, ut alii duo anni Vitizæ computentur, quod vtrique intelligendum est secundum illos qui nullam mentionem faciunt de Costa Rege. Nam iuxta opinionem illorum qui dicunt Costam regnasse immediate post Vitizam, hoc non obtineret, quia quinque anni addi deberent. Sed nos licet interseruimus Costam, ut satisfaceremus vni opinioni, prosequamur tamen secundum aliam quam historiator pontifex Rodericus sequitur, ut iuxta Rodericum historiorem Roderici Regis gesta narrentur. Erat autem Rodericus durus in bellis, & ad negotia expeditus, sed in moribus dissimilis Vitizæ. Nam & circa initium regni sui Vitizæ filios Sifibertum & Ebam opprobriis & iniuriis laceffitios a patria propulsaui, qui relicta patria ad Siciliam Comitum Tingitanæ ob patris amicitiam transfretarunt. Hic Rodericus filiam Iuliani Comitissæ in regali curia morabatur, violenter oppressit, Iuliano per eum legationis causa in Africam misso. Quo redeunte, stuprum filiz intensus doluit, & nauigio Septam veniens ibi vxorem cum rebus domesticis collocauit, & habita coniuratione secreta cum Arabibus in Hispaniam est reuersus, & ægrotantis matris diffidium simulans a Rege filiam impetrauit iussione matris solatio destinandam, quam

An. dom. receptam restituit matri suæ, & ex tunc in antea cœpit ad destructionem Hispaniæ totis viribus properare, & se Arabibus qui Machometistæ erant, copulare. Et quia Arabes timebant in Hispaniâ transire, voluerunt primo paulatim experiri. Et quidam Princeps nomine Muza præses Aphricæ constitutus ab Vlic Miramabolino, misit cum Comite Iuliano quendam Principem nomine Tarif cum aliquibus militibus & peditibus Aphricanis, qui transeuntes strictû maris venerunt Tarisam, & post hæc fecerunt insultum suum in Algeziram & alia loca maritima, & multis hominibus occisis, magnaq; præda habita redierunt in Aphricam, & cum eis Iulianus Comes. Qui referentes hoc Muzæ magnam confidentiam tribuerunt iterum in Hispaniam audacius transeundi. Muza vero vocatus ab Vlic Miramabolino iuit in Aphricâ relicto in patriæ principatu Tarif, cui iniunxit, vt Iuliano Comiti auxilia largiretur, qui ei dedit duodecim millia bellatorum, quos Iulianus separatim in Hispaniam duxit in nauibus mercatorum, ne causa transitus perciperetur, qui omnes conuenerunt in monte qui Atarif Gebel dicitur (Gebelenim Arabice, idem est quod mons) hodie autē corrupto vocabulo dicitur Gibraltar. Quod cum ad Roderici Regis notitiam peruenisset, misit contra eos nepotem suum nomine Sanciu, qui cum eis sæpius dimicans, sæpius fuit victus, & ultimo interfectus. Vnde & Arabes sumptis animis audaciâ sumpsert, Iuliano Comite eos per Bæticam quæ hodie dicitur Andaluzia, & Lusitaniam quam vocamus Strematuram, deducente, cœperunt diruptiones & excidia exercere. Rex autem Rodericus audita strage suorum, & prouinciæ vastatione, Gothis omnibus congregatis ad aduentum Arabum se obiecit, & ad occursum strenue properauit. Cumq; venissent ad flumen quod Guadalet h vocatur, prope Assidonam quæ nunc Xericium dicitur, ex alia parte sedit exercitus Aphricanus. Rex autē Rodericus cum corona aurea, & vestibus deauratis, a duobus mulis in lecto eburneo ferebatur, vt Gothorû Regum dignitas exigebat, & per octo dies continuos a Dominica in Dominicam dimicauerunt, ita quod de Tarif exercitu fere decem & sex millia ceciderunt. Sed Iuliano Comite & Gothis qui secum aderant, dure instantibus, franguntur acies Christianorum, qui longa pace & abundantia desides, imbelles, & ignaui certaminis sunt inuenti, & obicibus terga dantes die Dominica anno Domini septingentesimo quarto decimo, a Machometi vero errore principis anno nonagesimo secundo, Rex Rodericus & Christianus exercitus deuincuntur, & fuga in adocili perierunt. Duo autem filii Vitizæ qui cum Iuliano Comite conspirauerunt, Regi Roderico in hoc prælio astiterunt, & alter a dextris, & alter a sinistris, collaterales acies gubernabant, & dicuntur in præcedenti nocte cum Tarif consilium habuisse, vt ipsi a bello cessantibus Gothorum exercitus de facili vinceretur, & Rex Rodericus cum esset magnanimus, antequam fugeret, permitteret se occidi, vt eo mortuo posset eis regnum peruenire (non enim credebant, quod possent, vel velent Arabes patriam retinere) vnde in conspectu armis depositis quanto citius effugerunt: & hoc ipsum Tarif promiserat, quod restitueret eis omnia quæ fuerant patris sui, quod postea non impleuit. Alii tamen putant hos fuisse filios Costæ fratris Roderici, qui prætendebant ad se regnum pertinere. Sed siue Vitizæ, siue Costæ fuissent, constat eos infideliter se habuisse. Prælio itaq; infelicitate acto, quid Regi Roderico aduenerit, ex certo nescitur, nisi quod corona, vestes, & insignia, & calciamenta auro & lapidibus adornata, & equus qui Orelia dicebatur, in loco tremulo iuxta flumen sine corpore sunt inuenta: quid autem de corpore fuerit factum, penitus ignoratur, nisi quod post multa tempora apud Visum ciuitatem Portugalliæ inscriptus tumulus fuit inuentus: HIC IACET RODERICVS VLTIMVS REX GOTHORVM. Depingitur autem Rodericus sub luctuosa veste, vt qui superbe cum pomposis insignibus ad prælium processit, infelicitate victus sub nigra veste miserabiliter depingitur. Habuit enim magnam lamentandi causam: & cum eius tempore Hispani regni monarchia humiliata est, Gothorum nomen apud Hispanos prorsus cessauit. Nam licet Hispaniæ Reges a Rege illo descenderant, titulum tamen Gothicum dimiserunt, aliis regis titulis sunt insigniti. Depinguntur etiam in margine iuxta eum sceleratissimi

tissimi proditores, Iulianus Comes, & Oppa Archiepiscopus. decet enim, vt sicut proborum virorum depinguntur imagines, vt ad memoriam nostram veniant laudandi, sic & sceleratorum, vt veniant execrandi, sicut & Iudas in cœna Domini solet depingi. Tarif quoque infidelis Machometista depingitur, qui cum eis venit in exercitum Hispanorum, vt a memoria nostra non cadat ab istis Machometistis terras nostras occupatas fuisse, vt cum eos debellamus, non existimemus, quod a terris suis illos expellimus, sed quod nostras quas violenter occuparunt, recuperamus. Concurrentia. Concurrerunt cum Roderico, & prope tempora eius, in sede Apostolica Sofimus natione Romanus diebus viginti, & Constantinus natione Syrus annis septem, cum isto Constantino fuerunt in sede Apostolica nonaginta & duo Pontifices. In folio vero imperii Romani Philippus secundus imperauit anno vno, mensibus sex.

Caput XLV.

PELAGIVS post cladem cœpit rebellare Agarenis, & principatum Hispaniæ inter Christianos obtinere. Sed quia hoc paulatim effectum est, clare non apparet in Chronicis, quo tempore regni titulum assumpsit, licet aliqui post biennium a clade in regem assumptum dicant. Ne tamē interruptionem ponamus, congruenter dici potest, quod ex eo die quo Rodericus infelicitate regnum amisit, Pelagium nutu diuino in regno fœlicitate subrogatum putemus, & illi illud biennium, licet in illo forsan regnum vacasset, attribuamus. Sic ergo regni eius tempora computando regnare illum cœpisse existimandum est, anno Domini septingentesimo duodecimo, regni Hispaniæ trecentesimo vicesimo, & regnauit annis viginti. Hic de regio Gothorum genere descendens plurimas Agarenorum ciuitates cepit, & multa prælia contra Agarenos deuicit. De cætero autem alii Reges nuncupati non fuerunt Reges Gothorum, sed Reges Legionis, vel Asturiarum. Hic Pelagius genuit duos filios, scilicet Faslam, qui post mortem eius regnauit, & Ormiseldam Reginam vxorem Alfonsi Regis Catholici. Et quia in isto cœpit regnum Hispaniæ reparari, ideo ab eo incipit tertia computatio annorum, videlicet a reparatione regni. Obiit autem Pelagius morte communi, & depingitur armatus, in manu ensẽ nudum habens, quia multa prælia & urbium obsidiones gloriose peregit. Habet in scuto leonẽ depictum rubeum in campo albo, quæ sunt arma Regum Legionis, quia ab eius tempore cessauit in Hispania intitlatio Gothorum & arma eorum, & successit intitlatio a regno Legionis, quod forte fuit, quia prima ciuitas quam ab Arabibus occupauit, fuit Legio, & ex tunc in antea regia ciuitas reputata est. Continuatur autem hæc arma in Regibus Legionis qui separatim in Legionem regnauerunt: coniunguntur vero per catella scuti cum armis Castellæ, quando regna mutata fuerunt. Depingitur etiam in margine Regina vxor eius. Concurrentia. Concurrerunt cum Pelagio, & prope tempora eius, in sede Apostolica Gregorius secundus natione Syrus annis decem & sex: in folio vero Imperii Romani Anastasius secundus imperauit annis tribus. Hic Philippum Imperatorem captum oculis priuauit. Iste in omnibus malus fuit. Huius exercitus Theodosium elegit Imperatorem, qui Anastasio deuicto ordinauit ipsum in presbyterum. Post quem Theodosius imperauit anno vno. Secundo vero anno huius regni Pelagii obiit Childebertus Rex Francorum, & successit ei Dagibertus secundus filius eius, qui regnauit annis quinque. Iste fuit tertius decimus Rex Francorum. Post quem successit Theodoricus filius eius, qui regnauit annis quindecim, & iste fuit quartus decimus Rex Francorum.

Caput XLVI.

FASILA Pelagii filius cœpit regnare anno Domini septingentesimo tricesimo secundo, regni Hispaniæ trecentesimo tricesimo primo, & ab eius reparatione vicesimo, & regnauit annis duobus. Hic a quodam viro cum venationi insisteret,

An. dom. miserabiliter est interfectus. Ideo depingitur cum vrfo pugnans, quia vrfo dentibus & brachiis depresso obiit. Concurrentia. Concurrerunt cum Fasila, & prope tēpora eius, in sede Apostolica Gregorius tertius natione Romanus annis decem: in solio vero Imperii Romani Leo tertius imperauit annis viginti quinq;. Huius tempore Sarraceni Constantinopolim venerunt, & tribus annis ciuitatem obsidentes abscellerunt, & inde multa bona abstulerunt.

Caput XLVII.

734 **ALPHONSVS** huius nominis primus, cognominatus Catholicus, gener Pelagii, post mortem Fasilæ cœpit regnare anno Domini septingentesimo tricesimo quarto, regni Hispaniæ trecentesimo tricesimo tertio, & ab eius reparatione anno vicefimo secundo, & regnauit decem & nouem annis. Hic vir catholicus, & bellator, & magnanimus est inuentus. Ex vxore sua Ormiselda Pelagii genuit hos filios, Froilam & Aurelium, qui regnauerunt post eum gradatim, vt sequitur, & Egimadam quæ fuit vxor Silonis, qui propter eam regnauit, & Ilmaraum patrem Veremundi Regis in arbore sua descripti, & Mauracatum ex concubina, quietiam regnauit: sicque habuit duos filios legitimos, & vnum bastardum, & vnum generum, & duos nepotes Veremundum & Alphonsum Castum, vnum post alium in gradibus suis. Depingitur autem Alphonfus armatus, ense nudum manu tenens, quia multa bella feliciter peregit. Obiit autē Alphonfus morte communi. Depingitur autem in margine Ormiselda vxor eius, & Aurelius qui regnauit post Froilam primogenitum, & Ilmaraus qui non fuit Rex, sed fuit pater Veremundi Regis, & Egimada vxor Silonis, qui propter eam regnum habuit, & Veremundus, & Mauracatus, qui regnauerunt, & infra in reftitudine arboris integre sunt depicti. Concurrentia. Concurrerunt cum Alphonfo, & prope tempora eius, in sede Apostolica Zacharias natione Græcus annis decem: in solio vero Imperii Romani Constantinus quintus imperauit annis quindecim. Anno octauo regni Alphonfi obiit Theodoricus Rex Francorum, & successit ei Childericus frater eius, qui regnauit annis nouem.

Caput XLVIII.

753 **FROILA** huius nominis primus post mortem patris cœpit regnare anno Domini septingentesimo quinquagesimo tertio, regni Hispaniæ trecentesimo quinquagesimo secundo, & ab eius reparatione anno quadragesimo primo, & regnauit annis tredecim. Iste populauit Ouetum, & construxit ecclesiam cathedralem. Hoc tempore Homa Dux Cordubæ fines Galliciæ infestabat, & occurrens ei Rex Froila prælium contra Agarenos habuit, & deuicit. In quo prælio quinquaginta quatuor millia Arabum ceciderunt. Postea vero apud Tangas oppidum Asturiarum a fratre suo Aurelio fuit interfectus, relinquens filium paruulum Alphonsum, qui fuit cognominatus Castus. Depingitur Froila cum ense in manu, quia Agarenos deuicit, & pugione in pectore, quia ab Aurelio fratre suo occisus est. Depingitur & in margine Regina vxor eius, & Alphonfus Castus filius eius, qui postea loco suo integre depictus est. Concurrentia. Concurrerunt cum Froila, & prope tempora eius, in sede Apostolica Stephanus secundus natione Romanus annis sex: in solio vero Imperii Romani Constantinus sextus cum filio suo Leone imperauit annis quindecim. Anno secundo huius regni Froilæ Childericus Rex Francorum depulsus est a regno Franciæ per Pipinum filium Caroli Martelli, qui in Regem Francorum est assumptus autoritate Zachariæ Pape, vt habetur libro Decretorum, & regnauit annis quindecim.

Caput XLIX.

766 **AURELIUS** Alphonfi Catholici filius post interitum fratris cœpit regnare anno Domini septingentesimo sexagesimo sexto, regni Hispaniæ trecentesimo sexagesimo

sexagesimo quinto, & ab eius reparatione quinquagesimo quarto, & regnauit annis sex, & morte propria vitam finiuit. Depingitur Aurelius versa facie, quia fratrem suum iniuste occidit, & quasi ex verecundia de tātō flagitio faciem nō monstrans, vt alter Cain verecundans ob Abel occisum. Concurrentia. Concurrerunt cum Aurelio, & prope tempora eius, in sede Apostolica Paulus natione Romanus annis decem: in solio vero Imperii Romani Leo quartus imperauit annis sex.

Caput L.

10 **SILIO** gener Catholici Regis Alphonfi, post mortem Aurelii ex iure Egimadæ vxoris suæ Regis Alphonfi filii, cœpit regnare anno Domini septingentesimo septuagesimo secundo, regni Hispaniæ trecentesimo septuagesimo primo, & ab eius reparatione sexagesimo, & regnauit annis octo. Cum Arabibus pacem firmavit, & Galleciam rebellantem in monte Ciperio superauit, & suo imperio subiugauit. Obiit autem Silo morte communi, & depingitur in veste pacifica, & ense in manu prope montes, quia suos rebellantes in montibus subiecit, licet cum hostibus bellum non habuerit. Depingitur etiam in margine Regina vxor eius, quia propter eam habuit regnum. Concurrentia. Concurrerunt cum Silone, & prope tempora eius, in sede Apostolica Constantinus secundus natione Romanus anno vno, & Stephanus tertius natione Syrus annis quatuor: in solio vero Imperii Romani Constantinus imperauit annis decem.

Caput LI.

30 **MAURACATVS** commemorati Alphonfi Catholici ex concubina filius, Silone defuncto, per tyrannidem Rex efficitur anno Domini septingentesimo octogesimo, regni Hispaniæ trecentesimo septuagesimo nono, & ab eius reparatione sexagesimo octauo, & regnauit annis tribus. Hic Mauracatus vt fauorem Arabum acquireret, contra Dei legem multa commisit. Puellas namque virgines tam nobiles, quam plebeias, sub certo numero quolibet anno Arabibus dabat. Iniquus & malus in omnibus est inuentus. Obiit morte communi. Depingitur Mauracatus in veste longa, & coopertus chlamyde iuxta morem Arabum, quia cum Arabibus turpem amicitiam fecit. Concurrentia. Concurrerunt cum Mauracato, & prope tēpora eius, in sede Apostolica Adrianus primus annis quatuordecim: in solio vero Imperii Romani Nicephorus imperauit annis nouem.

Caput LII.

40 **VEREMUNDVS** huius nominis primus, filius Bilmarai, filii Alphonfi cognomēto Catholici, Mauracato mortuo in Regem eligitur anno Domini septingentesimo octogesimo tertio, regni Hispaniæ trecentesimo octogesimo primo, & ab eius reparatione septuagesimo primo, & regnauit annis duobus. Hic fuit magnanimus, & regnum sponte dimisit, recolens se olim ordinem diaconi suscepisse, & consobrinum suum Alphonsum qui ad Nauarros confugerat, reuocauit, & in regno substituit successorem, & cum eo aliis quatuor annis & sex mensibus dulcissimam duxit vitam, & communi morte vitam finiuit cum vxore sua Imelone quam a se propter conscientiam ordinis separauit, relictis ex ea duobus filiis paruulis, Ranimiro qui fuit Rex, & Garfia. Depingitur Veremundus in veste longa & pacifica, quia bella non gessit. Depingitur etiam in margine Regina vxor eius, & duo filii eorum, Ranimirus qui fuit Rex, & Garfia qui cum Ranimiro fratre coregnauit. Concurrentia. Concurrerunt cum Veremundo, & prope tempora eius, in sede Apostolica Leo tertius natione Romanus annis viginti tribus: in solio vero Imperii Romani Michael imperauit annis duobus.

785 **ALFONSVS** secundus cognominatus Castus, filius Regis Froilæ, cœpit regnare anno Domini septingentesimo octogesimo quinto, regni Hispaniæ octogesimo tertio, & ab eius reparatione septuagesimo tertio, & regnavit annis quadraginta vno. Hic fuit optimus Rex, & ædificator ecclesiarum, & reedificavit Ecclesiam Ouetensem. Et quia desiderabat in ea ponere aliquam preciosissimam crucem, Deus voluit, vt miraculose per Angelum crux insignis fieret, quæ hodie ibi inter reliquias in magna veneratione habetur. Hic dicitur deuicisse Carolum Magnum Regem Francorum, & Rolandum, & alios famosissimos milites vocatos Pares, in Nauarra apud Ronces valles, vbi Carolo ad Hispaniam venienti obuiam occurrebat. Hic Castus vocatus sine liberis decessit. Depingitur hic Alphonfus senex in veste longa & honesta, angelis sibi dantibus crucem quam fabricauerant. Concurrentia. Concurrerunt cum Alphonso, & prope tempora eius, in sede Apostolica Stephanus quartus natione Romanus sedit mensibus septem, & Paschâsius natione Romanus annis septem, & Eugenius secundus natione Romanus annis tribus: in folio vero Imperii Romani Carolus Magnus Rex Francorum electus fuit in Imperatorem Romanorum anno vno, regni huius Alfonsi vicesimo tertio. Et ex tunc cœperunt esse simul Reges Francorum & Imperatores, quod durauit aliquo tempore. 20

823 **RANIMIRVS** huius nominis primus, filius Regis Veremundi, cœpit regnare anno Domini octingentesimo vicesimo tertio, regni Hispaniæ quadringentesimo vicesimo quarto, & ab eius reparatione centesimo decimo quarto, & regnavit annis sex, mensibus nouem. Hic cum Arabibus decertauit in illo celeberrimo prælio campestri quod apud Calagurram habitum est, in quo sanctus Iacobus apparuit, & deuicta immensa copia Arabum, vota emissa fuerunt de dando perpetuis temporibus ex quolibet iugere bouum, seu iumentorum serentium, certam mensuram grani ecclesiæ sancti Iacobi, quæ hodie in multis huius regni prouinciis exoluitur. Ex illo autem prælio in antea consueuerunt Hispani, cum præliis campestribus pugnant, eleuatis dextris clamando inuocare sanctum Iacobum. Obiit mortè communi relicto Ordonio filio. Depingitur hic Ranimirus cœmiens in castris armatus, eo quod sic dormienti apparuit ei S. Iacobus. Depingitur etiâ in margine vxor eius, & Garsias frater, qui licet non fuit Rex, correignauit tamen cū eo, & Ordonius filius eius, qui post eum regnavit, qui infra depingitur integrè in rectitudine arboris. Concurrentia. Concurrerunt cum Ranimiro, & prope tempora eius, in sede Apostolica Valentinus natione Romanus diebus quadraginta, & Gregorius quartus natione Romanus annis decem & sex: in folio vero Imperii Romani Ludouicus Rex Francorum imperauit annis decem & octo. 40

827 **ORDONIVS** huius nominis primus, filius Ranimiri, cœpit regnare anno Domini octingentesimo vicesimo septimo, regni Hispaniæ quadringentesimo vicesimo, & ab eius reparatione cœtesimo vicesimo, & regnavit annis decem. Hic deuicit in prælio Muzam Regem Cordubæ, in quo prælio dicuntur occisi duodecim millia militum Arabum, & alii plurimi pedites. Obiit autem Rex ægritudine podagrica, relicto filio Alfonso qui fuit Rex, & aliis filiis, videlicet Veremundo, & Nunnio, & Ordonio, & Froila. Depingitur armatus sub cappa longa. Depinguntur etiam in margine Regina vxor eius, & præfati filii Veremundus & Nunnus, Ordonius & Froila. Concurrentia. Concurrerunt cum Ordonio, & prope tempora eius, in sede Apostolica Sergius natione Romanus annis tribus: in folio vero Imperii Romani Lotarius imperauit annis decem. Huius tempore Saraceni

raceni funditus ecclesias beatorum Apostolorum Petri & Pauli cum omnibus Romanorum finibus dilapidarunt. An. dom.

10 **ALFONSVS** huius nominis tertius, cognominatus Magnus, filius Regis Ordonii, cœpit regnare anno Domini octingentesimo tricesimo tertio, regni Hispaniæ quadringentesimo, & ab eius reparatione centesimo tricesimo, & regnavit annis quadraginta. Hic genuit duos filios, videlicet Garsiam, Ordonium, & Froilam, qui omnes fuerunt Reges, vnus post alium: & vnum alium vocatum Gundisaluum, qui fuit Archidiaconus Ouetenfis. Iste erigi fecit ecclesiam Compostellanam in cathedralem, & postea fuit erecta in metropolitanam. Huic rebellauit Bernardus de Carpio famosus Baro. Obiit autè Alphonfus apud Zamorâ morte communi. Depingitur sub cultu armorum, quia bella gloriose gessit. Depingitur etiam in margine Ximena Regina vxor eius, & quatuor filii, tres Reges, & vnus Archidiaconus. Concurrentia. Concurrerunt cum Alphonso, & prope tempora eius, in sede Apostolica Leo quartus natione Romanus annis octo, post obitum Leonis Ioânes Anglicus natione Maguntinus sedit annis duobus, & mortuus est. fertur per aliquos, quod erat femina. Et Benedictus tertius annis duobus. In folio vero Imperii Romani Ludouicus secundus imperauit annis viginti. 20

883 **GARSIAS** primogenitus Alfonsi cœpit regnare anno Domini octingentesimo octogesimo tertio, regni Hispaniæ quadringentesimo octogesimo sexto, & ab eius reparatione centesimo septuagesimo sexto, & regnavit annis tribus. Obiit apud Zamoram iuuenis absque liberis morte communi. Ideo depingitur iuuenis, & in veste pacifica, quia non legitur bella gessisse. Concurrentia. Concurrerunt cum Garsia, & prope tempora eius, in sede Apostolica Adrianus secundus natione Romanus annis quinque: in folio vero Imperii Romani Carolus secundus cognominatus Caluus Rex Francorum, regnavit in Francia annis vndecim, & in Imperio anno vno, mensibus nouem. 30

887 **ORDONIVS** secundus, frater Garsie, cœpit regnare anno Domini octingentesimo octogesimo septimo, regni Hispaniæ quadringentesimo nono, & ab eius reparatione centesimo septuagesimo nono, & regnavit annis octo, mensibus sex. Hic multa prælia contra Arabes vicit, semel tamen ab eis fuit deuictus, in prælio apud vallem Ianquerem, quo plurimi ex catholicis ceciderunt, & aliqui captiui fuere. Inter quos duo Episcopi, Legionensis & Asturiensis capti sunt, & pro Episcopo Legionensi Pelagius nepos eius obses datus, apud Cordubam pro fide catholica martyrium suscepit. Hic Ordonius Comes Castellæ qui Regi Legionis tunc obediabant, ad palatium regium venientes sub securitate eius occidi fecit. Quam ob rem Castellani Regibus Legionis ex tunc in antea rebellauerunt, & sibi duos iudices constituerunt ex nobilibus & prudentioribus regni, videlicet Nunium Rasuram, auum celeberrimi & bellicosissimi Principis Fernandi Gundisalui Comitis, & Lainum Caluum, proauum proauum insignis bellatoris Roderici de Biuar, qui Cidus cognominatus est, quod in lingua Arabica Dominum sonat. Ex vtroque autem horum iudicum Reges Castellæ descendunt per aliqua latera, vt infra suo loco in duobus ramis arboris demonstrabitur, quorum vnus ramus, in quo Fernandus Comes ad dexteram: alius, in quo Cidus ad sinistrâ per respectum ad arborem depinguntur. Obiit autè Ordonius apud Zamoram absque liberis morte communi. Depingitur armatus, quia plurima bella gessit. Depingitur etiam in latere Regina vxor eius, & Pelagius martyr, qui fuit tempore eius. Concurrentia. Concurrerunt cū Ordonio, & prope tempora eius, in sede Apostolica Ioânes octauus decem annis: in folio vero

An. dom. Imperii Romani Carolus secundus Rex Francorum, qui tunc imperabat, obiit anno tertio eiusdem Ordonii, & successit ei in Imperio Carolus tertius filius eius, qui imperavit annis duodecim, & in regno Franciæ Ludouicus secundus, filius eiusdem Imperatoris & Regis Caroli, & regnavit annis duobus. Ille fuit decimus nonus Rex Francorum. Anno quinto eiusdem Regis Ordonii obiit Ludouicus Rex Francorum, & successit ei Carolus tertius, frater eius, qui regnavit annis sex. Ille fuit viceſimus Rex Francorum.

Caput LIX.

894 **F**ROILA huius nominis secundus, frater Ordonii, & filius Alphonſi tertii, cœpit regnare anno Domini octingentesimo nonagesimo quarto, regni vero Hispaniæ quadringentesimo nonagesimo septimo, & ab eius reparatione centesimo octogesimo septimo, & regnavit anno vno, mensibus duobus. Hic genuit quatuor filios, Alphonſum quartum, & Ranimirum secundum, qui ambo Reges fuerunt, & alios duos, Ordonium & Froilam, qui non fuerunt Reges. Hic occidit absque culpa filios Dimundi magnatis, & fratrem eius Freminum Episcopum relegavit, & ob hæc crimina, ut creditur, lepra percussus vitam finiuit. Depingitur Froila in veste pacifica, quia bella non gessit. Depingitur etiam in margine Regina vxor eius, & duo filii qui non fuerunt Reges, videlicet Ordonius & Froila. Concurrentia. Concurrerunt cum Froila, & prope tempora eius, in sede Apostolica Martinus secundus anno vno: in folio vero Imperii Romani Arnulphus imperavit annis duodecim.

Caput LX.

895 **A**LPHONSVS huius nominis quartus, filius Froilæ Regis, cœpit regnare anno Domini octingentesimo nonagesimo quinto, regni vero Hispaniæ quadringentesimo nonagesimo octavo, & regnavit annis quinque, mensibus septem. Hic ex Ximena vxore genuit Ordonium vocatum Malum, & monachus effectus regnum Ranimiro fratri dimisit. Sed leuitate ductus pœnituit, & cum regnum recuperare vellet, a Ranimiro fratre suo iam Rege factio apud Legionem obsessus, captus & excæcatus in vinculis vitam finiuit. Depingitur Alphonſus cæcus in veste longa, quia bella non gessit, & cæcus mortuus est. Depingitur etiam in margine Regina vxor eius, & Ordonius filius eius cognomento Malus, qui postea regnum assumpsit. Concurrentia. Concurrerunt cum Alphonſo, & prope tempora eius, in sede Apostolica Stephanus quintus annis sex, & Formosus anno vno, & Bonifacius tertius quindecim, & Stephanus sextus anno vno: in folio vero Imperii Romani Ludouicus secundus imperavit annis sex. Anno secundo huius regni Alphonſi obiit Carolus Rex Francorum, & successit ei Ludouicus tertius, qui regnavit annis duobus. Ille fuit viceſimus primus Rex Francorum.

Caput LXI.

901 **R**ANIMIRVS huius nominis secundus, frater Alphonſi, & filius Froilæ, cœpit regnare anno Domini nongentesimo primo, regni Hispaniæ quingentesimo tertio, & ab eius reparatione centesimo nonagesimo tertio, & regnavit annis decem & nouem, duobus mensibus. Hic genuit duos filios qui ambo Reges fuerunt, Ordonium & Sancium, & multis bellis prospere actis obiit morte communi. Depingitur ens in manu habens, quia bella gessit. Depingitur etiam in margine vxor eius, & Sancius cognomento Grossus, qui postea fuit Rex. Concurrentia. Concurrerunt cum Ranimiro, & prope tempora eius, in sede Apostolica Romanus diebus quindecim, & Theodorus natione Romanus diebus quindecim, & Ioannes nonus annis duobus, & Benedictus quartus annis tribus, & Leo quintus diebus quadraginta, & Christophorus mensibus sex. Hic de Papatu eiectus est, & factus est monachus. In folio vero Imperii Romani Verengarius primus imperavit annis

uit annis quatuor, & Corradus imperavit annis septem, qui fuit Alemanus. Anno primo huius Regis Ranimiri obiit Ludouicus Rex Francorum, & successit ei Carolus quartus cognominatus Simplex, qui regnavit annis viginti quinque, qui fuit viceſimus secundus Rex Francorum.

Caput LXII.

10 **O**RDONIVS huius nominis tertius, filius Ranimiri, cœpit regnare anno Domini nongentesimo viceſimo, regni Hispaniæ quingentesimo viceſimo secundo, & ab eius reparatione ducentesimo duodecimo, & regnavit annis quinque. Hic genuit Veremudum, qui fuit Rex. Obit autem apud Zamoram morte communi. Depingitur in veste pacifica, quia bella non gessit. Depingitur etiam in margine Regina vxor eius, & Veremundus filius, qui postea fuit Rex. Concurrentia. Concurrerunt cum Ordonio, & prope tempora eius, in sede Apostolica Sergius natione Romanus annis septem, & Anastasius natione Romanus annis duobus: in folio vero Imperii Romani Verengarius secundus imperavit in Italia annis septem. Anno secundo huius regis Ordonii obiit Carolus Rex Francorum, & successit ei Ludouicus quartus filius eius, qui regnavit annis decem & septem. Ille fuit viceſimus tertius Rex Francorum.

Caput LXIII.

30 **O**RDONIVS quartus cognominatus Malus, filius Alphonſi Regis excæcati, usurpare conatus est regnum. Habuit autem filiam Comitis Fernandi Gundifalvi in vxorem: sed propter malitiam eius abstulit eam ab eo Comes. ipse vero fugatus a regno per Sancium Regem, apud Cordubam occisus est. Ideo depingitur cum gladio in pectore fixo. Nec computantur ei anni regnandi, nec concurrentia, quia hæc omnia attribuntur Sancio.

Caput LXIII.

40 **S**ANCIVS huius nominis primus, cognominatus Grossus, filius Ranimiri, & frater Ordonii tertii, cœpit regnare anno Domini nongentesimo viceſimo sexto, regni vero Hispaniæ quingentesimo viceſimo sexto, & ab eius reparatione ducentesimo decimo sexto, & regnavit annis duodecim. Contra hunc rebellavit Ordonius malus filius Alphonſi Regis excæcati, & se Regem vocavit: sed fugatus a regno, prope Cordubam, ut præmissimus, occisus est. Huius Sancii tempore Fernandus Gundifalvi Comes bellum contra Arabes continue gerens multa prælia gloriose gessit. Cum hoc Rege Sancio (ut fertur) idem Fernandus illum contractum qui vulgariter narratur super equo & accipitre, iniuit, cuius occasione Castella a subiectione Regum Legionis ex toto liberata est. Obit autem Sancius (ut aiunt) ex veneno in pomo sumpto, relicto Ranimiro filio, qui fuit Rex. Depingitur Sancius in veste pacifica, & grossus corpore, quia magna pinguedine occupatus erat. Depingitur etiam in margine Regina vxor eius, & Ranimirus filius qui etiam fuit Rex. Concurrentia. Concurrerunt cum Sancio, & prope tempora eius, in sede Apostolica Anastasius tertius natione Romanus annis duobus, & Laudo natione Romanus mensibus sex, & Ioannes decimus sedit annis tredecim: in folio vero Imperii Romani Enricus primus imperavit annis decem & octo.

Caput LXV.

50 **R**ANIMIRVS huius nominis tertius, filius Sancii, cœpit regnare anno Domini nongentesimo tricesimo septimo, regni Hispaniæ quingentesimo tricesimo nono, & ab eius reparatione ducentesimo viceſimo nono, & regnavit annis viginti quinque, obiit absque liberis apud Legionem morte communi. Huius Ra-

nimirum tempore illi famosi nobiles vocati Infantes de Salas, filii nobilis viri Gudi-
falui Gustios ab Arabibus occisi sunt dolo & coniuratione Enrici de Lara auun-
culi sui. Depingitur Ranimirus in veste pacifica, quia bella non gessit. Concur-
rentia. Concurrerunt cum Ranimiro, & prope tempora eius, in sede Apostolica
Leo sextus natione Romanus mensibus sex, & Stephanus natione Romanus men-
se vno, & Ioannes vndecimus natione Italicus mensibus decem, & Stephanus o-
ctauus mensibus quatuor: in solio vero Imperii Romani Hugo imperavit annis
sex, & Verégarius tertius imperavit annis septem. His temporibus maximū schi-
sma fuit in Italia. Anno decimo nono huius regni Ranimiri obiit Ludouicus, &
succesit ei Lotarius primus, qui regnavit annis triginta tribus, iste fuit vicesimus **10**
quartus Rex Francorum.

Caput LXVI.

VEREMUNDVS huius nominis secundus, filius Regis Ordonii tertii, mortuo
Sancio patruo suo, & Ranimiro consobrino, regnum quod ad eum reuolutū
962 erat, suscepit anno Domini nongentesimo sexagesimo secundo, regni Hispaniæ
quingentesimo quadagesimo quarto, & ab eius reparatione ducentesimo trice-
simo quarto, & regnavit annis decem & septem. Hic duxit duas vxores, ex quarū
prima genuit Alphonsum, qui post eum regnavit. Huius tempore Almanzor Dux
Arabum multa mala Christianis intulit, & vsque ad Compostellam fertur accef-
sisse. Sed hic Veremundus Rex & Garfias Fernandi Comes Castellæ simul **20**
contra eum procedentes, apud Calatannazor in famosissimo prælio illum deuicerūt,
qui ex huius victoriæ dolore, cum vincere assuetus esset, intra paucos dies dicitur
decessisse. Hic Veremundus falsa seductione ductus, Athaulpho Episcopo Com-
postellano taurum ferocem iniici iussit: Episcopus vero benigne spectās suscepit,
& taurus mansuete accedens cornua in manibus eius dimisit. Quo miraculo viso
Rex stupefactus de commisso pœnituit. Iste idem Rex Athaulphum Episcopum
Ouetensem incarceravit, quo in carcere existente siccatas magna venit in terra,
donec Rex pœnituit, illumque liberavit, & illo liberato pluuia de cælo descendit.
Obiit autem Veremundus ex podagræ ægitudine, & depingitur cum malis pe-
dibus, & baculo in manu, quia propter podagram incedere libere nō valebat. **30**
Depingitur etiam in margine Archiepiscopus Compostellanus cū taurō, & Episco-
pus Ouetensis in turri vbi erat in carceribus, & duæ Regine vxores eius, & Alphon-
sus filius eius qui fuit Rex, & Eluira filia quæ fuit monialis. Concurrentia. Con-
currerunt cum Veremundo, & prope tempora eius, in sede Apostolica Martinus
tertius natione Romanus annis tribus, & Agapitus secundus natione Romanus
annis octo, & Ioannes duodecimus annis septem: in solio vero Imperii Romani
Ioannes secundus imperavit annis duobus, & Verengarius quartus annis duode-
cim.

Caput LXVII.

ALPHONSVS huius nominis quintus, filius Veremundi, cœpit regnare anno
979 Domini nongentesimo septuagesimo nono, regni Hispaniæ quingentesimo
sexagesimo primo, & ab eius reparatione ducentesimo quinquagesimo primo,
& regnavit annis viginti septem. Hic genuit Veremundum qui successit in regno,
& Sanciam quæ nupsit Fernando filio Regis Nauarræ, qui fuit Rex Castellæ, &
postea propter eam fuit Rex Legionis, vt infra dicitur. Hic Alphonfus cum tene-
ret obsessam Viseum ciuitatem Portugalliæ, quæ tunc erat Arabum, & quadam
die ambularet in circuitu eius inspiciendo muros, sagitta e muro emissâ lethaliter est
percutus, ex quo vulnere vitam finiuit. Huius tempore Sancius Comes Castellæ **50**
deuicit Arabes in vno magno prælio apud Cordubā. Ierat enim in auxilium cu-
iusdam Arabis contra alium Arabem Regem. Depingitur Alphonfus armatus sa-
gitta in corpore fixa, quia sagitta peritit. Depingitur etiā in margine Regina vxor
eius & Sanciam filia eius, quæ postea fuit Regina Castellæ & Legionis. Concurrentia.
Concurrerunt cum Alphōso, & prope tempora eius, in sede Apostolica Bene-
dictus

dicitus quintus mensibus sex, & Leo octauus anno vno, & Ioannes tertius decimus *An.dom.*
annis octo, & Benedictus sextus anno vno, & Bonus anno vno, & Bonifacius se-
primus annis octo: in solio vero Imperii Romani Otho primus imperavit annis
duodecim, & Otho secundus annis viginti. Anno nono huius Regis Alphōsi obiit
Lotarius Rex Francorum, & successit ei Ludouicus quintus, filius eius, qui regna-
uit in Francia annis duobus. Iste Ludouicus fuit vltimus Rex Francorum ex regali
prosapia Pipini & Caroli Magni. In ipso siquidem defecit regalis progenies Ca-
roli Magni, quæ regnauerat annis ducentis & triginta octo, translato regno ad pro-
geniem Comitū Parisiensium. Anno vndecimo huius Regis Alphonfi post mor-
tem Ludouici Regis Francorum regnavit in Francia Robertus Piusissimus, filius Hu-
gonis Parisiensis Comititis, qui regnavit cum patre suo annis nouem, & post mor-
tem patris annis triginta tribus. Iste fuit vicesimus quintus Rex Francorum. **10**

Caput LXVIII.

VEREMUNDVS huius nominis tertius, filius Alphonfi quinti, cœpit regnare
anno Domini millesimo sexto, regni Hispaniæ quingentesimo octogesimo o- **1006**
ctauo, & ab eius reparatione ducentesimo septuagesimo octauo, & regnavit annis
decem. Hic Veremundus desponsauit Sanciam sororem suam cum Infante Gar-
fia filio Sancii Comititis & Domini Castellæ, qui Garfias fuit proditorie interfectus
apud Legionem, & post mortem eius hæc Sanciam fuit desponsata. Fernādo filio
Sancii vocati Maioris Regis Nauarræ, qui postea fuit primus Rex Castellæ propter
vxorem suam, quæ erat filia Comititis Sancii. Et cum inter hos Fernādam & Vere-
mundum dissensio exorta fuisset, in prælium venerunt, illisque apud Carrionem
ad inuicem pugnantibus Veremundus victus & mortuus est, & absque liberis ob-
iit, & regnum Legionis translatum est ad Fernandum Regem Castellæ propter
Sanciam vxorem suam, & sic fuerunt tunc vnita regna Castellæ & Legionis. De-
pingitur Veremundus armatus lancea fixa in corpore, qui in prælio occisus est.
Concurrentia. Concurrerunt cum Veremundo, & prope tempora eius, in sede A-
postolica Benedictus septimus annis octo, & Ioannes quartus decimus mensibus
septem, & Ioannes quintus decimus quatuor, & Ioannes decimus sextus natione
Romanus mensibus decem, & Gregorius quintus natione Saxo annis duobus, &
Ioannes decimus septimus natione Græcus mensibus decem, & Siluester secun-
dus natione Gallicus annis quatuor: in solio vero Imperii Romani Otho tertius
imperavit annis decem.

Caput LXIX.

HVCVSQVE in hac arbore textura facta est Regum Legionis. Nam licet in Ca-
stella Comites gubernarent absque recognitione superioris, non tamen titu-
lum regium assumpserunt. Sic ergo prima gubernatio Hispaniæ, ab Athanarico
quem primum in arbore posuimus, vsque ad Rodericum inclusiue, fuit sub titulo
regio Gothorum. Ideo illis depinximus arma Gothica quibus hodie vtuntur Re-
ges Daciæ, qui etiam intitulantur Reges Gothorum. Demum post ingressum A-
rabum magna ex parte Hispania occupata, & regno ad angustos fines reducto, re-
gnauit Pelagius, qui de regio genere Gothico erat, sed nō est intitularus Rex Go-
thorum. assumpsit enim titulum a Legionem, vel Asturiis, & vocatus est interdum
Rex Legionis, aliquādo Asturiarum. Ideo depinximus ei & successoribus suis ar-
ma Legionis sola, Leonem videlicet rubeum in campo albo. Duravit autem hæc
intitulatio absque eo quod in Castella aliquis Rex esset, vsque ad Sancium inclusi-
ue, qui cum Rex Nauarræ esset, propter vxorem quæ filia Sancii Comititis Castel-
læ erat, Castellam habuit, & extunc in Castella regius titulus fuit, vt in arboris
discursu patebit. Et vt clarius radix istius arboris ex omni parte clarescat, non in-
cogruum puto ad memoriam reducere, quod nobilis quidam de partibus Bigor-
ciæ ad Nauarram veniens, Arabibus expulsis regni titulum in ea assumpsit. Hic
autem vocabatur Enecus Arista, & fuit primus Rex Nauarrorum, & post eum su-

An. dom. lius Garfias cognomento Eneci, quia filius Eneci erat (illis enim temporibus etiam Reges a patribus cognomina accipiebant) ac post eum Sancius filius eius, quem ferunt a matre prægnante, & ab Arabibus lancea percussa, per aperturam vulneris extractum fuisse. Hic Sancius Abarca cognominatus est euentu, ex eo quod montes tempore niuium ad bellandum contra Arabes transiens, quia pedibus transire oportebat, abarcis iuxta rusticorum morem vsus est, totusque exercitus suus abarcarum ministerio niues pertransit, propter quam animositatem, animique ad pugnandum feruorem Abarca cognomen assumpsit. Post hunc regnavit Garfias filius eius, huius nominis secundus, qui Tremulentus cognominatus est, quia licet strenuus in armis esset, tamen cum prælium illud ingredi oportebat, membra tremebant. Hic fuit quartus Rex Nauarrorum, & post hunc regnavit Sancius filius eius, qui cognominatus est Maior. Hic Castellæ regnum propter uxorem assumpsit, & ponuntur infra in rectitudine arboris hi quatuor Reges Nauarræ, videlicet Enecus, Garfias, Sancius, & alius Garfias, licet in Castellâ non regnarunt, vt sciatur tamen a qua radice descenderit Sancius qui propter uxorem in Castellâ primus regnavit, eos hic nominauimus.

Caput LXX.

NOMINATIS supra proximis Regibus Nauarræ, & in rectâ linea arboris positus, a quibus per lineam masculinam Sancius Maior, demum Fernandus filius eius, Reges Castellæ descendunt: deinde in margine descriptis Nunio Rafura, vno de iudicibus Castellæ, ac Comite Ferdinando, cæterisque Comitibus, de quorum genere Ferdinandus Rex ex latere materno propagatus est: congruens est, vt non omitramus illos, per quorum texturam Reges Castellæ a Laino Caluo vna cum Nunio Rafura Castellæ iudice per lineam maternam processerunt, licet non in præfatum Fernandum, sed in Alphonsum octauum, vnum ex descendentes eius qui prælium Vbetæ deuicit, & monasterium de Huelgas ædificauit. Illa linea deriuata est in modum qui sequitur. Lainus Caluus vna cum Nunio Rafura iudicauit Castellam. Hic genuit Fernandum, a quo genitus est Lainus Fernandi, qui genuit Nunium Laini, a quo genitus Lainus Nunii, qui genuit Didacum Laini, qui ex uxore sua Theresia Nunii, quæ neptis fertur fuisse ex concubina Regis Legionis, genuit illum strenuū bellatorem Rodeticū cognomento Cidi, qui fuit pater Eluiræ Regine Nauarræ, a qua natus est Garfias Rex Nauarræ pater Blachæ, quæ fuit Regina Castellæ, vxor Sancii Regis cognomento Desiderati, ex quorum matrimonio præfatus Rex Alphonfus octauus procreatus est. Fuit autem hic Alfonso vndecimus a Laino Caluo, & quintus a Cido, & duodecimus a Nunio Rafura, & decimus a Comite Fernando Gundifaluo. Depinguntur autem descendentes per lineam Laini Calui in margine omnes per capita exempto Cido, qui propter strenuitatem operum depingitur integre, & supra equum, sicuti Fernandus Comes. hi enim duo inter cæteros strenuos Hispaniæ bellatores famosi nimium fuerunt, illorumque celebris fama nostris temporibus durat.

Caput LXXI.

SICVTI Reges Nauarrorum præmisimus, vt clarius sciretur a qua radice Sancius Maior descendebat, sic non incongruum est, vt nominemus Castellæ gubernatores a quorum sanguine Fernandus Rex Sancii Regis filius ex latere materno descendit. Ad mentem ergo reducendum est, quod antiquis temporibus regnum Castellæ aliquantulum Reges Legionis in superiores cognoscebat, sed cū Ordonius huius nominis secundus, qui in Legionem regnabat, ad se euocasset, illique secure ad præsentiam regiam irent, ille, nescio quo spiritu ductus, illos occidi fecit. Quo sceleratissimo facinore Castellani nimium, & non immerito moti, ab obedientia Regum Legionis perpetuo recesserunt, & ne absque gubernatore vagarentur, ex nobilibus regni duos sibi iudices elegerunt, quorum vnus Nunius Rafura, alius Lainus Caluus vocabatur, & ex utroque eorum Reges moderni descenderunt. Sed quia prius stirps Nunii

An. dom. Nunii Rafuræ stirpi regiæ coniuncta est, illam primo describamus: deinde stirpem Laini Calui, quæ tardius regio generi vnita fuit, enarremus. Fuit namque Nunius Rafura iudex Castellæ, & post illum iudicauit Gundifaluu Nunii filius eius, quia, vt diximus, mos antiquorum erat filio cognomen patris apponere. Hic fuit pater Ferdinandi Gundifalui, qui iam non solum iudicis, sed Comitum nomen assumpsit, cuius corpus apud monasterium de Arlanza quiescit. Post hunc gubernauit Castellam Garfias Ferdinandi Comes filius eius, qui in monasterio de Cardenia tumulatus est. Cui successit Sâcius Comes filius eius, qui monasterium de Onia ædificauit, & in eo sepultus quiescit. Post hunc incepit gubernare Castellâ Infans Garfias filius eius, qui adolescens apud Legionem occisus, absque liberis obiit, deuolutumque est regnum ad Eluiram sororem suam, uxorem Sancii Regis Nauarræ, ex quibus ortus est Fernandus Rex, sextus a Nunio Rafura primo iudice Castellæ, & quartus a Comite Fernando Gundifaluo. Depinguntur autem hi progenitores sui in margine vno per capita, solo Comite Fernando integre, armatoque supra equum depicto, quia strenuitas & singularitas operum eius, vt singulariter depingetur, merito poscunt.

Caput LXXII.

SANCIVS Rex Nauarræ dictus Maior, filius Garfiae Tremulæ Regis Nauarræ, genuit ex Eluira filia Sancii Comitum Castellæ vxore sua duos filios, Garfiam & Fernandum, & ex concubina alium qui dictus est Ramirus. Et quia Infans Garfias, filius Sancii Comitum Castellæ, apud Legionem per proditionem filiorum Comitum Velæ occisus est, priusquam Sanciam filiam Regis Legionis sponsam suam in matrimonium duceret, dominium Castellæ deuolutum est ad Eluiram Reginam Nauarræ, & eius causa ad Sancium virtum eius, qui potest dici primus Rex Castellæ. Sed quia paruo tempore se intitulauit Regem Castellæ, non computantur illi tempora regnandi. Diuisit autem dominia sua, & Nauarram dedit Garfiae primogenito, Castellam Fernando secundogenito, Aragoniam Ramiro bastardo, qui primus in Aragonia Rex vocatus est. Et Fernandus fuit primus, qui segregatim in Castellâ regnum titulum assumpsit. Ideo in eo computantur tempora regnandi. Sed quia Sancius pater eius habuit dominium Castellæ vna cum dominio Nauarræ & Aragoniæ, depinguntur iuxta eum duo scuta, vnum cum armis Castellæ ad dexteram, & aliud cum armis Nauarræ & Aragoniæ ad sinistram, ipse vero depingitur in veste longa, tanquam vir magnæ autoritatis. Depingitur etiam in margine Eluira vxor eius, & tres filii, Fernandus Castellæ, Garfias Nauarræ, Ramirus Aragoniæ Reges. Non additur enim concurrentia, quia infra addetur Fernando.

Caput LXXIII.

FERNANDVS huius nominis primus, filius Sâcii dicti Maioris Regis Nauarræ, cepit regnare in Castellâ anno Domini millesimo decimo septimo, regni Hispaniæ quingentesimo nonagesimo octauo, & ab eius reparatione ducetelimo octogesimo octauo, & regnavit annis quadraginta. Hic duxit uxorem Sanciam filiam Alphonfi Regis Legionis, sororem Veremundi Regis. Et cum hic Veremundus absque liberis in prælio cecidisset, Fernandus propter Sanciam uxorem suam regnum Legionis obtinuit. Et sic fuit primus qui Rex Castellæ & Legionis intitultus est. Hic genuit ex uxore sua Sancium & Alphonsum, qui ei vnus post alium, in regno successerunt, & Garfiam qui Rex Galliciæ vocatus est, sed captus in vinculis ferreis decessit, & Vrracam dominam Zamoræ, & Eluiram dominam Tauri sororem eius. Ex concubina vero genuit Fernandum qui fuit Cardinalis. Hic Rex optimus & bellicosissimus Coimbriam diuturna obsidione expugnatam sancto Iacobo visibiliter apparente obtinuit, & magnam partem Portugalliæ cum ea. In huius regia camera insignis Rodericus de Bitar, qui strenuitate operum Cidi cognomen accepit, quod in lingua Arabica dominum sonat, adolescens nutritus est, & sub eo arma exercere cepit. Obiit Fernandus morte communi apud Ca-

An. dom. bezonem prope Vallem olei. Depingitur in equo armatus sancto Iacobo clauis ciuitatis Colimbræ tradente, quia cum diuino auxilio ad preces sancti Iacobi ciuitatem habuit. Depingitur etiã in margine Sancia Regina vxor eius, & Sancius & Alphonfus filii eius, qui in Castella post eum regnarunt, & Garfias qui Rex Gallæciæ intulatus est, licet in vinculis decessit, & filia eius Vrraca domina Zamoræ, & Eluira domina Tauri, necnon Fernadus filius eius ex concubina, qui fuit Cardinalis. Depingitur etiam sanctus Dominicus de Sillos, qui eius tempore claruit. Depinguntur in suo scuto arma Castellæ & Legionis quæ hodie durant, quia iste fuit primus Regum qui in Castella & Legionibus simul regnauit. Concurrentia. Concurrerunt cum Fernando, & prope tempora eius, in sede Apostolica Ioannes decimus octauus mensibus quinque, & Sergius quartus annis duobus, & Ioannes decimus nonus annis quinque natione Romanus, & Benedictus octauus natione Tusculanus annis undecim. Hic fuit eiectus de papatu, & factus est quidam alius Papa, unde maximum schisma fuit. Et Ioannes vicesimus natione Romanus annis nouem, & Benedictus nonus natione Tusculanus annis quatuordecim. Iste fuit eiectus de papatu, & factus est Papa Sabinensis Episcopus, qui vocatus est Siluester tertius, qui sedit diebus quadraginta quinque, & Gregorius sextus annis duobus, & Clemens secundus mensibus decem & nouem. Hic fuit inuasor ecclesiæ, & per vim habuit papatum. Et Damasus secundus sedit diebus viginti tribus. Hic fuit inuasor sedis Apostolicæ & subito defunctus est. Et Leo nonus natione Alemanus sedit annis quinque. In folio vero Imperii Romani Enricus secundus imperauit annis duodecim, & Conradus secundus annis viginti, & Enricus tertius annis decem & sex. Anno tertio decimo huius Regis Fernandi obiit Robertus Rex Francorum, & regnauit Enricus primus filius eius in Fræcia viginti quinque annis: & anno tricesimo nono obiit Enricus Rex Francorum, & successit Philippus primus filius eius, qui regnauit in Fræcia annis quadraginta nouem.

Caput LXXIII.

1057 SANCIVS huius nominis secundus, primogenitus Fernandi, cœpit regnare anno Domini millesimo quinquagesimo septimo, regni Hispaniæ sexcentesimo tricesimo octauo, & ab eius reparatione tricesimo octauo, & regnauit annis sex. Hic cum Alphonso fratre suo contendens, regnum Legionis quod ei pater dimiserat, obtinuit, & cum Vrracam sororem suã apud Zamoram obsessam teneret, a Vellido proditore proditorialiter occisus est. Ideo depingitur in terra prostratus proditore in illo lanceã mittente: sepultus enim est in monasterio Oniensi. Concurrentia. Concurrerunt cum Sancio, & prope tempora eius, in sede Apostolica Victor secundus genere Alemanus annis duobus (hic timore imperiali factus est Papa) & Stephanus nonus natione Tuscus mensibus nouem, & Benedictus decimus mensibus nouem, per violentiam est Papa factus, postea cessit, & Nicolaus secundus annis duobus, & Alexander secundus natione Mediolanensis annis duodecim: in folio vero Imperii Romani imperabat idem Enricus quartus.

Caput LXXV.

1063 ALPHONSVS huius nominis sextus, filius Fernandi, ac frater Sancii, cœpit regnare anno Domini millesimo sexagesimo tertio, regni Hispaniæ sexcentesimo quadragesimo quarto, & ab eius reparatione tricesimo quarto, & regnauit annis quadraginta tribus. Hic habuit sex vxores, ex quarum prima genuit Vrracam, ex aliis alias filias, & ex vna earum quæ fuit Sarracena, filia Regis Seuilliæ, quæ vocabatur Zaida, & ad fidem conuersa nominata est Maria, genuit filium masculum qui dictus est Infans Sancius, qui puer existens occisus est in prælio cum Arabibus octo prope Alcazarium de Consuegra. Ex nobili vero quadam concubina genuit Therasiam filiam, quæ nupsit Enrico Comiti Lotoringiæ consanguineo Imperatoris, & dedit illis partem Gallæciæ quæ nunc Portugallia vocatur. Ex istis autem descendunt

An. dom. descendunt Portugalliæ Reges. ille enim Enricus fuit pater Alphonfi primi Regis Portugalliæ. Hic Alphonfus Castellæ insignissimam urbem Toletum variis & crebris vastationibus fatigatam, & diuina obsidione afflictam obrinuit, & in ea metropolitanam sedem antiquissimam ac honorabilissimam reparauit, multaque oppida in vicinia Toleti ab Arabibus erepta Christiano nomini adiecit. Hic Rex inter alia insignia opera sedem Burgensem instituit, illiq; magnam dorem, & multa priuilegia contulit: & sic ab vno eodemq; Rege, & eodem tempore, & sub eodem Romano Pontifice, videlicet Urbano II. Toletana metropolis reparata, & Burgensis sedes instituta est. Obiit autem Alphonfus morte communi, & apud monasterium S. Facundi vna cum Zaidam Maria sepultus est. Receperat enim ibi primo habitum monachalem sic ob timorem Sancii fratris sui. Depingitur autem Alphonfus armatus in equo, quia gloria multa bellicosa peregit. Depingitur in margine ex utroq; latere sex vxores sic nominatæ, Agnes, Cõstantia, Beatrix, Elisabet, Therasia, & Zaida vocata Maria. Depingitur etiam nobilis Ximena concubina quæ ferunt de domo Guzmanica fuisse, ex qua Reges Portugalliæ processerunt. Depingitur quoq; in linea inferiori præfatus Sancius Infans, & Vrraca Regina, quæ fuit filia Constantiæ Regiæ, & duæ Infantissæ Eluira & Sancia, filiæ Elisabet Regiæ. Depinguntur etiam Enricus Comes, & Therasia vxor eius, filia Alphonfi ex Ximena. Depinguntur etiam Reges Portugalliæ qui ab eis processerunt, vt venerunt: Alphonfus qui fuit primus Rex, Sancius, Alphonfus secundus, Sancius secundus cognomento Capello, cuius corpus Toleti tumulatum est, Alphonfus tertius, Dionysius, Alphonfus quartus, Petrus, Fernandus, Ioannes, Eduardus, Alphonfus quintus, qui nunc Portugallia regnat. Fuerunt autem omnes numero duodecim. Concurrentia. Concurrerunt cum Alphonso, & prope tempora eius, in sede Apostolica Gregorius septimus natione Tuscus annis septem, & Victor tertius anno vno, qui veneto missus in calicem dicitur obiisse, & Urbanus octo annis nouem, & Paschalis natione Tuscus annis decem & octo, & Gelasius secundus natione Campanus anno vno, & Calixtus secundus natione Burgundus Cælestis filius sedit annis quinque. Hic ecclesiam Compostellanam in metropolitana nam erexit, & illi prouinciam Emeritensem subiecit. Huius tempore Burdinus qui olim Archidiaconus Toletanus fuerat, deinde Bracarensis Archiepiscopus, qui per Enricum Imperatorem in papatum fuerat intrusus, in carcere obiit. Et Honorius secundus natione Bononiensis sedit annis duobus. In folio vero Imperii Romani Enricus quintus imperauit annis quindecim, & Lotarius tertius annis undecim. At licet hucusq; solum illorum principatum concurrentiam adiecit, quorum excellentia omnibus notissima est (summorum enim Pontificum superioritas, ac potestatis plenitudo ab omni catholico humiliter recognoscitur, & merito tempora in sede Romana sedentium in omnibus annalibus ac historiis annotanda sunt. Imperatorum quoq; Romanorum etiam aequaliter potentia debilitata sit, eminentiam tamen dignitatis ac quandam prioritatem inter ceteros mundi principes nullis illis vnquam negauit, vt quasi primogenitus Regum, & primus eorum in generalibus Christianorum conuentionibus Imperator Romanus sedeat & loquatur. Non ergo ab re de nominibus ac temporibus illorum in Chronicis aliorum regnorum mentio communiter interfieri solet. Regum autem Francorum celebritas non ignota omnibus est, & etiam illorum memoria non immerito haberi debet, præsertim in Hispanorum annalibus, qui cum eis antiquam & modestam communionem habemus. Etenim hæc duæ domus gloriose Hispaniæ & Fræciæ, vt alibi nunquam dixisse & scripsisse sum memor, sanguinis coniunctionem, arctamq; & strictam confidentiam tam antiquis, quam modernis temporibus habuerunt) nunc tamen ultra has, & alia quarta concurrentia occurrit. Quæ licet tantæ reputationis non sit, vt his concurrentiis tribus adæquari debeat: scribentis tamen, & loci in quo hæc scribuntur, & personarum quibus præfatus dirigitur arbor, qualitas nõ ab re annectendam proclamat. Hæc autem est Burgenfis sedis ortus & continuatio, quæ ab huius Regis diebus vsque ad moderna tempora continuatis pontificibus durat. Non incongruum ergo cuiquam videri debet, si aliarum concurrentiarum calcibus Burgenfes Pontifices annectamus, vt breui cõpendio sciatur qui fuerint Præfules,

An. dom. & quorum Regum temporibus ab institutione ipsa sedis in cathedra Burgenfi sederunt. Fuit autē ecclesia Burgenfis cathedralis, & Aucensis sedes que dirupta per Arabes ab antiquis temporibus erat, cum sua dioecesi ad eā translata per hunc Alphonsum vi. dorantem, Urbano Papa secundo erectionem hanc confirmante, illamq; Apostolicę sedi immediate subiiciente, anno Domini millesimo nonagesimo septimo, huius regni anno. Sedit autē in ea primus Simeon, qui prius Aucensis Episcopus erat, viginti tribus annis. Ac post illum successit Gometius in sede Burgenfi, qui decem annis. Et post Gometium Garfias huius nominis primus, cognomento Aragonensis, nepos Simeonis, sedit in ea decem & octo annis, qui tres Episcopi successiue sedem Burgensem rexerunt huius sexti Alphonfi temporibus.

Capit. LXXVI.

POST obitum huius Alphonfi Vrraca filia eius cepit regnare, nam, ut præmissimus, Alphonfus Rex habuit multas filias, & quia filium masculum non reliquerat, succedere debuerat Vrraca quę primogenita erat earum. Hęc in vita patris nupsit Raimundo Comiti, ex quo genuit Alphonsum, qui intitulatus est Imperator Hispaniarum. Mortuo vero hoc Raimundo in vita Alphonfi Regis, secundo nupsit Alphonso Regi Aragonum, ex quo nullum genuit filium, neque etiam matrimonialē vitam duxerunt. Nam etsi non diuertissent in formā ecclesię, semper tamen vix erāt adinuicem separati, illam nimis honestam vitam dūgentē. Post mortem vero Alphonfi Regis Castellę patris sui, Alphonfus Rex Aragonię voluisset regnum habere propter vxorem, illa vero renuebat, multi etiā de magnatibus nobilibus Castellę adhęserunt Alphonso puerulo, filio Vrracę & Raimundi Comitis. Et huius occasione fuerunt multa discidia in Castella, aliis pro Alphonso Rege Aragonum, & aliis pro Vrraca, aliis pro Alphonso infantulo decertantibus, sed finaliter regnum mansit Infanti Alphonso. Vrraca vero obiit apud Legionem morte subita: & quia modico tempore durauit, & etiā illo non recte, nec libere cepit, non computantur tempora regni, sed scribuntur Alphonso Imperatori filio eius. Hoc tempore claruit sanctus Ioannes de Vrraca, & ad euitationem præliorum cum aliis prælatis & religiosis nimium laborauit. Depingitur autē Vrraca in rectitudine arboris, quia ad regnum pertinebat, & in margine depinguntur duo viri quos habuit, Raimundus Comes, & Alphonfus Rex Aragonum, Depingitur etiā Alphonfus Imperator filius eius, in recta linea iterum integre depingendus, & sanctus Ioannes de Vrraca.

Capit. LXXVII.

ALPHONSVS huius nominis septimus, intitulatus Imperator Hispanię, cepit regnare anno Domini millesimo centesimo octauo, regni Hispanię sexcentesimo octogesimo sexto, & ab eius reparatione trecentesimo septuagesimo octauo, & regnauit annis quinquaginta vno. Hic Alphonfus fuit, ut diximus, nepos ex filia Alphonfi sexti, qui decesserat absq; filio masculino, relictis filiabus, quarum primogenita vocabatur Vrraca, quę primo nupsit insigni Comiti Raimundo, ex qua genuit hunc Alphonsum septimum. Hic Alphonfus cōstruxit Hospitalē quod Imperatoris vocabatur, in suburbio Burgenfis, & obtinuit Almeriam, a qua rediens obiit in via ex ægritudine sub quadam arbore, in portu qui dicitur del Muradar, diuisis regnis suis. Dedit enim regnum Castellę Sancio primogenito, & regnum Legionis Fernando secundogenito, quę diuisio nimium displicuit regnicolis. Depingitur Alphonfus cum diademate imperiali, & sedens propter eminentiam dignitatis, quia Imperator vocatus est. Nullus autem aliorum Regum sedens depingitur præter istum, propter singularitatem tituli imperialis. Depingitur in margine Imperatrix vxor eius, & Beatrix filia eorum, quę nupsit Regi Francię, & sanctus Adelelmus qui tempore illo florebat, cuius corpus reconditum est in ecclesia ab eius nomine intitulata, quę vocatur sanctus Adelelmus, prope extra muros

ros Burgenfis. Concurrentia. Concurrerunt autē cum Alphonso Imperatore, & prope tempora eius, in sede Apostolica Innocentius secundus natione Romanus annis tredecim, & Celestinus secundus natione Tuscus mensibus quinque, & Lucius secundus natione Bononiensis mensibus decem, & Eugenius tertius natione Pisanus annis octo, & Anastasius quartus natione Romanus anno vno, & Hadrianus tertius natione Anglicus annis quatuor, & Alexander tertius natione Tuscus annis viginti vno. Hic vicit quatuor schismaticos. Fuit autē illud magnū schisma. In folio vero Imperii Romani Cōradus secundus imperauit annis quindecim, & Fredericus primus imperauit annis triginta septem. Anno tertio huius regni Imperatoris obiit Philippus Rex Francorum, & successit ei Ludouicus sextus filius eius cognominatus Grossus, qui regnauit in Francia annis triginta. Iste fuit vicesimus octauus Rex Francorum. Anno trigesimo secūdo huius regni Alphonfi obiit Ludouicus sextus Rex Francorum, & successit ei filius eius Ludouicus septimus, qui regnauit in Francia annis quadraginta tribus, qui fuit Christianissimus Rex Francorum. Iste Ludouicus duxit in vxorem Beatricem filiam huius Alphonfi Imperatoris. Venit autē ad sanctum Iacobum, & cum magna honorificentia ab Alphonso Imperatore focero suo receptus & tractatus est. Sederunt autem in sede Burgenfi tempore huius Alphonfi Regis Imperatoris tres Episcopi, videlicet Paschasius annis quatuor, & Simeon huius nominis secundus annis viginti, & Petrus huius nominis primus annis octo.

Capit. LXXVIII.

SANCIVS huius nominis tertius, cognominatus Desideratus, primogenitus Alphonfi Imperatoris, cepit regnare segregatim in Castella, ut pater disposuerat, anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo nono, regni Hispanię septingentesimo tricesimo sexto, & ab eius reparatione quadringentesimo vicesimo nono, & regnauit anno vno. Hic duxit vxorem Blancham, filiam Garfię Regis Nauarrę, qui fuit nepos ex filia insignis bellatoris Roderici Cidi. Genuit autē hic Sancius ex ea Alphonsum octauum, qui post eum regnauit in Castella. Obiit Sancius iuuenis morte communi, Alphonso filio suo infantulo remanēte. Depingitur in veste longa & pacifica, quia propter breuitatem temporis bella non gessit, & in latere depingitur Regina vxor eius, & Alphonfus eorum filius qui post eum regnauit. Concurrentia. Concurrerunt cum Sancio, & prope tempora eius, in sede Apostolica Lucius tertius natione Tuscus annis quatuor: in folio vero Imperii Romani imperabat idem Federicus primus. Tempore huius Sancii Victor Episcopus sedebat in sede Burgenfi decem annis, computatis illis quibus federat viuentē Imperatore.

Capit. LXXIX.

FERNANDVS secundus, frater Sancii, & filius Imperatoris, cepit regnare segregatim in Legionē anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo nono, regni Hispanię septingentesimo tricesimo sexto, & ab eius reparatione quadringentesimo vicesimo nono. Etenim vno eodemque tempore cœperunt regnare, Sancius in Castella, & Fernandus in Legionē iuxta dispositionem paternam, sed duratio regnandi fuit diuersa. Nam Sancius regnauit anno vno, ut proxime scriptum est, Fernandus vero regnauit annis triginta vno. Hic deuicit in prælio Alphonsum qui primus fuit Rex Portugallię. Obiit autem Fernandus morte communi, relicto Alphonso filio qui post eum regnauit in Legionē. Depingitur hic Fernandus in parte sinistra, depictis etiam prope in latere Regina vxore eius, & Alphonso filio qui post eum regnauit in Legionē. Non assignatur ei, nec Alphonso filio eius concurrentia, quia attribuitur Regibus Castellę, & victorum regnum vnum, & idem est tempus.

ALPHONSUS VIII. filius Regis Sancii, cum esset ætatis tantū trium annorum, 1160
 successit in regno Castellæ anno Domini millesimo centesimo sexagesimo, re-
 gni Hispaniæ septingentesimo tricesimo octauo, & ab eius reparatione quadrin-
 gentesimo tricesimo, & regnauit annis quinquaginta tribus. Hic duxit vxorem
 Eleonorem filiam Recharedi Regis Angliæ, qua genuit Sancii qui decessit in æ-
 tate infanti, & Fernandum qui decessit in adolescentia, & Enricum qui post eum
 regnauit: filias vero, Blancham quæ nupsit Regi Franciæ, ex qua genitus est san-
 ctus Ludouicus Rex Francorum, & Berengariam quæ fuit vxor Alphonfi Regis 10
 Legionis, ex qua genitus est Fernadus Rex qui Seuilliam expugnauit, & Alphon-
 sus qui dictus est Infans Molinæ, & Vrracam quæ fuit Regina Portugalliæ, & Leo-
 norem quæ fuit Regina Aragonum, & Constantiam quæ fuit monialis & Abbatif-
 sa de Huelgas. Hic Alphonfus fuit deuictus ab Arabibus in prælio de Alarcos, &
 post illam aduersitatem reuertens ad cor, fundauit insigne monasterium de Huel-
 gas prope Burgis cum solenni Hospitali, quod Hospitalis Regis vocatur, & alia
 monasteria monialium in diuersis locis subdita monasterio de Huelgas, quæ eius
 filia vocantur, & post multa pia opera profectus iterum ad bellum contra Ara-
 bes, deuicit eos in prælio quod dicitur de Naus Tolosæ. Et quia ibi ter venisse
 dicitur miraculum Crucis, celebratur festum quod dicitur triumphum sanctæ 20
 Crucis, decima sexta die Iulii aliquibus ecclesiis, præsertim Toletana & Burgen-
 si cathedralibus, & in monasterio de Huelgas quod ipse ædificauerat, & in quo
 corpus suum tumularum quiescit. Obiit autem morte communi. Depingitur ar-
 matus in equo, propter illud insignissimum & vltimum prælium quod apud Na-
 uas deuicit, & depingitur in latere Eleonor Regina vxor eius, & filii eius, videlicet
 Sancius qui decessit in ætate infanti, & Fernandus qui decessit in adolescentia,
 & Blanca quæ fuit vxor Regis Franciæ, ex qua genitus est Sanctus Ludouicus
 Rex Francorum, qui etiam depingitur hic infra matrem suam, & Vrraca quæ fuit
 Regina Portugalliæ, & Leonor quæ fuit Regina Aragonum, & infra istas depin-
 gitur Constantia Abbatissa de Huelgas. Depingitur etiam hic sanctus Domi- 30
 nicus pater prædicatorum, qui claruit tempore illo. Enricus autem filius eius
 non depingitur hic in latere, quia est depictus integre infra in recta linea arboris.
 Berengaria quoque filia sua depingitur supra prope Alphonsum Regem Le-
 gionis virum suum. Concurrentia. Concurrerunt cum Alphonso, & prope tem-
 pora eius, in sede Apostolica Urbanus tertius natione Lombardus anno vno,
 mensibus decem (hoc tempore erepta est Hierosolyma a Sarracenis, qui cum a
 transmarinis partibus rem tam flebilem audisset, præ nimio dolore obiit) & Gre-
 gorius octauus natione Romanus mense vno, & Clemens tertius natione Ro-
 manus diebus decem & sex, & Celestinus tertius natione Romanus annis septem,
 & Innocentius tertius natione Campanus annis decem & octo, mensibus qua- 40
 tuor, diebus viginti tribus. Huius tempore a Francis & a Venetis capta est Con-
 stantinopolis. Tempore huius Innocentii Papæ tertii incepterunt duo ordines so-
 lennes, videlicet ordo Fratrum prædicatorum, & ordo Minorum. ordinis præ-
 dicator fuit inuentus sanctus Dominicus natione Hispanus, incepit autem in par-
 tibus Tolosanis, vbi contra hæreticos verbo & exemplo prædicabat anno Domi-
 ni millesimo ducentesimo tertio, Pontificatus domini Papæ Innocentii anno se-
 xto. Ordinis vero Minorum fuit pater sanctus Franciscus, incepit vero prope ci-
 uitatem Assisiam apud sanctam Mariam de Portiuncula anno Domini millesimo
 ducentesimo sexto. In folio vero Imperii Romani Enricus sextus imperauit annis
 octo, & Otho quartus imperauit annis duobus. Anno nono regni huius Alphonfi 50
 obiit Ludouicus septimus Rex Francorum, & successit Philippus secundus filius
 eius, qui regnauit in Fracia annis quadraginta tribus. Iste fuit tricesimus Rex Fran-
 corum, & successit ei Ludouicus octauus filius eius, qui regnauit in Francia annis
 tribus, qui fuit tricesimus primus Rex Francorum. Hic Blancham filiam huius Al-
 phonfi Regis Castellæ habuit vxorem, ex qua natus est filius ei nomine Ludoui-
 cus no-

cus nonus, qui fuit canonizatus per Bonifacium Papam octauum, & regnauit in
 Francia annis quadraginta quatuor. Iste fuit tricesimus primus Rex Francorum.
 Sederunt autem in cathedra Burgenfi tempore huius Alphonfi quatuor Episco-
 pi, videlicet Petrus secundus viginti sex annis, & Martinus decem & octo, & Mat-
 theus annis tribus, & Fernandus primus duobus annis. Hic dicitur fuisse nepos
 Regis. Huic fuit data Villafur de Ferreros.

ALPHONSUS huius nominis nonus, filius Fernandi Regis Legionis, cœpit re- 1200
 gnare anno Domini millesimo ducentesimo, regni Hispaniæ septingentesimo
 sexagesimo octauo, & ab eius reparatione quadringentesimo sexagesimo, & re-
 gnauit annis viginti octo, qui fuit annus tricesimus regni Alphonfi Regis Castellæ.
 Duxit in vxorem Berengariam, filiam Alphonfi Regis Castellæ, ex qua genuit, vt
 proxime dictum est, Fernandum, in quo vnita sunt regna, & Alphonsum Infantē
 Molinæ. Obiit autem morte cōmuni. Depingitur in veste pacifica in latere arbo-
 ris, & prope cum Berengaria Regina vxor eius, & infra eos duo filii, videlicet Fer-
 nandus qui postea regnauit in Castella & Legionē, & Alphonfus Infans Molinæ.

ENRICVS huius nominis primus, filius Alphonfi Regis Castellæ, cœpit regna- 1214
 re in Castella anno Domini millesimo ducentesimo decimo quarto, regni ve-
 ro Hispaniæ septingentesimo nonagesimo primo, & ab eius reparatione quadrin-
 gentesimo octogesimo tertio, & regnauit annis duobus. Obiit puer in ætate tene-
 ra ex vulnere sibi illato a tegula ex casu cadente, cum luderet cum pueris nobili-
 bus domicellis suis Pallentiæ ad tegulum, vt interdum facere solent. Depingitur
 puer, quia in ætate puerili decessit, & manu posita in capite ad ostendendum do-
 lorem illati vulneris, & prope eum filia Regis Portugalliæ, quæ in vxorem delata
 est, licet postea diuerterunt. Concurrentia. Concurrerunt cum Enrico, & pro- 30
 pe tempora eius, in sede Apostolica Innocentius quartus: in folio vero Imperii
 Romani imperabat idem Otho quartus. Sedebat autem tempore huius Regis
 in Burgenfi sede Garfias huius nominis secundus, cognomento de Contreras,
 qui sedit annis sex, & sic retigit tempus duorum Regum.

FERNANDVS huius nominis tertius (nam computamus in nominatione Reges
 Legionis) fuit filius Regis Legionis Alphonfi ex Regina Berengaria filia Al-
 phonfi Regis Castellæ, & mortuo Enrico auunculo suo cœpit regnare in Castella
 anno Domini millesimo ducentesimo decimo sexto, regni Hispaniæ septingen- 1216
 tesimo nonagesimo tertio, & ab eius reparatione quadringentesimo octogesimo
 quinto, & regnauit annis triginta quinque. Mortuo enim Enrico deferebatur re-
 gnum Castellæ ad Berengariam sororē eius. Sed illa, vt nobilissima Domina, cœ-
 sit regnum Fernando filio suo, qui veniens a Legionē vbi cum patre morabatur,
 in Regem Castellæ receptus est viuente Alphonso patre suo, & regnauit in Castel-
 la. Postea vero decimo sexto anno regni sui decessit Alphonfus Rex Legionis, &
 successit Fernandus in Legionē, & ex tunc fuerunt iterum vnita regna, quæ vnio
 hodie durat, durabitq; Deo dirigente in perpetuum. Et quia in hac vnione reno-
 uata est quodam modo monarchia, & arma regia mixta sunt ex Castellis & Leo-
 nibus, ideo incipimus ex ea quartam computationē annorum, vt legens sciat, quo
 tempore incepit hæc vnio, anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo secun-
 do, qui fuit annus regni Fernandi in Castella decimus sextus. Hic Fernandus du-
 xit duas vxores, quarum prima vocata Beatrix, fuit filia Philippi Ducis Bauariæ,
 qui electus in Imperatorem Romanorum obiit antea quam coronam assumeret,
 & post obitum eius fuit Imperator Federicus frater eius, apud quē erat hæc Bea-
 trix iiij

An. dom. trix Domicella, ex qua Rex Fernandus genuit Alphonsum qui post regnavit, & Federicum, & Manuelem, & Philippum, & Sancium, & Enricum. Et post obitum huius Beatricis Regina duxit secundam uxorem, Ioannam filiam Comitis de Pontis, ex qua genuit Ludouicum, & Eleonorem. Hic gloriosus Rex obtinuit Seulliam, Cordubam, Gienum, & totam fere Vandaluziam, & etiam regnum Murciae per Alphosum primogenitum suum. Et post insignissima opera obiit deuotissime apud Seulliam quam de manibus infidelium eripuerat, morte communi, praesentibus filiis & magna copia Praelatorum. Depingitur Fernandus armatus in equo prope ciuitatem Seulliam, quodam Arabe dante illi clauas, quia ciuitas illa per longam & obstrictam obsidionem ab eo afflictam in deditionem eius deuenit. Depinguntur in latere duae Reginae uxores, & infra eas quinque filii masculi quos genuit ex prima Regina, videlicet Federicus, Emmanuel, Enricus, Philippus, & Sancius. Alphosus autem primogenitus infra in recta linea, ut Rex depingitur. Depinguntur etiam duo filii ex secunda uxore, videlicet Ludouicus, & Eleonor. Concurrentia. Concurrerunt cum Fernando, & prope tempora eius, in sede Apostolica Honorius tertius natione Romanus annis decem, & Gregorius nonus natione Campanus annis nouem, & Celestinus quartus natione Mediolanensis diebus viginti: in folio vero Imperii Romani Federicus secundus imperauit annis triginta tribus. Sederunt autem in sede Burgenfi huius Regis tempore tres Episcopi, videlicet Ioannes huius nominis primus, qui fuit electus, sed munus consecrationis non recepit, vixit anno vno, & Mauricius Famofus Episcopus, quem ferunt Anglicum fuisse, vixit viginti sex annis. Hic insignis Pontifex aedificauit ecclesiam Burgensem quae hodie est. Primo enim (ut aiunt) sedes erat in ecclesia sancti Laurentii, apud quam palatium Pontificale constructum hodie durat. Fuit autem primus lapis positus in Ecclesia Burgenfi vicesima die mensis Iulii anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo secundo. Et, ut creditur, fuit totum corpus ecclesiae aedificatum temporibus huius Mauricii, claustrum tamen & insignis capella sanctae Catharinae fuerunt post eum aliis temporibus aedificata, necnon turres duae principales quae sunt in porta quam vocant Regiam, non fuerunt tunc ex toto finitae, sed post anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo, ducentesimo vigesimo postquam incepta fuerat aedificari ecclesia. In eadem fere die cepit continuare aedificium illarum turrium Alphonfus Episcopus huius nominis secundus, qui hodie per diuinam misericordiam sedet, & cum diuino auxilio opus hoc facit continuari. Illo vero tempore quo Mauricius cepit aedificare ecclesiam Burgensem, Rodericus pontifex Toletanus cepit aedificium ecclesiae Toletanae. Post Mauricium sedit in ecclesia Burgenfi Ioannes huius nominis secundus duodecim annis.

Capit LXXXIIII.

1252 **A**LPHONSVS decimus, filius Fernadi, cepit regnare anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, regni Hispaniae octingentesimo vicesimo octauo, & ab eius reparatione quingentesimo vicesimo, & regnavit annis triginta duobus. Hic duxit uxorem Violantam filiam Iacobi Regis Aragonum, ex qua genuit Fernandum primogenitum, qui ex Blancha uxore sua, filia sancti Ludouici Regis Francorum, genuit Alphonsum & Fernadum, qui vocati sunt de la Cerda. Obiit autem Fernandus primogenitus viuentis Alphonso patre suo apud Villam regiam. Genuit autem idem Alphonfus Rex alios filios, videlicet Sancium qui post eum regnavit, & Ioannem, & Iacobum, ac Petrum, & Berengariam, & Eleonorem: & ex concubina genuit Beatricem quae fuit vxor Alphonfi Regis Portugalliae, ex qua genitus est Dionysius qui fuit Rex Portugalliae. Hic Alphosus fuit electus in Imperatorem Romanorum in discordia Electorum. Ex eo enim quod erat de domo Bauariae, voluissent aliqui, ut imperaret in Alemania. Habuit autem hic Alphonfus vigentem discordiam cum Philippo fratre suo, & cum multis magnatibus, demum cum Sancio filio suo, & plurimis laboribus fatigatus se retraxit ad Seulliam, vbi obiit morte communi. Hic fecit componi Partitas, quarum legibus regnum

An. dom. regnum regitur. Huic attribuuntur illae tabulae Astrologiae quae vocantur Alphonfianae, & etiam illa copiosissima historia quae Generalis dicitur. Depingitur Alphonfus sedens indurus veste longa, ut mos est peritorum, habens librum in manu, quia scientificus fuit, & communiter vocatus Astrologus. Et in latere depingitur Regina vxor eius, & infra eam duo filii, videlicet Sancius secundo genitus cum corona, quia fuit Rex, & Fernandus primogenitus sine corona, quia decedens in vita paterna regnum non habuit. Et infra hos duos depinguntur alii quinque, tres filii, & duae filiae, videlicet Ioannes, Iacobus, Petrus, & Berengaria & Eleonor. Hic obtinuit Regnum Murciae, necnon Xericium, & alia oppida illius contractae. Concurrentia. Concurrerunt cum Alphonso, & prope tempora eius, in sede Apostolica Alexander quartus natione Campanus annis septem, & Urbanus Gallicus quartus annis tribus, & Clemens quartus natione Prouincialis annis tribus, & Gregorius decimus natione Lombardus annis quatuor, & Innocentius quintus natione Burgundus mensibus quinque, & Adrianus quintus natione Gebenensis mensibus vno, & Ioannes vicesimus primus natione Hispanus mensibus octo, & Nicolaus tertius natione Romanus annis duobus, & Martinus quartus natione Italicus annis quatuor. In folio vero Imperii Romani obiit Federicus secundus Imperator, & post mortem eius electores se in duo diuidentes, quidam eorum hunc Alphonsum Regem Castellae, quidam vero Ricardum Comitem Coimbriae fratrem Regis Angliae ad Imperium elegerunt, quod schisma multo tempore durauit, neque aliquis eorum benedictionem imperialem obtinuit. Anno decimo quarto huius regni Alphonfi obiit sanctus Ludouicus Rex Francorum, & successit ei Philippus quartus, filius eius, qui regnavit in Francia annis viginti quinque. Iste fuit tricesimus Rex Francorum. Sederunt autem tempore huius Alphonfi in ecclesia Burgenfi quinque Episcopi, videlicet Aparitius vndecim annis, & Matthaeus huius nominis secundus duobus annis, & Martinus cognomento de Contreras annis octo, & Ioannes cognomento de Villahoz duobus annis, & post istum vacauit ecclesia Burgenfis septem annis. Quibus expletis Gudifaluis Conchenfis Episcopus fuit translatus ad ecclesiam Burgensem, & rexit eam sex annis. Demum ab ea translatus est ad ecclesiam Toletanam.

Capit LXXXV.

SANCIVS quartus, filius Alphonfi decimi, cepit regnare anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto, regni Hispaniae octingentesimo sexagesimo, & ab eius reparatione quadringentesimo secundo, & ab vltima vnione regnorum quinquagesimo quinto, & regnavit annis vndecim. Duxit uxorem Mariam filiam Alphonfi vocati Infantis de Molina, qui fuit frater Regis Fernadi qui Seulliam obtinuit, & genuit ex ea Fernandum qui post eum regnavit, & Petrum, & Philippum, & Enricum qui fuit mutus, & Elisabeth quae fuit vxor Regis Britanniae. Hic Sancius obtinuit Tarifam, quae fuit vnum de primis oppidis quod occupauerunt Arabes temporibus Roderici Regis. Obiit autem Sancius morte communi. Depingitur in veste longa, & ense nudo in manu, quia licet multa bella non gessit, obtinuit tamen Tarifam. Depinguntur etiam in margine Maria vxor eius, & quatuor filii, videlicet Fernadus qui fuit Rex, & Petrus, & Enricus qui fuit mutus, & Philippus, & Elisabeth quae fuit vxor Ducis Britanniae. Concurrentia. Concurrerunt cum Sancio, & prope tempora eius, in sede Apostolica Honorius quartus natione Romanus annis duobus, & Nicolaus quartus natione Lombardus annis quatuor: in folio vero Imperii Romani Radulphus primus imperauit annis decem & octo. Anno secundo huius Regis Sancti obiit Philippus quartus Rex Francorum, & decessit apud Gironam Cataloniae quam tunc obsessam tenebat, & successit ei Philippus quintus, filius eius, qui regnavit in Francia viginti nouem annis. Iste fuit tricesimus quartus Rex Francorum. Sedit in sede Burgenfi tempore huius Regis Sancti frater Fernandus de Cuevas ruuias vndecim annis.

1295 **S**ANCI filius Fernandus quartus coepit regnare anno Domini millesimo ducesimo nonagesimo quinto, regni Hispaniæ octingentesimo septuagesimo primo, & ab eius reparatione quadringentesimo sexagesimo tertio, & ab vltima vnione regnorum sexagesimo secundo, & regnavit annis quindecim. Duxit vxorem Constantiam filiam Dionysii Regis Portugalliæ, ex qua genuit Alphonsum qui post eum regnavit, & Eleonorem quæ fuit vxor Alphonfi Regis Aragonum. Hic Fernandus obtinuit Gibraltarum, & prima oppida ad quæ applicauerunt & occupauerunt Arabes cum Tarifo duce eorum, & Comite proditore, & ab illo nomē 10
repperit. Nam a Tarifo dicitur Tarifa, & ab eodem nominatum est Gebelarif, id est mons Tarif (Gebel enim Arabice idem est quod mons) licet post corrupto vocabulo dicatur Gibraltar. Obiit autem Fernandus apud Gienum morte cōmuni. Aliqui dicunt citatum fuisse a duobus militibus quos tanquam homicidas occidi præcepit per formam iustitiæ apud Marthos, vt compareret coram Deo redditurus rationem tricesima die. Ille vero egritudine præcedente obiisse dicitur vltima die termini. Quæ casus singularitas aliquos putasse fecit, propter hanc causam Deum sic illum vocare voluisse. Sed an hoc euenit a casu, an ex illa causa, iudicio diuino relinquendum est. Depingitur in ætate adolescentiæ, quia adolescens decessit. Depinguntur etiam in margine Constantia Regina vxor eius, & duo filii 20
Alphonfus Rex, & Eleonor Regina Aragonum. Concurrentia. Concurrerunt cum Fernando, & prope tēpora eius, in sede Apostolica Celestinus quintus mensibus sex, & Bonifacius octauus natione Campanus annis nouem, & Benedictus vndecimus natione Lombardus mensibus octo, & Clemēs quintus natione Burgundus annis octo, & post mortem eius vacauit sedes annis duobus, mensibus tribus, diebus decem & septem: in solio vero Imperii Romani Radulphus secundus imperauit annis sex. Sedit autem in sede Burgēsi tempore huius Regis Petrus huius nominis tertius, cognomento Quixada. Huius autē Petri Episcopi & sequentium Episcoporum non reperi certum numerum temporis vitæ eorum, sed solum nomina, quæ collegi ex temporibus Regum qui eis aliqua priuilegia indulserunt, 30
& in quorum priuilegiis rotatis Episcoporum Burgenfium confirmantium nomina, vt moris est, describuntur. Sufficit ergo scire nomina eorum, & quorum Regū diebus sedebant, licet nesciamus designare vnicuique Regum numerum temporis quo sedit, præter illorum tempora qui in ætate nostra, vel iuxta eam in hac sede sederunt, quæ magis ex memoria, quam per scriptum recognoscimus.

1310 **A**LPHONSVS vndecimus, filius Fernandi, coepit regnare anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni Hispaniæ octingentesimo octogesimo sexto, & ab eius reparatione quadringentesimo septuagesimo octauo, & ab vltima vnione regnorum septuagesimo septimo, & regnavit annis quadraginta. Duxit vxorem Mariam filiam Regis Alphonfi Portugalliæ, ex qua genuit Fernadum qui in pueritia decessit, & Petrum qui fuit Rex. Et ex nobili Eleonore de Guzman genuit Enricum qui post Petrum regnavit, & Federicum qui fuit Magister sancti Iacobi, & Sancium & Tellium Comites, & Petrum & Didacū, quos duos pueros existētes occidit Petrus. Hic vicit Reges Benamarim & Granatæ in magno & famoso prælio apud flumen Salatum, cui interfuit Alphōsus Rex Portugalliæ focer eius. Hic etiam obtinuit Algeziram diuturna obsidione præcedente. obsederat enim eam viginri & tres menses. Obtinuit etiam Alcalam quam Regalem vocāt. Et cū 50
teneret obsessam Gibraltarum quam pater eius obtinuerat, & tempore huius Alphonfi per culpam vel dolum tenētis quem Alchaidum vocamus, perdita fuerat, & in castris pestis epidemia vigeret, & a suis crebris exhortationibus vrgeretur, vt propter pestem ab obsidione discederet, ex animositate cordis nō acquieuit, & ex glandula pestifera infirmatus obiit feria sexta in Parasceue, Romano iubileo currente,

rente. Erat enim annus Domini millesimus trecentessimus quinquagesimus. Et sepultus est apud Cordubam in ecclesia cathedrali cum Fernando Rege patre suo. Depingitur Alphonfus in equo armatus, quia bellicosissimus fuit. Depinguntur in margine Maria Regina vxor eius, & Eleonor de Guzman concubina, & infra Mariam Reginā duo filii eius, Fernandus qui decessit puer, & Petrus qui fuit Rex, & infra Eleonorem septem filii eius, videlicet Enricus qui post Petrum regnavit, & Federicus qui fuit Magister sancti Iacobi, & Sancius, & Telius Comites, & Petrus, & Didacus, & Fernandus, qui in pueritia decesserunt. Concurrentia. Concurrerunt cum Alphonso, & prope tempora eius, in sede Apostolica Ioannes vicesimus secundus annis decem & nouem, & Benedictus duodecimus annis septem, & Clemēs sextus natione Gallicus annis decem: in solio vero Imperii Romani Albertus primus imperauit annis decem, & Enricus secundus imperauit annis quinque. Anno quarto huius regni Alphonfi obiit Philippus quintus Rex Francorum, & successit ei Ludouicus decimus, qui regnavit in Francia anno vno, & iste fuit tricesimus quintus Rex Francorum. Anno sexto huius regni Alphonfi obiit Ludouicus Rex Francorum, & successit ei Philippus sextus, frater eius, qui regnavit in Francia annis decem & nouem. Iste fuit tricesimus sextus Rex Francorum. Et anno decimo nono huius regni Alphonfi obiit Philippus Rex Francorum, & successit ei Philippus septimus, qui regnavit in Francia annis viginti duobus. Iste fuit tricesimus septimus Rex Francorum. Sederunt in sede Burgenfi tempore huius Regis tres Episcopi, videlicet Gundisaluus secundus cognomēto de Finoiola, & Garfias tertius cognomēto de Torres, & Ioannes quartus.

PETRVS filius Alphonfi coepit regnare anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, regni Hispaniæ nongentesimo vicesimo octauo, & ab eius reparatione sexcentesimo vicesimo, & ab vltima vnione regnorum centesimo vicesimo, & regnavit annis decem & nouem. Ex nobili Maria de Padilla quam primo in concubinam habuerat, & post obitum Blanchæ filię Ducis Bauariæ duxit in vxorem, genuit Alphonsum, qui obiit in ætate infantili, & Costanzam, quæ nupsit Ioāni Duci Alancaustriæ, ex qua genuit Catharinam Reginam Castellæ. Hic Petrus Rex occidit Federicum Magistrum sancti Iacobi, & Petrum, & Didacum fratres suos, & Ioannem Infantem Aragoniæ, & alios non paucos magnates & nobiles. Voluisset autem occidere Enricum fratrem suum, sed contrario res euenit. Nam Enricus prudens & magnanimus primo aufugit ab eo, deinde collecta potēti manu Gallicorum regnum ingressus est, & re collectis ad eum multis potētibus & nobilibus de Castella, abhorrētibus a Petro, Rex intitulatus est, & Petrum infecutus apud Mōtiel obsedit, cum effugere putasset. auisatus de fuga eius Enricus ad illum accessit, & cum ambo Reges & fratres, sed capitalissimi adinuicem inimici, in duelli collustatione pugnarent, Petrus ab Enrico occisus est. In cuius obitu cessauit intestinum bellum quod propter hanc fraternam discordiam in Castella erat, & omnes vnanimiter receperunt. Huius autem disturbii tempore Algezira quæ nostra erat, ab Arabibus occupata, destructa fuit. Depingitur Petrus cū Enrico pugnans, & in terram cadens ab eo occisus, & in cacumine montis castellum positum per quod Montiel figuratur. Depinguntur in margine Blancha Regina, & infra eam Maria de Padilla primum concubina, demum Regina vocata, & infra eam Costanza filia eius, & Ioannes Dux Alancaustriæ vir suus, & infra eos Catharina filia eorum, & Enricus vir eius, qui regnauerunt, & infra in arbore descripti sunt. Concurrentia. Concurrerunt cum Petro, & prope tempora eius, in sede Apostolica Innocentius sextus annis decem, & Vrbanus quintus natione Lombardus annis octo. In solio vero Imperii Romani post mortem Enrici Imperatoris electores se in duo diuidentes quendam Federicum Ducem Austriæ, & quendam Bauariæ ad Imperium discorditer elegerunt, cuius dissensionis causa magnū schisma fuit in imperio. Anno primo huius regni Petri obiit Philippus septimus Rex

An. dom. Francorū, & successit ei Ioānes filius eius, qui regnavit in Francia annis quatuordecim. Hic fuit victus & captus ab Anglicis in prælio de Piteos, & iste fuit tricesimus octavus Rex Francorum. Sederūt in sede Burgenſi tempore huius Petri Regis duo Episcopi, Lupus cognomento de Fontetha, & Fernandus tertius.

Caput LXXXIX.

1369 **ENRICVS** secundus, filius Alphonſi, cepit regnare anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo nono, regni Hispaniæ nongentesimo quadagesimo septimo, & ab eius reparatione sexcentesimo quadagesimo, & ab vltima vnione regnorum centesimo tricesimo nono, & regnavit annis decem. Nam licet duobus annis regnavit in discordia cum Petro, honestius tamen videtur, ut illos annos regni ei attribuamus, quibus post obitum Petri regnavit, duos vero præcedentes Petro ascribamus. Hic duxit uxorem Ioannam filiam Ioannis cognomento Emmanuel, & per maternam lineam proneptem Infantis Fernandi primogeniti Regis Alphonſi decimi, qui viucte patre decesserat, ex qua genuit Ioannem qui post eum regnavit, & Eleonorem quæ fuit Regina Nauarræ. Obiit autem Henricus ex podagra infirmitate apud sanctum Dominicum de la Calciata. Depingitur Henricus in veste pacifica, quia licet bellicosus fuit, non tamen cum Arabibus pugnavit. Depinguntur in margine Ioanna Regina vxor eius, & infra eam duo filii, Ioannes, & Eleonor Regina Nauarræ. Concurrentia. Concurrenterunt cum Henrico, & prope tempora eius, in sede Apostolica Gregorius vndecimus natione Gallicanus. Post obitum eius Cardinales qui tunc in curia Romana erant, decima die obitus eius elegerunt Bartholomæum Archiepiscopum Barensem, qui sibi Urbani sexti nomen constituit. Sed non longe ab hoc Cardinales Romani exierunt, & apud Aagniam se transferentes elegerunt Robertum Cardinalem Gabenensem in Papam, qui vocatus est Clemens septimus, asserentes primam electionem esse nullam, eo quod violentia fuit facta. Nam Romani tantum in cufferunt Cardinalibus timorem, quod ad euadendum periculum mortis Bartholomæum in Papam elegerat. Maximum schisma fuit hoc, quod duravit per quadraginta annos, quousque in concilio Constantiensi, quod fuit celebratum tempore Ioannis Regis secundi, extinctum est. Adhæsit autem Clementi Hispania, præter Portugalliam & Galliam. In folio vero Imperii Romani Carolus quartus Ioannis Regis Bohemiæ filius imperavit annis triginta quatuor. Anno quinto huius Regis Henrici obiit Ioānes Rex Francorum, & successit ei Carolus quintus, qui regnavit in Fræcia annis decem & sex. Iste fuit tricesimus nonus Rex Francorum. Sedit in sede Burgenſi tempore huius Henrici Dominicus Episcopus. Iste fuit oriundus de Arruicelo villagio Onensis monasterii.

Caput XC.

1379 **IOANNES** huius nominis primus, fili^o Henrici, cepit regnare anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo nono, regni Hispaniæ nongentesimo quinquagesimo septimo, & ab eius reparatione sexcentesimo quadagesimo nono, & ab vltima vnione regnorum centesimo quadagesimo nono, & regnavit annis vndecim. Hic duxit uxorem Eleonorem filiam Petri Regis Aragonum, ex qua genuit Henricum qui post eum regnavit, & Fernadum qui fuit Rex Aragonum. Qui Fernandus genuit Alphonſum qui hodie in Aragonia regnat, & Ioannem qui regnat in Nauarra, & Henricum qui fuit Magister sancti Iacobi, & Sanctium qui fuit Magister Alcantaræ, & Petrum qui exitu bombardæ apud Neapolim obiit, & Mariam Reginam Castellæ, ex qua genitus est Henricus quartus Rex, ac dominus noster hodie regnans, & Eleonorem quæ nupsit Eduardo Regi Portugallie, ex qua genitus est Alphonſus qui in Portugallia regnat. Ioannes Rex hic post obitum Eleonoris vxoris suæ duxit secundam uxorem Beatricem, filiam Fernandi Regis Portugallie, ex qua nullum filium genuit. Sed propter eam graue bellum inter Castellam & Portugalliam exortum est. Nam Fernando Portugallie Rege sine liberis decedente, &

dente, & regno ad Beatricem filiam suam Reginam Castellæ delato, Ioannes vxoris prosequens, Portugalliam manu potenti ingressus est, ac Vlyssbonam obsedit, sed peste grauissima vigente abscessit. Et anno reuoluto regrediens apud Algibam rotam campestre prælium ex animositate excessiua præmature, & non spectatis multis de exercitu suo qui veniebant, a fessis militibus suis qui in die illa feruente æstu Aleria oppido satis distanti venerunt, sicut minus prudenter tentauit, sic & in felicitate res gesta est. Nam multi ex magnatibus & nobilibus nostris, licet viriliter decertantes, obierunt. Hic Ioānes, cum Henricus pater suus schismate orto nulli contendentium adhæsisset, congregauit prelatos & proceres regni, & magno tractatu & deliberatione habitis, declarauit pro Clemete septimo, cui, & Benedicto tertio decimo vocato post eum adhæsit Castella vsque ad conciliū Constantiense. Hic Ioannes apud Alcalam de Henares cum quadam Dominica die post missarum solemniam ante prandium spaciatum forti equo insidens irer, & calcari- bus, ut fieri soler causa solatii, eum ad currendum infestasset, equus velociter & fortiter currens, in fine cursus in valle quadam offendens cecidit, & Regem sub se & sella recipiens, lignis sellæ stomacho letaliter vulnerato, tam grauer oppressit, quod illico Rex animam exhalauit. Depingitur itaque sub equo cadens, quia sic casualiter vitam finiuit. Depinguntur in margine duæ Regiæ vxores eius, & Eleonor prima, & Beatrix secunda, & infra Eleonorẽ duo filii, Henricus Castellæ & Fernandus Aragoniæ Reges, & infra Fernadum sex filii, videlicet Alphonſus Aragoniæ, & Ioannes Nauarræ Reges, & Maria Castellæ & Eleonor Portugallie Regi- næ, ac Henricus & Petrus Infantes. Filii autem Henrici Regis Castellæ infra depin- guntur, & prope eum in loco suo. Concurrentia. Concurrenterunt cum Ioanne, & prope tempora eius, in sede Apostolica Clemens septimus in Auinione, & apud Romam præfatus Urbanus sextus. In folio vero Imperii Romani imperabat idem Carolus quartus. Anno secundo huius regni Ioannis obiit Carolus quintus Rex Francorum, & successit ei Carolus sextus, qui regnavit in Fræcia annis quadraginta duobus. Iste fuit quadagesimus Rex Fræcorum, iste Carolus ex potione sibi data, ut aliqui putant, vel ex aduersa valetudine amens factus est, cuius amētia ingē- tia damna Franciæ attulit. Sederunt in sede Burgenſi tempore huius Ioannis Re- gis Ioannes quintus cognomento Manrique duobus annis, qui Seguntinensis, de- inde ad Burgensem ecclesiam, & post ex Burgenſi ad Compostellanam trans- latus est, cui successit Gundisaluuus tertius cognomento de Vargas, qui similiter ex Calagurrana ecclesia ad Burgensem, in qua sedit quinque annis, & Burgen- si ad ecclesiam Hispalensem translatus est.

Caput XCI.

40 **ENRICVS** tertius, filius Ioannis, cepit regnare anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo, regni Hispaniæ nongentesimo sexagesimo nono, & ab eius reparatione sexcentesimo sexagesimo primo, & ab vltima vnione regnorum centesimo sexagesimo, & regnavit annis decem & sex. Duxit uxorem Catharinam filiam Ioannis Ducis Alancaustriæ, & Costanzæ filie Petri Regis, ex qua genuit Ioannem qui post eum regnavit, & Mariam Reginam Aragoniæ, quæ hodie cum Alphonſo Rege Aragonum viro suo in Aragonia regnat, & Catharinam quæ fuit vxor Infantis Henrici Magistri sancti Iacobi. Hic Henricus Rex iustitiæ magis zelator fuit, & in pace regna sua gubernauit: erat tamen pro maiore temporis parte infirmus corpore. Gessit bellum aliquandiu contra Regem Portugallie, in quo aliquæ obfidiones & particularia prælia nobilium & gentium adinuicem proces- serunt, non tamē euenit aliquod prælium campestre generale. Tenuit captum in vinculis Federicum Ducem Beneueti patrum suum, filium Henrici Regis cui sui ex concubina Leonore Ponee. Nec non obsedit Alphonſum filium eiusdem Re- gis ex concubina apud Giionem oppidum Asturiarum. obsessus autē Comes Alphonſus aufugit, & semper in exilio fuit: & occupauit terras eorum, donans aliis magnatibus. Illi vero, alter in vinculis, alter in exilio, post obitū huius Henrici obie-

An. dom. runt. Hic Enricus cum bellum contra Arabes indixisset, & Andaluziam pro-
cederet, quatenus, licet propter infirmitatem corpoream bellicos labores subire
non posset, saltem in conuicinia regni Granatæ moraretur, vt exercitibus suis A-
rabum regnum intrantibus aptius & velocius fauorem & auxilium daret: apud
Tolerum a gritudine quæ eum cõtinue premebat, vehementius inualecente, in-
dienatalis Domini albescente cœlo diem vitæ suæ clausit extremum. Depingitur
Enricus in apparatu honestissimo regali sedes in cathedra, & ensẽ habens in ma-
nu propter grauitatem morum, & iustitiæ zelum quem habuit, sicuti alter Recha-
radus, & iuuenis facie, quia in iuuentute decessit incipiente vicefimo octauo an-
no regni etatis suæ. Et depingitur in margine Catharina Regina vxor eius, & infra
eam filii eius, Ioannes qui post eum regnauit, & Maria quæ in Aragonia regnat, &
Catharina Infantissa. Concurrentia. Concurrerunt cum Enrico, & prope tem-
pora eius, in sede Apostolica idem Clemens septimus, & Benedictus tertius deci-
mus natione Hispanus, sed in schismate: apud Romam vero federunt præfens Bo-
nifacius nonus, & Innocentius sextus. In solio vero Imperii Romani federunt idem
Carolus quartus, & post eum Vladislavus Rex Boemiæ filius eius. Sed iste non re-
cepit coronam imperialem, nec habuit pacificum imperium, sed in discordia cum
Roberto Duce Bavariz. In sede Burgensi Ioannes huius nominis sextus cognõ-
mento de Villa creces, primo Episcopus Calagurritanus, & sedit vndecim annis,
& post obitum eius vacauit ecclesiæ tribus annis.

Capit. XCII.

IOANNES secundus, filius Enrici tertii, cœpit regnare anno Domini millesimo
1507 quingentesimo septimo (in die enim natalis Domini, in quo pater obierat, ipse
Ioannes Rex acclamatus est) regni vero Hispaniæ anno nongentesimo octo-
gesimo quinto, & ab eius reparatione anno sexcentesimo septuagesimo septi-
mo, & ab vltima vnione regnorum ceterisimo septuagesimo sexto, & regnauit an-
nis XLVII. Erat ætatis xx. mensium cū regnare cœpisset, & habuit tutores Catha-
rinam Reginam genitricem suam, & Infantem Fernandũ fratrem patris sui, quos
pater in testamento suo nominauerat. Demum Infante Fernandũ Rege iam Ara-
gonum factõ abeunte, cum adhuc Ioannes impubes existeret, ad Reginam matrẽ
suã tutela integrè deuoluta est. Et paulo post Regina decedente, Ioannes in quar-
to decimo anno ætatis constitutus absq; tutoribus mãsit, & in principio quinti de-
cimi anni congregatis prælatis, ac procæribus, & procuratoribus ciuitatum, apud
Maioritum cum consensu omnium gubernationem accepit. Duxit autem vxorẽ
Mariam filiam Fernandi Regis Aragonum patris sui, ex qua genuit Enricum qui
post eum regnauit, & regnat, regnabitq; diuturnis temporibus, vt in clementia di-
uina speramus, & Catharinam, & Eleonorem, quæ in Francia obierunt. Et post ob-
itum Mariæ Reginæ duxit secundam vxorem Elisabet, filiam Ioãnis Infantis Por-
tugalliæ, qui fuit filius Ioannis Portugalliæ Regis, ex qua genuit Alphonsum, & E-
lisabet, quos infantulos & in tenerima ætate reliquit, quorum vitam & statũ De-
us prosperare dignetur. Huius Regis tempore, cum adhuc in infantia esset, exerci-
tus sui sub Infante Fernãdo tutore suo bellũ quod Enricus pater suus Arabibus in-
dixerat, continuantes, Antequerã magna obsidione afflictam occuparunt, & Za-
harã, & aliqua alia castella de Granatæ regno. Deinde illo iã in virili ætate existen-
te, aliqui ex capitaneis suis obtinuerunt Ximenã, Huescam, Huelmam, & Bena-
marueldũ, & multa alia Arabum fortalitia, ex quibus nõnulla per Arabes recupe-
rata fuerunt. Ipse vero personaliter ad ciuitatẽ tendens, præliũ campestre cū Ara-
bibus iniuit, in quo Arabes deuicti multis eorum cæsis intra vrbeẽ se reducerunt.
Huius tempore Federicus Dux Beneuenti in vinculis, & Alphonfus frater suus
in exilio obierunt. Hic alium Federicum Ducẽ Arionæ, nec non & alium Fede-
ricum Comitem de Luna, filium Regis Siciliæ ex cõcubina, in vinculis poni præ-
cepit, qui in custodia decesserunt. Nec non alios Comites & magnates regni Ca-
stellæ, videlicet Fernandũ Aluari de Toledo Comitem de Alba, & Alphonsum
Pimentel Comitem de Beneuento, ac nobiles viros dominum Enricum filium
Almiranti,

An. dom. Almiranti, & Petrum Sueri, ac Suerum de Quinones fratrem suum capi fecit, &
in custodia retineri. Qui omnes diuersis modis & temporibus liberati sunt. Hic e-
tiam captum tenuit Infantem Enricum Magistrum sancti Iacobi, consanguineum
suum, per triennium, & postea liberauit. Deinde in crescente discordia tam eum,
quam Ioannem Regem Nauarræ fratrem suum, qui in Castella multa oppida &
castra tenebant, a regno expulsi, cuius occasione bellum inter Castellam, & Ara-
goniam pariter, & Nauarram aliquandiu duraret. Et cum hi duo fratres, nonnul-
lisq; ex magnatibus Castellæ concomitantibus, regnum manu armata intrarent,
& prope Olmetum prælium campestre iniuissent, Rex noster Ioannes, & Enricus
10 primogenitus eius victoriæ gloriam habuerunt: illi vero victi abscedentes in A-
ragoniam se reduxerunt. Hic Rex a pueritia sua nobilem virum Aluarum de Lu-
na acceptissimum habuit, cuius consilio præ omnibus adhærebat, illumq; nimi-
um exaltauit, primo Comitem, deinde Comestabilem, demum Magistrum san-
cti Iacobi faciendo, quas dignitates in vnus persona concurrisse, nunquam audi-
tum est: tantaq; affectione ad eum inclinabatur, vt omnia ad voluntatem eius face-
re crederetur. Et cū huius amoris exuberantia triginta quinque annis fere durasset,
prope finem tamen iuxta fortunæ morem res aliter successerunt. Nam voluntate
ex incredibili amore ad incredibile odium mutata, apud Burgos capillum fecit,
& ad castrum de Portillo ductum in arcta custodia detineri, & paulo post super cri-
20 minibus contra eum per procuratorem fiscalem propositis, inquisitione facta de-
collari mandauit. Decollatus autem est apud Vallem oleti in forma iustitiæ, clã-
more præconis præcedente, in medio plateæ, super altum & magnum ambonem,
ex ligno ad hoc aptum ædificarunt tapetibus ornatum, & caput eius a corpore
abscissum fixum est clauo in vno lignorum. Fuit autem sepultus in quadam eccle-
sia extra muros, & post ex illa ad ecclesiam Minorum translatus. In quo singula-
rissimo spectaculo satis cognoscere potuerunt, qui viderunt, & etiam non viden-
tes, qui audierunt, quanti valoris mundana prosperitas sit, cum ex summa prospe-
ritate ad summam aduersitatem fortunæ rota frequenter ac velociter humanos
successus reuoluat. Et vt cognoscamus quam periculosissima sit nimia familiari-
tas Regum, quam nonnulli, vt summum bonum, desiderant, nullo alio exemplo
30 opus est, multa enim alia exempla quæ nos hoc doceant, ante nostra tempora præ-
cesserunt. Sed hoc inter cætera singularissimum, & ad instruendum nos, & etiam
alios qui post nos magnis temporibus subsequuntur, efficacissimum est. Obiit au-
tem Ioannes apud Vallem oleti in quinquagesimo anno ætatis suæ ex febre quar-
tana, quam habuerat aliis exortis accidentibus, & in domo prædicatorum cor-
pus eius repositum fuit, & anno fere reuoluto ad monasterium de Miraflores pro-
pe Burgis quod ipse ædificari mandauerat, & pro sepultura sua elegerat, solenni-
ter translatus est. Etenim Alphonfus Burgensis Episcopus cum honorabili copia
40 obuiam illi vsq; ad Pallentiam exiens, illumq; associans vna cum nobilibus Ba-
ronibus, Roderico Didaci de Mendoza, & Ioanne de Padilla, qui cum eo a Valle
oleti veniebant, multitudine clericorum ex circumvicinis castris & oppidis ad vi-
am processioniter exeuntibus, ac ecclesiasticorum & nobilium ciuium Burgen-
sis multitudine concomitante, ad insigne monasterium de Huelgas adductus est,
ibiq; officio defunctorum quod Vigiliis vocamus, tam per moniales, quam per
capitulum cathedralis ecclesiæ eodem Episcopo celebrante, solenniter ac deuote
expleto, ad monasterium prædicatorum quod sancti Pauli vocatur, humeris
nobilium deportatur, ibiq; religiosis vigiliis deuote dicentibus, nocte tota quie-
uit: ac sequenti die quæ sancti Ioannis Baptistæ erat, similiter humeris nobilium
50 ad Miraflores adductus est, ibiq; sub pannis & pulchro ornatu, quia domus illa
adhuc ædificata non erat, quæ tantum populum capere posset, capella constitu-
ta, eodem Episcopo missarum solennia celebrante ac sermonem faciente offi-
cium finitum fuit, illoq; finito nobilissimum & regium corpus in sepulchro suo
reconditum est, cuius anima in domino requiescit. Depingitur Ioannes Rex ar-
matus in equo, quia diuersis bellis fere toto tempore occupatus fuit, tam super ci-
uilibus dissensionibus, quam etiam aliquando contra Reges Aragonum & Na-
Kk

An. dom. uarræ, interdum contra Arabes. quod quidem Arabicum bellum ipse mente ger-
 rebat, licet aliis bellicis actibus impeditus continuare nequibat. Depinguntur
 etiam in margine ex vno latere Maria Regina vxor eius prima, & infra eam En-
 ricus primogenitus qui hodie regnat, cuius vitam, statum, & regnum omni-
 potentia diuina feliciter dirigere, conseruare, & exaltare dignetur, & duæ fi-
 liæ, Catharina & Eleonor Infantissæ, quæ in infantia decesserunt, & ex alio
 latere Elisabeth vxor eius secunda, & infra eam Alphonfus Infans, & Elisabeth
 Infantissa, filiorum in infantia constituti, quos misericors Deus custodire ve-
 lit. Depingitur etiam magister Vincentius ordinis prædicatorum, qui huius
 tempore claruit. Cuius vita & doctrina taliter splenduerunt, vt congrue merea-
 tur canonizari, & catalogo sanctorum apponi. Concurrentia. Concurrerunt
 cum Ioanne, & prope tempora eius, in sede Apostolica idem Benedictus tertius
 decimus apud nos durante schismate, & apud Romanos federunt præfensi In-
 nocentius sextus, & Gregorius decimus, & Alexander quintus, & Ioannes vi-
 cesimus tertius. Schismate autem per concilium Constantiense sublato fedit
 Martinus quintus natione Romanus in vnitatem obedientiam annis tredecim, &
 Eugenius quartus natione Venetus annis decem & sex, & Nicolaus quintus
 natione Ianuensis de Cerezana annis decem & sex, vsque ad obitum eiusdem
 Ioannis. In folio vero Imperii Romani imperauit Sifemundus viginti & tribus
 annis, & coronam Imperii recepit, & post eum Albertus Dux Austriae gener-
 eius quatuor annis, sed diadema imperiale non habuit. Ac illo defuncto impe-
 rauit Federicus Dux Austriae, nepos Alberti, qui hodie imperat, & per Nicolaum
 Papam coronatus est Romæ. Tempore autem huius Regis Ioannis decessit Car-
 olus sextus Rex Francorum, qui compos mentis non erat, & successit ei Caro-
 lus septimus, filius eius, qui hodie regnat. Hoc tempore propter peccata Chri-
 stianorum quæ interdum Deus visibilibus flagellis castigare decreuit, capta est
 Constantinopolis a Turcis, occiso Imperatore Græcorum & aliis plurimis.
 Sed Romanus Pontifex & nonnulli Principes ad eius recuperationem cum
 Dei auxilio operam dare intendunt, speramusque in diuina misericordia
 quod recuperabitur, sicuti aliis temporibus perdita & recuperata fuit. In eccle-
 sia autem Burgenfi tempore huius Regis federunt quatuor Episcopi, videli-
 cet Ioannes septimus cognomine Cabeza de vaca sex annis. Hic fuit primo E-
 piscopus Conchiensis, Et Alphonfus de Illescas anno vno & dimidio. Hic fuit
 primo Episcopus Zamorensis, & vacauit ecclesia Burgenfis anno vno. Et
 Paulus annis viginti. hic fuit primo Episcopus Carthaginensis, & ædificauit
 ecclesiam beati Pauli cum sacristia, & capitulo prope muros Burgenfis, com-
 posuitque additiones ad Postillam Nicolai de Lyra super Biblia, & librum
 qui dicitur Scrutinius scripturarum. Et Alphonfus huius nominis secundus
 cognomento de Carthagena, qui nunc sedet, sedebitque quandiu diuinæ
 prouidentiae placuerit.

Capitulum XCIII.

ENRICVS huius nominis quartus, filius Ioannis secundi, cœpit regnare vice-
 sima quarta die mensis Iulii, anno Domini millesimo quadringentesimo quin-
 quagesimo quarto, regni Hispaniæ millesimo viceesimo septimo, & ab eius repara-
 tione septingentesimo viceesimo quarto, & ab vltima vniõne regnorũ ducentesi-
 mo octauo, ætatis vero suæ anno tricesimo, & regnat hodie, speramusque in
 Dei misericordia, quod regnabit feliciter diuturnis temporibus. Hic in prin-
 cipio regni sui conuocatis prælatis ac proceribus regnorum suorum, necnon
 procuratoribus ciuitatum, recepit ab eis homagium fidelitatis iuxta leges peri-
 torum, ac morem ab antiquis temporibus seruatum. Postea vero intra breue tem-
 pus pacauit differentiam quæ cum Ioanne auunculo suo Rege Nauarræ erat: quia
 se prætendebat grauatum in confiscatione bonorum suorum quæ in Castella ha-
 bet, facta per Ioannem patrem suum, & assignata ei certa quantitate in redditibus
 regniis

regis cessit omni iuri quod prætendebat. Reconciliauitque & recepit ad gratiam
 suam Federicum Admirantem qui extra regnum vagabatur, liberauitque a custo-
 dia Comitem de Alba, qua per sex annos & vltra detentus fuerat, restituitque vtri-
 que istorum bona sua quæ eis ablata fuerant per Ioannem Regem. Pacatisque su-
 is, & aliis patentibus differentiis quæ in regno erant, disposuit bellare contra
 Mauros, & mira celeritate se posuit cum exercitu suo in conspectu ciuitatis Gra-
 natæ. Etenim discedens in secunda feria post Dominicam in passione a Segouia
 ciuitate sibi gratissima, quam præ cæteris ciuitatibus pro habitatione & recreatio-
 ne sua solet eligere, in quarta feria intra octauas Paschæ apparet cum quinq; mil-
 libus equitum prope muros Granatæ. Quæ itinerandi velocitas etiam vni equiti
 expedito, hostium incursum non timent, sed per tutas vias equitanti, ac tanta di-
 stantia viarum satis congrua fuisset. Inspectoque districtu diligenter per quatuor
 dies, regressus est ad Eciam, & paucis diebus interpositis, dum segetes crescebāt,
 ingressus est territorium Malacæ, ibique moram trahens per quindecim dies va-
 stauit districtum eius. Demum venit Cordubam, vbi celebrauit nuptias cum Io-
 anna Regina vxore sua, filia Eduardi Regis Portugalliæ. diuerterat enim iam ex
 aliquibus causis autoritate Nicolai Papæ quinti a Blanca filia Ioannis Regis Na-
 uarræ, quam primo habuerat. Expleuit autem benedictionem nuptialem Archi-
 episcopus Turonensis qui in regia curia tunc erat Orator Caroli septimi Regis
 Francorum. Celebratis vero nuptiis confestim intrauit iterum districtum Gra-
 natæ maiore cohorte magnatum & militum associatus. Ibant enim iam cum eo
 Ioannes de Guzman Dux Metinæ, Federicus Admirantus, Petrus Giron Magi-
 ster Calarauæ, Encus Lupi de Mendoza Marchio sanctæ Iulianæ, Ioannes Pa-
 theco Marchio Villenæ, Aluarus de Astuinniga Comes Placentinus, Alphonfus
 Pigmentel Comes Beneuentanus, Fernandus Aluari de Toletis Comes de Alua,
 Ioannes Manrique Comes de Castaneda, Ioannes Ponze de Leon Comes de
 Arcos, Rodericus Manrique Comes de Paredes, & Ioannes de Luna Comes de
 sancto Stephano, & Gabriel Manrique Comes de Oforno, & aliqui alii magna-
 tes, & multi alii nobiles. Dimiserat autem Alphonsum Carrillo Archiepiscopum
 Toletanum & Petrum Fernandi de Velasco Comitem de Haro in gubernatione
 harum regionum quæ citra montes sunt, qui apud Vallem oleti existentes ter-
 ras sibi commissas solerter ac prudenter in absentia Regis rexerunt. Rex vero
 cum exercitu suo prope Granatam moram trahens per viginti dies vastauit Ve-
 gam, & circumuicinam regionem. Quibus vastatis rediit ad Eciam, & licentia-
 uit Marchionem sanctæ Iulianæ, & Comites Placentinum, & Beneuentanum,
 & de Alua, aliosque magnates, qui versi sunt ad domos suas. Ipse vero Rex ma-
 nens apud Andaluziam cum gentibus terræ, & aliis magnatibus, & nobilibus ci-
 tra montaneis qui cum eo remanserant, aliquos alios ingressus fecit in terris Mau-
 rorum. Adueniente vero hyeme rediit citra montes ad Abulam & Segouiam,
 Nunc vero incipiente anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto
 profectus est ad Andaluziam ea intentione, vt bellum contra Mauros toto cona-
 tu contineret. Deus omnipotens qui est dux omnipotens, qui est dux exercituum
 catholicorum, prospere dignetur dirigere gressus eius, & sub manu sua fidei Ca-
 tholicæ terminos ampliare, proteruiamque hostium sanctæ Crucis potenter hu-
 miliare. Depingitur Enricus in equo armatus, quia suscepto sceptro regio con-
 festim bellum Mauris indixit, & ad modum Ginetari qui hac specie equitandi li-
 bentius & frequentius vtitur. Obiit tempore huius Enrici Nicolaus Papa quin-
 tus, & successit in Apostolica sede Calixtus tertius natione Hispanus de regno Va-
 lentini. In folio vero imperii Romani idem Federicus quartus, & in regno Franciæ
 idem Carolus regnauit, in sede Burgenfi idem Alphonfus secundus.

Capitulum XCIII.

HÆc fraternitati vestræ fratres charissimi, vt audistis, descripsi, breuitati nimi-
 um deferens, vt compendiosæ arboris descriptionem decebat, produxi que
 Kk ij

vsque ad vltimum Februarii diem anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto: que autem in futurū euenient, futuri scriptores depromant. Nos vero Reges hos quos descripsimus, præsertim illos qui fide ac virtutibus lucidius claruerunt, in orationibus nostris ad memoriam reducamus, nunquam obliuioni tradi sinentes Alphonsum sextum qui hanc honorabilem sedem ab Urbano secundo erigi, ac sedi Apostolicæ immediate subiici precibus deuotis obtinuit, illamque tam in capite, quam in membris plurimis dotauit: necnon & alios insignes Reges ab eius femore descendentes, a quibus diuersa beneficia prædecessores nostri, ac nos temporibus diuersis recepimus. Romanoque Pontifices quorum Burgenfes præfules speciales suffraganei sunt, Pontifici futurorum bonorum Christo Iesu Domino nostro specialiter commendamus. Illos etiam dignum est, vt orationum nostrarum memoria recipiat, qui hanc ecclesiam regentes in cathedra Burgenfi sederunt, quos suis locis in concurrentiæ fine nominatos videtis, omnipotentis Dei clementiam implorantes, vt eorum ex illis qui iam in patria cælesti recepti sunt, deprecationes nos foueant: illos vero qui adhuc in purgatorio forsan manent, nosque cum illis, quando ab hac vita euocati a carcere huius corporis discesserimus, intra illam cœlestem Ierusalem quæ a miseris huius vitæ temporalis exuta diuina gaudet fruitione, misericorditer dignetur admittere qui in trinitate perfecta viuunt, & regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

REGVM HISPANIÆ ANACEPHALÆOSEOS FINIS.

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI DE REGIBVS HISPANIÆ LIBRI TRES.

LIBER PRIMVS.



HISPANIÆ veterem formā mutari sepe contigit. In initio reges eam habuerunt ex gente Curetum, Gargoris, eiusque nepos ex filia stupro conceptus Abbas. Nam Geryonem licet historia Diodori memoret, equidem fabulosum putarem, nisi grauis autor Trogus accederet. Hispalum vero de cuius appellatione suspicantur Hispaniæ nomen inditū, longa ætas obruit. Post multa demum secula, Carthaginenses occuparunt eius imperium, quibus bello Punico secundo pulsus, Romani duas in prouincias vniuersam diuiserunt, in Bæticam & Tarraconensem, Iuridicosque conuentus vndecim: mansitque rerum status ad Attilam vsque, qui per legatos vltiorem subegit Hispaniam. Quam falso quidam prodiderunt esse dictam ab Hunnorum ducibus quos illi sua lingua memorant Hispanos, quum certa temporum ratio refragetur. Iterum denique sub regibus aliquando in regna quinque distributa est: primum Legionis & Castellæ, secundum Aragonum, tertium Nauarræ, quartum Portugalliæ, quintum Bæticæ quam Granatam perhibent. Itaque

bent. Itaque Mauris qui Bæticam tenuerunt omisiss, Legionis & Castellæ regum stemma prosequemur, vnde manasse Christianos reges autumo. Quorum nostro proposito debita relatio est. Bæticæ rerum potiebantur Wandali, Sueuique Lusitanæ, quas Romanis opibus attenuatis in potestatem redegerant, quum Goti sub auspiciis Athanarici qui primus eius gentis rex fuisse proditur, Hispaniæ fines ingressi, sedes posuerunt anno dominicæ salutis trecentesimo quadragesimo tertio: quumque regnasset annis tredecim, diem clausit, Hispanique recepti sunt Theodosii Cæsaris virtute, qui Gotos annis duodeuiginti imperata facere coegit, & in officio continuit. Exinde Goti quum descuissent ab imperio, Regem sibi creant Alaricum Pannonem de gente Balchorum, qui præterquam quod Hispaniæ partem sibi vendicauit, & Traces & Germanos variis affecit claudibus, in Italiam ductis copiis, Romam, Campaniamque, & Apuliam redegit in potestatem. Sed vigesimotertio sui principatus anno, repente fato functus est in Brutis, deriuatoque captiuorum labore Basento Cosentiæ præterfluente, in eius alueo conditus est. Athaulfus, incertum nepos Alarici, an necessarius, in defuncti locum substitutus est, & apud Gotos regnavit, qui licet Hispanis & aliis Europæ gentibus imperarent, Gotorum tamen Reges adusque Pelagium, de quo post, omnes appellati sunt. Athaulfus itaque Gallam Placidiam Honorii Romani principis sororem matrimonio sibi iunxit. Nec amplius annis quinque rerum potitus, apud Barcinonam a militibus suis obruncatur. Successit ei Sigericus a stirpe propior (vt aiunt) isque anno post obiit. Exinde gubernacula suscepit Walia, cuius adusque tempora Wandali, quos ab initio, fines Hispaniæ tenebant, donec eorum Rex Genfericus in Aphricam traiecit, occasione nactus Walia, pulsus ex Hispania qui domi remanserant Wandalis, quicquid in eorum iura concesserat, in suam ditionem redegit, subitaque vimorbi correptus, anno tertio regni sui fato functus est. Itaque res ad Theodoricum defertur. is tertio post anno, sociis Etio patricio, & Meroueo Francorum Rege, dum pro Romanis aduersus Attilam pugnaret Hunnorum Regem, in campis Catalaunicis occubuit. Patris honori successit Torismundus, qui principatus sui anno decimo germanorum fratrum (vt rumor est) insidiis de medio sublatus est. Regnum, Theodoricus huius nominis secundus, Torismundi frater occupauit, exactoque Rethiario Sueuorum Rege, Lusitaniam regni sui finibus adiecit. aiunt huic eandem necis sortem obrigisse, quam Torismundo fratres intulerant. quo tempore Theodoricus alter Ostrogotorum Rex in Italia rerum potiebatur. Elato Theodorico, principatum suscipit Henricus eius frater, qui Gotis autor fuit, vt scriptis legibus vterentur: annoque septimo sui principatus excessit ab humanis. Alaricus alter a superiore, post Henricum Gotis imperauit annis duodecim. In acie cæsus a Fludiguiño Comite apud Pictauium, superstiti Almarico quem suscepit ex filia Theodorici Regis Italia. Genfalaricus Alarici frater ex pellice genitus, excluso Almarico nepote, regnum sibi vendicat, annisque quatuor tenuit, donec opibus Theodorici quem maternum auum Almarici demonstrauius, in Aphricam compulsum est. Itaque receptis Gotis Theodoricus Almarici nepotis infirmam rexit ætatem lustris duobus, & septem mensibus. Mox Almaricus vbi a pueris excessit, annis quinque rem per se administravit, donec commisso cum Gallis prælio obruncatus est. Amisso filio successit Amalasintha Theodorici Regis Italiae filia, mater Almarici, Tendiumque sobrinum suum in spem successionis adoptauit. is non expectata fatali die, Amalasintham in balneo suffocandam curauit. Tendius igitur Amalasintha sublata septemdecim regnavit annis. is in cædem suam Gotos accendit habitus histrionici deformitate, quem palam passimque gestabat. Goti nouum Regem sibi creant Tendefilium, qui forte per id tempus exercitui præerat, impositus a Tendio, cuius affinis esse dicebatur. is apud Hispalim orta seditione obruncatus est, ob illatam vim matronis illustribus. Agila subrogatur in eius locum. Nec equidem scio, superiores ne Reges aliqua necessitudine contigerit. illud vnum constat, anno quin-

to ex quo creatus est Rex, a suis esse interemptum. Exinde Gotorum Dux Atanagildus occupat dominatum, quem postquam bis septenis tenuit annis, apud Toletum morbo consumptus est. Lymba, quem Luybam nonnulli vocant, ad rerum fastigium suorum studio suffragioque euehitur, triennioque regnavit, viuenſque Leonogildo fratri cessit Hispaniæ principatu. Leonogildus ex Hispania Sueuorum reliquias eiecit, Andeca Rege superato. ii regnum semel in Hispania constitutum, per annos centum septuaginta tenuerant in Hispania. Securi percussit Hermelgundum suorum liberum natu maximum in conuentu Hispalis in acie captum, quod is Arianorum sectam non probaret. Regno præterea, Legionis adiecit urbem. Gotis imperauit annis duodeuiginti. Leonogildo patri successit Recharedus ab Hermelgondo proximus. is Arianum dogma in conuentu Toletano damnatum, ab Hispaniæ finibus eiiciendum curauit. Luyba alter a priore, quem vocatum præterea Lymbam demonſtrauimus, Recharedi filius, excepit imperium, quod annis duobus & mensibus quinque tenuit, infidiis Viterici de medio sublatus, illustris inter Gotos viri. Luyba cæſo regnum Vitericus occupauit eius percussor, adeptoque per fraudem dominatu septem potitus annis, eodem leti genere periit quo Luyba. Res ad Gondamirim delata, quam quum biennio administraſſet, ex aduerſa valetudine mature diem clauſit. Goti nouum Regem sibi creant Sissebutam, qui verum Dei cultum noſtramque religionem mirifica pietate proſequutus est, in Africam trans Herculeum fretum ducto exercitu plures in ea gentes in ditionem redegit, annis nouem regnavit & septem mensibus, morbo consumptus est. Recharedus eius nominis secundus, Sissebuti F. paternum decus accepit, idque sesquianno tenuit. In eius locum subiit Suintilla Recharedi primi filius, isque quum decem regnaſſet annis, suum F. Rachimirum in regni consortium accepit, eumque viuens administrare regnum permisit. Quoniam vero Rachimirus mature patrem sequutus est, breuique post eum regnavit, non venit in ordinem per se regum, sed cum patre confunditur. Itaque Sifecundus & ipse Suintilla patre natus, in demortui locum successus est, excluso qui præstabat ætate germano, qui paterno nomine Suintilla vocabatur, is anno post septimo, defuncto apud Toletum Sifecundo, debitum sibi regnum vindicauit. Suintilla Rex eo nomine secundus, quadriennio rerum potitus, ex ægritudine in quam incidit, facto functus est. Tum Goti Regem sibi creant regia stirpe genitum Tulgam, qui regnavit annis duobus.

PRIMI LIBRI FINIS.

MICHAELIS RITII⁴⁰
NEAPOLITANI DE REGIBVS
HISPANIÆ LIBER SE-
CVNDVS.



ACVAM Gotorum regiam Cindasuindus occupat, illustri inter eos loco, quam annis decem tenuit, moriensque filio per manus tradidit. Recisuindus is fuit, qui Gotis imperauit annis duodeuiginti, ac mensibus vndecim. Quo mortuo, Bamba Rex creatur, is qui Mauros Hispaniæ littora cum classe ducentarum septuaginta nauium ingressos, ingenti prælio fudit, & classem igni succendit. ex hauſtu demum veneni quod ab Eringio Recisuindi datum rumor est, incidit in grauissimum morbum.

morbum. Ex quo quum ægre conualuiſſet, anno post initum regnum nono, mensaque vno, religionis habitum sumpsit, in eoque permanſit annis septenis ad vltimum vitæ diem. Sunt qui fabulentur hunc ex aratro ad principatum euectum Leonis Romani Pontificis beneficio. Eringius de quo supra diximus, ad religionem transgresso Bamba, Theofredum Recisuindi F. pellit, occupatoque dominatu, septimo post anno fato functus est. Eypza Bambæ sobrinus, idemque gener Eringii, mortuo socero successit, quumque regnaſſet annis septem, Toleti naturæ concessit. In eius locum Vitiza F. subiit, eoque potitus est annis nouem, donec a Roderico Theofredi F. eius quem prius Eringius regno exegerat, & Vitiza confossis oculis relegarat, imperio vitæque spoliatus est, impar opibus Romanorum qui Roderico fauebant. Hic (vt aiunt) Vitiza lege permisit, vt sacerdotes, quot quisque posset, alerent concubinas, & ipse nullum libidinis genus intentatum reliquit. Excepit imperium Costa Roderici frater ætate maior, isque regnavit annis quinque, mensibus septem. Eo vita functo, Rodericus frater rem Gotorum suscepit inauspicato. Nam cum Iuliani Comitis in Africa pro se legati filia stuprum intulisset, a Mauris a Iuliano sollicitatis, bello petitus, in acie cecidit, ex quo regnare cepit anno tertio. Post interitum Roderici, Maurorum Duces Tariph & Muza, Bellazin Muzæ filium partis in Hispania finibus imponunt Regem, continuoque in Africam redierunt. Annis non amplius viginti Maurorum Reges in Hispania quindecim fuerunt. Nam quum Rex omnium votis responderi non posset, populari tumultu, vel occidebatur, vel imperium deponebat, subinde in exacti locum altero subrogato. Denique quum delata res esset ad quendam Acabath, nouarum rerum cupidus ad trecentos vsque de medio sublatis diu regnavit. Dum Mauri rerum potiuntur in Hispania, Christianorum reliquiæ Pelagium quendam Regem sibi creant, apud Asturas vbi laritabant. De quo sermo varius est, aliis tradentibus eum Theofredi filium fratremque Roderici, nonnullis ex Phasilla natum Duce Cantabriæ quæ Biscata nunc appellatur. is etsi nullas, aut perexiguas opes habebat, auxilio caeleſti fretus audere cepit, adhortatusque quosdam finitimos, ad veram religionem compulſit, appellarique voluit Asturum Legionisque Rex, etsi maiores sui Gotorum dicti sunt: quamuis alii hanc tituli mutationem Phasillæ eius filio ascribant, & his qui deinceps regnauerunt. Imperauit autem Pelagius annis viginti. Relicto superſtite filio Phasilla, post quem deinceps ad vnum Reges Legionis & Asturum sunt inscripti, siue Pelagius, siue Phasilla fuerit autor eius tituli, quum biennio regnaſſet, ab vrsolaniatus est in venatione. Regnum peruenit ad Alphonsum Petri Cantabriæ ducis maximum natu filium, cui Phasillæ soror Ornosuba nupta erat: is Arianum dogma quod a Recharedi Regis morte rursus in Hispania pullularat, eradicauit, vrbesque & oppida complura cæcto Maurorum præsidio recepit: ex quo Catholicus est cognominatus: annoque vndeſigimo sui principatus exiit hominem. Successit Alphonſo patri Phroilla, qui tertio decimo post anno de medio sublatus Aurelii fratris sui dolo, regnum Veremundo filio per manus tradere non potuit. Aurelius enim patrato parricidio, continuo regiam occupat, annisque sex obtinuit. excessit absque prole, nisi quod ad inuidiam periculumque declinandum, Veremundum Phroillæ filium in spem successioneſis adoptarat. Ab Aurelii morte, Gotorum rem suscepit Sillo, cui nupta erat Egimanda Aurelii soror, pulsoque Veremundo solus imperauit annis sex ad vltimum vitæ diem. Mauregatus Alphonſi cognomento Catholici filius ex pellice, mortuo Sillone, Maurorum qui rerum potiebantur in Hispania, præsidio dominatum constituit, pactus (vt aiunt) cum Maurorum Regibus, quotannis quasdam virgines in stipendium mittere. Sed id triennio post, Mauregati morte sublatus est. Veremundus Alphonſi cognomento Catholici nepos ex filio Bilmarao, Mauregato iam fato functo successit: biennioque rerum potitus, quum eius vxor ex qua Raymiri Garſiæque pater erat, in Parthenonem se coniecisset, ipse memoriâ repetens,

quod adhuc priuatus in ordinem diaconum cooptatus erat, Alphonsum Phroilla filium eius confobrimum pro se regnare iussit, continuoque transit in sectam religionis. Alphonfus itaque cognomento Castus, Maurorum ad septuaginta millia cæcidit in acie, qui fines Asturum ferro ignique populabantur, ex quorum manubiis duas erexit ecclesias, Ouetensem & Asturiensem. Regnavit annis quadraginta vno, adusque Caroli Magni principatum. Raymiris Veremundi filius, Alphonso iam vita functo, paternum decus accepit, exindeque vixit annis sex, mensibus nouem. Principatum reliquit Ordonio suo filio, quem tenuit is ad decennium, decessitque superstitibus liberis Alphonso, Veremundo, Minioque, & Phroilla. Alphonfus Ordonii filius, cognomento Magnus, eo nomine tertius, a morte patris imperium suscepit, annisque quadraginta tenuit, quoad hominem exiuit, parum secunda fama. Nam quum fratres suspectos haberet, ac si necem per insidias sibi molirentur, omnes oculis priuauit. Liberos habuit quatuor, Garciam, Ordonium, & Phroillam, nullis initiatos sacris, quos hodie Græco verbo Laicos appellant: & Gondisaluum archidiaconum Ouetensem. Ex his Garcias rerum gubernacula subiit, eaque moderatus est ad triennium, nec ex se prolem reliquit. Itaque frater eius Ordonius, in defuncti locum successus est. is quatuor Castellæ Comitès per interpositam fidem circumuentos in carcere necari iussit, ob eamque rem Castellæ prouincia defecit ab eius fide: quosdamque ex sua nobilitate creauerunt qui de publicis priuatique controuersis inter eos cognoscerent, eosque Iudices appellari placuit. Ex his alteri Nunio Rasarauo nomen fuit, alteri Layno Caluo: vnde Castellæ Reges originem traxisse constat. Ordonius cum genuisset Alphonsum Raymirimque, octauo sui principatus anno, mense sexto diem clausit. Phroilla quum sui fratris Ordonii liberos exegisset, in se principatum transtulit: eo tamen vt fraude quæsto diutius frui non potuit. Nam vno post anno duobusque mensibus morbo lepræ correptus interiit, superstitibus quatuor ex se liberis, Alphonso, Raymiri, Ordonio, & paterno nomine Phroilla. Quorum natu maximus, huius nominis quartus Alphonfus, a morte patris imperium suscepit, eoque potitus vno toto lustro, mensibusque septem, iurauit in verba Christianæ religionis, Ordonio filio quem suscepit ex Imena superstite, cui cognomentum Malo fuit: regnumque Raymiri germano dimisit. Sed quum paulo post eum pœnitentia subiisset, abiectis insignibus eius sectæ quam professus erat, iterum regnum quo cesserat, contrectare cœpit. vnde captus a Raymiri fratre, effosis oculis luce priuatus est. Raymiris eo nomine secundus, Alphonso quarto concedente rerum potitus, duos habuit filios, Ordonium & Sanctium, quorum vterque post patrem deinceps imperarunt, quum Raymiris obiisset vnde uigesimo principatus anno, duobusque mensibus. Rerum gubernaculis admoctus est Ordonius, eo nomine tertius, Raymiris filius natu maximus, quem quum Sanctius consanguineus eius frater, opibus Garciæ Regis Nauarræ matris suæ fratris, eiusque auunculi, Ferrandique Gundisalui Castellæ Comitis Ordonii fœderi, tentasset e regno deturbare, consiliaque non successissent, Ordonius Viracam Fernandi filiam eius uxorem dimisit, aliamque superduxit: quumque regnasset annis quinque, naturæ concessit. Gotorum res ad Ordonium eius nominis quartum deuoluta est, Alphonso filium, quem a fratre obcæcatum demonstrauimus. Huic inditum cognomentum Malus est, quia non iure regium sibi nomen arrogauit, & quia populos in pace non continuit, quorum plerique Sanctio potius Ordonii tertii tertio filio ac vero Regi parebant: isque non multo post, Ordonium prælio victum apud Cordubam interemit. quamdiu regnauerit hic Ordonius, ob eius temporum perturbationem minime constat. Sanctius eo nomine primus, ab habitu corporis cognomento Crassus, anno regni sui tertio decimo, quum tantam saginæ molem vix ferret, & ad eam leuandam nihil intentatum relinqueret, Cordubam profectus est, Abdemari regiam qui Saracenis imperabat, impetrata prius ab eo pace. vbi inter experimenta medicorū quorū magna turba apud Abdemari

erat,

erat, herbæ cuiusdam vi ad maciem deductus, haud ita multo post excessit, non sine suspitione dati veneni. Viuens Castellam quam Ferrandus Gundifalvus a Rege Legionis in feudum tenebat, ex fœdere liberam esse iussit. Sanctio patri Raymiris eo nomine tertius in principatu successit, ætatis annum agens quintum, exindeque vixit in eo honore annos viginti quinque, decessitque sine liberis. Eius principatu quæ pars ab eo subditorum defecit, rem deferebat ad Ordonii Mali filium Veremundum, initoque prælio victoria neutro inclinauit. Raymiri tandem vita defuncto, Veremundus eo nomine secundus, affectato regno potitus est inauspicato. siquidem Maurorum Rex Almanzor in eum ducto exercitu primo quidem congressu pulsus, instaurato prælio Veremundum vicit, atque in fugam vertit, vrbemque Legionem vi cepit. Aggressus exinde Galleciæ prouinciam, Compostellanam diripuit ecclesiam: abstinuit tamen a corpore Diui Iacobi, perterritus obuiis (vt aiunt) fulminibus: ex eoque metu soluta aluo cum incidisset in morbum dysentericæ, ægre conualuit, multique eius milites internecino genere mortis absumpti sunt. Itaque parua victoria Veremundo cessit, illeque paulo ante acie superiorum hostium spolia adeptus est. Cumque regnasset annis septenis, Alphonso filio superstitite quem ex priore susceperat vxore (nam duas habuit) exiuit hominem.

SECUNDI LIBRI FINIS.

MICHAELIS RITII
NEAPOLITANI DE REGIBVS
HISPANIÆ LIBER TERTIVS.

ALPHONSVS eo nomine quintus, inito statim regno, Therasiam sororem pertinacissime recusantem, compulit ad nuptias Abdalæ qui Toleti Saracenis imperabat, ab eo pactus auxilia contra Cordubæ Regem. Rumor est Therasiam virum monuisse, ne se contingeret olim Christo desponsatam: cumque nihil ea mouissent Abdalam, in grauissimum incidisse morbum, Therasiamque fratri remisisse, quæ Parthenonem Diui Pelagii ingressa vitam coelibem duxit. Liberifuerunt Alphonso Veremundus, qui patri successit, & Sanctia, quæ prius nupta Garciæ Sanctii Comitis Castellæ filio, eo in finibus Legionis interempto, Ferdinandi matrimonium sequuta est, Sanctii cognomento Maioris, Regis Nauarræ filii, qui postea Castellæ Rex appellatus est, ac per vxorem regnum Legionis adeptus. Agebatur annus ex quo regnare cœpit Alphonfus vigesimus septimus, quum in oppugnatione Visei, quod oppidum præsidio firmatum Mauri tenebant in Portugallia, Mauri telo vulneratus interiit. Continuoque Veremundus huius appellationis tertius, in eius subiit locum, qui non ita multo post, orta inter eum Ferdinandumque sororis suæ virum simultate, in apertum Martem prorupit, collatisque signis apud Carrionem, Veremundus in acie cecidit, anno post initum regnum decimo. Ferdinandus vxoris suæ prætextu (nam Veremundi soror erat) victor regnum Legionis occupauit, eiusque curam Sanctio patri commisit, qui Castellam quoque per Eliuram coniugem consequutus obrinebat. Eliura namque Garciæ patri successerat Comiti Gondisalui cui Castella parebat. Et hucusque a Pelagio primo Regum Legionis & Asturum titulus durauit, exinde Castellæ Legionisque dicti sunt, etsi quidam sub Sanctio, nonnulli Ferdinandi eius filii principatu nouissimam tituli mutationem factam velint. Sanctius itaque cognomento Maior, Nauarræ Rex, alterius Sanctii filius, eius qui Temulentus appellabatur (vt quidam tra-

dunt) Legionis & Castellæ titulum primus vsurpauit, quamuis alii Ferdinandum malint, vt demonstrauius, ambigiturque quoto quisque eorum tempore regnarit. Et quoniam fors ita tulit, vt Nauarræ Reges Legionem Castellæque potirentur, non ab re putari eorum originem his inferere, quemadmodum reperi. Nostræ salutis annus noningentesimus sexagesimus primus agebatur, ex quo Christiani regnum Legionis obtinebant, Castellæque per Comites administrabatur, Arabesque partim Cordubæ, partim Toleti, rerum potiebantur, quum quidam cui nomen Enecus, vel (vt alii scribunt) Innicus, ex Comitatu Bigortiæ, qui montibus Pyrenæis includitur, vt facilius Arabum sustineret incursiones qui Nauarræ fines infestabant, cum pluribus eiusdem sectæ Christianis in æquum 10 campum descendit: quumque rem feliciter sæpe gessisset, a Nauarris in regnum fastigium euectus est, eamque dignitatem moriens Garfiæ filio reliquit, & is deinceps Sanctio, Sanctius Abarca (sic enim cognominatus est) Garfiæ filio quem Temulentum diximus appellatum, post quem Sanctius ex eo natus imperauit, is qui dictus est Maior, vt proposuimus, quique ex iusto Eliuræ connubio Ferdinandum Garfiæque suscepit, ex pellice Raymirim. Ferdinandus Castellam sibi, velut ex hæreditate materna vindicauit, Legionemque per uxorem: Garfiæ paterno Nauarræ regno cessit: Raymiris Aragonia potitus, vt moriens pater testamento cavit, primusque Rex Aragonum voluit appellari. Sed ad Ferdinandum redeo. Qui duobus auctus regnis, ex honesta matre- 20 familias vxoreque liberos habuit, Sanctium, Alphonsum, Garfiæque, & Eliuram, ex pellice Ferdinandum, qui cooptatus est in collegium patrum quos ecclesiæ vocant Cardinales. A Mauris Colymbriam maioremque Portugalliæ partem recepit. Cumque Garfiæ fratrem morbo implicitum salutatum profectus, incidisset in suspicionem non integrum sibi fore reuerti, silentio discessit: eaque erroris opinione, quum Garfiæ, vt parem gratiam referret, ad ægrotum venisset, aliquandiu custoditum tandem dimisit. Hinc orto bello, Garfiæ in acie cæsus regnum Nauarræ Sanctio superstiti filio reliquit. Ferdinandus autem viuens liberis suis regnum distribuit, Sanctioque natu maximo Castellam, Alphonso Legionem, Asturiamque, & Transimènam, Garfiæ vero Galleciam 30 & Portugalliam habendam dedit, annoque regni sui quadragesimo vita functus, in ædem Diui Isidori illatus est apud Legionem. Rodericus Viuar, is cui postea cognomentum Cido fuit, alumnus Ferdinandi fuisse dicitur, & in eius aula adoleuisse, qui sæpe victis acie Saracenis, Valentiam recepit, atque sui iuris fecit. Ab hoc originem traxisse Mendozam familiam plerique credunt. Sanctius eo nomine secundus, cui liberum Ferdinandi natu maximo Castellæ regnum diximus obtigisse, non contentus eo, Legionem sibi vendicauit, Alphonso fratre eiecto, compulsoque ad Arabum Regem supplicem Toletum confugere. Quumque Galleciam Portugalliamque spe voraret, armisque Garfiæ quoque petisset, in prælio captus ope virtuteque Roderici quem Cidum 40 cognominatum iam diximus, ab hostium potestate exemptus, atque seruatus est. is enim collectis ex fuga militibus incompositos fiducia viatorum Gallicos adortus vicit, in eoque prælio Garfiæ occidit. Ipse Sanctius dignum factis vitæ finem sortitus est, a Vellido quodam per insidias interemptus. Tum Sanctii frater Alphonso a Toletis reuocatus, ante dimissus non est, quam iureiurando firmavit amicum se Regis Toleti semper fore. Cumque iam regnum Legionis & Asturum recepisset, a morte fratris obtinuit & Castellam. Sex habuit vxores, ex quibus deterioris sexus liberos quinque genuit. Denique filium quoque patrum nomine Sanctium, quem Zaida peperit Sibilæ Regis filia, quæ simul ad verum Dei cultum Christianique religionem transit, appellata Maria dicitur, is Sanctius in acie cecidit aduersus Saracenos inito prælio. Suscepit Alphonso ex pellice Therasiam, quæ nupsit Henrico Comiti Lothoringiæ, dotata Galleciæ parte quæ Portugallia nunc appellatur: vnde Portugalliæ Reges originem trahunt. Alphonso oppidum Toleti longa obsidione redegit in potestatem, defuncto iam Rege filioque quibuscumq; fœdus icerat, ac obstrinxerat fi-

rat fidem suam. Quumque rerum potitus esset annis quadraginta tribus, naturæ concessit, in cœnobio diui Facundi cum Zaida vxore quæ & Maria sepultus, nullo superstiti filio præter Alphonsum, quem genuit ex pellice Ximena, quum socius expeditionis in Antiochiam Tripolimque communi Christianorum principum consilio susceptæ traiecisset in Syriam, ibique a partu puerum iustravit in vnda Iordanis, ex quo Iordanis est cognominatus. Alphonso itaque Raymundi Berengariæ filius, Barcinonæ Comitis, & Viracæ superioris Alphonso filia, post auum maternum regni gubernacula, vergentibus ad eum magna ex parte procerum studiis, accepit: etsi diu cum vitrico Alphonso Aragonum Rege, cui Viraca mater iterum nupsit, armis contendit: appellarique voluit Imperator Hispaniarum. Duos habuit filios Sanctium & Ferdinandum, puellasque totidem, Elisabeth ac Beatricem. Sanctium Castellæ, Ferdinandum Legionis Regem supremis tabulis instituit, exemit ab Arabum manibus & Cordubam, sed eiusdem generis alteri quem sibi fidum putabat, in feudum concessit, annoque quinquagesimo primo post initum regnum, morbo consumptus est, ad Baiczam, sub arbore quadam montis cui nomen est Demuladar. Sanctius tertius cognomento Desyderatus, Alphonso septimi liberum natu maximus, a patre Castellæ regnum tenuit. Is ex Blanca coniuge filia Garfiæ Nauarræ Regis Alphonsum genuit. Cumque vno tantum regnasset anno, diem 20 clausit Alphonso superstiti. Cuius ætatem Ferdinandus eo nomine secundus, Sanctii frater, depectam habens, eo deturbato Castellæ regnum occupat. Is Ferdinandus antequam Sanctius ab humanis excederet, opera principum Legionis, vbi regnabat, in carcerem coniectus, quod in eos sæuaret, certis deinde conditionibus emissus iterum Legionem potitus erat. Interea dum Castellæ rebus incubat Alphonso adhuc in cunis infans illustrium quorundam virorum pietate seruatur, ipseque Ferdinandus anno trigesimo primo sui principatus obiit diem. Paternum decus ad Alphonsum rediit Sanctii tertii filium, cognomento Bonum, qui ducta filia Regis Angliæ Elionora, Sanctium genuit, quem infantem: Ferdinandumque quem adultum agentemque annum vigesimum quintum, amittit 30 Henricum qui patri superstitis rerum potitus est. Blancam præterea suscepit, Ludouici Francorum Regis matrem, eius qui post mortem consecratus est: & Berengariam quæ nupsit Alphonso Legionis Regi: Viracam quæ Regi Portugalliæ iuncta est: & Elionoram quæ Regina fuit Aragonum. Gessit hic Alphonso in Arabas bellum, sed primo parum prospere. Mox auctis opibus ingenti prælio vicit, in quo rumor est ad ducenta millia Arabum cecidisse, duce Milamonelino. Commissumque mox & ad Tolosam nauale prælium, pluraque loca quæ dum rem teneret Alphonso sextus, Arabes occuparant, eorum eiecto præsidio recuperavit: annoque quinquagesimo tertio ex quo regnare cœpit, exiuit hominem. Per hoc ipsum tempus floruit auctor sectæ prædicatorum Dominicus, ob vitæ sanctitatem relatus in diuos. Alphonso huius appellationis nonus, Berengariæ vir, Alphonsoque gener octauus, post obitum foci, Castellæ regnum sibi vindicauit, Henrico vxoris suæ fratre deiecto. Cumque regnasset annis duodeciginta, vita functus est. Henricus eo nomine primus, Alphonso filius octauus, mortuo iam viro sororis Alphonso, paternum regnum recepit. is biennio post, apud urbem Palantiam cocto latere vulnus accepit in capite, dum luderet cum sodalibus, ex eoque biduo post morte occubuit. Itaque Ferdinandus eo nomine tertius, Alphonso noni filius, in eius locum subiiit, vtroque regno Legionis & Castellæ potitus, vxorem duxit Beatricem Brabantæ ducis filiam, quæ liberos ei peperit sex, Alphonsum, Federicum, Emanuelem, Philippum, Sanctiumque, & 50 Henricum, qua mox elata, Ioannam sibi iunxit ex Comite Pontis editam, quam matrem fecit ex Ludouico & Elionora. Multa fortiter & præclare gessit, omnibusque Hispaniæ fere finibus, Mauros exegit, præter Granatam, cuius tamen Regem stipendiarium sibi fecit. Per idem tempus Iacobus Aragonum Rex insulas Baleares ad verum Dei cultum perduxit. Regnauerat Ferdinandus annis triginta quinque, cum decedens summum sui desyderium reliquit omnibus.

Patri successit Alphonfus eo nomine decimus, qui Violantam Iacobi Regis Aragonum duxit, ex qua primo filiam suscepit nomine Beringuelam, mox & alios septem liberos, Ferdinandum quem viuus adhuc pater extulit, Sanctium qui post eum regnauit, Ioannem, Iacobum, Petrum, Berengariumque, & Elionoram. Patria profugus Alphonfi frater, Henricus in urbem venit, allectusque in ordinem senatorum Conradino studuit aduersus Carolum, eius nominis primum Siciliae Regem. Sed Alphonfus Hispanorum leges aliis insuper additis illustratisque sensibus, ut ex usu videbatur, in volumen redegit quod gentiliter Hispani vocant Partitas. Condendum praeterea curauit & opus quod illi Generale memorant historiam. Murtiamque recepit ab Arabibus, quam Granatae Rex auxiliis Maurorum qui traiecerant ex Africa fretus, violato foedere, cum multis praeterea locis, & in his Sericiae Beticae urbe, occuparat. Alagarbi Comitatum Regi Portugalliae dedit, in dotem filiae quam ex pellice genitam ei collocarat, exindeque Portugalliae Reges Alagarbi dicti sunt. Immunes praeterea Portugalliae Reges fecit in gratiam Dionysii sui nepotis ex filia natu maximi, ne cogentur edito Regum Legionis & Castellae ad conuentus adesse, qui singulis annis peraguntur, Hispanorum lingua curiae vocati, nec equitum trecentorum turmas auxiliares aduersus Arabas mittere, sicut ex conditionibus foederis astringebantur. Variantibus in creando Imperatore sententiis, ei Imperium vltro delatum est. Suadente etiam pontifice, ut capesseret, abnuuit, suoque iuri renunciauit apud Belligradum prope Auinionem vitandae seditionis ecclesiasticae causa, ut videri voluit. Aduersus Ludouicum Francorum Regem quem consecratum demonstrauimus, de regni iure contendit, quod is ex Blanca Alphonfi octauae filia natu maxima editus, Alphonso posthaberi iniuriui putabat, ex Berenguella proxima Alphonfi octauae filia trahente originem. nam Berenguella Ferdinandum peperit, huius Alphonfi de quo nunc agimus, patrem. Demum data in uxorem Blanca Ludouici filia Ferdinando Alphonfi liberum natu maximo, cui cognomentum de Lacerda fuit, disceptationi finis impositus. Cumque Ferrandus de Lacerda viuo patre diem clausisset, Alphonso Ferrandoque de Lacerda superstitibus, neuter in regnum successit, Sanctio posthabiti secundo genito, qui mortuo patre rerum potitus est. Idem Alphonfus profitebatur Astronomiam syderalemque scientiam, in qua tanta cum laude versatus est, ut quae extant tabulae, ab eo dictae sint Alphonfinae. Fama tenet, Alphonsum a Sanctio filio, cum deposito Imperio rediret ad regnum, non esse receptum, portasque vndique in eum clausas, excepta Murtia, quae perstitit in eius fide. vnde priuilegio consequuta est, ut septem coronas insignibus suis imponeret, moriensque Alphonfus anno principatus sui trigesimo secundo, Murtiae condi voluit. Sanctius eo nomine quartus, adhuc viuo patre Regem se gessit (ut quidam volunt) & mortuo successit. Ex Maria Infantis Alphonfi filia cognomento de Molina, fratrisque Ferrandi tertii, quatuor habuit liberos, Ferrandum, Petrum, Philippumque, & Henricum. Cumque Ferrandi de Lacerda natu maximi filius Alphonfus e carcere quo seruabatur apud Aragonum Regem Iacobum, quibusdam principibus operam sibi nauantibus, esset emissus, atma corripuit in Sanctium patrum principatus incubatorem, Castellamque regio nomine sollicitabat ad defectionem, sed a Iacobo desertus, infecta re discessit. In Sanctium praeterea bellum sumpsit Ioannes eius frater, fretus auxiliis Maurorum Regis Bellamarini, sed eius quoque consilia fortuna destituit. Sanctius itaque cum regnasset annis vndecim, fato functus est. Regnum Ferdinandus excepit, eo nomine quartus, Sanctii filius, quod annum agens aetatis nonum per matrem gerebat. vnde huius pueritia, illius sexu contempto, plures in eum arma sumpserunt, vna ex parte Aragoniae Nauarraeque & Portugalliae Reges, ex altera Alphonfus de Lacerda, Ioannesque patruus, quorum alter se Castellae Regem, alter Legionis assererat, iunctis opibus in eum mouerunt. Pietas tamen & prudentia matris incolume regnum filio seruauit, exceptis aliquot oppidis ex prouincia Murtiae, quibus Aragonum Regi Iacobo cessit, arbitrato Dionysii Regis Portugalliae, qui disceptator inter eos, litem secundum Iacobum dedit. Cumque regnasset

gnasset annos quindecim, duosque non obscuro loco natos, perduellionis reos ex altissima turri praecipites dari iussisset, itaque constanter ab se crimen amolirentur, nec aliquid profecissent, eo confugerunt, ut dicerent se diuinum tribunal appellare, proindeque meminerit ad dies triginta iudicio sistere. mos enim Gallis & Hispanis est, ut qui sibi iniuriam fieri queritur, aduersarium moneat, ut ad certam diem coram superiore compareat. Itaque Ferdinandus adueniente trigesimo die, cum dormire crederetur, in fata corruit. Alphonfus eius nominis vndecimus, Ferdinandi quarti filius, in patris locum successit, ductaque Maria Portugalliae Regis filia, Petrum genuit. Ex Leonora vero de Guzman pellice, Henricum Comitem Trastamarae constituit, Federicum D. Iacobi Magistrum fecit: ex eadem praeterea Sanctium, Telium, Petrumque, & Didacum, quorum duos vltimos Petrus eorum fratres interimendos curauit. Alphonfus ubi satis in suos crudeliter & iniurie debacchatus est, in Arabas impetum conuertit, ab iisque saepius praelio victis plura recepit oppida, rerumque potitus annis circiter quadraginta, pestis contagione correptus, obiit in obsidione castris de Gibraltar, eo die Veneris quo dominicae passionis memoriam recolimus. Petrus eo nomine primus, Alphonfi filius, habenas imperii suscepit. Huic vxor initio fuit Blanca Borbonii ducis filia, quam paulo post instigante Pallida sua pellice dimisit, per causam quod aureo gemmatoque donatus ab ea cingulo, comperit inesse vim magicam Hebraei cuiusdam arte insertam, adeo ut aliquando serpente succinctus sibi videretur. Fama tenet eum saeuisse in necessarios, atque per interpositum foedus in socios, ipsumque Federicum D. Iacobi Magistrum ab eo obruncatum. Cumque Machometus & Rubeus inter se de regno Granatae contenderent, aduersusque factionis opibus impar Rubeus ad Petrum confugisset, humano diuinoque iure violato, hospes supplexque & olim socius ab eo iugulatus est, inhiatu thesaurorum quos aduexisse secum putabatur. Eius exinde fratres, Telius, Sanctiusque, & Henricus, ad Aragonum Regem se recipiunt, impetratoque auxilio Castellae fines adoriuntur, confluentibusque ad Henricum Gallis qui vulgo societates appellantur, Regis nomen obtinuit. Vnde Petrus in Vasconiam proficisci compulsus, Anglos qui Vasconiam tenebant, ostentata praemiorum praedaeque spe pellexit, ut suppetias sibi ferrent, Principemque de Gales Angliae natu maximum secum mitterent: initoque praelio aduersus Henricum, victoria potitus, eum regni finibus exegit. Henricus in Galliam venit, instauratoque bello Francorum Regis auxilio, Petrum superauit apud oppidum de Monuel, intraque arcem compulsum obsedit, rebusque suis diffidentem coegit ab eo colloqui facultatem petere. Qua non impetrata noctu penetrauit in tabernaculum Beltrandi de Clarequin Franciae Constabulis & auxilii Gallici praefecti. quo seu forte, seu de industria cum venisset Henricus, dubium imprudente ne an conscio Beltrando, Petrum stricto gladio confodit vndevigesimo sui principatus anno. Henricus eo nomine secundus, frater Petri notus, interempto Petro, regno potitus est, etsi non omnes eius imperata fecerunt. Vxore ducta Ioanna Ioannis Emanuel Infantis filia, Ioannem genuit eum qui post patrem regnauit, & Elionoram quae nupsit Regi Nauarrae. Cumque regnasset annis octo patris paricidio, nihil praeter naturam praeterque fatum passus e vita migravit. Ioannes eo nomine primus Henrico patri successit, Elionoraque Petri Regis Aragonum filia matrimonio sibi iuncta, suscepit Henricum quem superstitem Regemque Legionis & Castellae reliquit, & Ferdinandum qui post Aragonum Rex euasit. Amisissaque Elionora, Beatricem Ferdinandi Portugalliae Regis vnicam filiam superduxit, ex qua numerosam prolem sustulit: defunctoque Ferdinando socero persequens vxoris ius quorundam principum studiis, cum magna manu Portugalliae fines ingreditur, cui Ioannes Ferdinandi filius ex pellice quorundam suffragiis euectus in regium fastigium, quamquam professus religionem quae militaris appellatur, egressus obuiam repulit, infectaque re exercitum reducere coegit. Aduersus hunc Ioannem Rex Angliae bellum gessit, quod regnum Legionis & Castellae spectaret ad Alencastriam Clocestraeque ducem suorum liberum natu maximum, quem sibi Constantia pepererat filia Petri Legionis & Castellae Regis, eius quem Ioannis pater Henricus interemerat. Verum Ioannes exclusa Constantia causam suam sic agebat, In-

fantem Ioannem Emanuel eius auum maternum ex filia Ferdinandi de Lacerda natum, Alphonfi decimi nepte ex filio natu maximo. Sed Angli cum traiecessent in Hispanias, post aliquot praelia pacem Ioanni dederunt his conditionibus, vt Catharina Ducis filia nuberet Henrico tertio praedicti Ioannis filio, viuenteq; patre Henricus & Catharina principes Asturum declararentur. Itaq; regno constituto, Ioannes equi lapsu oppressus interiit vndecimo sui principatus anno. Patri successit Henricus quem tertium supra nominauimus, agens aetatis annum duodecimum, qui mox adultus, ex Catharina quam nupsisse ei dictum est, duas habuit filias, quarum altera Maria, altera Catharina materno nomine dicta est. Cumq; de caetero spem sobolis abiecessent ob aduersam Regis valetudinem Reginaq; cor- 10 pulentiam, Ioannem susceperunt. Ferdinandum praeterea fratrem liberaliter habuit, & multis maximisq; donis in Hispania regnantem prosequutus est. Hic est ille Ferdinandus numerosa prolis pater ex vxore Comitissa de Albuquerque suscepta. Nam prius quam regno potiretur, ex ea genuit Alphonsum natu maximum, qui Rex Aragonum fuit & Siciliae: Ioannem qui defuncto Alphonso fratre Aragonum regno potitus est, Ferdinandi quinti patrem, qui nobis ista proditibus apud Castellam rerum potitur: Henricum praeterea collegii D. Jacobi Magistrum: Sanctiumq; Magistrum quoq; de Alcantara: atq; Petrum qui ictu molaris excussi tormento occubuit, Alphonso fratre Neapolim obsidente. Deterioris autem sexus ha- 20 buit Mariam, quae matura mox aetate nupsit Henrico quarto Castellae Regi, Ioannemq; Portugalliae Reginam. Magnificus in aedificando fuit Henricus, aedificiaq; tum sacra tum prophana ad vsus hominum multa condidit. Mittendis vltro citroq; legationibus ad alienigenas & diuersi quoq; dogmatis principes apprime studuit. Mariam quoq; filiam suo nepoti iunxit, Alphonso Ferdinandi filio. Toleti morbo solutus obiit, cum regnasset annis sexdecim, aetatis anno duodecimesimo. Ioannes ergo secundus Henrico patri mortuo successit infans adhuc in cunis, eiusque rem Catharina mater & Ferdinandus patruus administrarunt, donec ad pubertatem peruenit, annoq; aetatis quattodecimo regni gubernacula subiit, Mariamque Ferdinandi patris filiam duxit vxorem, ex qua genuit Henricum eius nominis quartum, quae cum mature decessisset, altera coniuge superducta, suscepit Alphon- 30 sum & Elisabeth. Eodem tempore Martinus Aragonum Rex vltimus, absq; prole diem clausit, ortaq; de regni iure contentione inter Ioannem, Ferdinandumq; patruum Andegauiae Ducem Vrgelliq; Comitem, quod vterq; se propiorem Martino materno stemmate praedicaret, armis regnum Ferdinandus asseruit & praesidiis regni Castellae. Multum poterat apud Ioannem autoritate & gratia Aluarus de Luna ad inuidiam vsq;, adeo vt eius patruelus Ioannes & Henricus fratres Alphonfi Regis Aragonum conspirantes vna cum pluribus in eum bellum mouerint, quod Aluaro dimisso Ioannes extinxit. Sed Aluarum non multo post, comprobante Regina suisque patruelibus, ad se reuocatum recepit, iterumq; facta in eum conspiratione, habitiq; vtrinq; delectu, leui praelio primum congressi sunt, deinde gliscen- 40 tibus animis acriter est pugnatum, donec Ioannes & Henricus accepta clade fugae se commiserunt, Henricusque paulo post ex vulnere in acie accepto decessit. Itaq; D. Jacobi Magistratus Henrici morte vacuus, Aluaro collatus est: sed ea fortuna propria diuturna; illi non fuit. nam paulo post a Ioanne coniectus in carcerem, capitali supplicio affectus est in valle quam vocant Toleti. Ioannes anno regni sui quinquagesimo diem clausit extremum, superstite Henrico filio quem viuens in regni confortium assumpserat. Henricus eo nomine quartus, inito principatu, Blancam Regis Aragonum filiam matrimonio sibi iunxit, eaq; dimissa superduxit Heduardi Portugalliae Regis filiam nomine Ioannam, quae dubium pepererit ne an sibi supposuerit puellam Elisabeth, quam vulgo pro Regis filia cole- 50 bant omnes. Henricus contra Mauros exercitu ducto maximis eos cladibus affecti, adiutus auxiliis regni sui principum Ioannis de Guzman Ducis Metinae, Ioannis Pacheco, Marchionis de Villena, Petri Giron Magistri Calatrauae, Federici eius regni Almarici, Ecieci Lupi Marchionis de Mendoza, Aluari de Stumiga Placentini, Ioannis Pimantel Benauentil, Aluari de Toletto de Alua, Ioannis Mauriques

riques de Castaneda, Roderici Mauriques de Paredes, Gabrielis Mauriques de Orsono Comitum, itemque Comitum de Aro. Recepit oppida de Gilberrar, Castrum de Estipona prope Malicam, & oppidum de Alchidona, quae Maurorum praesidiis tenebantur. Elizabeth eius filiam sobriuo suo collocavit Regis Portugalliae filio qui patri successurus erat, sed Henrici soror Elizabeth sua quoque principum clam fratre curabat a Ferdinando Ioannis Aragonum Regis filio duci in vxorem. Nam rumor erat, Elizabeth quae Henrici filia putabatur, a matre fuisse suppositam, cum satis constaret Henricum genitalibus esse debilem, neque per naturam patrem fieri posse. Quaspe Elizabeth elata, regni ius ad se peruenturum 10 animo praesumebat. Itaque Henrico non ita multo post ab humanis exempto, omnibus opibus vtrinque ad armatum est, quum Portugalliae Rex Elizabeth Henrici filiae, Ferdinandus alterius Elizabeth Henrici sororis ius tueretur. Victoria penes Ferdinandum fuit, regnoque Castellae cum coniuge potitus est. Ferdinandus ergo quintus, ac Elizabeth tori regni que consors, paribus auspiciis administrabant omnia, bellumque susceperunt, & ad pietatem simul & ad gloriam maximum. nam Baeticae partem quam vocant Granatam, Maurique praesidiis annos circiter octingentos occupatam tenebant, adorti sexto demum anno receperunt, saepissime susis acie Mauris, qui maximis opibus obnixi resistebant, pulsusq; Mauris Machumetique superstitione, templa Deo optimo maximo condiderunt, vericulus & Christianae religionis inducto ritu: vnde Ferdinandus Catholici cognomen- 20 tum sortitus. Elizabeth ex Ferdinando peperit vnicum filium, cui Margaritam de Austria collocavit, eam cui Carolus octauus Francorum Rex nuncium remisit, sed nulla suscepta prole superstibus parentibus diem clausit. Habuit etiam puellas quatuor, quarum prima Regi Portugalliae nupta, amisso viro cum rediisset ad patrem, iterum Portugalliae Regi collocata est, ei qui mortuo sine liberis puellae socero, in eius locum successit, ostentata spe si puellae parentes absque virili sobole decessissent, aditum sibi liberis suis in regnum Castellae fore: secundam Philippus Archidux Austriae Comesque Flandrensium duxit: tertia Regis Angliae natu maximo filio pacta est: quae remanet quarta, adhuc innupta est. Hispaniam pre- 30 terea purgauerunt omni superstitione, exactis inde Iudaeis omnibus, & iis qui Iudaeorum ritibus imbuti nominatenus Christiani, vulgo Marrani dicitur, quorum magna vis erat. Vix annus agebatur a morte filii, & ecce filiam cui regnum destinauerant, maestissimi parentes amissam lugent. Nec in alia quam Regis Angliae filio desponsatam demonstrauius, admodum felices extiterunt. nam deducta ad virum paulo post vidua, secundo Regis Angliae filio pacta est. Itaque eam quae Philippo duci Austriae collocata est, cum viro successioni designant. Inito praeterea scedere cum Ludouico duodecimo Francorum Rege, Alexandro sexto Pontifice maximo subscribente, paciscitur, vt paribus auspiciis opibusque regnum Neapolis, eiecto Federico Castellae, necessario reciperent. Aragoni Ferdinandi 40 filius erat Federicus ab Alphonso maximo natu proximus, qui post Alphonfi filium Ferdinandum secundum, rerum potitus nondum constitutis regni viribus, vir alioqui nihil minus quam ad arma natus, Gallorum virtute facile pulsus est. Itaque potentissimi duo Reges aliquandiu regno Neapolis a quo iure potiti sunt, donec eorum culpa qui limites inter agros qui cuique cederent, in confinio posuerunt, ingens exarsit bellum, primoq; praelio a Gallis Hispani intra Baroli moenia compulsi sunt, seque arcium praesidio tuebantur. Exinde Gallorum negligentia qui veluti pacato iam regno per ocium potiebantur, instauratis opibus iterum belli fortunam tentant apud Cidoniolam, victisque Gallis Neapolim recipiunt, aliaque mox oppida, quae Neapolis exemplum sequuta, deditioem 50 fecerunt praeter Caietam, quam Gallorum praesidio firmatam Hispani obsederunt.

LIBRI TERTII

FINIS.

LI ij



FRANCISCVS
TARAPHA CANONICVS
BARCINONENSIS DE ORIGINE
AC REBVS GESTIS RE-
gum Hispaniæ.

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO HI-
SPANIARVM PRINCIPI PHILIPPO, EIUS NOMI-
nis secundo, Franciscus Tarapha, Canonicus
Barcinonensis, fœlicitatem.

QUANTVM literarum studiis non ita excellere
videmur, ut nobis inde nomen comparare possimus:
res tamen Hispanas a vetustatis situ utcumq; vin-
dicare semper studuimus: id quod & ceteri nostræ
nationis homines pro virili parte præstare debent,
præsertim ii qui & excellenti ingenio, & varia re-
rum eruditione, & dicendi copia pollent. Nobis sa-
tis erit, Serenissime Princeps, omnem Hispania-
rum Regum, maiorum tuorum, antiquitatem, ori-
gines, successus, res gestas, obitus, aliaque scitu & cognitu non indigna, Maiesta-
ti tuæ sub hoc compendio legenda proponere. Sunt enim hic inserta pleraque il-
lustrum hominum, locorum, populorum, & prouinciarum Hispaniæ nomina ve-
tera & recentia, ut varietas ipsa, si nihil aliud prodesset, saltem fastidio legen-
tium mederetur. Hæc nostra scripta ex multis præclarissimis rerum scriptori-
bus non sine maximo labore collecta esse, ingenue fatemur. opinionem siquidem
vniuersas malumus eligere, quam innouare. Quid enim proprium nostrum esse
poterit, quum antiquitatis diligentia nihil omiserit? Hæc si Maiestati tuæ pro-
babuntur, dabimus operam, ut reliqua quæ in manibus habemus, lucem acci-
pian. Sunt hæc quidem admodum exigua quæ tanto Principi dicari debeant,
sed maiora in præsens non possumus. Proinde donantis animum, non
munus ipsum Maiestas tua expendat: quod si præstiterit,
facile intelliget, nihil a quoquam maius
dari potuisse. Vale.

FRAN-

FRANCISCVS TARAPHA
CANONICVS BARCINONENSIS
DE ORIGINE AC REBVS GESTIS
Regum Hispaniæ.

Tubal.

An. ante
Christum
2174

- T**UBAL, siue Iubal, quintogenitus Iapheti filii Noe, dictus Atta-
lus, & ab eo quod in Mauritania obierit, Atlas Mauritanus, pri-
mus Hispaniæ regnum obtinuit, vt ex Latinis afferunt Eusebius
ac Hieronymus, ex Hebræis Iosephus, & ex Chaldæis Berofus,
qui refert anno a diluuiio magno 143. a creatione mundi, secun-
dum Moyfi & Berofi sententiam 1799. & ante aduentum Salua-
toris Iesu Christi (vt ex Eusebio colligitur) 2174. eum condidit
se Hispaniam. Huic studium præcipuum fuit, greges & armenta atq; iumenta in-
ducere. Hinc Tarraco cognominatus, id est, pastorum congregator: a quo Tar-
raco clara adhuc Hispaniæ vrbs, quæ Hispaniæ Tarraconensi nomen dedit. Vrbs
est in Bætica Tubal nomini eius dicata, quam mutatis elementis posteri dixerunt
Dubal, vt ex Pomponio Mela patet: hodie *Setubal* vocant. Construxit & in Va-
sconia quæ modo Nauarra est, vrbes duas, Tuballam & Tubellam, impræsentia-
rum Tafalla ac Tudela dictas. Anno autem Tubalis 115. Noa cognomento Ianus,
siue Ogyges, e Phœnicia & Africa in Hispanias traiecit, & colonias duas in Galle-
cia, a suo siue vxoris Cham & Iapheti nomine dictas Noelas & Noeglas cõstru-
xit, vt ex Beroso pater: quanquam Plinius tertio naturalis Historiæ, cap. 21. Noegas
& Noelas scribat: quæ postea (vt idem tradit) dicta fuit Celtica ciuitas. Tubal pri-
mus Hispaniæ Rex Hispanos legibus formauit: vnde Hispani literæ, poesis, & phi-
losophia moralis, tempore Nini Assyriorum Regis fuere, quod pendet a Beroso,
Strabone, & Hispanica memoria. Cum isto Tubale venisse Sagam filium Chus fi-
lii Cham in Hispaniam, argumento est vetustissimum Saguntum, vulgo *Morue-
dre*, oppidum in regno Valentie, amicitia populi Romani illustre: & Saga oppidum
in Ceritanæ montibus, prouinciæ Tarraconensis aut citerioris Hispaniæ. Regna-
uit Tubal (vt refert Berofus) vsque ad 48. annum Nini Regis, id est annis 155.

Iberus.

2019

- I**BERVS patti Tubali, siue Iubali, successit in Hispaniarum regno (vt refert Be-
rosus) anno 49. Nini Assyriorum Regis, id est, ante aduentum Iesu Christi 2019.
Ab isto Rege Iberus amnis dictus est, vulgo *Ebro*, & tota Hispania Iberia: inde Ibe-
ri populi. Est Iberus flumen celebre, & (vt Solinus, Strabo, & Plinius scribunt) na-
uigabili commercio diues, nauium per 260. millia passuum capax: fuit ab origine
sua ad mare 450. millia passuum. Oritur apud Cantabros in montibus vulgo *de
Santillana* agri Iuliobricensis, iuxta oppidulum quod in colæ Fontibile nominant,
tenuissimum: inde magnis amnibus auctior, primo Calaguritano exceptus agro,
Tubellam (quæ vulgo *Tudela*) Nauartæ petit oppidum, & Celsam vrberem ponte
olim celebrem, inde Saldubam (quæ nunc est Cæsar Augusta) alluit. Illinc digres-
sus in austrum, labitur per Laletaniæ populos, qui Gothalani dicuntur: auctus Cin-
ga Sicorique amnibus, Dertusam opulentam vrberem præterlabitur. Postremo in
mediterraneum siue Ibericum pelagus, versus Alphacium sub Ferraria promon-
torio tam violenter ingreditur, vt quinquaginta passus in mare profusus, dulcis
hauriatur. Construxit Iberus ciuitatem Iberiam, in prouincia quæ nunc Gotha-
lania est, non procul a ciuitate Dertusa. A Celtis qui nunc Franci sunt (teste Varro-
ne) pars proxima Galliæ Celtiberia nuncupatur, qui Celtiberis populis nomen de-
dere. Vnde Lucanus: *Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis.*
Et Silius: *Venerere & Celta sociati nomen Iberis.*

LI iij

An. ante
Christum.

Nam Diodorus Siculus ait, Celtiberos quondam Celtaſq; pro agris bello certantes, pace demum constituta, communicataque inuicem patria, mutua connubia permiſiſſe, a qua rerum communione nomen sortiti ſunt. Hi Celta nomen impoſuere Celtice ciuitati, olim Noelas (vt diximus) a qua Celticus ſuuius dictus eſt, vt refert Plinius. Iberes qui Aſiam minorem incolunt, inter Colchos & Albanos Caſpios, ex Hiſpania proſectos eſſe, Dionyſius Alexadrius & Priſcianus Grammaticus aſſerunt. Hiberniam item inſulam non procul ab Anglia, ab Ibero duce Hiſpano nominatam ferunt, qui primus magna hominum congregata multitudine, eam occupauit: ſiue (vt alii ſentiunt) ab Ibero flumine ſupradicto Hiſpaniæ celeberrimo. Regnauit Iberus annis 37. Eufebio ac Berofſo teſtibus, vſque ad annum 33. Semiramidis Aſſyriorum Reginæ.

1982

Iubalda.

IUBALDA filius fuit Iberi, & Hiſpaniarum regnum accepit (teſte Berofſo) anno 34. Semiramidis Aſſyriorum Reginæ, id eſt, ante aduentum ſalutis humanæ (vt ex Eufebio colligitur) 1982. Ab iſto Rege mons Iubalda, ſiue Idubeda, circa Bæticam nomen accepit. Hic Theologiam & ſacra auxit, & in deliciis poſuit apud Hiſpanos, vt interpretatio nominis oſtendit: nam Iobel, magus Dei (teſte Hieronymo ac Talmudiftis) Eda vero, deliciæ atque voluptas interpretatur. Anno vero 15. eiſdem Iubaldæ, qui fuit a diluuiſo magno 350. naturæ conceſſit Noe cognomen Ianus, in Italia, apud montem Ianiculum qui in vrbe Roma cernitur. Regnauit Iubalda annis 64. vt ſupputant Berofſus & Eufebius.

1918

Brygus.

BRYGVS filius Meſæ, filii Aramæi, filii Semi, filii Noe, Hiſpanis imperat (teſte Berofſo) anno 20. Arrii Aſſyriorum Regis, id eſt, ante aduentum veri Meſſiæ 1918. vt ait Eufebius. Hic inſigne ſibi in vexillo caſtellum ſtatuit, & plura in tota Hiſpania caſtella fundauit. Bryga enim priſca Hiſpanorum lingua, oppidum dicitur, Thracibus Bria, Germanis *Burg*. Ideo plura Hiſpaniæ loca in hanc dictionem terminant, vt in Bætica ſiue Andaluſia, Arcobriga vulgo *Arcos*, Arabriga, Auguſtobriga, Brigeſini populi & Brigæcium ſiue Brigentiũ ciuitas, vulgo *Ouedo*, Cartobriga, Croliobriga, Deobriga, Deobrigula, Iuliobriga vulgo *Logronno*, Lancobriga vulgo *Coymbra*, Mirobriga, vrbs Imperatoria cognominata, vnde Mirobrigentes populi qui Celtici cognominantur, Midobriga vulgo *Montmayor*, Merebriga, Nertobriga, Nemetobriga vulgo *Valdenebro*, Obrica, vbi amœnus portus, Segobriga vulgo *Sogorbe*, Tuntabriga, Talabriga ſiue Alabriga, quæ Libora, olim Elbora, vulgo *Talauera*, Turobriga, Vertobriga. Ab hoc Brygo originem duxere Brygi Hiſpaniæ populi, quos teſte Plinio lib. 5. cap. 32. argumento eſt adeo in immenſum coaluiſſe, vt opus eis fuerit nouis ſedibus quærendis ab Europa in Aſiam traicere, vbi Brygios populos condidere, quos mutata B in Ph, Phrygios poſteri dixerunt. In Sabbatia quoque Tuſciæ regione colonias reliquere, in qua conditum eſt oppidum Brygianum, quod corrupte proferimus Braccianum. Regnauit Brygus Rex in Hiſpania, vſque ad primum annum Balanei Xerxis Aſſyriorum Regis, id eſt, annis 52. vt Eufebius tradit, & Berofſus teſtificatur. His temporibus crediderim veniſſe in Hiſpaniam Auſonem filium Aramei, cum Brygo nepote ſuo, & ab ipſo Auſonẽ originem habere Auſoniam ciuitatem, & Auſonenſes populos (qui nunc Vicenſes, & Vicenſis ciuitates) argumentum eſt vetuſtiſſimus ager illius populi & ciuitas in citeriore Hiſpania prouinciæ Tarraconenſis.

1866

Tagus.

TAGVS cognomento Orma, teſte Berofſo, aut Togorma, vt Moyſes ſentit Gen. 10. anno primo Balanei Xerxis Aſſyriorum Regis in Hiſpania regnare cepit, id eſt, ante aduentum humanæ ſalutis (vt ex Eufebio conſtat) 1866. ex quo patria dicta fuit Taga. Fuit hic filius Gomeri primogeniti Iapheti, filii Noe. Studiũ huius fuit,

fuit, ex indigenis & incolis Hiſpaniæ auellere colonias, & deducere ad alias Hiſpaniæ partes tunc inhabitatas. Tagus ſiquidem interpretatur auulſio: Orma, coloniæ vel incolarum. Hic Tagus non modo in Hiſpaniam, ſed in Albaniam, Libyamq; & Aphricam colonias miſit, nomine Taga & Tagorma, vt colligerelicet ex Ptolemæo & cæteris coſmographis. Conſanguinei enim erant Hiſpani Caſpiis, Phœnicibus, & Pœnis, vt Varro prodit, & Plinius in 3. naturalis hiſtoriæ oſtendit. A Tago Rege Tagus ſuuius celeberrimus, vulgo nuncupatus Taio, nomen accepit. Arenas habet, ob quas (teſte Solino) cæteris annibus præfertur Hiſpaniæ, auriferas. Piſcium item oſtreorumq; feraciſſimum, gemmaſq; generantem, ſcribit Pomponius. Oritur in altiffimis Aragoniæ iugis, apud urbem Albarracinum, vel (vt alii volunt) Securium oppidum, quod & Frias appellant. Hic annis multis in locis nauigio traicitur, per Carpentanos lapſus, Toletum præpotentem validamq; urbem petit, totamque circuit, & oppidum Elboram, quod nunc Talabricam, vulgus Talaueram vocat, alluens, Alcantaramq; præterfluens, apud Vlixbonam in occidentum cadit Oceanum. Ab ſcriptoribus & poetis hic annis maxime celebratur: vnde Papinius.

Hinc Hermmum fuluoq; Tagum decurrere limo.

Iuuenalis:

Omnis arena Tagi, quodq; in mare voluitur aurum.

Et in alio loco,

--- Tanti tibi non ſit, opaci

Omnis arena Tagi. ---

Ouidius:

Cedat & auriferi ripa beata Tagi.

Silius:

Hic certant Pætole tibi, Duriusq; Tagusq;

Quiq; ſuper Grauios lucentes voluit arenas.

Regnauit Tagus Rex in Hiſpania, vt Berofſus ſcribit, annis triginta.

Bætus.

BÆTVS, referente Berofſo, poſt Tagum Hiſpanis imperat, anno primo Armaritis Aſſyriorum Regis, id eſt, ante ſalutis humanæ aduentũ (vt Eufebius computat) 1836. a quo Bætica prouincia quam nonnulli foelicem ac beatam interpretantur, nomen accepit: nam in ea magnus Homerus Elyſios campos collocauit. Ab hoc Bætis fluiuius, vulgo *Guadalqueuir*, a quo (vt Strabo & Plinius aſſerunt) prouincia nomen accepit, quæ poſtea a Wandalis, Wandaluſia, & modo Andaluſia nuncupatur. Oritur Bætis in Tarraconenſi prouincia, non (vt alii dixerunt) Mentefa oppido, ſed Tygenſi, dextra leuaq; oliuiferis colitur oppidis, per mediam fere Bæticam, ſicut naſcitur, vno decurrens alueo, inter Anam qui Guadiana dicitur, & Tagum, magnitudinis eſt eiſdem. hinc in Auſtrum declinans, Cordubam & Hiſpalim Bæticæ vrbes inſignes præterlabitur, & in Atlanticum mare magno plerumq; cum impetu excurrit. Hunc annem Statius hoc modo commendauit:

Graio nobilior Melethe Bætis,

Bætis Mantua prouocare noli,

Martialis:

Bætis oliuifera crinem redimite corona,

Aurea qui nitidis veller a tingit aquis,

Quem Bromius, quem Pallas amat.

Silius:

Palladio Bætis umbratus cornu aramo.

Seneca:

Nomenq; terris qui dedit Bætis ſuis.

Condidit & ipſe Bætus Rex Bætulonam ciuitatem ciuium Romanorum, vt ait Plinius, poſtea populatam: nunc vero oppidum in agro Barcinonenſi citerioris Hiſpaniæ, vulgo *Badelonam*, a quo Bæthulus flumen. Polemæus ſcribit Bætholon, Pomponius Mela Bætulo, vulgo *Befon* dicitur. exiguus eſt annis iſte & va-

An. ante Christum. dosus: præbet tamen suburbanis agris celebris & pulcherrimæ vrbis Barcinonæ vitales irrigationes. Oritur in pede montis Senii siue Vinii, vt quidam appellant, & per Vallensés populos tranfit: ab orientali latere Barcinonem habet, & Balearicum ingreditur pelagus. Regnavitq; Bætus Rex, vt Berofus afferit, annis 31.

1805.

Deabus.

DEABVS Apher, cui cognomentum Aramea lingua fuit Gera, id est aduena, Græca Chryseus, Latina Aureus: quod (vt scribit Berofus & Diodorus Siculus) a magnis diuitiis nomen assumpsit, & hoc cognomentum promeruit a fodinis auri & diuitiis quas primus ibi cepit, opprimens colonias. Fuit hic filius prisca Hiabæ Numidæ siue Dionysii Libyci, filii Ammonis, filii Tritonis, filii Gogi, filii Saba, filii Cur, filii Cami, filii Noe. Hic Deabus anno 32. Armarritis Assyriorum Regis, ex Mauritania in Hispaniam traiecit, & illam occupauit, teste Berofus, id est, anno ante aduentum Iesu Christi 1805. vt in Eusebio colligitur. Ab hoc Deabo Geryone, siue a filiis Geryonibus ob memoriam patris, antiquissima vrbis Gerunda in citeriore Hispania dicta est. Regnavit Deabus, vt Berofus refert, annis 35. Per hoc tempus Osiris iustus Iupiter, qui Dionysius a Græcis & Latinis vocatur, ab Ægyptiis Osiris monarcha (Moyfes Misraim vocat) filius Cami (siue Saturni ex Rhea sorore) filii Noe, orbe peragrato, victisque Titanibus Curetibus gigantibus, in Tarreffiorem saltibus Hispaniæ, & Geryonibus principatu permisso, ab Hispania in Peloponnesum adnauigauit, teste Berofus. Qui Curetes, filii Curis, filii Cam, filii Noe, existimantur Tarreffiis cognomine Curetes Hispaniæ condidisse: de quibus Iustinus insinuat libro vltimo. His temporibus fama est, referente Nicolao Leonico, Iberos Noraco duce magnanimo, ad insulam Sardiniam peruenisse, a quo Nora ciuitas condita est, quam primam Sardinia vrbem fuisse ferunt. Noracum autem hunc Mercurio ex Erythrea Geryonis filia procreatum autumant.

1770

Geryones.

GERYONES Lomnimii, Deabi Geryonis filii (vt refert Berofus) occiso patre, in Hispaniis regnare cœperunt, anno 29. Belochi Assyriorum Regis, id est, ante aduentum Saluatoris (vt in Eusebio colligitur) 1770. & annis 43. regnauerunt. De istis Geryonibus sic ait Diodorus in quinto libro: Vulgata erat per orbem fama, Chryseum qui vniuersæ Iberiæ imperauerat, tres habere propugnatores filios, cum robore corporis, tum armis egregios: exercitum præterea cuiuslibet fortissimorum militum esse, quos Hercules Libycus ad singulare certamen prouocans sustulit. Erat Hercules iste filius Osiridis Ægyptii. Condiditq; Lomnimius Rex Geryon, in Lusitania prouincia, vrbem Lomnimiam (vt in Plinio & Ptolemæo notatur) vnde Laminiani populi nominabantur: nostris temporibus Auiæ oppidum, Græci vero denominarunt Limiam: inde Limia flumen quod Lethen appellant, ab aliis Belion & Eunemius vocatur. Labitur (vt Strabo scribit) ex Celtiberis & Vaccæis prope Galleciam. Poetis admodum est famigeratus, vnde apud inferos Lethes, id est, Lerheum fluum fingunt, vt Silius de flumine isto canit:

*Quis super Grauios lucentes voluat arenas,
Inferna populis referens obliuia Lethes.*

1727

Hispalus.

HISPALVS filius fuit Herculis Libyci, qui a patre Rex creatus, Hispanias accepit, teste Berofus, anno 36. Balei Regis Assyriorum, id est, ante humanæ salutis aduentum, vt in Eusebio computatur, 1727. Hic Hispalim ciuitatem, quæ nunc Sibilis, vulgo *Sevilla* dicitur, condidit: & tota Hispania quasi Hispalia ab eius coloniis dicta, vt assentitur Rodericus Toletanus Antistes, insignis historicus. Est Hispalis ciuitas ad mare Gaditanum, vbi sunt æstuaria, id est, conualles repletæ marinis aquis inundationibusq; pelagi, per quas instar fluuiorum nauigantes ascendunt ad vicina oppida. Regnavitq; Hispalus, teste Berofus, annis 17.

*Hispanus.**Hispanus.**An. ante Christum.*

HISPANVS filius Hispali, & Libyci Herculis nepos, mortuo patre in Hispania regnare cœpit, dicente Berofus, anno primo Altadis Assyriorum Regis, id est, ante aduentum Iesu Christi, vt in Eusebio colligitur, 1710. Ab hoc Hispania prouincia nomen accepit, quum antea Iberia nominabatur. Hic filiam siue sororem nomine Illiberiam habuit, quæ suo nomine ciuitatem Illiberiam construxit, nunc vulgus Granatam nominat. Regnavitq; Hispanus Rex annis 32. vt ait Berofus.

10

Hercules.

1678

HERCULES, cui nomen est Libyus, Moyfes autem Luabin denominat, Osiridis filius, filii Cami (qui Saturnus est nuncupatus) filii Noe, teste Berofus, anno 39. Altadis Assyriorum Regis, cum in Italia res memorabiles gessisset, & magnis laboribus functus esset, in Hispaniam rediit, vbi nepos eius Hispanus imperabat. Quo mortuo, Hercules ipse, quamuis admodum senex, Hispaniæ regnum suscepit, anno primo Mamiti Assyriorum Regis, id est, ante aduentum veri Messias, vt in Eusebio colligitur, 1678. Hic, teste Berofus, vrbes in Hispania eius nominis ædificauit, videlicet Libyam in Pyrenæis montibus, quæ postea dicta fuit Lulia Libyca: Libyoson, quam vrbem Romani per interpretationem vocauerunt Foroaugustam, & inde Foroaugustani populi, vt tenet Plin. Libyocam, Libuncam, & Liboram, quas Ptolemæus & Plin. describunt. Condidit etiam & Calpem ciuitatem in vltima Hispania, vt auctor est Strabo, cum & eiusdem nominis sit mons, vna ex metis Herculis: & in montibus Pyrenæis vrbem Vrgellensem, in Hispania citeriore prouinciæ Tarraconensis. Hic columnas posuit duas ad fretum Gaditanum siue Herculeum, quasi terminos expeditionis suæ, cum illic accessisset ad interficiendos Geryones. Quidam dixerunt auctore Strabone, columnas Herculis illas dici quæ visebantur in templo Herculis apud Gades, & erant ex ære, cubitorum octo, in quibus sumptus templi constructi erat inscriptus, de quibus sic scribit Plinius: Proxima autem faucibus vtrinq; impositi montes coercent claustra, Abila Aphricæ, Europæ Calpe, labotum Herculis metæ: quam ob causam indigenæ columnas eius Dei vocant. Tradunt etiam aliqui (vt Diodorus narrat) coniunctis prius montibus ab Hercule effossis, pertuum Oceanum ad nostrum mare mediterraneum factum. At horum fides existimationi hominum relinquenda est. Hercules (teste Berofus) posteros ex Araxa iuniore quæ semiuipera fingitur, reliquit Scytham iuniorem, Tussum, Agathyrum, Peucinum, & Gythonem. Ex Galathea filia Atlantis Kytin siue Itali, cum in Italiam per Celtas transiret, permisso parenti (vt Berofus insinuat) genuit illis Galathem Regem: ex Omphale Athonem: ex quinquaginta autem puellis Aramæis, quinquaginta filios Thespiades a patria dictos sustulit. Regnavit Hercules in Hispania annis 19. Cum ab humanis decessisset, eius ossibus opulentum sepulchrum templumq; Hispani condidere apud Gades, vt Berofus narrat, & Pomponius Mela exprimit, & Salustius confirmat.

Hesperus.

1659

HESPERVS (vt refert Berofus) Italus fuit, & non Maurus, vt aliqui opinantur. Fuit hic frater Atlantis, quem secum duxit Hercules, vt assentitur Rodericus Toletanus. Hunc Hesperum Hercules Libyus sibi successorem reliquit, & Hispanias regere cœpit anno 20. Mamiti Assyriorum Regis, id est, ante aduentum Iesu Christi (vt in Eusebio computatur) 1659. & annis 11. regnavit: quia Atlas Italus frater illum Hispania expulit, ac in Italiam ire coegit, & vtrobiq; regnavit, vt Higynus inquit, proptereaq; Hispaniam & Italiam Hesperias dictas ab Hespero Rege, non a sidere, vt fingunt Græci, nam eadem ratione intermedia Gallia diceretur Hesperia: quia sicut eo sidere ab Italia in Hispaniam, ita & in Galliam Græci nauigant. Horatius non ab Hespero Rege Hesperiam, sed ab Hesperia eius filia, dictam fuisse scribit.

An. ante
Christum.
1648

Atlas.

ATLAS Kytin, siue Italus, frater Hesperii, anno primo Manchalei Assyriorum Regis (vt Berofus refert) Hispanias occupat, id est, ante aduentum salutis humanæ, anno 1648. vt in Eusebio colligitur. Hic quum annis 12. regnasset, Sycoro filio Rege creato, paulo ante obitum Hesperii fratris, ab Hispania in Siciliam, & a Sicilia in Italiam contra fratrem dimicaturus, concessit in Latium. vbi Coritus Hetruscus focer Atlantis cum puero Iano iuniore filio obuantes, prohibuerunt eundem cum fratre arma conferre: permiserunt tamen, & opem cum consilio tulerunt, vt e regione Saturniæ collem Auentinum teneret, & condito oppido Capena, etiam agrum eius a se Italiam diceret, vt asserit Fabius & quamplurimi scriptores, & in historia Hetrusca probatur. Tres fuerunt Atlantes, vt Seruius tradit, quorum primus omnium Maurus, vt supra diximus, Iaphetus filius Noe, postremus omnium Græcus, horum medius focer Coriti, id est, Regis Hetrusci, Italus frater Hesperii, de quo fit sermo.

1636

Sycorus.

SYCORVS filius Atlantis, a patre Rex creatus (referente Beroso) anno 13. Manchalei Assyriorum Regis, Hispaniarum regnum accepit, id est, ante aduentum humanæ salutis, vt in Eusebio colligitur, 1636. Ab hoc pars Hispaniæ Sycora dicta fuit, quæ nunc est ciuitas Ilerda, inde Ilerdenses populi Surdaonum gentis, referente Plinio. Vbi & Sycoris amnis a suo nomine cognominatus fuit. Oritur autem inter Pyrenæos montes a Surdaonibus & Ceritanis, accoliturq; amnis oppidis. Post Ilerdam, Oxtigenem petit, & apud Machinensiam oppidum Ibero amni se iungit, & nomen amittit. Aureas defert arenas, & potus est valde salubris. vnde Lucanus non immerito inter primos Hispaniæ amnes commemorauit, quum dixit:

Hesperios inter Sycoris non vltimus amnis.

Regnauitq; Sycorus Rex annis 45. vt Berofus insinuat.

1591

Sicanus.

SICANVS filius Sycori, mortuo patre (vt Berofus tradit) Hispanias regere cœpit anno 8. Mæmeli Assyriorum Regis, id est, ante aduentum Saluatoris Iesu Christi 1591. Hic nomen dedit Sicaniis populis in Hispania. Qui in Italiam transeuntes, quum Latium tenerent, inde a Liguribus pulsati in Siciliam traiecerunt, insulamq; humano cultui aptam fortiti, Sicaniam a suo nomine dixerunt, quum prius Trinacria, a triquetra figura, inde Trinacris dicta esset, vt Philistus refert, & a Diodoro Siculo & C. I. Solino confirmatur: vnde & Silius ait,

*Post dirum Antiphata sceptrum & Cyclopica regna,
Vomere verterunt primum noua rura Sicano.
Pyrene misit populos qui nomen ab amne
Ascitum patriæ terræ imposuere vacanti.*

Regnauitq; Sicanus Rex annis 31. vt Berofus indicat, vsq; ad octauum annum Spareti Regis Assyriorum, vt ex Eusebio constat.

1560

Siceleus.

SICELEVS (vt Berofus notat) anno Spareti nono Assyriorum Regis, id est, ante aduentum Iesu Christi (vt in Eusebio colligitur) 1560. in Hispania regnare cœpit, & annis 44. relicto Luso filio, regnauit. Ab isto Siceleo Siculi dicti fuerunt, vt Dionysius Halicarnaseus in primo libro recitat. Fuit hic Siceleus vir præcipuus in re militari, vt Xenophon refert, & Berofus prosequitur. nam ab Hispania euocatus est contra Dardanum. Omnis enim Italia & Siculi cum Siceleo duce fauebant partibus Iasii contra Dardanum, quum de regno inter eos contentio fuisset. Quumque dolo Iasium Dardanus peremisset in Vetuloniarum agro, Siceleus Aborige-

Aborigenes exclusit, & Dardanum Italia pepulit, & in Samothraciam compulit, vt tradit Latina historia. Triumphalia Iasiana & Cybelica quæ tempore defensoris eius Sicelei condita fuerunt, in Vetulonia quæ nunc Viterbium ciuitas est, sedente Alexandro vi. Pontifice maximo, apparuere.

Lusus.

1516

LVSVS filius Sycelei, teste Beroso, Hispaniarum regnum accepit anno 13. Ascadatis Assyriorum Regis, id est, ante aduentum Iesu Christi (vt in Eusebio colligitur) 1516. Ab hoc Luso omnes concedunt prouinciam Lusitaniam esse dictam, quæ nunc Portugallia est, vnde Lusitani populi qui ad Aquilonem montana habitant. Hi (vt auctor est Strabo) viuebant Spartano ritu, sacrificiis dediti extra inspiciebant & fibras, futuraq; prouidebant ex intestinis, quorum hominum maxime captiuorum diuinationes aucupabantur, abscissas dextras Diis offerebant. Regio ista ad meridiem Tago flumine cingitur, ab occasu & septentrione Oceano, ab aurora Carpentanis populis. Hic Lusus mortuo patre in Italia Rex creatus, multas in Lusitaniam ex amicis duxit Italicas colonias: regnauitque annis (vt scribit Berofus) 31.

Siculus.

1485

SICVLVS iunior, per distinctionem prisca Siculi, filii Itali (vt ait Manethon) in Hispaniis regnare cœpit anno 8. Remessis Ægyptiorum Regis, vt in Eusebio computatur, anno ante aduentum salutis humanæ naturæ, 1485. & annis 61. regnauit, vt insinuat Manethon. Argantonius (vt Herodotus ait) per hoc tempus in Carteia, alio nomine Tartessa, vulgo *Tariffa* vrbe, in Bætica Hispaniæ prouincia regnabat, qui, vt Anacreon poeta cecinit, 150. vixit annos, vt scribit Plinius, 120. Silius autem dixit vixisse 300. & ob id fuisse ditissimum ætatis. Vnde ait,

*Argantoniacos armat Carteia nepotes,
Rex proauus fuit humani ditissimus aui,
Ter denos decies emensus belliger annos.*

Ab isto Argantonio crediderim nomen habuisse Argentonam oppidum in citeriore Hispania, in agro Barcinonensi: vnde Ptolemæus Argenteolam ciuitatem scribit. Est Erga amnis apud Cantabros decurrens, qui quum in amnem Iberum cadit, nomen amittit, teste Marineo Siculo.

Testa.

1424

TESTA Libyus Triton (vt refert Manethon) Hispaniarum regnum accepit anno primo Menophis Ægyptiorum Regis, id est, anno ante aduentum Iesu Christi (vt in Eusebio supputatur) 1424. Hic, vt refert Manethon, oriundus fuit ex Libyca Tritonide, patria Mineruæ Palatuæ. Testam urbem in littore Hispaniæ condidit, quam postea Teucriam vocauerunt Hispani, a Teucro Telamonio, nunc vero Carthaginiam, siue Carthaginem nouam appellant. Ab isto Testa Rege positos fuisse Contestanos finitimos Bæticæ, auctor est Ptolemæus, & ipsum nomen testatur. Horum populi non mirum si militia valent, quandoquidem ex Tritonide Minerua militiæ principe ortum habuere. Est in campis Tarraconensium oppidum vulgo Constantinum, quod crediderim a Testa Rege isto esse constructum. Regnauitq; Testa annis 74. vt insinuat Manethon.

Romus.

1350

ROMVS filius Testæ Hispanias regere cœpit (vt refert Manethon) anno 35. Zeti Ægyptiorum Regis, id est, ante aduentum salutis humanæ 1350. vt in Eusebio computatur. Ab hoc Valentiam ciuitatem citerioris Hispaniæ conditam tradunt, ab interpretatione nominis. nam Romus Aramea Græcaque lingua valens Latine ostenditur. Regnauitque Romus (vt Manethon insinuat) annis viginti nouem. Bacchus qui Græcis Dionysius, Latinis Liber pater dicitur, filius Iouis ex Semele, Cadmi Thebanorum Regis filia, per hoc tempus fuit (vt in

An. ante Eusebio colligitur) Iberisque dominabatur. Vnde Silius 3. Punicorum sic ait:
Christum. *Tempore quo Bacchus populos dormitabat Iberos.*

Condidit hic Dionysius Nebrissam ciuitatem, prope æstuarium Hispaniæ, quam Silius a Satyris cultam dicit propter ipsum nomen: nebris enim pellem hinnuli, id est pulli ceruini, significat, qua utebantur bacchantes: vnde dicit,

*Ac Nebrissa Dionyseis conscia ihyris,
Quam Satyri coluere leues. ---*

Ab hoc Baccho, Bacchus fluiuius dictus est in Bætica prouincia, apud Cordubam non ignobilis, vt ait Hieronymus Paulus Barcinonensis, & Bocatius. Per hoc tempus Oscan Veruloniensis Italiæ imperium adeptus, plurimas colonias dedit (vt ait Manethon) suiq; nominis fundauit Oscan, & a suo cognomine Betulonam, ciuitates: inde Betulus flumen in Hispania Tarraconensi, vel (vt diximus) a Bæto rege.

132

Palatuus.

PALATVVS, viuente patre Romo, vt Manethon insinuat, anno octauo Ramfis Ægyptiorum regis in Hispaniis regnare cœpit, id est, ante aduentum Iesu Christi 132. vt in Eusebio colligitur. Ab his Palentiam urbem conditam fuisse, deriuatio nominis est argumento, iuxta flumen Nubis, vulgo *de Carrion* in Gallicia, in qua olim Mineruæ studium & Gymnasium generale Hispaniæ floruit. Populos a se dictos Palatuos fundauit, quos Ptolemæus describit. Hunc Palatuuum Cacus Licinius Celtiber (vt fingunt) Vulcani filius, qui in Carpentano monte militiam exercuerat (vt quidam existimant) pepulit: vbi & victoria potitus est, & monti Caco nomen ad hanc vsq; ætatem dedit, qui vulgo *Mont Cayo* nuncupatur, iuxta montes Idubedas in Aragoniæ regno. Ferunt autem Palatuuum victum, quia adolescens tulus erat. Regnauitq; hac prima vice Palatuus puer, vsq; ad annum 30. Ramfis, id est, annis 18. vt in Eusebio supputari potest, dicente Manethone.

1303

Cacus.

CACVS Licinius Celtiber (vt Manethon insinuat) anno 31. Ramfis Ægyptiorum regis, Hispanias cepit, id est, ante salutis humanæ naturæ aduentum (vt in Eusebio colligitur) 1303. Hic dictus est filius Vulcani, quod primus in Hispania ferrum & arma militaria quæ Vulcano attribuuntur, docuerit, regnauitq; annis 36. Et a Palatuo qui posterioribus annis illum ab Hispania propulsauit, in Italiam coactus fuit abire: non ab Hercule Græco, qui natus ea tempestate nondum erat, vt fama habetur, & aliqui narrant, vt in Eusebio computari potest. Regnauitque secundo Palatuus (vt Manethon scribit) annis sex.

1261

Erythrus.

ERYTHRVS Tyrionum Rex a coloniis Erythreis cognomentum desumpsisse traditur. Qui Tyrii a mari rubro monitu oraculi nauigantes ad occidentem, templum Herculis Libyci erexerunt apud Gades, a se Erythream nominatam. Pœni lingua sua Gadir, id est Septem, nominarunt, narrat Solinus: nunc vero Caliz appellatur. Hispanias occupat anno 7. Amenophis Ægyptiorum regis, id est, ante aduentum Iesu Christi (vt in Eusebio colligitur) 1261. Vnde Silius 3. Punicorum sic ait,

Hos Tyria misere domo patria in chya Gades.

Et vt Plinius in naturali historia insinuat, ab ipso populi Ceritani prope Pyrenæos montes habitantes, denominati sunt, dicente Silio,

Nec Ceritani quondam Tyrintia castra.

Regnauitq; Erythrus annis 69. Per hoc tempus Turiaffonem ciuitatem apud montem Caci, a Tyriis & Aufoniis conditam fuisse, nonnulli opinantur: sunt autem dicti Aufonii populi in citeriore Hispania, qui nunc Vicenses appellantur, ab Aufone Vlyffe, vel ab Aufone filio Aramæi, vt supra scripsimus.

Gargoris.

Gargoris.

An. ante
Christum.

1192

GARGORIS cognomēto Mellicola, ab excidio Troiano anno primo proditur in Hispania imperasse (Iustino teste) id est, ante humanæ salutis aduentum 1102. Hic primus fuit qui Hispanos colligere mella docuit, & vsque ad primum annum Æneæ Syluii Latinorum regis peruenit, id est, annis 70. regnauit, vt in Eusebio computari potest. His temporibus Callaici populi (vnde Gallecia regio, vulgo *Galizia*) a Galathe Herculis Græci filio denominati sunt, teste Silio & Iustino. Per hoc tempus Hercules Græcus maximus pirata in Hispaniam transfretauit, & post eum alii duces ex Græcis: vnde in dominium Græcorum Hispania tota venit, & sub diuersis Græciæ gentibus quæ inferius enumerabuntur, per multos annos extitit: tandem a Pœnis ab ipsa expulsi sunt. Hic Saguntinam urbem condidit siue restituit, & a nomine Zacynthi comitis sui illic sepulti nominauit, vt ait Silius his versibus:

*Prima Saguntinas turbarunt classica portas,
Bellaque sumpta viro belli maioris amore.
Haud procul Herculei tollunt se litore muri,
Clementer crescente iugo, quis nobile nomen
Conditus excelsis sacranit colle Zacynthus.*

Hic comes Alcide remeabat in agmine Thebas.

Per hæc tempora (vt auctor est Bocchus, referente Silio) idem Zacynthus comes Herculis, templum Dianæ apud Saguntum cōdidit, in quo trabes iuniperi posuit, quibus Annibal vltimus Carthaginensium Imperator, religione ductus pepercit: quæ adhuc tempore Plinii, vt ipse narrat lib. 16. cap. 40. stabat, nempe annis 1770. His temporibus Ætoli Diomedem Tydei filium secuti, in Hispania quæ Lusitania dicitur, urbem condiderunt inter Minium & Limiam amnes, quam Tyden appellarunt a nomine Tydei patris Diomedis. Illius ciuitatis coloni Grauii dicti sunt, nomine paululum violato, cum Grauii appellari debuissent: vnde Silius 3. Punicorum sic ait:

*Et quos nunc Granios violato nomine Grauium,
Æneæ misere domus Ætolaque Tyde.*

Vlyffem Ithacum per quem Troia capta & euerfa fuit, sub hæc tempora in Lusitania Hispaniæ prouincia ciuitatem Vlyxbonam condidisse Solinus scribit, Ptolemæus Olyffipponem, Plinius Salatiam, Strabo Vlyffeam vocat, vulgus Lisbonā. Ab eo nomine Vlyffipponense promotorium nunc (quod Artabrum, siue Magnū, siue Nerium) accepit nomē: vnde postea populi Artabri (vt Plinius scribit) appellati sunt, alio nomine Arotrebæ. Astir, auriga Mennonis, interfecto apud Troiā hero, per hæc tempora in Hispaniam nauigauit, & Asturicam urbem magnificā, vulgo *Astorgam*, construxit, Asturibusque populis qui sunt vicini Cantabris &

40 Gallecis, nomen dedit: vnde Silius,

*Venit & Aurora lachrymis profusus in orbem
Diuersum, patrias fugit cum deius oras,
Armiger Eoinon felix Mennonis Astir.*

Ab isto oppidum Astir, siue Astigis, vulgo *Eciia*, & colonia Astigitana dicta fuit, referente Plin. postea vero ab Octauiano Augusto, Augusta Firma. Astura flumē, vulgo *Astorga*, ab eodem Astir denominatum est. transit per Astorgam ciuitatem, & cum Durio amni miscetur, amittit nomē. Ab hoc flumine Astures, acre hominum genus, nomen accepere: vnde Lucanus,

Hic præter Latis acies erat impiger Astur.

50 Aurum etiam apud eos effoditur, quod præclare describitur a Silio, his versibus:

*Sed scelerum causas aperit Deus Astur auarus.
Visceribus late telluris mergitur imis,
Et redit infelix effosso concolor auro.*

Teucer, auctore Trogo & Homero, peracto bello Troiano, in Hispaniæ littus cū classe appulit, & locum vbi postea fuit noua Carthago, occupauit: vnde ait Silius,

M m

An. ante
Christum.

Et decimo quinto libro Punicorum sic ait:

*Dat Carthago viros Teucro fundata vetusto.
Vrbs colitur Teucro quondam fundata vetusto,
Nunc Carthago.*

Ptolemæus illam Spartariam appellat, vulgus Cartagenam. Sed Strabo illam ait fundasse Hasdrubalem, generum Amilcaris Carthaginensium Imperatoris, vt suo loco dicitur. Tlepolemus filius Herculis Græci, vt auctor est Homerus, & refert Strabo libro decimo quarto, post captam Troiam, collecta iuuenum manu, in Iberiam nauigans, Baleares insulas habitauit: vnde Silius ait:

*Iam cum Tlepolemus fator, & cui Lyndus origo,
Feruida bella ferens Balearis.*

1122

Habidus.

HABIDVS nepos Gargoris, vt Iustinus refert, post auum Hispaniarum regnum accepit, anno secundo Æneæ Syluii Latinorum regis, id est, ante aduentum Iesu Christi (vt in Eusebio computatur) 1122. & annis 64. regnavit, secundum nostram supputationem. Qui de Habido, & fortuna eius, & successione in Hispaniarum regnis plura requirit, Iustinum epitomatam libro quadragesimo quarto legat. A nomine istius crediderim deriuasse nomen Abile montis in Mauritania ad mare, qui Aphricam separat ab Europa, & regem fuisse Helleponti in Asia, in qua Abidus vrbs antiquissima erat, vt plerique scribunt. Helena ciuitas Græcorum sobolis (vt Plinius scribit) hodie vulgo *Elna*, Episcopii in agro Perpiniano siue Rossillonensi, per hoc tempus condita, non ab Helena matre Constantini Magni Romanorum Imperatoris, vt aliqui opinantur.

1059

Lydi.

LYDI populi a Cure fratre Ofridis, filio Cam, filii Noe, originem trahentes, vt Valerius Maximus libro secundo insinuat, & ex Eusebio colligitur, mare obtinuerunt anno ante salutis humanæ naturæ aduentum 1059. Vnde in Hispania imperasse putantur, cum ciuitates nonnullæ ab eisdem in Hispaniis conditæ sint, & annis quadraginta septem regnauerunt, vt refert Eusebius. His temporibus Ascanius filius Æneæ, secundus Latinorum rex, Albam ciuitatem in Latio condidit, a quo etiam crediderim ciuitatem Albam Hispaniæ esse cõstructam, quum a Latinis veteribus (vt refert Plinius & Ptolemæus) in Hispania ciuitates populosque ac colonias plures constet esse constructas. Alba hæc vulgo *Biana* denominatur. Est quoque ab ea flumen eiusdem nominis, nunc vero Clodianus, qui per Indicetas quos Emporitano vocant, decurrit, Emporias Phocensium & Latinorum olim coloniam alluens. A Pyrenæis montibus funditur, & versus Midas insulas in quibus Palæopolis oppidum quondam fuit, in Balearicum mare deuoluitur, vt Plinius narrat & Ptolemæus. Mantuam ciuitatem postea Viseriam, vulgo *Madrid* dictam, his temporibus Ocnus Tiberini Latinorum Regis filius, a nomine matris Mantus, filix Tiresiæ condidit, aliamque in Italia.

1011

Thracæ.

THRACÆS populi, a Tyras filio Iapheti originem trahentes, vt Eusebius insinuat, anno ante aduentum Iesu Christi 1011. mare obtinuerunt. Vnde in Hispaniis existimantur imperasse, quum ab eisdem ciuitates aliquæ in Hispaniis constructæ sint. Nam hi qui Sarmatæ siue Sauromatæ Scythæ dicuntur, in Hispania his temporibus Susanam urbem condiderunt: vnde Silius refert,

Et non Sarmaticos atollens Susanamuros.

Ptolemæus illam appellat Lucentum, Plinius Lucentium oppidum Latinorum. Almeriam etiam condiderunt, quæ antiquitus Abdera nominabatur, ab interpretatione nominis Abderæ ciuitatis Thracum, quæ Abdera Diomedis soror condidit, & a se sic nominauit. Et lingua Thracum Bria oppidum dicitur: ideo hæc plurius locorum in Hispania sunt terminationes, vt supra 4. capitulo sub rege nomine Brigo annotauimus.

Rhodii.

Rhodii.

An. ante
Christum.

RHODII populi (referente Eusebio) ante salutis humanæ aduentum 925. mare obtinuerunt. Vnde putantur in Hispaniis imperasse, quum Rhodam ab eisdem ad radices montis Pyrenæi inueniatur esse constructam, teste Silio & Homero. Strabo autem illam denominat Rhodopæ, vulgo *Rofes* oppidum. Inde Rhodius flumen, quod oritur in Pyrenæis montibus. Non multum irrigat, sed apud Emporitano in Thicim amnem demergitur, & nomen amittit. Regnauerunt siue mare obtinuerunt Rhodii, vt Eusebius testatur, annis viginti.

10

Phryges.

905

PHRYGES populi (vt Eusebius narrat) anno ante aduentum Iesu Christi 905. mare obtinuerunt: vnde putantur Hispaniis imperasse, quum nonnullæ ciuitates in Hispaniis ab eisdem inueniantur esse conditæ: & referente eodem Eusebio, annis viginti sex imperarunt. Hi Phryges, qui nunc Troiani, a Phrygia regione minoris Asiæ primo Hispani fuerunt, vt supra in capitulo quarti Regis Hispaniarum dictum est, & per hoc tempus Baleares insulas duas, quæ Græce appellantur Gymnesiæ, vulgo *Malorques*, in Hispanico mari, teste Solino, cum Baccho rege occupauerunt. Apud has repertus primum fuit vsus fundarum.

20

Cyprii.

879

CYPRII populi (dicente Eusebio) mare obtinuerunt anno ante aduentum veri Messæ, 879. Et quum his temporibus ciuitates aliquæ in Hispania ab eisdem constructæ sint, putantur in Hispaniis imperasse, & quidem (vt refert Eusebius) annis triginta nouem.

Phœnicæ.

840

PHŒNICÆS populi Asiatici, a mari quod rubrum vocatur, in hoc nostrum proficiscentes, & hanc incolentes regionem, longinquis continuo nauigationibus incubuerunt. nam teste Eusebio anno ante aduentum humanæ salutis 840. mare obtinuerunt. vnde in Hispaniis imperasse iudicantur, quum per hoc tempus in eadem prouincia a Phœnicibus pleræque ciuitates constructæ fuerint, videlicet in Bætica, Axi, siue Sexi, vel Hexi: in Erythræa insula quæ nunc *Caliz* denominatur, templum mirificum in Herculis Ægyptii honorem construxerunt, & castrum munitissimum erexerunt. In Bætica autem prouincia Melace ciuitas ab eisdem condita fuit, Malaga deinceps denominata, & annis quadraginta vno, dicente Eusebio, obtinuerunt mare. Hi Tyro Phœniciæ vrbe soluentes, Balearibus insulis quæ nunc Maioricæ, diu potiti sunt, vt Silius canit:

Iam Ebusus Phœnissa mouet.

Sunt hæc insulæ in mari Hispano e regione Tarraconensis, quarum incolæ (auctore Strabone) optimi erant funditores. vnde Silius,

Hic crebram fundis Baleari verberere glandem.

Phœnicæ qui fundas inuenerunt (auctore Plinio) illis insulis potiti, fundas æque exercuerunt: vnde vsus & imitatio remansit apud Balearicos. Has insulas Græci (vt diximus) Gymnesiæ, ab incolarum nuditate, qui ætatis tempore absque vestibus incedebant: Romani Baleares, a fundæ iactu, quas rectius quam reliqui iacerent, appellarunt, Diodoro Siculo teste. Sunt qui dicunt, hos Phœnicæ petentes per hoc tempus Gades, quum ab Ebuso soluisent, tempestate repullos, fluminis Turia ostia subiisse, vbi vaccarum multitudinem inuenientes, flumen Turiam, id est, vaccis cultum appellauere, quas ipsi Tur patrio sermone appellant. Inde Turia ciuitati, modo *Gudalajara*, a Mauritaniis inditum nomen est. Quin & Turia siue Turulios (vt Ptolemæus tenet) fluuius, Turiolum sui nominis oppidum linquens, apud Valentiam, deliciarum & nobilitatis altricem, proximus fluit. Inde crebra riuulorum deductione tenuissimus, in mediterraneo siue Iberico mari mergitur. Claudianus sic laudat hunc amnem:

Floribus, & roseis formosus Turia ripis.

Mm ij

An. ante
Christum.

Ægyptii.

799

AEGYPTII populi sub duce Tarracone, post Phœnices (referente Eusebio) ante aduentum salutis humanæ 799. mare per annos 35. obtinuerunt. Vnde imperitasse eos Hispaniis creditur, quum nonnullæ ciuitates per hæc tempora ab eisdem in Hispaniis sint ædificatæ, idque maxime, vt opinantur aliqui, in citeriore Hispania, & ab ipso duce & nominis sui deriuatione constructa & denominata est ciuitas Tarracona.

764

Milesii.

MILESII populi (referente Eusebio) per annos 29. mare obtinuerunt, anno ante aduentum Saluatoris Iesu Christi 764. Vnde in Hispania imperium tenuisse putantur, quum ab eisdem in partibus illis per hoc tempus ciuitates aliquæ inueniantur esse constructæ, sed in Italia plurimæ, referente Solino.

735

Cares.

CARES populi (vt Eusebius insinuat) anno 32. Romuli, Romanorum regis primi, id est, ante salutis humanæ naturæ aduentum 735. mare obtinuerunt. Vnde Hispaniis imperasse creduntur, quum ab eisdem per hoc tempus aliquæ ciuitates in partibus illis constructæ inueniatur. Nam Caristi populi in Hispania sunt, a deriuatione Cares, referente Ptolemæo. Imperaruntque Cares (vt Eusebius vult) annis 48.

687

Lesbii.

LESBII populi post Cares (dicente Eusebio) mare obtinuerunt. Vnde in Hispaniis eos regnasse putatur, quum ab eisdem aliquæ ciuitates in partibus illis constructæ sint per hoc tempus. Regnare cœperunt, vt ex Eusebio colligitur, anno ante humanæ salutis aduentum 687. & annis 68. imperarunt. Concaui populi in Hispania, a Massagetis populis Scythiæ, qui & Lesbii, per hoc tempus originem traxerunt, vt ex Eusebio patet, & Concauam ciuitatem quam Ptolemæus scribit, cōdiderunt. Hi Concaui lacte cum sanguine equino in potum utebantur. vnde Silius tertio Punicorum de illis sic ait,

*Hæc qui Massageten monstrans feritate parentem,
Cornipedis fusa satiariis Concaue vena.*

619

Phocenses.

PHOCENSES populi Græci (vt in Eusebio aperitur) anno 16. Tarquinii Prisci Romanorum regis, id est, ante aduentum Saluatoris Iesu Christi 619. mare obtinuerunt annis 48. Vnde in Hispaniis regnasse creduntur, quum in iis multas ciuitates per hæc tempora construxerint. Nam Emporiam urbem maritimam inter Tarraconem & Pyrenæos montes ad mare condiderunt. Ideo quidam Emporias Phocaicas appellant: vnde Silius tertio Punicorum sic canit,

Phocaica dant Emporia mare.

Ab eisdem Emporianis Phocensibus condita est Massilia Galliæ, teste Liuius: inde dicunt Massilienses a Phocensibus originem trahere. Duo quidem Emporiæ oppida antiquitus erant, muro diuisa: vnum Græci habebant, alterum Hispani. Sed Græcum oppidum mari expositum, totum orbem muri plus minus quadringentos passus patentem habebat: Hispanis retractior a mari trium millium passuum in circuitu murus erat, dicente Liuius. Castulo ciuitas a Castalio qui ex Phocide ac Parnaso per hoc tempus in Hispaniam traiecit, condita fuit. Vnde quidam Castulonem Parnasiam appellant, teste Silius: nunc vulgo *Castona*, ciuitas in fine prouinciæ Baticæ. olim Castulonenses populi ex colonia Salarientis Latii veteris, qui Cæsariuenses appellantur, teste Plinio.

Nabu-

Nabuchodonosor.

An. ante
Christum.

571

NABUCHODONOSOR huius nominis secundus, Magni Nabuchodonosoris filius, tertiusque Chaldæorum rex, Hispanias occupat, teste Iosepho, anno ante aduentum salutis humanæ naturæ, vt ex Eusebio colligitur, 571. & quum annis 9. regnasset, dominium Hispaniarum ad Carthaginensium populos transtulit.

Carthaginenses.

562

CARTHAGINENSES duce Meseo Hispanias occupant, vt Iustinus insinuat, & Orosius confirmat, anno ante humanæ salutis aduentum (vt ex Eusebio computatur) 562. Nam cum Gaditani a Tyriis descendentes (vt diximus) ab inuidenti-
bus incrementis nouæ urbis Gaditanæ, quæ nunc Caliz dicta est, finitimis Hispaniæ populis, perpetuo bello lacerarentur, auxilium consanguineis Carthaginensibus quibus etiam a Tyriis est origo (vt Iustinus in ultimo sui epitomatis refert) misere, ibiq; felici expeditione & Gaditanos ab iniuria vindicarunt, & maiorem fere partem prouinciæ suo imperio adiecerunt, & vsq; ad dominium Romanorum illam obtinuerunt, annis fere 348. Per hoc tempus, anno ante aduentum Iesu Christi circiter 336. Hispani Maurinum Hispanum Alexandro Magno Macedonũ regi supplicatum Babylonem miserunt, qui cruerum dominum vltro, ne hostem exciperet, adiit, referente Oroasio. His quoq; temporibus (vt Polybius refert) Carthaginenses pleriq; ex Hispania milites, in supplementum cōtra Hieronem Syracusanorum regem, in Siciliam scripserunt. Romani in primo bello Punico, teste Liuius, anno ante aduentum salutis humanæ naturæ 303. (vt in Eusebio computatur) sub Appio Claudio Consule partem Hispaniæ occupauerunt. Cornelius Attilius Balbus, Gadibus genitus, Romanorũ Cōsul, anno circiter 242. ante aduentum Iesu Christi, vt in Eusebio colligitur, primus de externis, vt pote de Garamātib; triumphauit, vt scribit Solinus. Carthaginenses, rebellatæ Hispania, confestim Amilcarem cognomēto Barcām, cum exercitu in illā mittunt anno ante aduentum Christi, vt in Eusebio computatur, 234. Qui cum omnibus copiis profectus, Annibale filio comite qui tū fere nonum ætatis suæ annum agebat, superatis columnis Herculis, magnā Hispaniæ partem Carthaginensibus recuperauit, teste Polybio: & iis in locis circiter nouem commoratus annis, multis Hispaniæ ciuitatibus bello subactis, pleriq; etiam, pacta salute atq; impunitate bonorum, in fidem Carthaginensium receptis, dignā tandem rebus a se gestis mortem obiit. Carthaginenses autem exercitui Afrubalem, Amilcaris socium, siue (vt aliqui scribunt) generũ, præfecerunt. Hic Amilcar per hoc tempus ciuitatem Barcinonensem in citeriore Hispania, in agro Laletano, condidit: & a cognomine suo Barce nomen accepisse dicitur, vt Hieronymus Paulus Barcinonensis tenet. Ptolemæus Barcinem coloniam esse cognomine Fauentiam scribit. Afrubal gener Amilcaris, incredibili virtute imperium Carthaginensium in Hispania adauxerat, anno ante salutis humanæ aduentum, vt in Eusebio colligitur, 225. Romani vero cum intelligerēt, vires Carthaginensium vsque adeo in Hispania creuisse, ne eam quidem partem negligendam putauerunt: sed recuperare quod omissum fuerat, decreuerunt. Missis igitur ad Afrubalem in Hispaniam legatis, percussum cum Carthaginensibus fœdus fuit. In quo inter cætera cautum, ne liceret Carthaginensibus Iberum amnem cum armis traicere, per reliquam Hispaniam impune progredi licere. Hic Afrubal quum regulum quandam Tagum nomine necari, & caput hastæ affixum circumferri iussisset, in Hispaniis ab illius seruo Gallo, crucem & ignominiam domini agre ferente, in tentorio confossus est; anno octauo imperii sui, dicente Silius, Oroasio, & Polybio. Hic Afrubal urbē condidit in Hispania, quæ a quibusdam Carthago, ab aliis Noua ciuitas appellatur, vulgo *Carthagenia* dicta est, in regione Baticæ, referente Strabone & Polybio. Alii Teucrum Telamonium construxisse, vt supra diximus, asserunt. Annibal cognomento Magnus, Amilcaris Barcæ filius, Carthaginensium Imperator, nō obseruato fœdere quod Romani & Afrubal pepigerunt, anno primo Olympiadis 140. vt Polybius libro tertio narrat, id est (Eusebio teste) ante aduentum Iesu Christi 217. quo ipse regnare cepit

Mm iij

An. ante Christum. in Hispaniis, Saguntum ciuitatem, vulgo *Mornedram*, Hispaniæ citerioris, populo Romano fidelissimam, euerit. Sed quum ciues urbem capiendam viderent, primores aurum & argentum omne in ignem iactauerunt: nam alii omnes pugnantes occisi sunt, vt Liuius scribit. Sed postea a Romanis deuicta in Italia Annibale, Carthaginensibusque ex tota Hispania depulsis, tota prouincia in dominationem Romanorum peruenit. Arantius his temporibus, vt ait Silius tertio Punicorum, Dux erat Cordubæ ciuitatis Hispaniæ, & ab illo Arandam oppidum, a deriuatione nominis dictum esse crediderim, & Araducam regionem, vulgo Arzuam, cuius meminit Ptolemæus.

214

Romani.

10

POPVLVS Romanus, expulsis Pœnis siue Carthaginensibus ex tota Hispania, illam obtinuit, de qua Publius Scipio agnomento Africanus, Consul, primus fuit triumphator, post cuius obitum alii plurimi Romanorum Consules, prouinciam illam vsque ad introitum imperii Caii Iulii Cæsaris tenuerunt annis fere 155. vt in Eusebio colligitur, referente Liuius & Orofio: & in potestatem redegerunt metalla argenti & auri quæ illic sunt, vt habetur Machabæorum octauo: pluresque ciuitates & oppida suis propriis nominibus construxerunt, restaurarunt, & denominarunt. Fuit initium dominationis Romanorum in Hispania, vt in Eusebio computari potest, anno ante salutis humanæ naturæ aduentum 214. Viriatus 20 genere Lusitanus, referente Silius, per hoc tempus Dux, bellum aduersus Pop. Rom. sumit, eorumque Imperatores Claudium Vnimanum & C. Nigidium oppressit. Postea quum per annos quatuordecim alios Romanos duces atque exercitus protriuisset, Scipio cum aliter eum vincere non potuisset, satellites pecunia corrupit, & sic infidiis suorum interfectus est. Multa per Romanorum duces his temporibus in Hispaniis gesta fuerunt, vt in Liuius & Orofio ostenditur. Mendonius & Indibilis, Hispani fratres, per hæc tempora (vt Liuius meminit) Scipionem supradictum mirum in modum fatigarunt, & pro patriæ suæ libertate fortissime pugnantes occubere. Numantia vrbs Hispaniæ in Celtiberia, quæ a quibusdã nunc *Soria* dicitur, iis temporibus a Romanis obsessa per annos quatuordecim, 30 quum haberet tantum quatuor hominum millia, non solum sustinuit, sed etiam quadraginta millia Romanorum vicit: tandem a supradicto Scipione post longam & arctissimam obsidionem delata. Cum enim fame laborarent, nec eis daretur iusti certaminis copia, omnia sua & seipsos igni immiserunt. Per hoc etiam tempus, vt Rodericus Toletanus scribit, Toleton & Brutus duo Consules, Toletum ciuitatem condidere, annis 108. antequam Iulius Cæsar regnare cœpisset. Ptolemæus illam scribit antea Serezolam appellatam. Corduba etiã per hoc tempus a Marcello Consule Romanorum constructa est, teste Strabone, vrbs præstantissimis & doctrinæ principibus clara, alumnis utroque Seneca & Lucano eminentissima. Turris Syllana, quæ nunc *Tordesillas* vulgo dicitur, a Sylla dictatore Romanorum his temporibus denominata est. Pompelon ciuitas regni Nauarræ primaria, per hoc tempus a Pompeio magno condita est, Strabone teste: Ptolemæus Martuam appellat. Bocchus rex Maurorum & Getuliæ, qui Iugurtham regem Numidarum generum suum Romanis tradidit, per hæc tempora (vt refert Salustius) in Hispaniam transfretauit, & a suo nomine Bocchoros populos (vt Plinius scribit) appellauit, qui nunc Concordienses sunt, a Concordia Iulia ciuitate. 40

175 Anno ante aduentum Iesu Christi 175. Tiberius Sempronius Gracchus proconsul, Celtiberos victos in deditioem accepit, monimentumque operum suorum Gracchurim oppidum in Hispania constituit: vnde Gracchuritanus populi, teste Plinio & Tito Liuius. His temporibus quidam sacerdos Iouis qui oppido Cluniæ Tarraconensis Hispaniæ colebatur (vt Suetonius in vita Galbæ scribit) ex pen- 50

trali somno monitus, in fatidica prorupit carmina, quorum sententia erat: Oriurum quandoque ex Hispania principem dominumque rerum. Diuus Antoninus a virgine honesta vaticinata insinuat esse carmina, pronuntiata his verbis: Veniet pruna ex teporibus Hispaniæ, ante cuius conspectum gentes, vel gentium

tium reges peribunt: ipsa vero calcibus equorum disrupa peribit.

Caius Iulius Cæsar.

An. ante Christum.

59

CAIVS Iulius Cæsar Romanorum dictator, Hispanias occupat, vt ex Eusebio colligitur, anno ante aduentum salutis humanæ naturæ 59. id est, anno 12. ante imperii sui inchoationem. Hic quum Gades Hispaniæ venisset, teste Suetonio, animaduersa apud Herculis templum magni Alexandri imagine, ingemuit, quasi pertæsus ignauiam suam, quod nihil tum a se memorabile actum fuisset ea ætate qua iam Alexander orbem terrarum subegerat. A deriuatione nominis istius diuersæ ciuitates, oppida, atque castella (vt ait Plinius) denominata sunt in Hispaniis, videlicet in Bætica, Iulia Concordia, olim Bocchoris dicta, Iulia Constantia, quæ Oset, Iulia Contributa, Iulia Fama, quæ vulgo Seria, Iulia Fidertia: in Lusitania Iulia Fælix, quæ Olyssipo, municipium ciuium Romanorum. Ad hæc Iulia Virtus oppidum Bætice, conuentus Astigitani: & Iulia restituta: Iulia Myrtilis gentis veteris Latii, in mediterraneis Lusitaniæ, quæ modo *Vaena*: Iulia liberalitas, quæ E-bora: Iulia Libyca, Iulii genitor, quod Virgentum, oppidum Bætice: Iulium præsidium, quæ Scalabis, vulgo *Trugillo*, colonia est Lusitaniæ: Iulienfes cognomento Astigi, populi Bætice: Iulienfes Teari populi conuentus Tarraconensis: Iulio-brica oppidum Catabrorum Hispaniæ citerioris: Forum Iulium, quod Iliturgi, ciuitas Bætice: castrum Iulium, quod Vria, oppidum Lusitaniæ: castrum Iulium, aliud oppidum Bætice: Tiar Iulia ciuitas: Pax Iulia ciuitas, vulgo *Badios*. Hic Caius Iulius Cæsar, Imperator iam factus, quum annis quatuor, mensibus septem imperasset, dum Reipublicæ statum cõtra exempla maiorum pro arbitratu suo instaurat, auctoribus Bruto & Cassio, conscio etiam Senatu plurimo, in curia 24. vulneribus confossus fuit.

Ostauianus Cæsar.

42

OCTAVIANVS Cæsar Augustus, secundus Romanorum Imperator, Hispanias regere cœpit, anno ante aduentum Iesu Christi 42. referente Eusebio. In Hispaniam veniens, Cantabrico bello per quinque annos ducto, totam Hispaniã in æternam pacem reclinauit ac reposuit. Cantabri vero Hispaniæ populi, vulgo *Biscaini*, sunt ad septentrionem, qui non solum terribiles in armis semper fuerunt, sed etiam crudeles. Nam matres in hoc bello, ne in hostium manus captæ venirent, necauerunt: & nonnulli ex Cantabris ab hostibus in crucem acti, lætitiæ præana caneant. vnde Silius sic scribit:

*Cantaber ante omnis hyemisque, æstusque, fumisque
Inuictus, palmamque ex omni ferre labore
Mirus amor populo: cum pigra incanuit ætas,
Imbelles iam dudum annos peruertere saxo,
Nec vitam sine Marte pati. quippe omnis in armis
Lucis causa sita est, & damnum viuere paci.*

40

Ab hoc Ostauiano Augusto quam plurimæ ciuitates in Hispaniis denominatæ sunt, præcipue Cæsar Augusta, quæ prius Salduba nominabatur: Colonia Augusta Valeria, quæ Setabis, vulgo *Xatua*: Augusta Gemella, quæ Turia siue Tucis: Augusta Emerita vrbs Lusitaniæ, opposita Anæ fluuio: Porta Augusta, hodie *Torquemada*: Augusta noua ciuitas Areuacorum: Augusta Brachara, vulgo *Braga*, metropolis Galliciæ: Augustobrica ciuitas Lusitaniæ, vnde Augustobricenses populi: Augusti Turris siue Lucus Augusti, vulgo *Lugo*, vnde Olucense Episcopiũ in Gallicia, 50 Plinius Aras Sextianus appellat: Augusta firma, olim Astigitana colonia. Inde Asta flumẽ in Bætiam cadẽs, & Asta colonia, quæ Plinio Regia dicitur, in qua Iulius Cæsar omnes Mundenfes duces, Põpeio fauētẽs, nocte occidit. Castrũ Ostauiani in agro Vallensii citerioris Hispaniæ, nunc Abbatia est sancti Cucuphatis Vallensis, ordinis sancti Benedicti. Foro augustani populi sunt Hispaniæ Tarraconensis, olim Ardetani, vt Plinius scribit: Ptolemæus vero Sederanos vocat. Præterea Cæsar Au-

Mm iij

An. Christi gustus apud Tarraconem, citerioris Hispaniæ ciuitatem, anno imperii sui 38. ante aduentum Christi, illud instituit edictum quod in Euangelio Luca legitur: *Exiit edictum a Cesare Augusto*. Et ut dicit Ioannes Lupus, ab edicto isto incipit in tota Hispania ille numerus Æris, vulgus *de la Era*, qui vsque ad Ioannem eius nominis primum, Castellæ & Legionis regem, anno a natiuitate Saluatoris 1383. durauit. Hic Augustus Imperator annis 56. regnum obtinuit (ut ait Eusebius) id est, annis 42. ante aduentum veri Messia, & post incarnationem eiusdem 15. moriturque ætatis suæ anno septuagesimo sexto.

15

Tiberius.

TIBERIUS Cæsar, tertius Romanorum Imperator, post mortem Augusti Cæsaris imperium & Hispaniarum regnum accepit, anno a natiuitate Saluatoris Iesu Christi 15. ut in Eusebio colligitur. Hic Hispaniâ per aliquot annos sine Confularibus legatis habuit, teste Suetonio, & Hispanis petentibus permisit, ut in Tarraconensi ciuitate templum Augusto strueretur, referente Cornelio Tacito libro 1. Annalium. Ac Hispania vltior legatis missis ad Senatum, per idem tempus orauit, ut exemplo Asiæ, delubrum Tiberio matrique eius extrueret. Tandem quum annis 23. imperasset (ut dicit Eusebius) in Campania, in villa Lucullana ab humanis discessit.

39

Caius Caligula.

CAIVS Cæsar Caligula, quartus Romanorum Imperator, regnum Hispaniarum obtinuit anno salutis humanæ 39. Et quum annis tribus, mēsisbus decem regnasset, teste Eusebio, a protectoribus suis in Palatio Romæ occiditur, anno ætatis suæ 25. A cognomine ipsius dicta est Hispaniæ ciuitas Caligula. Inde Caligulariani populi, antiquitus vero Nascici & Fibularenfes. Æmilium Regulum originem ducens ex Corduba Hispaniæ ciuitate, iis temporibus plurimos congregauit amicos, ut ab illis siue a seipso alacriter Caius Cæsar Caligula interimeretur: quod ita factum est teste Iosepho. Ab isto Æmilio Æmilianam Hispaniæ ciuitatē cuius Ptolemæus meminit, crediderim nomen accepisse. Herodes rex his temporibus a Caio ob auaritiā increpatus, in Hispaniam fugit: secutus eum quippe fuerat accusator Agrippa, cui tetrarchiam illius in Hierusalem C. Cæsar addixit. Itaque Herodes in Hispania peregrinante secum vxore decessit, ut dicit Iosephus de bello Iudaico.

43

Claudius Caligula.

CLAVDIVS Cæsar, Caligulæ prædicti patruus, Romanorum Imperator quintus, Hispanias obtinuit anno salutis humanæ 43. ut refert Eusebius: & cum annis 13. mensibus nouem, diebus 28. regnasset, ab humanis decessit, anno ætatis suæ 64. Ab isto Claudio oppidum Claudiomerium cognominatum est. Iacobus maior Apostolus domini his temporibus vniuersam prædicando peragravit Hispaniam, in qua nouem tantum conquisiuit discipulos. Postea in Iudæam reuersus, ab Herode Agrippa in Hierusalem obrucatione capitis martyrium adeptus est: eius autem sacratissima ossa postmodum discipuli ipsius ad Hispanias transtulerunt, atque ibidem in vrbe Galleciæ condidere. Paulus Apostolus domini, vas electionis, per hoc tempus multis vrbibus peragratis, in Hispaniam prædicandi gratia nauigasse, veniensque Narbonem multos conuertisse putatur.

57

Nero.

NERO Cæsar, Claudii priuignus, sextus Romanorum Imperator, Hispaniarum regnum accepit anno Christi 57. qui cum Galbam in Hispania Imperatorem creatum ab exercitu cognouit, toto animo ac spe decidit: cumque incredibilia perturbandæ, imo subruendæ Reipublicæ mala moliretur, hostis a Senatu pronuntiat, ignominiosissime fugiens, ad quartum ab vrbe lapidem sese interfecit, ætatis suæ anno 32. Regnauit annis 14. mēsisbus 7. diebus 28. (ut scribit Eusebius) atque in eo

in eo omnis Cæsarum familia consumpta est. Hispaniæ præerat sub Neronis imperio Cluius Rufus, vir facundus & pacis artibus clarus, belli haud inexpertus, teste P. Cornelio Tacito. A Nerone crediderim esse nominatos Neros & Nerios populos, & Nerium promontorium, olim Artabrum in Gallicia Hispaniæ regione. Lucius Anneus Seneca, natione Cordubensis, Philosophus Stoicus, ac Neronis magister, his temporibus Romæ in precio fuit. de quo diuus Hieronymus libro de Viris illustribus meminit, dicens quia fuerit continētissimæ vitæ, eum in sanctorum catalogo positum, maxime propter frequentes epistolas Pauli ad ipsum, & ipsius ad Paulum. Hunc a Nerone Imperatore discipulo interfectum fuisse legitur, cum multa diuinarum humanarumque scripturarum edidisset documenta. Lucanus Anneus prædicti Senecæ nepos, Hispanus, natione Cordubensis, & poeta celeberrimus, hac tempestate floruit, & apud Neronem de cõiuratione Pisoniana accusatus, ab eo interficitur. Latro Portius genere Hispanus, condiscipulus Senecæ, Maximi auditor, nobilis declamator fuit, cuius Seneca primo libro declamationum his verbis meminit: Latro ad scribendum se cõcitauerat, iungebat noctibus dies, & sine interuallo grauius sibi instabat. Torquatus quidam, Cæcilius, & Euphrasius sanctissimi Christi confessores, & ipsi vno die hoc tempore apud Hispanias, mandante Nerone, martyrio coronantur. Hi autem omnes ab Apostolis Petro & Paulo episcopi apud Romam ordinati, confestim ad prædicandum verbum Dei Hispanis infidelibus fuerant directi. Vbi quum variis in vrbibus euangelizassent, & innumeram eius gentis multitudinem Christianæ fidei subiugassent, tandem Torquatus Acci, Cæcilius Illiberi, quæ nunc Granata, & Euphrasius Iiturgi ciuitatibus conditi, quieuerunt: quorum natalitium diem 16. Kal. Iunii celebrare postea mandatum est.

Sergius Galba.

71

SERGIUS Galba, septimus Romanorum Imperator, vna cum M. Othone & Vitellio Hispaniarum regnum obtinuit anno salutis humanæ 71. Dum vigebar ætas, militari laude apud Germanias floruit, proconsul Africam moderate, iam senior citeriorem Hispaniam pari iustitia continuit. M. Otho in prouinciam Lusitaniam specie legationis vna cū Ptolemæo comite se posuit, in qua Obultronius, Albinus, & Marcellus Romani occisi fuerunt, ut refert Corn. Tacitus. Sed Galba ut Neronis mortem comperit, Romam venit, vbi ab Othone iugulatus est mense 7. imperii sui, teste Suetonio Tranquillo. A cognomine istius quidam dixerunt oppidum Galbam, ad radices montis Senii, in Hispania citeriori esse nuncupatum. Quintilianus rhetor atque philosophus celeberrimus, natione Calaguritanus, ut Eusebio placet, his temporibus, cum in magno esset precio, a Galba prædicto Romam perductus, ibidem scholam tenens clarissimus habitus est, qui inter cætera de Institutione oratoria duodecim libros composuit. Flaccus Pompeius eque Romanus, ut refert Plinius libro 15. cap. 22. primus fuit qui in Hispaniam intulit nucem iuglandem, cum sub Vitellio Imperatore militaret.

Vespasianus.

72

VESPASIANVS Flavius Augustus, octauus Romanorum Imperator, regnum tenuit Hispaniarum anno aduentus Iesu Christi 72. A cognomine istius Flauii crediderim esse in Hispania ciuitates sequentes cognominatas, quas Ptolemæus refert: Flauiam Gallicam, Flauiobrigam, vulgo *Bilbao*, Flauionauiam, & Flauium Brigantum, vulgo *Compostella*, vbi corpus sancti Iacobi Apostoli requiescit, Flauiam Lambrim, Iriam Flauiam, vulgo *Santa Maria finis terra*, Interamnium Flauium. Obiit anno ætatis suæ 69. cum imperium obtinuisset annis 9. mensibus 11. diebus 22. ut Eusebius tradit.

Titus.

81

TITVS Augustus, Vespasiani filius, nonus Romanorum Imperator, Hispanias obtinuit anno a natiuitate Christi 81. & quum annis duobus regnasset, morbo

An. Christi perit in villa propria circa Sabinos, pridie Idus Septembris, ætatis suæ anno 42. teste Eusebio.

83

Domitianus.

DOMITIANVS, Titi frater iunior, decimus Romanorū Imperator, in regnū Hispaniarum successit anno salutis humanæ 83. & quum annis 17. mensibus quinq; imperasset, occiditur ætatis suæ anno 36. referente Eusebio. Marcus Valerius Martialis poeta, per hoc tempus ex Hispania Romam veniens, propter ingenii sui magnitudinem & epigrammata confecta, magno in precio habitus est. Originem duxit ex Bilbili Hispaniæ vrbe, patre Frontone, & Flaccilla matre, adultusque in Celtiberiam translatus, ibidem literas optime didicit. Hic cum sub Traiano principe senio confectus esset, in patriam rediēs, ibidem diem suū obiit.

100

Nerva.

NERVA Cocceius, vndecimus Romanorum Imperator, claris ortus (Dione teste) natalibus, regnum Hispaniarum inchoavit anno aduentus Iesu Christi 100. Hic Marcum Vlpium Traianum, genere Hispanum, absentem adoptavit: & quum anno vno, mensibus quatuor regnasset, ab humanis discessit, ætatis suæ anno 72. vt refert Eusebius. Ab huius nomine crediderim Neruam flumē in Hispania citeriore nomen accepisse. Per idem tempus ciuitas Legio constructa vel restaurata fuit, a quatuordecim legionibus Germanorum, a Nerua Imperatore in Hispaniam missis: & Germanica Legio septima nuncupata, olim vero Subiancia, vt refert Ptolemæus. Sed a Leonogildo Gothorum rege, suo tempore Leon dicta fuit: vnde Leonicēses populi. Priscis temporibus Regia Legio, oppidum Latinorum fuerat, vt idem inquit.

101

Traianus.

TRAIANVS in Italica Hispaniæ ciuitate natus, Neruæ per adoptionem filius, cognomento Vlpus Crinitus, duodecimus Romanorū Imperator, Hispaniarum regnum accepit anno Christi 101. Hic apud Seleuciam Isauriæ profluuio ventris extinctus est, anno ætatis suæ 63. mense 9. die 4. quum annis 19. mēibus 6. imperasset, referente Eusebio. His temporibus, teste Plinio libro 9. cap. 5. in Gaditano Oceano visus est marinus homo, toto corpore ab soluta similitudine ascēdere nauigia nocturnis tēporibus, statimque degrauari quas insederit partes, & si diutius permanferit, etiam mergi.

120

Hadrianus.

HADRIANVS cognomento Helius, decimus tertius Romanorum Imperator, Hispaniarum regnum suscepit anno salutis humanæ 120. origo cuius vetustior a Picentibus, posterior ab Hispaniensibus manat. Pater Ælius Hadrianus cognomento Afer fuit, consobrinus Traiani Imperatoris: mater Domitia Paulina, Gadibus orta: soror Paulina, nupta Seruiano: vxor Sabina. Auus Marillinus, primus in sua familia senator populi Romani fuit. Natus est Romæ 9. Kal. Februarii. Hispanias cū petiisset (vt scribit Spartianus) Tarracone hyemauit, vbi sumptu suo ædem Augusti restituit, omnibus Hispanis Tarraconem in conuentū vocatis, delectumque ioculariter, vt verba ipsa ponit Marius Maximus, detre et antibus Italicis, vehementissime cæteris, prudenter & caute consuluit. Quo quidem tempore non sine gloria grauissimum periculum adiit. Apud Tarraconem spaciās per hospitiua viridaria, seruum in se cum gladio furiosus irruentem, retentum ministris accurrentibus tradidit, & vbi furiosum esse constitit, medicis curandum dedit, in nullo omnino commotus. Inde Romam venit, & quum annis 22. imperasset, maior sexagenario apud Baias moritur, teste Eusebio.

141

Titus Antoninus.

TITVS Antoninus cognomento Pius, decimus quartus Romanorum Imperator, cum Aurelio & Lucio filiis Hispaniarum regnū obtinuit, anno humanæ salutis

nae salutis 141. Qui quum annis 23. mensibus tribus imperium administrasset, ætatis suæ 72. teste Eusebio, apud Lorium villā suam, 12. ab vrbe Roma milliario moritur. Ab Aurelio filio eiusdem Titi Antonini crediderim Aureliam (quæ & Carriſſa) oppidum Bæticæ, nomen habuisse. Trogus Pompeius Hispanus his temporibus floruit, qui totius Hispaniæ historiam, a Belo Nini Assyriorum rege, vsque ad monarchiam Cæsaris conscripsit, & in quatuor & quadraginta distinxit libros, quorum Iustinus historicus eius discipulus epitomē, id est abbreviationem, fecit.

Marcus Antoninus.

164

MARCVS Antoninus Philosophus, cognomento Verus, decimus quintus Romanorum Imperator, vna cum Lucio Aurelio & Commodo in Hispaniis regnare cepit anno Iesu Christi 164. Hic Hispanis Italica electione exhaustis, cōtra Traiani præcepta, verecunde consuluit, teste Iulio Capitolino. Per idem tempus quum Mauri Hispaniam prope omnem vastarent, res per legatos bene gestæ sunt. Et ne non vbique gentium per id tempus laboraretur, Sequanos & Lusitanos auctoritate compressit, qui sponte res nouas moliri dicebantur. Tandem vbi annis 18. mense vno imperasset, in Pannonia morbo perit, referente Eusebio.

Commodus.

183

COMMODOVS, decimus sextus Romanorum Imperator, mortuo Marco Antonino Vero, Hispaniarum regnum accepit anno salutis humanæ 183. & quū annis 13. regnasset, apud Romam in domo Vestiliani strangulatur, teste Eusebio. Clodius per hoc tempus (vt auctor est Iulius Capitolinus) Hispanias, nec non provincias alias deficientes ab imperio, subegit.

Helius Pertinax.

195

HELIVS Pertinax, decimus septimus Romanorum Imperator, septuagenario maior, ex Senatus consulto iussus est imperare, & in Hispaniis regnare cepit anno salutis humanæ 195. & quum mensibus sex, vna cum Iuliano imperasset, occiditur, vt Eusebius refert. Ab hoc Iuliano crediderim Iulianos populos, qui Plinio Ceritani, nomen accepisse.

Seuerus.

196

SEVERVS, decimus octauus Romanorum Imperator, Hispaniarum regnū inchoavit anno Christi 196. Hic (Spartiano teste) anno ætatis suæ 32. ad Hispanias a Marco Antonino Vero missus, omniauit sibi dici, vt templum Tarraconēse Augusti quod iam ruinam minabatur, restitueret. Eo iam Imperatore creato, Hispanorum proceres multi occisi sunt. Moritur in Britannia, quum annis 18. regnasset, vt ait Eusebius.

Bassianus.

214

BASSIANVS, prædicti Seueri filius, cui Antonino Caracallæ cognomen fuit, decimus nonus Romanorum Imperator, regnum Hispaniarum accepit anno humanæ salutis 214. & quum annis 6. regnasset, ætatis suæ 44. interficitur, vt refert Eusebius. Ab eo crediderim Caracam Hispaniæ ciuitatem quæ nunc *Guadalajara* dicitur, nomen sumpsisse.

Macrinus.

220

MACRINVS Opilius, vigesimus Romanorum Imperator, in Hispaniis regnare cepit anno saluatoris Iesu Christi 220. Anno tantum vno cum imperasset, in Archelaide occiditur, vt auctor est Eusebius.

Marcus Aurelius.

221

MARCVS Aurelius Antoninus, cognomento Heliogabalus, vigesimus primus Romanorum Imperator, Hispaniarum regnum accepit anno Domini Iesu

An. Christi Christi 221. Quum annis quatuor imperium administret, tumultu militari cum matre Seniasyra Romæ occiditur, vt Eusebius dicit.

225

Alexander Mammeæ filius.

ALEXANDER Mammeæ Christianæ filius, vigesimus secundus Romanorum Imperator, Hispaniarum regnum suscepit anno salutis humanæ 225. annis regnavit 13. Moguntiaci tumultu militari occisus, authore Eusebio. Iulitta, ex Hispania prouincia & primoribus ciuitatis Iconiorum progeniem ducens, per hæc tempora vna cum Cyriaco filio paruulo pro Christi religione martyriū passa, cœlum ascendit, anno domini 230.

238

Maximinus.

MAXIMINVS Iulius, vigesimus tertius Romanorū Imperator, Hispaniis dominari cœpit anno ab aduētū Iesu Christi 238. & postquam annis tribus imperasset, Aquileiæ a Pupieno occiditur, vt refert Eusebius.

241

Gordianus.

GORDIANVS vigesimus quartus Romanorum Imperator, Hispaniarum administrationem suscepit, anno Christi 241. Annis 6. imperauit, & cum ab expeditione Parthica reuerteretur, haud lōge a Romano solo interfectus est, authore Eusebio.

247

Philippus.

PHILIPPVS, primus Imperatorum omnium Christianus, vigesimus quintus Romanorum Imperator, Hispaniarum regnū accepit anno Saluatoris Iesu Christi 247. Hic annis 7. regnavit, & apud Veronam occiditur, referente Eusebio.

253

Decius.

DECIVS, vigesimus sextus Romanorum Imperator, Hispaniarum regnum tenere cœpit anno humanæ salutis 253. & post imperii annum vnum, menses tres, in Aprutio cum filio occiditur, teste Eusebio. Decianam ciuitatem Hispaniæ crediderim ab eo nominatam. Olimpiadus & Maximus nobiles Hispani, Cordubæ his temporibus iubente Decio, primo fustibus cæsi, deinde plumbatis, ac ad vltimum capitibus eorum securibus cæsis, martyrio coronati sunt, 17. Kal. Maii. Parmenus, Helmienas & Chrysotolus presbyteri, Lucas & Mucius diaconi, per idem tempus in ciuitate Cordubensi, præsentē persecutore Decio, variis suppliciis lacerati, ad vltimum gladio pro fide Christi cruciati sunt, 10. Cal. Maii.

254

Gallus Hostilianus.

GALLVS Hostilianus, vigesimus septimus Romanorum Imperator, vna cum Volusiano eius filio, Hispaniarum regnum tenere cœpit anno salutis humanæ 254. & cum annis duobus, mensibus quatuor regnassent, in Foro Flamini, siue (vt alii putant) Interamnæ ambo interfecti sunt, vt ait Eusebius. Ab hoc Gallo crediderim Gallos populos in Lusitania iuxta paruam Augustam, & Galli portū, nomen habuisse.

257

Valerianus.

VALERIANVS Licinius, vigesimus octauus Romanorum Imperator, vna cum Galieno filio in Hispania regnare cœpit anno ab aduentu Christi 257. & post imperii annum 15. interfecti sunt, teste Eusebio. Valeria quæ in Castella episcopalis est ciuitas, hodie *Quenca*, existimarim nomen ab eo inditum. Germani superiores histemporibus abraſa potiuntur Hispania: a quibus Germani, qui Oretani, & Oretum Germanicum, Estremaduræ oppidum (hodie *Calatrana* vocant)

na vocant) conditum: & Germanica Legio dicitur ciuitas eius regni metropolis, vulgo *Leon*, cuius in Nerua superius meminimus, quam Galienus a Germanis oppugnatam recepit. Hi item Burgenſi ciuitati (Burga siquidem Germanis oppidum dicitur) nomen imposuerunt, quum præfiscis temporibus Auca siue Brauum nominaretur. Laurentius Hispanus, Sixti pontificis maximi archidiaconus, per idem tempus Romæ via Tiburtina, præsentē Galieno, post multa virtutum insignia & plurima tormentorum genera, quarto idus Augusti martyrium constantissime compleuit. Fructuosus Episcopus, Eugurius, & Eulogius diaconi, eadem tempestate pro fide, Æmiliano præfide, in ciuitate Tarraconēſi passi sunt, 12. Kal. Februarii, quorum ossa iuxta Barcinonensem ciuitatem in monte Iouis, in sacello sanctæ Matronæ, requiescunt. Emitherius & Celidonius Hispani, sub hæc tempora primo apud Legionensem Galliciæ ciuitatē pro confessione nominis Christi plurimis afflicti tormentis, & Calagorinam illinc perducti, martyrio coronati sunt, quinto nonas Martii. Corpora eorum in oppido Cordona episcopatus Vrgellenſis requiescunt.

Claudius.

272

CLAVDIVS, vigesimus nonus Romanorum Imperator, Hispaniarum regnum obtinuit anno Iesu Christi 272. Hic anno vnus, mēſibus nouem quum regnasset, ab humanis Firmii discessit, vt ait Eusebius.

274

Aurelianus.

AURELIANVS, trigesimus Romanorum Imperator, Hispanias regere cœpit anno humanæ salutis 274. & quum annis quinque, mensibus sex imperasset, inter Constantinopolim & Heracleam, in Cenophrurio viæ vetetis, persecutionem in Christianos mouens, fulmine ictus occiditur, teste Eusebio.

Tacitus.

279

TACTIVS, trigesimus primus Romanorum Imperator, Hispanias gubernare cœpit anno Saluatoris Iesu Christi 279. Hic mense sexto sui imperii militari scelere apud pontem perit, vt ait Eusebius.

30

Florianus.

FLORIANVS, trigesimus secundus Romanorum Imperator, in Hispaniis imperare eodem anno, quo Tacitus, nempe 279. & diebus octoginta tantum imperio potitus, apud Tharsum interficitur, referente Eusebio.

Probus.

280

PROBVS, trigesimus tertius Romanorum Imperator, in Hispania regnare cœpit anno Saluatoris 280. Hic, teste Flauio Vopisco, Proculum & Bonifum Hispanienses qui Hispanias vindicarunt, deuicit, & Hispaniis nonnullisq; aliis prouinciis permisit, vt vites haberent, vinumq; conficerent. Post annos sex & menses quatuor quibus imperauerat, apud Sirmium in turri quæ vocatur ferrata, tumultu militari occiditur, vt Eusebius scribit.

Carus.

286

CARVS, Narbonensis, trigesimus quartus Romanorum Imperator, cum Carino & Numeriano filiis, Hispaniarum regnum accepit anno humanæ salutis 286. & quum annis duobus imperasset, apud Murgum prælio victus occiditur, vt ait Eusebius. His quoque temporibus Alemanni sub Galerio præfide in Hispaniam penetrantes, Gallis attritis in Italiam irruerunt: sed eorum deinde Constantius magnam fecit stragem.

Diocletianus.

288

DIOCLETIANVS Dalmata, vna cum Maximiano cognomēto Herculeo, trigesimus quintus Romanorum Imperator, Hispanias administrare cœpit anno salutis humanæ 288. quo tempore Constantius, Diocletiani successor, Hispanias cum summo otio tenuit. Hi cum annis 20. regnassent, Diocletianus Nicomedia, Maximianus Mediolani purpuram deposuerunt, referente Eusebio. Eulalia

Nn

An. Christi virgo Barcinonensis iis temporibus, sub Daciano præfide, post multa ac varia tormenta acerbissimum martyrium passa est, pridie Idus Februarii. Iulia apud Barcinonenses, comes Eulaliæ ite martyris, sub præfide Daciano, capite truncata est, ut auctor est Volaterranus. Eulalia Hispalensis virgo per id tempus cum 13. esset annorum, in ciuitate Emerita, pro Christi cōfessione, Calphurniani præfidis iussu, primo equuleo suspenfa & exungulata, demum quū ardentes lampades ad vtrumque latus admotæ fuissent, igne hauſto, 4. Idus Decembris, Deo spiritum reddidit. Leocadia quoq; celeberrima virgo, a Daciano Hispaniæ præfeto tanquam Christiana capitur, & apud Toletum urbem carceri mancipatur: vbi cum grauissimos beate Eulaliæ Emeritensis & reliquorum martyrum audiret cruciatus, positus in oratione genibus, quinto Idus Decembris impollutū Deo reddidit spiritum. Vincētius leuita, natione Hispanus, beatissimi papæ Sixti discipulus, per hæc tempora apud Valentiam Hispaniæ urbem, vna cū Valerio ipsius urbis Episcopo, & Sabina, & Christina, acerbissimum martyrium a Daciano præfide perulit. eius autē celebre festum 11. Kal. Februarii celebramus. Optatus, Lupercius, Successus, Martialis, Vrbanus, Iulius, Quintilianus, Publius, Frontonus, Felix, Cæcilianus, Euotus, Primitius, Apodemius, & quatuor alii Saturnini nūcupati, sub eodem Daciano præfide in ciuitate Cæsaraugustana passi sunt, decimo septimo Kalēdas Maii. Carpophorus presbyter, & Abuntius diaconus, apud Hispalim ciuitatē his temporibus a crudelissimo Maximiano martyrium passi fuerunt. Engratia virgo & 20 martyr sanctissima, apud Cæsaraugustā ciuitatē per hæc tempora, sub eodem Daciano, pro Christi religione & amore ardentissimo, sæuissimis pœnis & tormentis affecta, Christo animam reddidit. Marcellus & Nona ciues Legionis, genere nobiles, hoc vixerunt sæculo. Quibus cum essent filii duodecim, horum vndecim cum patre Marcello, pro Christi religione vna die martyrium passi fuerunt acerbissimum. Quos Nona mater vt extinctos vidit, Deum orauit, vt eam cum filio superſtite a vitæ periculis eriperet. Quæ cum dixisset, repente Draco exortus est, a quo mater statim cum filio diuinitus absorpta est.

308

Constantius.

CONSTANTIUS & Galerius, trigēsimi sexti Romanorum Imperatores, regnum Hispaniarum tenere cœperunt anno Saluatoris treccētesimo octauo. Himolem imperii inter se partiti, Galerius Orientem sortitus est, Italiam Constantius cum tota Africa, Hispania, & Gallia. Cæterum homo frugi, minimeque ambitiosus, Hispaniæ duntaxat Galliaque imperio contentus vixit, cuius popularitate & clementia Hispania Galliaq; florebat. Regnavit cum Galerio annis quatuor, & in Britannia diem clausit extremum, auctore Eusebio.

312

Constantinus Magnus.

CONSTANTINVS cognomento Magnus, trigēsimus septimus Romanorum Imperator, mortuo Constantio patre, Hispaniarum regnum obtinuit, anno salutis humanæ 312. Imperium administravit annis triginta mensibus decem, & in Acirone villa, iuxta Nicomediam mortuus est, ætatis suæ anno sexagesimo sexto, vt refert diuus Hieronymus. Iuuenus Hispanus, poeta & presbyter, genere quidem nobilis, sed virtute & doctrina nobilior, per hoc tempus admodum clarus existens, Evangelia omnia quatuor libris, versibus explicauit heroicis, atque alia quædam, eodem metri genere, de sacramentis.

341

Constantinus.

CONSTANTINVS eo nomine secundus, Constantius, & Constans, Constantini Magni filii, trigēsimi octauo Romanorum Imperatores, regnare cœperunt anno Christi 341. Hi tres imperium quod per manus acceperunt, ita partiti sunt, vt Constantinus natu maximus, Hispanias, Gallias, & Britanniam: Constans Italiam cum Illyrico & Græcia teneret: Constantius Thracia in qua Constantinopolis, & Asia minori, Syria, Mesopotamia, & Ægypto potiretur. At Constantinus tertio quo imperium administrauerat anno, aduersus Constantem fratrem iusto prælio decerta-

certaturus, iuxta Aquileiam insidiis hostium circumuentus, anno ætatis suæ 25. *An. Christi* occiditur. Constans decimotertio imperii anno, haud longe a Helena (est hoc in agro Perpiniano, siue Rossilonensi municipium, hodie *Elna*) incaute trucidatur, cum annos vixisset 30. Constantius autem Mopsocrenis inrer Ciliciam & Cappadociam moritur, post annos viginti quatuor, mēses quinq; dies duodecim, quibus imperio præfuerat, ætatis vero suæ anno 45. vt auctor est Diuus Hieron. Gorhi sub auspiciis Athanarici qui primus eius gentis rex (Michaelē Ritio teste) traditur, Hispaniæ fines ingressi, sedes posuerunt anno dominicæ salutis 343. qui anno decimo tertio post Hispaniæ adeptum regnum, diem clausit extremum. Postea vero Hispani recepti sunt virtute Theodosii Cæsaris, qui Gothos annis octodecim imperata facere cœgit, & in officio cōtinuit, vsq; ad tempora Alarici Gothorum regis.

Iulianus Apostata.

365

IULIANVS, trigēsimus nonus Romanorum Imperator, cognomento Apostata, Hispaniarum regnum accepit anno Saluatoris Iesu Christi 365. Hic anno primo, mense septimo imperii sui, ætatis vero 32. interit, vt ait diuus Hieronymus.

Iouinianus.

367

IOVINIANVS, quadagesimus Romanorum Imperator, Hispaniarum regnum accepit anno salutis humanæ 367. & mense octauo imperii sui moritur, ætatis vero suæ trigésimo quarto, vt refert Hieronymus.

Valentinianus.

368

VALENTINIANVS & Valens, quadagesimi primi Romanorum Imperatores, Hispaniarum regnum acceperunt anno Christi 368. & annis 13. mensibus quinque imperarunt, vt habet D. Hieronymus. Damasus Papa, cognomine primus, natione Hispanus, patre Antonio, his temporibus claruit, excellentis eruditionis & sanctimonix pontifex. Hic propemodum nonagenarius diem obiit, 3. Idus Decemb. Vigilantius presbyter Hispanus, Barcinonensem parochialē Ecclesiam (vt ait Hieronymus) per ea tempora tenuit, & ipse nonnulla religionis zelo plena conscripsit: sed humanæ laudis studio deuictus, secundam Danielis visionē prauo sensu exposuit, sanctorum quoq; reliquias minime venerandas, vigilias non obseruandas, & alia friuola multa. Aquilius Severus in Hispania iis temporibus claruit. Hic volumen composuit quali *idimonium*, vt Diuus Hieronymus refert, totius vitæ suæ statum continens, tam prosa quam versibus, quod vocauit Catastrophen.

Gratianus.

382

GRATIANVS cum fratre Valentiniano, quadagesimus secundus Romanorum Imperator, in Hispania regnare cœpit anno Saluatoris Iesu Christi 382. Annisque sex regnum obtinuerunt, vt refert Prosper. Prudentius episcopus Armenthiæ quæ non longe a Victoria Hispaniæ citerioris ciuitate distat, postea vero Turiafflonensis, per hos dies insignis & inclytus doctor habitus est, & aduersus Sabellianos & Iudæos multa scripsit. Obiit non absque opinione sanctitatis, eiusque festum quarto Kalendas Maii celebratur.

Valentinianus.

388

VALENTINIANVS cum Theodosio, quadagesimus tertius Romanorum Imperator, Hispaniarum regnum accepit anno salutis humanæ 388. & annis septē regnum obtinuit, vt ait Prosper. Osius Episcopus Cordubæ per ea tempora præclarus in diuinis humanisque scripturis effulſit, qui quum eminentissimi esset ingenii, scripsit plura ac præclara opuscula, & inter alia de virginitate.

Theodosius.

395

THEODOSIUS, genere Hispanus, quadagesimus quartus Romanorum Imperator, cum iam per quatuordecim regnaret annos, cum Arcadio & Honorio filiis, Hispaniarum regnum gubernare cœpit anno Christi trecentesimo nonagesimo quinto. Hic Theodosius Honorio patre, & matre Thermania, haud dubie

An. Christi inter optimos principes habetur, quippe qui Rempublicam Gothicis armis pene oppressam, a Gratiano ex Hispania quæ illi patria, accitus libertati restituerit. Maximum tyrannum & Andragathium præfectum eius, subito incurfu eiectos occidit, mortuisque Gratiano & Valentiniano quibus cum illi commune fuit imperiū, regnum obtinuit. Obiit Mediolani, cum annis tribus cum filiis suis imperasset, ut ait Prosper. Claudianus Poeta, natione Hispanus, per ea tempora floruit, librosque duos, Claudianum scilicet maiorem & minorem edidit, multaque alia celebribus sententiis & prouerbis referta. Habundus siue Auitus presbyter Hispanus his temporibus vixit, qui ad Orosium reuelationem & inuentionem protomartyris Stephani e Græco in Latinam linguam conscripsit. Martianus per idem tempus 10 vrbis Barcinonensis episcopus, tam vita quam sermone clarus scripsit varia opuscula. Crediderim vero esse Pacianum.

398

Arcadius.

ARCADIVS, quadragesimus quintus Romanorum Imperator, quum iam 12. regnasset annos cum fratre suo Honorio, Hispaniarum regnum gubernare cepit anno aduentus veri Messæ 398. & annis 13. imperauit, teste Prospero. Paulus Orosius, presbyter Hispanus, patria Tarraconensis, diui Augustini discipulus, vir eloquens & historiarum cognitor, per hæc tempora claruit. Chronicam scripsit ab exordio mundi vsque ad sua tempora. Decessit in Aphricâ apud Carthaginem, sepultus vero Romæ in templo Eusebii ad trophæa Marii. 20

411

Honorius.

HONORIVS, quadragesimus sextus Romanorum Imperator, mortuo Arcadio fratre, Hispaniarum regnum vna cum Theodosio fratre suo administrare cepit, anno humanæ salutis 411. quo Hispanias Alarico regi Gothorum habitandas assignauit, ut scribit Platina & alii quamplurimi. Gundericus filius Modigifilli regis Vandalorum, per hæc tempora cum Alanis & Sueuis Hispanias occupauerat. Qui, ut refert diuus Antoninus, ad tantam miseriam incolas deduxerunt, ut famis indigentia humanas carnes ederent. Regnavit autem Gundericus in Galicia annis quadraginta sex, & capta Hispali, quæ nunc *Senilla* vocatur, quum impie elatus, manus in Ecclesiam ipsius ciuitatis extendisset, mox Dei iudicio a dæmone 30 correptus interiit. Huic Gensericus frater in regno successit, & in Aphricam trãsiit. A Vandalis, ut quidam volunt, Wandalia, quæ Wandalusia, aut vulgo *Andaluzia*, nuncupatur. A Sueuis autem Sueuiam Bæticæ oppidum cuius Ptolemæus meminit, denominari puto, quod modo Suelum, antiquitus vero *Chiptona*.

411

Alaricus.

ALARICVS Pannonius de gente Balthorum, nondum Hispanias intrauerat, cum Gothis ab imperio desciscētibz, eorum rex creatus esset. cui Honorius Imperator, grata confirmatione, Hispanias ad habitandum assignauit, easque gubernare cepit anno Christi 411. sed vigesimo tertio sui principatus anno repente 40 fato functus est, ut refert Michael Ritiuz Neapolitanus. Sūt Gothi populi Scythici, circa Cimbricam Chersonnesum & Noruegiam, qui nunc Sueci & Dani vocantur. Pacianus Barcinonensis episcopus his temporibus vixit, qui bene de fide sensit, Nouatianosque scriptis suis impugnavit, & in sanctorum numerum est relatus. Eius natale septimo Idus Martii celebratur. Dexter Paciani præfulis filius, vir clarus, simul & Christi fidei deditus, fertur omnimodam historiam edidisse. Patria Barcinonensis, præfectusque prætorii Theodosii principis fuit, teste libro de viris illustribus.

434

Athaulfus.

ATHAULFVS obaffinitatem & genus Alarici, ex consensu omnium Gothorum 50 in defuncti locum substitutus, principatum obtinuit, & in Hispania regnare cepit anno saluatoris Iesu Christi 434. Qui matrimonio sibi iuncta Galla Placidia, Theodosii principis filia, & Arcadii Honoriique Imperatorum sorore, Vandalos, Alanos, Sueuos, & Hunnos valida manu insequitur. Illi audito Athaulfi aduentu, dimissis Galliis Hispanias petiit. Athaulfus vero post deuastatas diu Gallias, primus

primus omnium Gothorum Hispanias ingreditur, Vandalos cæterosque barbaros cæsurus. Qui quum apud Barcinonem ciuitatē Hispaniæ citerioris maneret, dolo suorum occisus est, anno regni sui sexto, ut scribit Ritiuz. Sepulchri eius (authore Hieronymo Paulo Barcinonensi) in vico paradisi, sublimiore eiusdem vrbis parte, vestigia quædam extant, nempe columnarum partes, & non Hercules, ut fama habetur.

Sigericus.

440

SIGERICVS a stirpe propior (ut aiunt) post Athaulfi mortem a Gothis rex creatus est, & in Hispaniis regnare cepit anno a Christiana salute 440. Quumque 10 filios suos Gericum, Wericum, Guntamendulum, Thrasamundum, & Ildericum reges & dominos per partes Hispaniæ dimittere voluisset, pacem cum Romanis pertractando, itidem a Gothis qui eum regem creauerat, interemptus fuit, anno septimo sui regni, teste Ritiuz. Arcadius, Probus, Paschasius, & Eutycius, viri Hispani, per hæc tempora dudum apud Gensericum Vandalorum regem merito sapientiæ & fidelis obsequii clari habebantur. quos rex ut sibi deuinctiores faceret, in Arianam sectam transire præcepit. At illi facinus constantissime respuentes, martyrio mirabiliter occubuerunt. Puer autem Paulillus nomine, frater Paschasii & Eutycii, pro elegantia formæ atque ingenii admodum regi acceptus, a professione atque amore catholici fidei cum nullis minis deturbari posset, diu fustibus cæsus, ad infamem seruitutem damnatus est. Eorum natale pridie Idus No- 20 uembris celebratur.

Vallia.

447

VALLIA post mortem Sigerici, gubernacula Gothorum suscepit, ad hoc electus, ut pacem cum Romanis infringeret: & in Hispania regnare cepit anno salutis humanæ 447. Hic timens a suis popularibus inuidiam, classem ad Aphricam occupandam summa ope comparat: sed nauium apparatus in Gaditano freto perit cum ingenti mortalium pernicie. Mutato vero idem rex consilio, datis optimis & lectissimis obsidibus, pacem optimam cum Honorio cõposuit. Insuper & Placidiam Gallam eius sororem, olim Athaulphi vxorē, restituit, quam post Athaulphi cædem penes se honorifice & honeste habuerat: seseque obtulit cum suis Gothis aduersus Alanos qui Bæticam occupauerant, & difficillimo bello victos maxima cæde affecit, rege eorum Attaco apud Emeritam ciuitatem occiso. Fama pugnæ huius magnum incussit metum Hispaniam tenentibus. Qui superauerunt, relictis Lusitaniæ sedibus, ad Gundericum Vandalorum regem cuius supra in Honorio meminimus, in Galicia regnantem confugerunt. Sed postea tam Vandali & Sueui, quam Alani ei subiecti sunt. A supradicto Attaco rege crediderim deriuatum nomen Attacæ ciuitatis, de qua Ptolemæus. Vallia itaque subita vi morbi correptus, quum annis tribus regnasset, vita functus est, ut refert Michael Ritiuz.

40

Theodoricus.

450

THEODORICO post Valliam regnum Gothorum in Hispania defertur, anno domini Iesu Christi 450. Hic apud Arelatam Narbonensis Galliæ ciuitatem, in campis Catalaunicis, dum pro Romanis aduersus Attilam Hunnorum regem pugnaret, 23. anno sui regni occubuit, authore Ritiuz. In quo prælio (ut Platina refert) ad centum & octoginta millia hominum vtrinque cecidisse constat, neutra declinante acie aut cedente. Tres filios ex vxore suscepit Theodoricus, videlicet Torismundum, Theodoricum, & Henricum, qui omnes gubernacula Gothorum tenuerunt, & reges fuerunt. Audentius episcopus Hispanus, magni zeli & sanctimonie vir, per hoc tempus (ut Gennadius testatur) aduersus hæreticos de fide catholica librum egregium edidit, in quo maxime contra Photinianos, Manichæos, Sabellianos, & Arianos disputans, ostendit dominum nostrum filium Dei coæternalem. Turibius episcopus Asturicensis his temporibus innumeris claruit miraculis, & Christianam religionem ac fidem catholicam quam maxime iuuit. eius festiuitas Palentiæ celebratur 16. Kalend. Maii.

Nn iij

An. Christi

473

Torismundus.

TORISMUNDVS, siue Turismūdus, mortuo Theodorico patre, omnium suffragiis Gothorum rex creatus est, & Hispanias regere cepit anno ab humanae salutis restitutione 473. Hic in bello quod pater contra Attilam gessit, militans, dum patris mortui reperisset cadaver, statim regis exequiis illud apud Tolosam sepeliuit: quo sepulto, Aetio Galliarum praefecto suavit, ut Hunos superatos persequeretur. Sed ille renuens dixit & Hunnos victos, & Visigothos vereri. Quo responso Torismundus in regnum rediit, & postea a fratribus suis ob regnandi cupiditatem, anno tertio, alias septimo regni sui, interfectus est, referente Michaeli Ritio Neapolitano.

476

Theodoricus II.

THEODORICVS huius nominis secundus, mortuo Torismundo fratre, regnum occupavit Hispaniarum anno salutis humanae naturae 476. Hic principatu suscepto, cum Rhetiario Sueuorum rege Hispaniam inuadente confligens, & ad internecionem usque prostratus, Sueuos sibi subegit, & Lusitaniam, Baticamque, & multa alia suo regno adiecit. Ex eo tempore Principes Gothorum in Hispania regnarunt, eiusque monarchiam tenuerunt, non tamen sub Hispaniae titulo, sed Gothorum: siquidem illa Theodoricus non diu finibus sui regni adiecit. Hic postea (vt aiunt) ab Henrico fratre suo eandem necis sortem obtinuit, quam Turismundus, anno gubernationis sui regni septimo, vt refert Ritus.

483

Henricus.

HENRICVS frater Torismundi & Theodorici, filius Theodorici primi, quem supra narrauimus, post Theodorici fratris necem, regnum Gothorum obtinuit, & Hispanias administrare cepit anno ab aduentu Iesu Christi Saluatoris nostri 483. Hic Gothis author fuit, vt scriptis legibus vterentur. Quumque etiam Arelatum & Massiliam subiugasset, Theodomorus Ostrogothorum rex Christianissimus, a Gothorum iugo, ad Catholicam fidem conuersus, se surripuit. Regnavit autem Henricus annis decem & nouem, dum ab humanis excessit. Quo genere mortis obierit, non satis constat, vt Ritus scribit. Sabinus episcopus ex ciuitate Barcinonensi oriundus, his temporibus floruit, vir utique sanctissimus atque doctissimus, & prophetiae spiritu illustratus, in sanctorum numerum relatus est, cuius natale Idibus Februarii celebratur.

502

Alaricus II.

ALARICVS eius nominis secundus, in Henrici patris locum ex consensu omnium Gothorum rex creatus est, & in Hispania regnare cepit anno salutis humanae naturae 502. Hic Amalasintham, Theodorici Imperatoris filiam, in uxorem duxit. Erat autem haec foemina (vt ait Platina) ita Graecis & Latinis literis imbuta, vt cum quouis docto disputando congruere auderet. adhuc adeo exacte linguas Barbarorum callebat, vt sine interprete iis omnibus loqueretur. Cum hoc Alarico Clodoueus rex Franciae bello cogreditur, eoque perempto in agro Volgodensium, quicquid Galliarum Gothi possidebant, ad partes Franciae transtulit, quum hactenus reges Gothorum in Narbona Galliae ciuitate sedem tenuissent. Sed Theodoricus socer Clodoueo bellum intulit, quod Alaricum generum interfecisset, fugatisque ingenti praelio Francis, Vasconiam recepit, receptamque pro Alarico Alarici filio, donec adoleceret, gubernauit. Regnatum est Alarico annis 13. quum ab humanis discessit, referente Ritio.

515

Almaricus.

ALMARICVS, Alarico patre caeso, Gothorum regnum obtinuit, & Hispanias gubernare cepit anno ab aduentu domini 515. Hic uxorem duxit Torillam, Clodouei

An. Christi

Clodouei regis Franciae filiam. Cui apud Barcinonam citerioris Hispaniae ciuitatem manenti, Childebertus frater Torillae, bellum intulit, sororis contumeliam vlturus, quae Almarico locata, & Arianæ sectae cum marito seruire recusans, querebatur quod ab eo indigna pateretur. Almaricus suis opibus diffusus, fugam molitus est, atque iter ad mare petiit, sed cursu ab hoste preuentus, interficitur anno sui regni octauo. Ab isto *Almaria* ciuitas dicta est, quae antiquitus Abdera nominabatur. Gothi vero tumultuario bello leuati, in Almarici locum sibi Theutam regem creant, instante Amalasintha Almarici matre, vt ait Ritus Neapolitanus. Ildorus Episcopus, Hispani generis, Apocalypseos haud vulgaris interpretis, per haec tempora claruit. Iustinianus Valentiniae ecclesiae antistes his temporibus floruit, non obscurum nomen adeptus praedicatione, rerumque diuinarum studio. vixit sub Felice summo Pontifice.

Theuta.

523

THEUTA (vt diximus) ab Amalasintha, Almarici matre rex creatus, eam in balneo suffocandam curauit, non expectata fatali die, & Hispanias gubernare cepit anno salutis humanae naturae 523. Hic frater consobrinus Almarici erat, & (vt refert Platina) ita Graecis & Latinis literis edoctus, vt Platonis disciplinam optime calluerit. In eadem suam Gothos accendit habitus histrionici deformitate, quem palam passimque gestabat. Tempore ipsius quum Galli adhuc in Hispania Tarraconensi manerent, mortuo Almarico, lectissimos viros ei miserunt, vt eis regressum consentiret. Qui vno die tantum regressum eorum consensit, & qui superfuerunt, eos necari iussit. Postea vero quum Italiam per mare cum exercitu transfretasset, ab inimicis interemptus fuit, anno imperii sui 12. mense quinto, auctore Ritio.

Tendesilius.

535

TENDESILIVS consensu omnium Gothorum, regnum accepit Hispaniarum anno a natiuitate Christi 535. qui forte per id tempus exercitui praerant, impositus a Theuta, cuius affinis esse dicebatur. Is quum mulieres libidini suae non contentientes occidi fecisset, apud Hispalim, quae nunc *Sevilla* vocatur, orta seditione obruncatus est, anno primo, mense septimo regni sui, teste Ritio Neapolitano.

Agila.

537

AGILA post mortem Tendesilii, in eius locum subrogatur, & Hispaniae regnum suscepit anno Iesu Christi 537. Hic cum magno exercitu ad oppugnandam Cordubam a Romanis occupatam progressus, filio trucidato, magnaque suorum strage perpeffa, ad Emeritam ciuitatem Beticam properauit, vbi ab eisdem Gothis qui regem eum creauerant, metu Romanorum interfectus est, anno regni sui quinto, mense septimo, vt Michael Ritius narrat.

Athanagildus.

543

ATHANAGILDVS Gothorum rex dominatum occupat post mortem Agilae, anno salutis humanae naturae 543. His namque temporibus (vt ait diuus Antoninus) legationem in Hispaniam misit Higibertus rex Franciae ipsi Athanagildo, cum multis muneribus, petens eius filiam Brucildem in uxorem, quam impetrauit. Erat enim puella elegans, pulchra, & ingeniosa, vt refert idem diuus Antoninus. Athanagildus autem quum apud Toletum vltioris Hispaniae ciuitatem permanisset, morbo consumptus est, anno regni sui 15. mense 6. teste Ritio.

Limba.

558

LIMBA quem Luybam nonnulli vocant, rex tandem a Gothis qui Narbonam incolabant, creatus est, & in Hispania regnare cepit anno ab aduentu Iesu Christi 558. Hic anno secundo sui principatus Leonogildum fratrem regni successorem

An. Christi instituit, & quum triennio regnasset, ab humanis excessit. Leonigildus Theodosiam, Seueriani ducis nouæ Carthaginis filiam, in vxorem duxit, qui quidem Seuerianus filius Theodosii regis Gothorum fuit. Cantabriam prouinciam, Nageriam, atque Sabariam ciuitates ob rebellionem deuastauit, Leonem a senominatam restaurauit, reliquias Sueuorum ex Hispania eiecit, rege Andeca superato (ii regnum semel in Hispania constitutum, per annos 177. tenuerāt) filium suum natu maximum, nomine Hermelgundum, qui patri in regnum successurus erat, primo regno priuauit, quod ab Ariana perfidia qua pater languebat, ad veram conuersus esset fidem: deinde in conuētū Hispali in acie captum, in carcerem reuulsit, manibus propriis securi percussit, anno salutis 572. Sed ad ostendendam eius gloriam, diuina miracula non defuerunt. nam ad eius corpus postmodum cantus angelicus auditus fuit, lampadesque ardentes visa. Eius festum 6. Idus Iulii celebratur. At Leonigildus quum in morbum incidisset, profligata valetudine (vt quidā aiunt) pœnitentiam egit. Ab his in Cantabria condita est ciuitas Recoprelim. Regnauit annis duodeuiginti, & in ciuitate Toletana excessit ab humanis, vt narrat Ritus Neapolitanus. Leander Hispalensis episcopus, Seueriani Carthaginis nouæ ducis filius, his temporibus claruit, vir plane sanctus, & doctrina atque eloquentia præcipuus, cuius prædicatione, exemplo, ac industria tota Visigothorum gens per Recaredum eorum regem ab Ariana impietate conuersa est: quam obrem & multa ad nostri dogmatis confirmationem, & ipsius Arianae heresis confutationem composuit. nam & eandem pestem Vandali illo ex Africa detulerant. Huic autem insigni viro beatus Gregorius papa adhuc monachus, Moralium suorum librum scripsit. Tandem vitæ sanctimonia, signorum & miraculorum virtute in finem clarus, inter sanctos relatus est, cuius festū 3. Kal. Martii celebratur. Scripsit egregius hic doctor aduersus hæreticos lib. 2. de virginitate, lib. 1. Orationum, lib. 1. de Sacrificiis, lib. 1. contra Arianos, lib. 1. de contemptu mortis, lib. 1. epistolarum, lib. 1. & alia quædam. Braulius, filius Seueriani ducis Carthaginis, & frater Leandri & aliorum, per hæc tempora in episcopum Cæsaraugustanæ ciuitatis diuinitus electus est. Nam cum multos eligerent, subito flamma super Braulii caput omnibus visa est. Quæ innoxia cœli conuexa petens, Braulium episcopatus dignitate decorandum, cæteri que præferendum significauit. Episcopus igitur electus, religioni Christianæ multum profuit. Martinus episcopus Mandouensis his temporibus claruit, multosque verbo prædicationis ad fidem Christi conuertit, & inter alios Mironem a gente Sueua regem qui per hoc tempus Galliciam prouinciam obtinebat, cui scripsit librum de Christiani principis institutione.

576

Recharedus.

RECHAREDVVS post mortem Leonigildi patris Gothorum regno successit, & in Hispania regnare cœpit, anno saluatoris Iesu Christi 576. filiamque Childerberti Francorum regis in vxorem duxit. Hic non patrem perfidum, sed fratrem martyrem sequens, ab Ariana hæresi ad veram fidem cōuersus est, totamque Gothorum gentem ad catholicam & veram fidem perduxit, nullumque in regno suo militare permisit, qui regno Dei hostis existeret per hæresin. Hic anno decimo (vt Sigisbertus ait) synodo apud Toletum duorum & septuaginta antistitum congregata, ibique Ariana hæresi abdicata & anathematizata, in catholica fide cum toto Gothorum cœtu confirmatus, Arianum dogma a finibus Hispaniæ eiiciendum curauit. Lectiones & hymnos qui horis singulis præmittuntur, concilium ipsum Toletanum approbauit. Concilio Toletano quod sub Eladio Archiepiscopo Toletano celebratum est, interfuerunt inter alios Mansonius Archiepiscopus Emeritæ, Euphemius Archiepiscopus Tarraconensis, Leander Archiepiscopus Hispalensis, Magicius Archiepiscopus Narbonensis, & Parchadius Archiepiscopus Bracarenensis. Obiit autem sanctus Dei Recharedus in ciuitate Toletana, anno sui regni 15. vt Ritus refert.

*Luyba**Luyba II.**An. Christi*

LVYBA alter a priore, quem Lymbam superius vocatum demōstrauimus, post mortem patris sui Recharedi accepit imperium, & in Hispania regnare cœpit anno humanæ salutis 591. Quumque annorum duodeuiginti esset, infidiis Victoricis, illustris inter Gothos viri, interemptus est, anno primo sui regni, referente Ritio. Florentina virgo, Isidori, Fulgentii, & Leandri, aliorumque sanctorum florentissima beatissimaque soror, his temporibus cum vitam ageret sanctissimam, monasteriis quadraginta præficitur, in quibus mille virgines vitam agebāt, deuotissime Deo famulantes. Demum a vita discedens, in sanctorum numerum relata est. Fulgentius, Florentinæ virginis aliorumque frater, per hæc tempora primo Astigitano episcopatu, deinde Carthaginensi præfuit, Arianos omnes, quum vir esset eruditissimus, miris operibus suis fortiter oppressit. Annum tandem agens 66. conuocatis Leandro fratre Hispalensi episcopo, & Laureano amicissimo episcopo Gaditano, summa cum gloria Kal. Ianuariis e vita migravit. Corpus eius ex Carthagine noua Hispalim translatum est, & simul cum sancti Isidori sui fratris corpore sepultum.

Victericus.

592

VICTERICVS, vir inter Gothos illustris, cæso Luyba, regnum sui domini occupauit, & Hispanias regere cœpit anno ab aduentu Saluatoris 592. Hic quum suos nimis crudeliter vexaret, eodem genere necis periit, quo Luyba, anno primo quo imperare cœperat, referente Ritio.

Gundemarus.

593

GVNDEMARVS regnum Gothorum ac Hispaniarū, mortuo sue cæso Victerico, sibi vsurpauit anno salutis humanæ 593. Duobus hic præliis clarus habetur, quorum primo Vascones, altero Romanos deuicit. Plurimas statuit leges in fauorem ecclesiarum, præcipue quod nullus inuitus a sacris templis extrahatur. Toleti post secundum sui principatus annum ex aduersa valetudine mature diem clausit extremum, teste Ritio Neapolitano.

Sisebutus.

595

SISEBYTVS, consentientibus omnium Gothorum votis, nouus rex creatus est, & in Hispania regnare cœpit anno Saluatoris Iesu Christi 595. qui verum Dei cultum, nostramque religionem mirifica pietate prosequutus est. In Africam trans Herculeum fretum ducto exercitu, plures in ea gentes in ditionem redegit. Regno suo Vasconiā adiecit, omnesque Hispaniæ ciuitates quæ ad Romanos defecerant, acquisiuit. Iudæos qui his temporibus Hispaniam incolebant, metu suppliciorum ad Christi fidem recipiendam compulit. Huius mentio fit distinctione 45. de Iudæis. Sunt qui dicant (inter quos est Platina) a Sisebuti demum tempore, Romanos (quibus omnes ciuitates, vt superius dixim⁹, ademerat) in Hispania imperare desiisse. Edificauit, suo sumptu Sisebutus ecclesiam sanctæ Leocadiæ in ciuitate Toletana. Regnauitque annis 26. mensibus septem, & morbo cōsumptus interiit, vt ait Ritus. Eladius alter, archiepiscopus Toletanus, per idem tempus claruit. Sanctus & doctrina copiosus Isidorus, Hispalensis Episcopus, iis temporibus mirabiliter effulsit. Hic Leandri successor, & Gregorii papæ discipulus fuit, multa que scripsit quæ fidem Christianam mirifice iuuant, inter quæ ista sunt: Etymologiarum lib. 20. De summo bono lib. 3. Allegoriarum lib. 3. De Astronomia lib. 1. Officiorum lib. 2. Ad sororem Romam lib. 2. Differentiarum lib. 1. Item de viris illustribus & vocabulis Grammaticis, Historiam quoque ab Adam vsque ad sua tempora, & Longabardorum gesta, sanctorum item quorundam vitas, breuem quoque Cosmographiam, & naturas rerum: ac super Pentateuchum, atque penne innumera. Et sanctus cum fuerit habitus, eius natale 18. Kal. Februarii celebratur. Ioannes monachus Visigothus, Gerundenfis postea episcopus, in Lusitania



An. Christi prouincia ortus, hac tempestate Christianam religionem & prædicatione & scriptis vbiq; plurimū iuuit. Hic quum sapere aliquid per ætatem cœpisset, ardore & desiderio discendi, ex Hispania Constantinopolim petiit: vbi quum literarū Græcarum & Latinarum doctissimus euasisset, in Lusitaniam prouinciā suam rediit, atque ibidem Arianam h̄eresin inualeſcentem sua doctrina facillime confutauit. Quamobrem h̄ereticis odiosus, in Barcinonensem ciuitatem relegatus fuit. Demum post multas persecutiones in patriam reuersus, monasterium condidit, & multa in eo reclusus conscripsit, ac rationem viuēdi monachis dedit. Eutropius similiter Valentinus episcopus, eruditissimus vir, per hæc tempora Hispaniæ plurimum profuit, eosque doctrina & exemplo in fide continuit. Cuius vitam virtutibus & miraculis illustrem Verus Hispalensis episcopus luculento sermone postea descripsit. Eius festiuitas 6. Idus Iunii celebratur.

622

Recaredus secundus.

RECAREDVVS eius nominis secundus, filius Sisebuti, paternum decus post eius mortem accepit, & in Hispania regnare cœpit anno ab aduentu Iesu Christi 622. & post quartum sui principatus annum ab humanis discessit.

626

Suintilla.

SUINTILLA Recaredi primi filius, regnum Gothorum Hispaniarumque accepit, defuncto Recaredo secundo, anno salutis humanæ naturæ 626. Hic sub Sisebuto dux fuit, & Romanos bis deuicit, & totius Hispaniæ monarchiam, exclusis omnibus Romanorum vestigiis, primus obtinuit. Fuit bello victoriosus, & (vraic Lucas Tudensis) inter reges Gothorum, Hispaniæ principatum non minus prudentia, quam virtute prælii auxit. Quumque 10. regnasset annis, Rachimirum filium suum in regni societatem accepit. Quoniam vero Rachimirus mature patrem secutus est, breuique post eum regnavit, non venit in ordinem per se regem, sed cū patre confunditur, vt Ritius insinuat. Alii itaque duo filii Suintillæ m̄terunt, Suintilla & Sifunandus, quos pater ex Theodora Sisebuti filia susceperat, qui post patrem regnauerunt. Severus episcopus Barcinonensis his temporibus Episcopatum assumpsit, vir quidem optimus & sanctissimus, & multarum rerum experientiam omnium iudicio consecutus, adeo vt vnus fuerit septuaginta illorum episcoporum qui leges Gothicas in Hispania condiderunt. Hic a Barbaris Gothis qui Cathaloniam incolebant, clauo capite confosso, martyrio coronatur 8. Idus Nouembris, anno redemptoris Iesu Christi 638.

636

Sifunandus.

SISVNANDVS Suintillæ primi filius, post mortē patris & Rachimiri fratris rex creatus est, & Hispanias regere cœpit anno domini Iesu Christi 636. qui tertio sui regni anno conuentum 68. antistitum apud Toletum congregauit, in ecclesia sanctæ Leocadiæ, cui præfuit Iustus archiepiscopus Toletanus. Adfuerunt eidem synodo inter alios episcopos, Isidorus archiepiscopus Hispalensis, Escluanus archiepiscopus Narbonensis, Iulius archiepiscopus Bracharensis, & Audax archiepiscopus Tarraconensis. Regnauerat Sifunandus annis quatuor, dum ab humanis ex ægritudine in quam inciderat, recessit, authore Michael Ritio.

640

Suintilla II.

SUINTILLA eius nominis secundus, Suintillæ primi filius, defuncto Sifunando fratre, Gothorum Hispaniarumque regno successit anno salutis humanæ naturæ 640. Hic quintam & sextam synodum in ciuitate Toletana congregauit. Primæ & secundæ præfuit Eugenius per hæc tempora archiepiscopus Toletanus. Constabat hæc 22. episcopis, inter quos Ebraulius Cæsaraugustanus episcopus, vir morum comitate, doctrina, & vitæ sanctimonia clarus. Regnauitque Suintilla annis quatuor, inque Toletana ciuitate obiit, vt scribit Michael Ritius Neapolitanus.

*Tulga.**Tulga.**An. Christi*
644

TVLGAM regia stirpe genitum, mortuo Suintilla, Gothi sibi regem creant, anno ab aduētū Saluatoris Iesu Christi 644. Hic Catholicus & optimus rex fuit, humilis, liberalis, cultor iustitiæ, dilectus a clero & populo. Confirmauit publicis legibus quæcūque decreta fuerant in conciliis Toletanis, annoque secundo imperii sui diem clausit extremum, referente Ritio.

Sindafundus.

646

SINDASVNDVS regiam Gothorum vacuam occupat, illustri inter eos loco, anno domini 646. Anno sui regni quinto synodum septimam 40. Antistitum, decimo quinto Kal. Nouembris, in ciuitate Toletana congregari fecit, archiepiscopatum Toletanum regente Eugenio. Ei inter cæteros interfuerunt Horontius Emerita, Antonius Hispali, & Paschasius Tarracone Archiepiscopi. His temporibus ex Græcia in Hispaniam venit Andeuarsus illustris genere, cui Sindafundus consanguineam quandam suam in vxorem dedit, ex qua Eringium procreauit & Theodofredum. Fuit autem Sindafundus catholicus ac deuotus, restaurauit ecclesias per h̄ereticos diruptas tempore Heraclii Imperatoris atque sui, annoque decimo sui principatus apud Toletum excessit ab humanis, vt ait Ritius Neapolitanus.

Risifundus.

656

RISVSNDVS filius Sindafundi, post mortem patris in regno Hispaniarum successit anno ab aduentu Christi 656. Viuente hic patre in clericum puerili leuitate cōsuetus fuit, ac in episcopum electus. In regnum vero assumptus, tres synodos in ciuitate Toletana congregari iussit, sub Eugenio archiepiscopo: quarum primam anno regni sui quinto celebrauit, cui inter cæteros interfuit Horontius Archiepiscopus Hispalensis, & duo supra quinquaginta antistites, 120. vicarii generales, 12. milites. Anno septimo celebrauit secundam, sexaginta episcoporum: anno vero octauo tertiam, siue decimam ab ordine, in qua fuerunt Fegitus Archiepiscopus Hispalensis, Fructuosus Bracharensis, & 25. Episcopi. Claruit his temporibus Ildesonus, vir sanctitate præclarus, discipulus Isidori, monachus primo, deinde in Archiepiscopum Toleti electus. Regnauitque Risifundus annis 18. mēsis vndecim. Obiit in villa Bamba apud Palentiam, Kal. Septembris, teste Michael Ritio.

Bamba.

674

BAMBA consensu omnium Gothorum, mortuo Risifundo, regnum Hispaniarum obtinuit anno humanæ salutis 674. Mauros Hispaniæ littora cum classe ducetarum septuaginta nauium ingressos ingenti prælio fudit, & igni classem succendit. Per hæc tempora Paulus quidam natione Gallus, adiuuante Renosindo duce Celtiberiæ (quæ nunc *Aragonia* vocatur) aduersus Bambam regem inouit. Bamba vero exercitus sui partem in Ausoniam mittens, Barcinonam petiit, eiusque ciuitatis quinque viros generosos in vincula coniecit, quorum nomina, Redus, Pompedus, Gontifredus, Vlfadiacus, & Nanfredus fuerunt. Parta autem Bamba contra Paulum & Gallos victoria, Toletum rediit, in qua anno sui regni quarto vndecimam synodum celebrari fecit sub Querico archiepiscopo Toletano, cui interfuerunt sedecim Antistites. Sunt qui dicant, hunc ex aratro ad principatum euectum Leonis Romani pontificis beneficio. Tandem ex hauſtu veneni quod ab Eringio (cuius in Sindafundo meminimus) datum ferunt, in grauisimum morbum incidit. ex quo quum ægre conualuisset, anno post initum regnum vndecimo, mense sexto, religionis habitum sumpsit in cœnobio de Pampliga, ordinis Diui Benedicti, in eoque annis septenis sanctissime permansit, & ibi sepultus, vt Ritius Neapolitanus & alii scribunt.

An. Christi
686

Eringius.

ERINGIVS filius Andeuatsei qui tempore Sindafundi (vt diximus) e Græcia venerat, ad religionem trāsgresso Bamba, dominatum occupat Hispaniarum, depulso Theodofredo Risisundi filio cui regnū perueniebat, anno salutis humanæ 686. Hic Eringius filiam suam Sifilonam Egyptæ e gente Gothorum, sobrino Bambæ, in vxorem dedit, & anno secundo sui regni synodum ab ordine duodecimam, 36. antistitum: anno quarto, decimamtertiam, 48. Episcoporum: anno quinto, decimam quartam, 12. antistitum, sub Iuliano archiepiscopo Toletano celebrari fecit. Regnavitque idem Eringius, dum humanis excessit, annis septē, referente Ritio.

693

Egyta.

EGYTA sobrinus Bambæ, post mortem fœceri Eringii regnū Hispaniarum adeptus est anno Saluatoris Iesu Christi 693. Hic anno primo sui principatus decimam quintam synodum 61. Episcoporum sub Iuliano archiepiscopo Toletano: tertio, decimam sextam: quarto, decimam septimam, sub Philippo eiusdem ecclesiæ Archiepiscopo, celebrari fecit. Et quinque annis regno potitus, Toleti naturæ concessit, vt Ritius tradit. Iulianus cognomento Pomerius per hæc tempora (vt supra diximus) claruit. Is ex Iudæo Christianus factus, tantam omnis generis doctrinæ: præcipue autem sacrarum literarum cognitionem est consecutus, vt tertio post Ildesonsum ordine in Toletanum archiepiscopatum suffectus sit. Scripsit vir iste sanctissimos libros complures, obiitque 8. Kal. Martii, quo in ecclesia Toletana festum eius celebratur.

698

Vitisæ.

VITISA Egyptæ filius, mortuo patre regnum occupavit Gothorum & Hispaniarum anno Iesu Christi 698. Hic Theodofredum quem Eringius regno exegerat, confossis oculis Cordubam relegavit, & Fauillam Ducem Catabriæ, virum inter Gothos illustrem, Tudelæ occidit. Pelagius Fauillæ filius ob metum Vitisæ in Cantabriam aufugit, vt infra dicitur. Multa nefanda ob libidinem suam ipse Vitisæ (vt aiunt) lege permisit. Sacerdotibus etenim indixit, vt quot quisque vellet aut posset alere, vxores duceret. Ipse vero nullum intētatum reliquit libidinis genus. Iudæis multa priuilegia concessit. Sed ne peccata eius impunita manerent, Rodericus Theodofredi & Reciloniæ eius vxoris filius, magno exercitu congregato aduersus Vitisam mouit, & dignitate regali spoliatum, Cordubam, oculis itidem confossis, anno sui regni nono ablegavit, vbi miserabiliter vitam finiuit, abfque honore sepultus, referente Ritio.

707

Costa.

COSTA Roderici frater ætate maior, ac Theodofredi (de quo supra nobis sermo) filius, impetium Hispaniarum post mortem Vitisæ, consensu omnium Gothorum accepit anno salutis humanæ 707. Hic anno tertio sui regni fato functus est, duobus filiis impuberibus relictis, vt Michael Ritius Neapolitanus scribit.

710

Rodericus.

RODERICVS, ad quem regnū Gothorum Hispaniarumque successione Theodofredi patris Sindafundi filii perueniebat, omnium Gothorum suffragiis, vita functo Costa fratre, rex creatus est, anno aduentus Saluatoris Iesu Christi 710. Hic quū filia vel vxori (vt aiunt) Iuliani Comitis Cantabriæ stuprum intulisset, indignatus Comes, Rodericū regē perdere cupiens, ex Africā numerosos euocauit exercitus Sarracenorum, duce Muza a Miramolino rege cuius hic vices gerebat, missos. Qui in Hispaniam traicentes anno septimo, mense sexto eiusdem Roderici, quicquid terrarum a mari ad Pyrenæum longe lateque patet, Cantabris duntaxat & Asturibus exceptis, 30. mēsiū spatio in suam ditionem redegerunt. Variis

An. Christi

Variis autem præliis quæ biennio per Hispaniam gesta fuerunt, ad 700. hominum millia vtrinque cæsa dicuntur. Post interitum Roderici ad oppidum Xericium, Maurorum Duces partæ recens Hispaniæ permultos imposuerunt Reges, adeo vt annis non amplius 20. ex Maurorum gente 15. Hispaniæ imperauerint. Nam cum Rex omnium votis respondere non posset, populari tumultu vel occidebatur, vel imperium deponere cogebatur. Incidit calamitosa hæc nobilis prouinciæ Hispaniæ alienatio, 13. mensis Nouembris, anno decimo septimo supra septingentos a natiuitate Christi, vt Michael Ritius scribit, & in historia Hispanica probatur.

10

Pelagius.

717

PELAGIVS, Fauillæ ducis Cantabriæ quem Vitisæ occiderat, filius, trucidato patre, ob metum Vitisæ in Asturias se recepit, ibiq; latitans, dum Hispania a Sarracenis esset occupata, & Rodericus in prælio concidisset, auxilio cœlesti fretus potius quam opibus quas vel nullas vel perexiguas habebat, finitiorum quorundam auxilio regnum accepit, anno Saluatoris Iesu Christi 717. Hic primo ciuitatem Legionis & nonnulla oppida recuperavit cum Alfonso Duce Cantabriæ, cui filiam suam Ermisendam dedit in vxorem: & sic Asturum Legionisque Rex appellari voluit. Qui quum in oppido Cange quod a Mauris inter alia receperat, permaneret, fato functus est anno imperii sui 20. auctore Ritio Neapolitano: alii scribunt regnasse annos 30. Otgerius Gollantes, Germanus, cognomento Cathelon, his temporibus, id est, anno salutis humanæ naturæ 733. in Cathaloniam cum exercitu mouit, comitantibus eum nouem viris illustribus, sanguine claris, & virtute probatis, quorum nomina cognominaque fuerunt: Napipher Montcada, Galerandus Pinos, Hugo Mataplana, Guillermus Ceruera, Guillermus Raymundus Ceruello, Petrus Alemany, Raymundus Anglesola, Gispertus Ribelles, & Berengarius Rogerius Erill. Hi in obidione Emporiæ ciuitatis, agri Gerundensis, ducem Otgerium fato amiserunt. in cuius locum surrogato Napiphero Montcada, viro illustri, ob metum Sarracenorum, cum exercitu ad Cantabriæ loca tuta & Pyrenæos montes, vbi pueros, vxores, & impedimenta reliquerant, se receperunt, ibiq; vsq; ad aduentum Caroli Magni Imperatoris permanserunt. Sed de ingressu Otgerii surgit opinio, an a Carolo Martello missus sit, vel a Pipino, vt alii dicunt. Nam teste Paulo lib. 6. his temporibus Visigothi omnes qui citeriorem Hispaniam longe ante occupauerant, omni ope destituti, in Caroli Martelli potestatem deuenere. Nam & Luitprandus 28. Rex Longobardorum, genere Gothus, ipsi Carolo copias auxiliares transmisit: ac sic Visigothi qui trecentis quasi annis in Hispania imperauerant, funditus deleti sunt, præter paucos quos Barcinonenses liberauerant. Vnde & nunc Gotholani (vt aliqui opinantur) dicti sunt, vel a Gothis & Alanis qui promiscue citeriorem obtinebāt Hispaniam: Antiquitus vero Laletani dicebantur, vulgo nunc Cathalani. Fuerunt autē Alani, Scythiæ populi prope Istrum, vnde Lucanus:

Et sequerer duros aterni Martis Alanos.

Fauilla.

737

FAUILLA, filius Pelagii, mortuo patre, in regnum Asturiarum Legionisque successit anno ab aduentu Iesu Christi 737. Sed non diu regnavit. nam ab vrsō in venatione laniatus, anno sui regni secundo occubuit.

Alfonfus.

739

ALFOVSVS, Petri Cantabriæ Ducis e gente Gothorum filius, ob vxorem suam Ermisendam, Pelagii Regis filiam, regnum obtinuit anno salutis humanæ naturæ 739. Hic regnum Nauarræ, magnamq; Hispaniæ partem, & Lusitaniæ vrbes & oppida complura, eiectō Maurorum præsidio, recepit: ex quo Catholicus cognominatus est. Arianam hæresin quæ in Hispania rursus pullularat, extirpauit. Ex vxore sua filios tres suscepit, Phroillam, Vimeranum, & Aurelium, filiamq; Egi-

Oo

An. Christi mandam, & ex pellice Mauregatum. Regnavitq; quum ab humanis discessit, annis 19. Garcias Ximenes, vir strenuus, qui Rex Sobrarbæ vocabatur, in Aragonia ex stirpe Gothorum genitus, his temporibus claruit, & primus Mauros a Pyrenæorū montium finibus, aliisque propinquis locis armis depulit, ac loca multa brevi tempore, quam plurimis ad eum propter victoriæ recentem famam convenientibus, ditioni suæ subegit, & magnam Navarræ provinciæ partem, fugatis Mauris, Christianis restituit. Obiitq; Ximenes anno Christi 758. quum annis 30. regnasset, in ecclesia S. Ioannis Baptistæ de Petra, vulgo *dela Pennya*, a se constructa, sepultus. Gestabat Garcias Ximenes in vexillis & armis arborem viridem, & super eam crucem rubram in croceo campo. Pipinus Iunior, Caroli Martelli Imperatoris filius, collectis copiis in Sarracenos movit, peremptoque eorum rege, partem Hispaniæ vi cepit. Tandem & ipse senio confectus, migravit ad dominum, relicto post se Carolo Magno filio gloriosissimo.

758

Froilla.

FROILLA, mortuo patre Alfonso, in regnum successit anno Christi 758. Hic regnum Navarræ obtinuit propter uxorem suam Moynam. Aduersus Sarracenos Galliciam infestans bella scelerata gessit, cæsis quinquaginta quatuor milibus Arabum, a quibus ditissima spolia & diuitias consecutus est. Navarros rebellantes inuasit, Vascones infestos subdidit, & in Asturias reuersus, Vimeranum fratrem manibus propriis ob invidiam occidit. Sed postea ne peccata eiusdem impunita pertransirent, eodem lethi genere, quo Vimeranus, extinctus est a fratre suo Aurelio. Reliquit Froilla ex coniuge sua filios duos, Veremundum & Alfonso, regnavitq; annis 13. in ciuitatis Ouetenensis ecclesia a se condita sepultus. Garcias eius nominis secundus, cognomento Ynegues, filius Garciae Ximenes, in Sobrarbæ regnum mortuo patre successit. Pampilonam primariam ciuitatem Navarræ, multaq; oppida brevi spacio temporis a Mauris liberauit, ad cultumq; Christi reduxit. Regnavit annis 30. in cœnobio Sancti Ioannis dela Pennya sepultus, anno ab incarnatione Christi 788. His temporibus vir quidam nomine Asnar, cum quibusdam Christianis præclari nominis, Aragonem fluiuium traiciens, castella & oppida multa, Iacamq; ciuitatem ad Christianam fidem reuocauit. Quibus prospere gestis, quoniam primus Aragonem superauerat, Aragoniæ provinciæ Comes appellatus est, post cuius mortem in dicto Comitatu successit Galindus eius filius.

771

Aurelius.

AVRELIUS filius Alfonso, cæso fratre suo, regiam Hispaniarum occupat dignitatem, anno ab incarnatione Saluatoris Iesu Christi 771. Hic Veremundum filium Froillæ ad invidiam periculumq; declinandum in spem successionis adoptauit. Per hæc tempora serui per omnes Hispanias contra dominos insurgentes, Aurelii industria verberati, in pristinam seruitutem redacti sunt. Excessit Aurelius ab humanis anno regni sui sexto, prolis experts.

777

Sillo.

SILLO, gener Alfonso Catholici Regis, cui nupta erat Egimanda, filia eiusdem Alfonso, sororq; Aurelii, depulso Veremundo quem Aurelius adoptauerat, solus regnum administravit anno salutis humanæ naturæ 777. Hic pacem ignominiosam, male tamen obseruatam, cum Arabibus firmavit, Galliciamq; rebellantem domuit: & quum annis sex, vel (vt aliqui scribunt) octo regnasset, diem clausit extremum.

783

Mauregatus.

MAUREGATUS siue Magaretus, Alfonso cognomento Catholici ex pellice filius, mortuo Sillo regnum occupat anno ab aduentu Iesu Christi 783. Sarracenorum præsidio cum quibus fœdus iunxerat, firmatus, pactus (vt aiunt) cum Maurorū regibus, quotannis virgines quasdam in stipendiū mittere. Hic Alfonso Catholico

Catholico patri suo valde dissimilis fuit. Illo enim nullus optimis quibusq; viris fuit deditior: hoc autem nemo sceleratis coniunctior. Illo nullus principū suo tempore castior: hoc nullus nefariis voluptatib. inclinatio. Illo nullus liberalior: isto nullus rapacior. Illo nullus animosior: hoc nullus timidior. Quæ non permittente Deo, omnium applausu e medio sublatus est, anno tertio sui regni.

Veremundus.

786

VEREMUNDVS, filius Vimerani, nepos Alfonso cognomento Catholici, Mauregato iam fato functo, in regnum Hispaniarum successit anno Saluatoris Iesu Christi 786. Hic memoria repetens se adhuc priuatum in ordinem diaconatus esse cooptatum, mortua vxore sua, ex qua Raymitum & Garciam filios procreauit, Alfonso eius consobrinum, Froillæ filium, pro se regnate iussit, & continuo in religionem transit, anno regni sui secundo. Fortunius, filius Garciae cognomento Yneguis, mortuo patre in regnum Sobrarbæ successit. Hic filiam Galindi, Aragoniæ Comitis, in uxorem duxit, & ratione coniugii Comitatus Aragoniæ titulos accepit: ex qua vxore Sanctium genuit filium, qui mortuo patre in regnum successit. Regnavitq; Fortunius annis 27. quum ab humanis discessit.

Alfonso II.

788

ALFONSVS eo nomine secundus, cognomento Castus, filius Froillæ, regnum Asturiarum Galliciarumq; accepit per resignationem (vt diximus) Veremundi, anno domini 788. Hic acceptis a Carolo Magno auxiliariis copiis, superatisq; Sarracenis qui fines Asturum ferro igniq; populabantur, Vlyssiponam ciuitatem Lusitaniæ quæ nunc Portugalia dicitur, suæ ditioni subegit, e quorum manubiis Ouetensem & Asturicensem. erexit ecclesias, dotauitq; reditibus. Et vergente in senium ætate, cum improlis esset (vxorem siquidem religione ductus neq; duxit, neq; mulierem attingit, vnde illi Casto cognomen) totius populi consensu Raymitus Veremundi filius Rex creatur, postquam annos 41. regnauerat. Hoc Alfonso regnate, in Ouetenſi templo fama est crucem auream, sine humano artifice factâ, repente comparuisse, quam Rex qui eam primus aspexit, sacerdotibus ostendit, & religiosissime seruari iussit. Sanctius Garcias, Fortunii filius, patre fato functo, regni gubernacula Sobrarbæ accepit. Hic in Mauros ducto exercitu, tota sibi fere Navarræ provincia subiecta, prælium committens, hostium multitudine circumuentus, sine prole occiditur. post cuius mortem, Sarraceni regnū Navarræ & Sobrarbæ, partemq; Aragoniæ per aliquot annos possederunt. Et sic Sobrarbæ regnum finem accepit, vbi sub quatuor regibus 97. annis regnatum est, quorum iterum nomina & tempora subiicimus.

Sobrarbæ regum Epilogus.

40

1	Garcias Ximenes	annis 30.	3	Fortunius	annis 27.
2	Garcias Ynegues	annis 30.	4	Sanctius Garcias	annis 10.

Carolus Magnus Imperator, filius Pipini Iunioris, anno Christi 796. in Hispaniam mouens aduersus Sarracenos a fide nostra alienos, Pampilonem Cæsaraugustamq; nobilissimas ciuitates vi cepit, captasq; militibus suis diripiendas concessit, nullas præscribens pacis conditiones, nisi Christi fidem integre reciperent. Qui vero in præsidio Barcinonæ erant, Carolo, audita victoria, confestim deditionem fecerunt. Nam Zatus Barcinonensis præfectus cum ipsa vrbe in Caroli partes transit. Legati quoq; Oscensium ad Carolum petentes supplicatum venerunt, vt ciuitati parceret, nunciantes Sarracenos quibuscum ipsis erat ea ciuitas communis, Christianæ fidei cultum sponte suscepisse. Per hæc tempora Turpinus Remensium archiepiscopus, & nouem cum eo antistites, iussu Caroli, ædem D. Iacobi sacram Compostellæ Galliciæ dedicarunt. Mortuo autem Carolo, quum Nardo Aquitaniæ præfectus rebellasset (vt Platina & alii narrant) Abderamini Sarracenorū Regis auxiliis fretus, Aufoniam Hispaniæ citerioris urbem, quæ nunc

Oo ij

An. Christi Vicensis vocatur, dolo captam & direptam occupavit, castellaq; aliquot valide munita, & magnam Hispaniæ partem, deficientibus populis occupat. Solus autem Bernardus Barcinonensium Comes, terra mariq; vexatus, in Imperatoris fide permansit. Sed priusquam Pipini copiæ quem Ludouicus Imperator ad id bellum præmiserat, subsidio adesse potuerint, Naydo Barcinonensem Gerundensemq; agrum insigni clade affecit. Tunc Ludouicus eius nominis primus, cognomento Pius, secundus a Carolo Gallorum Imperator & filius, ex mandato patris Barcinonam venit, anno Iesu Christi 815, depulsisque Sarracenis, mortuo iam Bernardo Comite supradicto, Iamfredo eam gubernandam dimisit, anno Christi 825. Ab hoc Iamfredo postea originem traxerunt Comites Barcinonæ. Froyllanus Episcopus Legionensis per hoc tempus claruit, cui Alfonso, eo nomine secundus Legionis Rex, facultatem dedit ædificandi monasteria & cœnobia, & eligendi monachos vita probos qui ea colerent, & Christianæ religioni militarent. Multa de Froyllani sanctimonia leguntur, quæ causa breuitatis omittimus. Per hæc tempora diuus Attilanus, episcopus Zamorensis claruit, qui annum agens quintum & vicesimum, ad monasterium Moreola iuxta Zamoram se contulit: tandem creatus est episcopus Zamorensis, & sanctissime vixit, quem vita functum Urbanus secundus papa in sanctorum numerum retulit. Cuius natale tertio Nonas Octobris celebratur.

829

Raymirus.

RAYMIRVS filius Veremundi, regnum Asturiarum, Galliciæ, & Navarra, Alfonso iam e viuis sublato, paternum decus accepit anno humanæ salutis 829. Hic cum fratre suo Garcia, filio Veremundi (vt diximus) Hispalim a Sarracenis recuperavit. Vxorem duxit Vrracam, ex qua filium genuit Ordonium, qui mortuo patre in regnum successit. His temporibus Nepotianus Comes Palatinus regnum occupare tentavit, cui Raymirus festina & armata manu restitit, copiasq; fugatis bello cepit, ac in monasterio retrusum vitam finire coegit. Normânus ingenti classe littora Galliciæ infestantibus, valida manu occurrit, habitosq; cum iis confliktu, 70. hostium naues succendit, & laceratis eorû copiis, qui euaserant, in glorios abire coegit. Hic felix Rex cum Sarracenis apud Calagorinam ciuitatem decertavit, in quo bello (vt aiunt) diuus apostolus Iacobus in albo equo pugnant apparuit, & cæsis multis Arabum millibus, Calagorina cum adiacentibus locis in deditionem Raymiri deuenit. Regnavit annis sex, mensibus nouem, & in Ouetensi ciuitate (vbi diem clausit extremum) sepultus est. Per hoc tempus per Arabes siue Mauritanos, ducenti monachi ordinis S. Benedicti, vna die passi sunt pro fide Christi martyrium iuxta ciuitatem Burgensem. Victor in Ceresano oppido Hispaniæ his temporibus a Mauris corona martyrii donatus, a Christo celestium numero aggregatus est: cuius natale 7. Kalendas Septembris apud Burgensem diœcesin celebratur.

836

Ordonius.

ORDONIVS Gothorum principatum, post mortem patris sui Raymiri, obtinuit anno Christi saluatoris nostri 836. Hic aduersus Vascones rebellantes exercitum congregavit, quibus subactis, & prouincia in ordinem redacta, reditum ad suos parans, comperit Arabes Lusitaniam depopulari, quos facta irruptione denicitatq; in fugam coegit. Muzam principem Sarracenorum patriam infestantem, trucidatis quadraginta equitum millibus, insigni clade affecit, & Lupum Muzæ filium Toleti imperitantem, principatui suo subiecit. Cauriam & Salmanticam a Mauris recuperavit. Vxorem duxit Mandimiam, ex qua filios sex, Alfonso, Veremundum, Henricum, Froillam, Minium, & Ordonium procreauit. Is quû ab humanis excederet, principatû ad decennium tenuerat. Iamfredus (cuius nobis supra fuit mētio) per id tēpus Barcinonæ Comitatus regebat, qui quû ad regem Ludouicū Franciæ perrexisset, apud Narbonā ciuitatē a militib. ipsius regis, per inuidiā, affectu dominandi interceptus fuit, anno principatus sui 60. Eo mortuo, filius eius

eius vnicus Iamfredus impuber remansit in potestate Flandriæ Comitis, instante *An. Christi* Ludouico Rege Francorum.

Alfonfus.

846

ALFOVSVS eo nomine tertius, cognomento Magnus, a morte patris sui Ordōnii regno successit anno Saluatoris Iesu Christi 846. Anno sui regni primo, Froilla eius germanus Galliciā vsurpare tentans, ab iisdem populis cæsus est. Ceteros autem fratres quum suspectos Alfonso haberet, omnes oculis priuauit. Cesaratugustam restaurauit, Lusitaniā (quæ nunc Portugallia dicitur) expulsis Sarracenis, Christianis incolendam tradidit, Conimbriticam Visumq; eiusdem prouinciæ ciuitates recuperavit, Zamoram condidit. Vascones præterea, Nauarroq; qui tunc a Mauris acriter oppugnabantur, ab obsidione liberauit. Hic etiam (vt scribit archiepiscopus Toletanus) templū S. Iacobi apostoli primum excitasse legitur, & Ouetensē metropolitanicum constituisse. Ad quem Iohannes octauus Pontifex scripsisse dicitur, hoc modo: *Iohannes seruus seruorum Dei Alfonso Hispaniæ Regi Christianissimo salutem & benedictionem.* Ex cuius scripti autoritate Hispaniæ Regem in primis orthodoxū existimant. Sub hoc militasse dicitur Bernardus cognomento Carpius. Liberos habuit quatuor: Garciam, Ordonium, Froillam, & Gondisaluum, qui Archidiaconus fuit Ouetensis ecclesiæ. His temporibus refert Lucas Tudenis; apud Cordubam a Sarracenis tunc occupatam, regnasse quendam nomine Mahometum. Alfonso autem quum annis 40. regnasset, naturæ concessit. Per hoc tempus, videlicet anno Christi 874. vrbs Burgensis, vulgo Burgos, olim dicta Mas Burgi, aliis Brautum, siue Atica, iubente Comite Didaco domino Castellæ, nouis colonis habitari cœpta est, vt habet Hispanica historia. His temporibus apud Cordubam ciuitatem Pelagius ætatis decem fere annorum, in carcerem detrusus ab Abdarameno Rege, quum abnegare Christum nollet, martyrium gloriose suum compleuit 6. Kal. Iulii. Iamfredus eo nomine secundus, cognomento Pilosus, a pilorum multitudine, filius (vt diximus) Iamfredi quem milites Regis Franciæ necauerunt, in Comitatu Barcinonensi successit. Hic Salomonem qui patrem suum occiderat, manibus propriis interemit, & Comitatus Barcinonensem ab illo prius occupatum, sibi ex iure vendicauit. Vxorem duxit Guidelundim filiam Comitis Flandriæ, ex qua liberos quatuor habuit: Radulfum qui primus fuit in ordine cœnobii Beatæ Mariæ Riupulli, quod Iamfredus a fundamentis primitus construxerat anno Christi 888. postea vero Episcopus Vrgellensis electus: Iamfredum qui veneno mortuus est: Mironem qui mortuo patre in Comitatu Barcinonæ, Bisulduni, Rosilionis & Ceritanæ successit: & Stinyerum postea Comitem Vrgellensem. Huic Iamfredo Ludouicus Rex Franciæ, quicquid in Barcinonæ, Russinonis, & Ceritanæ principatu iuris habebat, totum & integrum liberaliter dedit, vt propriis viribus aduersus Mauros prouinciā tueretur, anno incarnationis Saluatoris Christi 875. Iamfredus itaq; anno sui principatus 27. ab humanis excessit, anno Christi 912. cuius corpus in monasterium Riupulli deportatum fuit. Sunt qui dicant, huius temporibus beati Vincentii corpus a Valentia citerioris Hispaniæ ciuitate, a quodam monacho in pagum Albiensem vltioris Galliæ deportatum.

Garcias.

886

GARCIAS gubernacula rerum patre Alfonso defuncto subiit, anno salutis humanæ 886. Is breui tempore præclara bella contra Arabes confecit, & Ayolam Regem Maurorum cum magna præda captiuum fecit, ex qua pretiosiora spolia ecclesiæ S. Saluatoris Ouetensis contulit, vbi nunc & ipse iacet sepultus, quum ad tertium annum regni sui peruenisset: nec ex se prolem reliquit. Nunilo & Alodia virgines, sorores, sub idem tempus, id est, anno Christi 891. in Osca citerioris Hispaniæ ciuitate, quum in fide Christi proficientes, ieiuniis, orationibus, & vigiliis incumberent, a Mauris martyrium acerbissimum fortissime pertulerunt.

Oo iij

An. Christi
889

Ordonius II.

ORDONIUS eo nomine secundus, in defuncti fratris locum successus, regnum accepit anno ab incarnatione Iesu Christi 889. Hic prudens & sagax victorias plurimas contra Arabes obtinuit, totam fere Lusitaniam deuastauit, Alarim castrum occupauit, ecclesiam Legionensem plurimis rebus ornauit & auxit. Semel tantum a Mauris victus fuit: quo bello Legionensis & Asturiensis episcopi, viui in hostium potestatem deuenere, quorum Asturiensis iussu Abderæ Maurorum Regis apud Cordubā martyrio coronatus est. Hic Ordonius quatuor Comites Castellæ qui tunc Regi Legionis subiiciebantur, interposita fide publica ad se vocatos, iuxta Carrionem oppidum dolo cepit, & apud Legionem in carcere necari iussit. Fuerunt autem Comites interfecti, Nunius Ferdinandus, Donus Almodus, Aluus Didacus filius Doni, & Ferdinandus Sul. Ob quod scelus Castellæ provincia quæ hætenus regibus Legionis parebat, a subiectione se subtraxit, quosdamque ex sua nobilitate creauit qui de publicis priuatisque cōtrouersis inter eos cognoscerent: eosque iudices appellari placuit. Ex his alteri Nunio Raturauo nomen fuit, a quo Ferdinandus Gonsaluus: alteri Layno Caluo, vnde Rodericus Didacus cognomento Cidus, viri bellica virtute illustrissimi, originem duxere. Ordonius itaque quum ex coniuge filios Alfonso Raymirumque reliquisset, anno octauo sui principatus, mense sexto diem clausit extremum.

898

Froilla II.

FROILLA eo nomine secundus, Alfonso Magni filius, post mortem Ordonii sui fratris, in se principatum transtulit, anno salutis humanæ naturæ 898. quo tamē vt fraude quæsito (quum ad liberos Ordonii regnum pertinere) diutius frui non potuit. Nā vno post anno duobusque mēsis, lepræ morbo correptus interiit, quatuor relinquens filios, Alfonso, Raymirum, Ordoniū, & Froillā nomine paterno.

899

Alfonso III.

ALFONSO eius nominis quartus, mortuo patre Froilla, in imperium successit anno Christi 899. Qui monasterium ingressus, in religionis verba iurauit, regnumque Raymiri fratri dimisit: sed paulo post facti penitens, religionē quam professus erat aspernatus, regnum quo cesserat repetiit. Vnde a fratre Raymiri captus, oculis effolis luce priuatus est, Ordonio filio cui cognomen Malus, ex Imena superstitere relicto, sui regni anno 5. mense 7. At Raymiris hanc crudelitatem pietate constructa se templi pensauit, in quo eum honorifice tumulauit. His temporibus provincia Castellæ a Romanis olim castellorum præfectis Castellæ nomē accepit, & a iudicibus a nobilitate sua (vt diximus) creatis, regi cœpta est.

904

Raymiris II.

RAYMIRIS eius nominis secundus, fratre Alfonso quarto concedente, rerum potitus est anno humanæ salutis 904. Hic duos habuit filios, Ordoniū & Sanctium, quorum vterque deinceps post patrem imperauit. Hic Raymiris sociatus Ferdinando Gondifaluo primo Castellæ Comite (quem Comitatum in feudū a Rege Legionis tenuit) apud Osmam ciuitatem contra Arabes victoria gloriosa potitus est: & rursus apud Simancas grauissimo bello commisso, 80. millibus Arabum trucidatis, Abenayrum Sarracenum Cæsaraugustæ Regem viuum cepit. Raymiris itaque in principatu suo annis vnde uiginti, duobusque mensibus regnauit, dum ab humanis excessit. Ennicus cognomento Arista, ex Gothica gente, vel (vt alii uolunt) ex Comitatu Bigorrensi, per hæc tempora, hoc est, anno Domini 912. ex montibus Pyrenæis cum exercitu descendens, magnas Maurorum copias deleuit, & victor in Nauarram rediens, princeps a Nauarris & Aragonibus eligitur: vbi armorum certaminibus, ardens, fatis concessit, & Garciam Ennicum filium reliquit. Miron (vt diximus) filius Iamfredi secundi, mortuo patre, per hoc tēpus, anno Iesu Christi 912. in Comitatu Barcinonensi successit. Hic per annos 17. principatum continua pace gubernauit, liberos ex vxore tres habuit: Iamfredum quem sibi successorem reliquit: Oliuanum qui Comes Bisulduni, Rossilionis, & Ceritanæ fuit: & Mironem, Gerun-

Gerundæ Comitem & Episcopum. Obiit Miron Comes Barcinonæ, anno Domini 929. & filius admodum paruulus Sunyerum fratrem suum tutorem & principatus gubernatorem instituit.

Ordonius III.

916

ORDONIUS eo nomine tertius, filius natu maximus Raymiris, mortuo patre regnum suscepit anno ab aduentu Christi 916. Vrracam, filiam Ferdinandi Gondifalui Castellæ Comitis, vxorem duxit. Quem Ordonium quum Sanctius eius frater, Garciam Regis Nauarræ matris suæ fratris, eiusque auunculi Ferdinandi Gondifalui opibus, e regno deturbare tentasset, consiliaque non successissent: Ordonius Vrracam vxorem dimisit, aliamque superduxit. Cæterum quia Galicia fauebat Sanctio fratri, Ordonius cōgregato exercitu Gallicos perdomuit. Et quum annis 25. regnasset, Veremundum relinquens filium, naturæ concessit. Garcias Ennicus, patre Ennico Arista defuncto, in Aragoniæ regnum per hæc tempora successit, vir non minus armis strenuus, quam vita & moribus integer. Cui nupta fuit Vrraca, scemina virtutibus & genere nobilissima, ex qua natus fuit Sanctius Garcias, cognomento Abarca, sorte (vt historia Aragonum narrat) cæso Vrracæ ventre, qui in regno successit.

Ordonius IIII.

941

ORDONIUS huius nominis quartus regnare cœpit anno ab incarnatione Christi 941. Huic cognomētum fuit Malus, filiusque fuit Alfonso quarti, vt diximus: & quia regium iniuste sibi nomen arrogauit, populus Sanctium Ordonii tertii filium in Regem petebat, qui non multo post apud Cordubam Ordonium prelio victum interemit. Quamdiu regnauerit hic Ordonius, minime ob eius temporum perturbationem constat: sed ab aliquibus anni 20. ei dantur. Iamfredus eo nomine tertius his temporibus patre Miron defuncto, in Comitatu Barcinonæ sub patruo Sunyero tutore Vrgellenfi Comite annos 16. permanfit: ætatem vero pupillarem egressus, annis 19. in principatu fuit. Hic ab humanis discedens absque liberis, dominiū reliquit Borrello Sunyeri Comitis Vrgellensis filio, patrueli suo, quod Oliuanus eius frater ad gubernandum minus esset idoneus, propter linguæ barbarientis impedimentum. Non enim vocem poterat emittere, nisi prius terram manibus effodisset: vnde cognomine Abreta fuit appellatus. Obiit Iamfredus anno Domini 964. Ermengaudus Sunyeri supradicti Comitis Vrgelli filius, Episcopus Vrgellenfis, per hæc tempora claruit, vir adeo pius, vt merito in sanctorum numerum relatus sit, cuius natale Kal. Nouembris celebratur.

Sanctius I.

961

SANCTIUS eo nomine primus, Crassus ab habitu corporis cognominatus, filiusque Ordonii tertii, regnare cœpit anno salutis humanæ naturæ 961. Hic quum tantam saginæ molem vix ferret, ad eamque leuandam nihil intentatum relinqueret, Cordubā Abderamari regiā qui Sarracenis imperabat, impetrata prius ab eo pace, anno regni sui 13. profectus est. Vbi inter medicorum experimenta, quorum magna turba apud Abderamarum erat, herbæ cuiusdam vi ad maciem deductus, haud ita multo post excessit, non sine veneni dati suspitione, filium Raymirum relinquens. Viuens Castellam quam Ferdinandus Gondifaluuus a Rege Legionis in feudum tenebat, excedere liberā esse iussit. Sanctius Garcias cognomento Abarca, mortuo patri in regnū successit Aragoniæ, vxoremque duxit Todam, ex qua liberos vtriusque sexus quinque habuit: Garciam Sanctium qui in regnum successit, Vrracā quæ nupsit Alfonso Regi Legionis, Sanctiam quæ Raymiro Castellæ, Mariam quæ Ordonio Legionis, & Blanquam quæ Nugno Comiti Cantabriæ. Fuit Sanctius bellicosissimus: siquidem Mauris victis ac depulsis a Cantabris & Pyrenæorum montium finibus, ad Najaram ciuitatem peruenit. Regnauit Sanctius, dum ab humanis discessit, annis 56. filium Garciam Sanctium relinquens hæredem, eiusque corpus in ecclesia S. Ioannis dela Pennya humatum est. Borrellus, mortuo Iamfredo fratre patruale (vt diximus) his temporibus principatum obtinuit Barcinonæ. quo tempore Mauri ciuitatem Barcinonam Kal. Iulii, anno Christi 985.

Oo iij

An. Christi occupauerat: sed eodē anno Borrellus eam recuperauit, & Sarracenos a tota prouincia Barcinonēsi breui tempore eiecit, ibiq; reliquo vitæ suæ tempore tranquillissime vixit, & finem Maurorum bellis imposuit. Liberos ex vxore duos habuit, Raymundum Borrellum qui patri successit, & Ermengaudum qui Vrgelli Comes fuit: principatumque tenuit annis 28. obiit vero anno Christi 993.

974

Raymiris III.

RAYMIRIS eo nomine tertius, Sanctio patre defuncto, in principatu successit anno humanæ salutis 974. ætatis annum agens quintum. Ex consilio matris cū Arabibus pacem iniiit, Gundriedum Normannorum Regem, littoribus Gallicia magna classe appulsum, vrbesq; & municipia vastantem, cum Sanctio Gundissaluo Castellæ Comite, eorum nauigiis succens, ad vnum interemit. Interim Arabes, violata pace quæ inter eos & Raymitim sancta erat, Zamoram aggressi funditus subuenterunt. Vrracam nobili ortā loco duxit vxorem Raymiris, tamen ætate & actibus puer, insolentius se gereret. quapropter Gallici, cōtempta Regis ætate, Veremundum Regis Ordonii filium, Regem apud Compostellam sibi creauerunt. Contra quem valido exercitu progressus Raymiris, prælio commisso vtrinque inuicti discessere, nō sine graui vtriusq; gentis cæde. Obiit Raymiris apud Legionem ciuitatem nullis ex se liberis relictis, quū regnasset annis 25. Sanctius Gondissaluus, mortuo patre Ferdinando, in Comitatu Castellæ successit. Ex vxore sua suscepit Garciam Gondissaluum, & Eluiram, quæ nupta fuit Sanctio Regi Aragoniæ & Nauarræ cognomento Maiori. Garcias Sanctius, Sanctii Garciz (dicti Abarca) filius, regnum Aragoniæ patre fatis functo his temporibus obtinuit. Tremuli cognomen a tremore quo futura bella præsentiscens corripiebatur, affectus est, tamen in prælio fortis esset & intrepidus. Regnauit annis 28. quum ab humanis discessit. In ecclesia S. Ioannis dela Pennya sepultus est, Sanctium filium relinquens qui in regno successit. Raymundus Borrellus in patris Borrelli demortui locum, in Comitatu Barcinonæ, per hæc tempora successus est. Huic Berengarium filium vnicum Ermesēda vxor peperit, qui ab eo Comitatum obtinuit. Vir fuit Raymundus Borrellus in re militari strenuus. Nam ab Alfonso Legionis Rege contra Mauros accitus, in vltiorem Hispaniam libenter profectus est, & præcipua parte Comitum ac militum Cathaloniam instructus, iuxta Cordubam eidem Alfonso magnos etiam ductanti exercitus se cōiunxit. Vbi cum Mauris confictu habito, strenue pugnatum est, & victoria consecuta, in Cathaloniam Raymundus Borrellus cum omnibus equitibus suis rediit, præter Ermengaudum fratrem suū, Vrgelli Comitem, qui prælium primus ingressus, a Mauris multis confossus vulneribus cecidit. Obiit autem Raymundus Barcinonem reuersus, anno regni sui 24. & a parta Christianis salute 1017.

999

Veremundus II.

VEREMUNDVS eo nomine secundus, Ordonii tertii filius, affectato regno Legionensi potitus est, anno salutis humanæ 999. In quē ducto Almanzor Maurorum Rex exercitu, primo quidem congressu pulsus est, sed in restaurato prælio Veremundum vicit, atq; in fugam vertit. In qua expeditione Legionem urbem expugnauit. Aggressus exinde prouinciam Gallicia, Compostellanam diripuit ecclesiam: a corpore tamen D. Iacobi apostoli abstinuit, perterritus (vt ferunt) quodam fulgore diuinitus apparente: ex eoq; metu soluta aluo, cum incidisset in morbum dysenteria, huic bello finem dedit. Post hæc autem Veremundus & Garcias coniunctis copiis, magnā Almanzori cladem intulere. Itaq; parta victoria Veremundus cessit. Quapropter animi dolore consternatus Almanzor, paulo post e vita decessit. Veremundus autem hac victoria elatus, superbe nimis ac crudeliter etiam omnes se habuit, & Compostellanum Ouetensemq; præfules in carcerem coniecit. Cæterum Ouetensem paulo post, viso portento quodam admonitus, liberauit, facinorū suum detestatus, aliis compēsauit officiis. Nam S. Iacobi loca sacra quæ ab hostibus diruta fuerat, restituit. Duas habuit vxores: ex priore, Alfonso filii, ex posteriore, Terasia filia reliquit: quūq; annis septenis regnasset, diē clausit extremū.

*Alfon-**Alfonfus V.**An. Christi*

1006

ALFOVSVS eo nomine quintus, mortuo Veremundo, in Legionis regno successit anno salutis humanæ 1006. Hic adolescens cum esset, prauo ductus consilio, Terasiam sororem pertinacissime recusantem, ad nuptias Abdalæ qui Sarracenis Toleti imperabat, auxilia ab eo pactus contra Regem Cordubæ, compulit. Verum enimvero Terasia virgo sancta, infidelis viri nuptias congressumq; detrectauit. Quæ quanquam sepe precibus, sepe minis vexata fuisset, mox tamen eo extincto liberata, sese Deo in cœnobio perpetuo dicauit. Vrracam, Garcia Ennici Regis Aragoniæ filiam, Alphonsus duxit vxorem, ex qua liberifuerunt, Veremundus qui patri successit, & Sanctia quæ prius Garcia filio Sanctii Comitis Castellæ nupta, eo in finibus Legionis interempto, Ferdinandi matrimonium, Sanctii cognomento Maioris, Regis Nauarræ filii, secuta est, qui postea Rex Castellæ appellatus est, ac regnum Legionis per vxorem adeptus est. Agebatur annus vigesimus sextus ex quo Alphonsus regnare cœpit, quum in oppugnatione Visei, quod oppidum Mauri præsidio firmatum in Portugallia tenebant, telo vulneratus interiit. Garcias Gondissaluus Comitatus Castellæ, defuncto patre Sanctio (vt diximus) per hæc tempora præerat. Huic Sanctia filia Alfonso quinti nupta fuit. Quo in finibus Legionis interempto, principatum suscepit eius soror Eluira, vxor Sanctii Nauarræ Regis cognomento Maioris. Sanctius cognomento Maior, Aragoniæ & Nauarræ Rex, mortuo Garcia Sanctio Tremulo patre, in regnum successit, vxoresq; duas habuit: primam nomine Eluiram, sceminam nobilissimam, ex qua Raymirū genuit, sibi in regno Aragoniæ successorem: qua mortua, aliam superduxit, Sanctii Gondissalui Comitis Castellæ filia, nomine Maioram, ex qua liberos habuit, Ferdinandum, postea Legionis & Castellæ Regem, Garciam Nauarræ, & Sanctium, quem nonnulli Gonsalum nominant. Hic Rex Vasconia siue Sobrabæ fuit: a quibus ad hoc vsq; tempus, cuiusq; prouinciæ descendunt ordine Reges. Hic Sanctius Maior quum cum Ferdinando filio ex vxore Sanctia, filia Alfonso eius nominis quinti, Legionis occupasset regnum, & idem Ferdināus patri Sanctio curam commisisset, appellari voluit totius Hispaniæ Imperator. Mauros siquidem omnes a Nauarræ, Aragoniæ, Castellæ, Legionis, Portugallia, Cantabriæ, & Vasconum finibus, exterminauit, regnauitq; annis quatuor & quinquaginta, dum ab humanis excessit anno Christi 1018. cuius corpus sepultum iacet in ecclesia S. Saluatoris Ouetaræ ciuitatis apud Astures: Imperatricis autem eius vxoris, in ecclesia S. Ioannis dela Pennya.

Veremundus III.

1015

VEREMUNDVS huius appellationis tertius, patre Alfonso interempto, continuo in eius subitū locū anno humanæ salutis 1015. qui non multo post, orta diffensione inter eum & Ferdinandum Sanctiæ sororis virum, apud Carriōnem oppidum in apertum Martē prorupit, collatisq; signis in acie cecidit, anno imperii sui decimo. Ferdinandus itaq; victor effectus, vxoris suæ prætextu Legionis regnum occupauit, patriq; suo Sanctio Aragoniæ Nauarræq; Regi eiusdem curā commisit, qui Castellam per Eluiram coniugem consequutus obtinebat. Petrus quidam Compostellanus Archiepiscopus per hoc tempus & fide, & eruditione, & cōuersatione, moribusq; insignis fuit, & inter cætera cum beatissime virgini Mariæ additissimus haberetur, nonnulla in eius laudem composuit. Berengarius his temporibus, anno Iesu Christi 1017. mortuo patre Raymūdo Borrello, Comitatu Barcinonæ obtinuit. Qui administratione suscepta, militarē dignitatem cæteraq; virtutes principibus maxime necessarias minus exercuit: ideoq; a Sarracenis magnā prouinciæ Tarraconensis partem amisit. Liberos ex vxore sua Guilia sustulit Raymundum Berengarium qui in Comitatu Barcinonēsi successit patri, Guillerimum Berengarium Comitem Minorese, & Sanctium qui Prior monasterii D. Benedicti Bagenis, & post mortem fratris, Comes Minorese fuit. Obiit autem Berengarius anno Domini 1035. cum administrationem regni habuisset annis duodeviginti.

Ferdinandus I.

1025

FERDINANDVS huius nominis primus, suæ prætextu vxoris Sanctiæ (vt diximus) Legionis regnum occupat anno Christi 1025. per Eluiram matrem Com-

An. Christi itatum Castellæ cōsequutus. Eluira namq; successerat fratri Garciz Gondissaluo Comiti cui Castellæ parebat. Et hucusq; a Pelagio primo Regū Legionis & Asturum titulus duravit, exinde Castellæ Legionisq; dicti sunt. Hic ex vxore sua liberos habuit Sanctium, Alfonso, Garciamq; & Eliuram: ex pellice aut Ferdinando, qui in collegiū Cardinalium cōopratus est. A Mauris itaq; Ferdinandus Rex Conymbricam ciuitatem potioremq; Portugalliz partem recepit. Viuens regna distribuit liberis, Sanctioq; natu maximo Castellam, Alfonso Legionē Asturiāq; & Transimēnam: filiabus Vrracæ & Eliurę contulit Zamoram & Taurū, Alfonso fratre id petente: Garciz vero Galliciam & Portugalliam administrandam dedit: annoq; 47. mense 8. imperii sui diem clausit extremum, in ædem D. Isidori apud Legionem illatus. Rodericus Viuaris, cognomento Cidus, his temporib. claruit, qui sæpe victis acie Sarracenis Valentiam recepit, atq; sui iuris fecit. Huius bellica virtute gesta, particulari commentario descriptæ circumferuntur. a quo (vt ferunt) originem trahūt Mendozæ familiæ. Raymiris filius Sanctii, cognomento Maioris, mortuo patre, per hoc tempus in regno successit Aragoniæ. Vxorem duxit Ermisendam, alio nomine Gilbigam, Armeniacis & Bigoræ Comitis filiam, ex qua liberos habuit duos: Sanctium qui successit in regno, & Gondissaluum qui Iaccensis episcopus fuit. Habuit & filias totidē: Terasiam quæ nupsit Comiti Prouinciz, & Sanctiam quæ Comiti Tolosano. habuit prætereā spurium nomine Sanctium, cui Ayuarium & alia oppida cum suis confinibus dederat, & Comitis titulo ornauerat. His temporibus occiso Sanctio Rege Vasconiz siue Sobrabz absq; liberis, Raymiri Vascones sese tradiderunt. quæ causa fuit, vt a Ferdinando Rege Castellæ fratre occideretur, anno regni sui 46. ab incarnatione Christi 1063. cuius corpus vna cū vxore sua requiescit in ecclesia S. Ioannis dela Pennya. Raymundus Berengarius eo nomine primus, defuncto patre Berengario, anno domini Iesu Christi 1035. in principatu siue Comitatu Barcinonæ successit. Hic militari virtute præclarus, non solum partem Barcinonæ principatus a Mauris occupatā recuperavit, sed etiam Maurorū Reges duodecim, campestri prælio victos, sibi tributarios fecit: vnde subiugator Hispaniæ, ac murus Christiani populi, Augustusq; serenissimus denominatus est. Vxores habuit duas: ex altera nomine Helisabeta, Petrum Raymundum, & Berēgarium Raymundū: ex altera dicta Almodes, Raymundum Berengarium habuit: quorum Petrus Raymundus periit veneno, a noxerca (vt aiunt) dato. Raymundus Berengarius itaq; Comes quū annis 42. regnasset, a vita migravit 6. Kal. Iunii, anno Christi 1076. & in ecclesia cathedrali Barcinonæ a se condita sepultus fuit, vna cum Almode cōiuge, in cuius sepulchro quod adhuc cernitur, intus epigramma reconditum est. *Hic est Raymundus Berengarius, Princeps Barcinonæ, Comes Gerundenfis & Marchio Ausonenfis, qui mortuo patre Berengario Comite, non tantum partem Barcinonæ principatus a Mauris occupatam recuperavit, verum etiam Reges duodecim Maurorum, campestri prælio victos, sibi tributarios fecit: vnde cognomen sortitus est, Propugnator & Murus Christiani populi.* Hic vna cum Almode Comitissa coniuge sua constitutiones Cathaloniz, vulgo *Vsages*, condidit. Ecclesiam hanc cathedralē Barcinonensem, sedente Guilaberto pontifice, sub honore sanctæ Crucis, sanctæq; Eulalię 14. Kal. Decemb. anno ab incarnatione Iesu Christi 1058. condidit, priuilegiaq; plura concessit, terminos episcopatu præfixit, eandēq; ecclesiā plurib. muneribus reditibusq; dotauit. Garcias Rex Nauarrę, ex numero eiusdē regni sextus, filius Sanctii cognomento Maioris, his temporibus congregato exercitu Castellam ingreditur, cui occurrit Ferdinandus Rex frater cum copiis suis: & inito prælio, cum Garcias insolens esset, & suorum animos nō haberet, in eo bello victus & cęsus est. Cui successit Sanctii eius filius. Hic Garcias Blancam filiā genuit, quæ coniunx fuit Sanctii Regis Castellæ, cognomēto Desiderati.

1073

Sanctius 11.

SANCTIUS eo nomine secundus, cognomēto Desideratus, mortuo Ferdinando patre, in regnum successit Castellæ anno Christi 1073. & non contentus eo, Legionis

Legionis regnum sibi vendicauit, Alfonso fratre eiecto, qui Toletum ad Regem Maurorum se recepit, vbi permāsit, donec Sanctio mortuo a populis ad regni successione reuocatus est. Blancam, Garciz Nauarrę Regis filiam, duxit vxorem. Is collectis militibus Gallicos vicit, in eoq; prælio Garciam fratrem occidit. Ipse Sanctius dignum factis vitæ finem sortitus est. nam anno sexto sui principatus, a Vellido dolfo per insidias interemptus fuit. Sanctius patre Raymiro defuncto, in regno Aragoniæ successit, ætate annorum 18. Feliciam vxorē duxit, ex qua tres habuit liberos: Petrum, Alfonso, & Raymitim, qui omnes regnarunt. Aduersus Mauros magna prælia gessit, de quibus multas consecutus victorias, oppida multa recuperavit, multaq; condidit, scilicet Stellam, Lunam, Ayerbem, pluraq; alia. Bellum quoq; gessit cum Garcia patruo Rege Nauarrę, quem vicit & occidit, & a Nauarrę populis Rex appellari voluit. Hic in oppugnatione Ofsensis ciuitatis sagitta percussus occubuit, anno sui principatus 45. cuius corpus primum in ecclesia Castrimontis Aragonum iacuit, exinde in monasterium S. Ioannis dela Pennya translatum fuit. Ferunt huius temporibus corpus beati Andaletii siue Indaletii, Almariz ciuitatis Episcopi, ab eadem ciuitate in ecclesiā sancti Ioannis dela Pennya deportatum. Hic Andaletius D. Iacobi apostoli fuit discipulus, & vnus e primis quos in Hispania S. Iacobus ad fidē conuerterat. Raymundus Berengarius huius appellationis secundus, per hoc idem tempus in Comitatu Barcinonę mortuo patre successit, Caput stupæ cognominatus, a flaua deniq; cęsarie. Cui nupta filia Roberti Guiscardi, Messanæ & Apuliz ducis, filium Raymundum Berengarium pro genuit. Erat hic Raymundus vir militaribus rebus belliq; gerendi fortitudine strenuus. Cuius innumeris virtutibus inuidens frater Berengarius, & principatus cupiditate permotus, occultis illi structis insidiis inter Barcinonam & Gerundam, loco vocato *Perxa del flor*, eum crudeliter occidit anno sui regni septimo, a Christi incarnatione autem 1082. Cuius mortem populus vicisci cupiens, in fratricidam arma cōuertit. at Berengarius pœnitentia ductus, in pœnā peccati, Hierosolymā profectus est: vnde reuertens, in itinere defecit. Huius Comitis tempore fuit Vrgelli Comes Hermengaudus, vulgo Gerbus, homo strenuus in armis, qui res præclaras gessit, & Belagurium ciuitatem multaq; oppida deuictis Mauris recuperavit. Sanctius filius Garciz, Nauarrę Rex in ordine septimus, per hæc tempora claruit: cui successit Raymiris Roderici Cidi gener: huic Garcias Raymiris filius: deinde Sanctius Garcia progenitus, cognomento Sapiens. Post quem regnauit Sanctius cognomēto Fortis: cui absq; liberis vita functo Blanca soror successit, quæ nupsit Theobaldo Campaniæ Comiti. Ab his Theobaldus alter procreatus, matre e viuis sublata, regno potitus est, qui itidē improlis deceffit, in eius locum surrogato Henrico fratre, cognomine Crasso. Hic genuit filiam Ioannam, quam nuptū tradidit Philippo Pulchro, Francorum & Nauarorū Regi, quē subsecutus est Ludouicus Hutinus filius natu maior. at hærede masculino a se non relicto, Carolus, eiusdem Philippi & Ioannæ secundus filius, vtrunq; regnum vsurpauit. Quo similiter in fata absq; prole concesso, regni vtriusq; administrationē Philippus Longus, eiusdem Philippi tertius filius, adeptus est. Cumq; nec hic liberos haberet superstitēs, Nauarrę regnum ad Ioannam Ludouici Hutini filiam deuevit: quæ Philippi Comitis Aureliæ vxor, matitum vi matrimonii Nauarrę Regem vocauit. His successit Carolus eorum filius, similiter Comes Aurelianensis: huic autem Carolus eius filius: quo masculis carente, Blancam filiā vnicā Martino Regi Siciliæ matrimonio copularunt. At Blanca mortuo Martino ex quo nullam sobolem susceperat, secundas contraxit nuptias cū Ioanne, Ferdinandi primi Aragonū Regis filio, qui fuit Rex vigesimus tertius. Post quem successit Phœbus vigesimus quartus Rex, idemq; vltimus, vt infra habetur. Dominicus abbas Silensis, ordinis S. Benedicti, vico Canensī regionis Cantabriæ, nobili loco natus, per hæc tempora vitæ sanctimonia & miraculis clarus extitit, multaq; futura prædixit: & cū ex viuis migraret anno Domini 1074. eius anima a pueris quibusdā visa est, triplici corona refulgens, in cœlum euolare. Corpus in eodem monasterio sepultū est, cuius nomen etiam nunc retinet, & Silense a frequentibus filicibus cognominatur.

An. Christi
1079

Alfonfus VI.

AL F O N S V S eo nomine sextus, Sanctii secundi frater, quum iam regnum Legionis & Asturum recepisset, a morte fratris obtinuit & Castellam anno salutis humanæ 1079. Toleti ciuitatem longa obsidione rededit in potestatem, eandemque Christianis incolendam tradidit, vt multa alia quæ tunc in Castellæ, Legionis, Portugalliaque prouinciis a Mauris recepit. Hoc autem tempore Mauri magnis copiis instructi, e Carthagine per Hispaniam discurrentes, omnia vastabant: quibus obuiam missus Infans cum septem Comitibus, apud oppidum quod *Alcazar de Consuegra* vulgo dicitur, omnes ad vnum interfecti fuere. A quibus occisis adhuc locus ille septem Comitum nuncupatur. Calamitatis huius causam cum Rex suorum animis, nimia mollitie effeminatis imputaret, balnea aliasq; id genus illecebras quas Mauri Toleti constituerant, sustulit, populū ad pristinam virtutem & feruorem reducere conatus. Post hæc Toletanam Burgensemq; basilicam multis donis ornauit. Sex habuit Alfonso vxores, ex quibus deterioris sexus liberos quinque genuit: videlicet ex Isabella, Ludouici Regis Franciæ filia, Sanctiam, nupti traditam Comiti Roderico qui in ciuitate vulgo *Ciudad Rodrigo* novos colonos induxit. Ex Saida filia Regis Sibilæ, quæ simul ad verum Dei cultum Christi; religionem transiens, appellata Maria est, Sanctium patru nomine suscepit, qui in acie aduersus Saracenos cecidit. Habuit & Vrracam ex Regina Constantia, quæ Raymundo Berengario Comiti Tolosæ tradita, ex ipso Comite filium nomine Alfonso genuit. Sed mortuo Comite, iterum nupsit Alfonso Regi Aragoniæ. Suscepit & Alfonso ex pellice Taresiam, quæ nupsit Henrico Comiti Lotharingiæ, dotata Galliciæ parte quæ Portugallia nunc appellatur, vnde Portugallia Reges originem trahunt. Portugallia vero dicta est a Gallis, quasi portus Gallorū. Nam Galli in Hispaniam nauigantes, Portugallo ciuitati in Oceano mari & toti regno nomen dederunt. Mortuo Henrico successit Alfonso, qui primus est Portugallie Rex appellatus, & primus Vlyssiponam a Mauris recepit: quorum quinque simul Regibus vno prælio superatis, quinque scutorum insigne, facti monumentū, posteris reliquit. Post Alfonso in dicto regno Portugallie successit Sanctius, & post eius mortem Alfonso secundus, exinde Sanctius secundus, cognomento Capella, qui hæredem reliquit Alfonso filium huius nominis tertium. Cui successit Dionysius. Hic Alfonso Castellæ Rex anno 43. naturæ concessit, nullo superstitio filio, præter Alfonso quem genuit ex pellice Ximena, quæ socius expeditionis in Syriam communi Christianorum consilio susceptæ traiecerat. His temporibus Urbanus Papa secundus Archiepiscopatum Toletanum primatum instituit totius Hispaniæ, ac Regem Galliciæ cum omni diocesi S. Iacobi, anathematis vinculo ligauit, quod Episcopum in carcerem inaudita causa coniecerat. Per hoc tempus Casilda siue Casilla virgo, Canonis Toleti Regis Mauritaniæ gentis filia claruit, non sine sanctitatis opinione, quam Deus multis miraculis approbatam Christianis indies ostendebat. Huius natale 5. Idus Aprilis celebratur. Petrus Sanctii filius, patre adhuc viuente, Ribagorciæ & Montisoniæ Regis nomen acceperat: defuncto autem patre Aragonum regnum accepit, vxoremq; duxit Agnetem, ex qua Petrum filium procreauit, & Isabellam, quæ simul cum fratre teneris annis & ante patris mortem vitam finiuit. Oscam ciuitatem, ope Fortunii Lizanæ cognomento Mace aditus, vi expugnauit, & Almozabenum Maurorum Regem id dedecoris vlcisci cupientem in fugam coegit, capto Garcia fratre Regis Castellæ, qui Mauris auxilio venerat. In cuius rei gratiam Urbanus Papa secundus decimas primitiasq; & omnia beneficia Iuris patronatus omnium ecclesiarum & ciuitatum a quibus infideles hostes eiecerat, vt ipse & sui successores in perpetuum, quibus vellent, conferre possent, exceptis episcopatibus, concessit. Obiit Petrus Rex absq; liberis anno suæ ætatis 35. tertio Kal. Octobris, ab incarnatione Christi 1108. ei; post mortem successit Alfonso frater. Raymundus Berengarius eius nominis & cognominis tertius, perempto parente Raymundo Berengario Caput stupæ dicto, in Comitatu Barcinonæ successit. Cuius mater orbata marito, monasteria duo condidit:

An. Christi

didit: alterum ordinis S. Bernardi, in valle Mariæ Comitatus Caprati; alterum ordinis S. Benedicti iuxta Gerundam, quod S. Danielis appellatur, in quo sanctissimam agens vitam, diem clausit extremum. Fuit autem Raymundus Berengarius, vir omnium virtutum splendore præclarus. Insulam maiorem Balearium quam Maioricam vocant, & eius ciuitatem a Mauris possessam, deuicit: quibus expulsis, insulanos omnes ad fidem Christi reduxit Kal. Februarii, anno Domini 1113. Verū dum hic diutius commoratur, Mauri Barcinonam magnis copiis oppugnarunt. Quo in Hispaniam reuerso, dum Barcinonensibus opem implorantibus fertur suppetias, Genuenses quibus insulæ Maioricæ cura demandata erat, Mauris magnū auri pondus offerentibus ciuitatem & insulam restituerunt. Barcinonam cum venisset, Mauros ab obsidione fugauit, Ilerdæ, Dertosæ, & Valentia Reges sibi tributarios fecit. Vxorem duxit Dulciam, Gilberti Prouinciæ Mediolani; Comitissæ filiam, quæ duos peperit filios, Raymundum Berengarium qui mortuo patre in Comitatu successit, & Berengarium qui Comes Prouinciæ fuit, filiamq; procreauit Berengariam, quæ nupsit Alfonso eius nominis sexto, Regi Castellæ, Legionis, & Toleti. Obiit ætate postrema iam senio retardatus, anno quinquagesimo principatus sui, ab incarnatione Christi 1131. Hospitalis Hierosolymitani ordinis, in domo pauperū, sibi habitus induit, quibus eius corpus inuolutū iacet in monasterio Riupulli. Odo Episcopus Vrgellensis, claro genere Comitum Pallariensium, & glorioso sanguine Barcinonensium, & magnanimatorum Aquitanie Comitum ortus, hac tempestate claruit, qui vita & conuersatione sanctissimus, ob meritum suorum excellentiam catalogo sanctorum ascriptus fuit: cuius festum pridie Kal. Iulii celebratur.

Alfonfus VII.

1106

AL F O N S V S huius appellationis septimus, Rex Aragoniæ, mortuo Alfonso sexto, prætextu vxoris Vrracæ Alfonso filia, Castellæ Legionisq; regnum obtinuit anno humanæ salutis 1106. & principatibus regnisq; coniunctis, Imperatoris nomine appellari voluit. Hic comparatis magnis exercitibus, Mauros a Cæsaraugusta, Tudela, Daroca, Bilbili, quam nunc *Calatayut* Hispani vocant, Turiaffone, Borgia, multisq; oppidis alius eiecit. Condidit & plura, inter quæ Burgum Pampilonis: Numantiam vero quam Scipio Africanus olim deleuerat, Soriam vocans restaurauit. Condidit & Almazanum, Berlangam, Bilforatum. Hic etiam bellicosus, in rebus tamen diuinis negligentior, nam sæpius equos in ecclesiis, velut in stabulis habebat. Ideoq; (vt fertur) cum Fragam oppugnaret, anno regni sui 20. iudicio Dei repente occisus, nec mortuus nec viuus apparuit, absq; liberis, anno Domini 1126. Claruit per hæc tempora Ioannes cognomento Ortega, Quintana oppido Burgenfis ditionis oriundus, qui ob vitæ sanctitatem Christi confessoribus connumerari meruit. eius festum quarto nonas Iunii celebratur.

Alfonfus VIII.

1126

AL F O N S V S eo nomine octauus, filius Raymundi Berengarii Comitis Tolosæ, & Vrracæ Alfonso sexti Legionis Castellæq; Regis filie, mortuo Alfonso septimo Aragonie Rege, qui prætextu vxoris Vrracæ Legionis Castellæq; regna suscepit, in eius locum successit anno salutis humanæ 1126. liberosq; habuit ex Vrraca vxore, Sanctium qui Rex Castellæ, Ferdinandum qui Rex Legionis fuit, & Helisabetam. Ex Berenguella cõsorte secunda, Raymundi Comitis Barcinonæ filia, Beatricem, Ludouico septimo Regi Franciæ collocatam. Hic Alfonso ab expeditione Hierosolymitana rediens, quum domum applicuisset, anno quinquagesimo post initum regnum morbo consumptus est ad Baezam, sub arbore quadam motis cui nomen est vulgo *de Muladar*. Auicenna Hispalensis, medicæ artis scientificissimus, per hæc tempora claruit, & Auerrois Cordubensis, qui multo plura quam ceteri Arabum in Aristotelem commentatus est. Raymiris filius Sanctii, mortuo fratre Alfonso, per hæc tempora in regno successit, a proceribus Aragoniæ electus. Hic iam diu in Gallia, in monasterio S. Pontii de Tomeniis, religioni S. Benedicti seruebat, & impetrata a summo Pontifice facultate, vxorem duxit filia Com-

An. Christi itis Peitei, ex qua vnicam progeniuit Petronellam filiam, quam Raymundo Barcinonensem Comiti in vxorem dedit, & Aragoniæ regno dotauit. Hic Raymiris in Océfi ciuitate magnam ædificauit ecclesiam, quæ S. Petri veteris dicitur, vbi monachos S. Benedicti ordinis cū redbibus instituit, & in ea post resignatione regni ad vltimum vitæ diem permansit, ibiq; sepultus est anno 1147. regni vero 19. Raymundus, mortuo patre Raymundo Berengario, Comitatum Barcinonæ per hoc tempus, id est, anno Christi 1131. accepit. Ei nupta fuit Petronilla, alias Vrraca (vt Iacobus Marquilles ait) Raymiris monachi Aragoniæ Regis filia, ex qua suscepit Alfonso qui patri successit, & Sanctium Rosillonis & Ceritanæ Comitæ: filiaq; totidem, Dulciam, quæ Sanctio Regi Portugalliæ nupta fuit, alterâ Hermengaudo Comiti Vrgellenfi collocatam. Hic Raymundus, mortuo Rege Raymiro focero, prætextu vxoris in regno Aragoniæ successit. Veruntamen non Regis ipse, sed principis Aragoniæ nomen assumpsit. Nam Raymiris Rex Aragoniæ, loceripius, iis conditionibus regnum renunciauit, vt nō Rex, sed princeps diceretur, & Comes Barcinonæ: in præliis vero armis siue insignibus eiusdem Comitis vteretur, quæ sunt in campo aureo baculi quatuor rubri. Almeriam ciuitatem, Abderam præcis temporibus nuncupatam, ad Alfonso Castellæ Regem sororium suum contra Mauros instructo exercitu, pfectus, 6. Kal. Nouemb. anno Christi 1145. Dertofam prid. Kal. Ian. 1148. Ilerdam & Fragam ciuitates Kal. Nouemb. 1149. & alia plura loca a Mauris occupata recuperauit, eorum Regibus occisis. Trecentas ecclesias ædificauit, & magnis redbibus dotauit. fuit enim princeps Christianissimus, & in rebus quæ diuinum cultum fidemq; catholicam augere videbantur, tam liberalis quam feruens & pius. Hic Berengario fratre a suis populis occiso, Comitatu prouinciæ recepit, & in necis eius vltionem, Arletum ciuitatem & alia complura oppida castellaq; deleuit. Hinc in Hispaniam reuersus, obiit apud Gerundam ciuitatem in Burgo qui dicitur S. Danielis, imperii sui 36. 8. Idus Aug. anno Domini 1162. cuius corpus in monasterium Riupulli delatum, honorifice sepultum fuit. post cuius mortem Alfonso eius filius in regno Aragoniæ Comitatuque Barcinonæ successit.

Barcinonæ Comitum Epilogus, post Carolum Magnum Imperatorem. 30

1	Iamfredus	annis 60.	7	Berengarius	annis 28.
2	Iamfredus	annis 27.	8	Raymundus Berengarius	annis 42.
3	Miron	annis 17.	9	Raymundus Berengarius	annis 7.
4	Iamfredus	annis 35.	10	Raymundus Berengarius	annis 50.
5	Borrellus	annis 28.	11	Raymundus Princeps Aragoniæ & Comes Barcinonæ	annis 36.

Per hoc tempus monasterium Sanctarum Crucum in Catalonia, ordinis S. Bernardi, a Guillermo Raymundo de Montcada, Galerando de Pinos, Poncio de Cabrera Vicecomite, & Petro Alemanii constructum fuit, qui suis sumptibus illud dotauerunt. Oldegarius Tarraconensis Archiepiscopus, Barcinonensisque administrator siue Episcopus, per hoc idem tempus, fide, doctrina, ac miraculis plurimum valuit, obiitque Barcinonæ in cathedrali ecclesia sepultus, anno ab incarnatione Christi 1136. sexta Martii: cuius anniuersarium quolibet anno, dicta die, in eadem ecclesia celebratur.

1176

Sanctius III.

SANCTIVS eo nomine tertius, cognomento Desideratus, filius Alfonsi octauis, mortuo patre in Castellæ regno successit, anno humanæ salutis 1176. Hic viuentem adhuc patre vxorem duxit Blancam, Garcia Nauarræ Regis filiam, ex qua filium vnicum nomine Alfonso genuit. Ordinem militum de Calatraua instituit in regione Toletana, loco & prouincia Calatrauæ vbi cœnobium templariorum fuerat. Quumq; vno tantum regnasset anno, diem clausit in Arabia pro Christiana fide, in ea

An. Christi in ea fortiter bellum gerens, vt quidam scribunt. Alfonso siue Ildesofus, Raymundi principis Aragoniæ filius, primus fuit Rex Aragoniæ, & Barcinonæ Comes post principatum vnionem appellatus est. Multa ac præclara opera edidit, monasterium Populeti in Catalonia a fundamentis ædificauit ac dotauit, Turolium ciuitatem condidit, & Ruffillionem quam Perpinianum uocant, vel potius restaurauit. nam Turolium vulgo *Tuyr*, Turruptia siue Tintana olim appellabatur: Perpinianum vero, antiquitus Ruffinum, vulgo *Roffellon*. Vxorem duxit Sanctiam, Alfonsi Castellæ Regis dicti Imperatoris filiam, ex qua liberos vtriusq; sexus sex habuit: Petrum qui in regno Aragoniæ Comitatuq; Barcinonæ successit, Alfonso qui Comes Prouinciæ, & Ferdinandum, primo monachum Populeti, deinde Abbatem montis Aragonum: filias totidem, Constantiam quæ Vngariæ Regis vxor fuit, quo mortuo, Frederico nupsit Romanorum Imperatori: Leonoram, Comiti Tolosano traditam: & Sanctiam, filii Comitis Tolosæ coniugem. Obit Alfonso Rex, quum annis 34. regnasset, in oppido Perpiniano, 7. Kal. Maii, anno Christi 1196. sepultus in monasterio Populeti. Berengarius de villa mulorum, Archiepiscopus Tarracone, per hoc tempus cum suffraganeis suis Concilium apud Tarraconem celebravit, anno Christi 1180. cuius & Concilii constitutione annus Dominicæ incarnationis in chartis & instrumentis notariorum scribi præceptus est, quum antea anni Francorum Regum scriberentur.

Alfonfus IX.

1177

ALFONSVS huius nominis nonus, cognomento Bonus, Sanctio patre mortuo, Castellæ regnum obtinuit, anno ab incarnatione Christi 1177. Hic in Arabas bellum mouit, qui per id tempus Hispaniã vltiorem ex Matritania inuaserunt, anno Domini 1212. Sed primo parum prospere. nam Sarraceni Beticam quæ nunc Granatæ est regnum, subegerunt, tenueruntq; iam inde prouinciam ipsam vsq; ad ætatem Ferdinandi eius nominis quinti. Mox Alfonso ordinem militum S. Iacobi de Spata instituit, & auctis opibus, ingenti prælio Sarracenos vicit, Vbedamque ciuitatem 12. Kal. Aug. anno Christi 1212. recuperavit, Miramamolimum Maurorum ducem, commisso ad Tolosam prælio vicit, in quo ducenta millia Arabum rumor est cecidisse, & crucem ex cœlo apparuisse, ex quo prælio triumphum Petrus Aragonum Rex obtinuit. Eo tempore Alfonso Rodericum præfulem Toletanum Romam misit, ad impetrandas in expeditionem contra Mauros collationes. Vxorem duxit Alfonso Leonoram, Henrici Regis Angliæ filiam, ex qua liberos vtriusq; sexus septem genuit: Sanctium qui puerilibus annis, Ferdinandum qui adulta iam ætate in fata concesserunt, Henricum qui patri successit, Blancam quæ nupsit Ludouico cognomine septimo Regi Francorum, ex quo Ludouici Regis Francorum qui post mortem consecratus est, mater efficitur: adhuc Berengatiam quæ iuncta fuit Alfonso Legionis Regi, Vrracam quæ Regi Portugalliæ, & Leonoram quæ Regina fuit Aragonum, vxorq; Iacobi Aragoniæ Regis. Alfonso itaq; anno 38. ex quo regnare cœperat, diem clausit extremum. Dominicus vir sanctitate insignis, ac religionis Christianæ quasi matutinum sydus, per hæc tempora in Caligurio ciuitate Hispaniæ natus, ex Canonico regulari a Deo vocatus, cum 12. fratribus sociis prædicatorum ordinem incredibili seruore fundauit, qui per Honorium tertium Pontificem maximum anno Christi 1218. approbatus & confirmatus fuit. Petrus filius Alfonsi Aragoniæ Regis, annum agens 20. mortuo patre per hoc idem tempus gubernacula regni Comitatusque Barcinonæ suscepit. Cui nupta fuit Maria Guillermi Montispefulani filia, & Constantinopolitani Imperatoris neptis, ex qua Iacobum filium vnicum Kal. Febr. anno Domini 1196. in Montepesulano habuit, & ex pellice Constantiam quæ Guillermo Raymundo de Montcada nupta fuit. Hic Petrus in vltiorem Hispaniam apud Idubedam ciuitatem, quæ nunc *Vbeda* dicitur, contra Mauros duce Miramamolimo auxiliu Regi Castellæ tulit. Qui quum in bello gerendo fortissimus haberetur, de uictis Sarracenis victoriam insignem reportauit. Hinc Romam profectus, corona panis azyrmi ab Innocentio Papa tertio in ecclesia S. Pancrati coronatus est. Postea vero

Pp ij

An. Christi Roma instructo exercitu discedens, contra Simonem dominum Montisfortis & Tolosanum Comitem progressus, habito conflictu eos deuicit. in quo dum Gallos fugientes a suis longe remotus insequitur, ab hostibus fere solus interceptus, fortissime pugnans occisus est anno Christi 1213. & regni sui 17. cui Iacobus filius in regnum Aragoniæ Comitatumq; Barcinonæ successit.

1215

Henricus I.

HENRICVS eo nomine primus, Alfonsi noni filius, patre mortuo in eius locum successit anno salutis humanæ 1215. Is biennio post apud Palætiā urbem, dum cum sodalibus luderet, cocto latere fortuito vulnus in capite accepit, ex eoq; biduo post morte occubuit absq; liberis. His temporibus Ioannes Hierosolymitanus Rex in Hispaniam profectus est, vt Galliciæ apostoli ædem voto inuiseret. Cui Henricus Berengariam sororem, Alfonso Legionis Regi olim nuptam, matrimonio iunxit. Iacobus huius nominis primus, perempto patre, vt diximus, regnum Aragoniæ Comitatumque Barcinonæ obtinuit. Fortunatus & felicitis memoriæ ob res magnificè gestas appellatus est. Hic ciuitatem Maioricam pridie Kal. Februarii, anno Domini 1229. expulsis Sarracenis recuperauit, insulam totam obtinuit. Et in Hispaniam victor cum exercitu reuersus, 4. Kal. Octobr. 1238. fugatis Mauris, Valentiam urbem prouinciamq; Murcia vsq; ad nouam Carthaginem adeptus est. Vxorem duxit Leonoram, Alfonsi noni Castellæ Regis filiam, ex qua Alfonsum progenuit filiū qui iuuenis e vita migravit: & diuortio facto a Gregorio Papa, ob consanguinitatem gradus, non solum non confirmari matrimonium voluit, sed etiam dissoluit. Quamobrem vxorem duxit Hiollesiam, siue Ardeuram, Vngariæ Regis filiam, ex qua filios peperit tres: Petrum qui patri successit in Aragoniæ regno & Valentia, principatuq; Barcinonæ: Iacobum qui Rex fuit Balearium, id est Maioricarū, Comesq; Rosillionis, & Ceritanæ, ac dominus Montispefulani: & Sanctium qui Toleti Archiepiscopus prælium contra Mauros ingressus occubuit. Peperit & filias quinq;, Isabellam que consors fuit Philippi Regis Franciæ, cui Carcassonam in dotem tradidit, quum antea cessisset iure, si quod ei cōpeteret in Laterania (quæ Gotholania nunc est) & Ruscinone, vt habet Michael Ritius Neapolitanus: Violantam quæ nupsit Alfonso decimo Castellæ Regi: Constantiam quæ fuit vxor Emanuelis fratris Regis Castellæ: Mariam & Leonoram quæ a vita paruulæ discesserunt. Ex pellice vero Teresa, Ioannis Bidauræ filia, genuit Petrum cui castrum Ayerbæ dedit, & Iacobum quem dominum castri Xerica fecit, in regno Valentia. Ex aliis vero fœminis suscepit Petrum Ferdinandum, cui nupta fuit filia Regis Nauarræ, & oppidum Ixar obtinuit a patre, a quo titulum & cognomen accepit: & Ferdinandum Sanctium, cui oppidum Castrum dedit, a quo eius successores a Castro cognominantur. Fuit Iacobus Rex, in re militari strenuus, omniq; genere probitatis ornatus. Ordinē beatæ Mariæ de Mercede Barcinonæ instituit, sub regula S. Dominici, interuentione Raymundi de Pennya forti, Barcinonensis generalis magistri ordinis S. Dominici. Obiitque Iacobus Rex Algeiræ, quod oppidum est Valentia, ætatis suæ 80. octauo Idus Augusti, anno ab incarnatione Christi 1276. in monasterio Populeti sepultus.

1217

Ferdinandus III.

FERDINANDVS eo nomine tertius, Alfonsi Legionis Regis filius, mortuo Henrico, in eius locū successit anno ab incarnatione Christi 1217. vtroq; regno Legionis & Castellæ potitus. Vir fuit in militaribus rebus strenuus. nam ab omnibus fere Hispaniæ finib. Mauros exegit, Hispali, Corduba, Vandalia, & Bætica magna ex parte recuperatis, præter Granatæ Regem quē sibi fecit stipendiariū. De cuius reb. fortissime gestis Rodericus Archiepiscopus Toletanus magnā confecit historiam. Vxorem duxit Beatricem, Germanorū Imperatoris, vel (vt alii dicunt) Brabantia ducis filiam, quæ liberos sex ei peperit: Alfonsum, Fredericum, Emanuelē, Philippum qui Christianam Regis Dacia filiam duxit vxorem, Sanctium, & Henricum. qua mortua, sibi Ioannam ex Comite Pontis editā iunxit, ex qua Ludouicū & Leonoram procreauit. Hic quum annis 45. regnasset, apud Hispalim ciuitatem a se re-

a se recuperatam diem clausit extremum, anno Domini 1262. Antonius de Pa-
dua, ciuitate Vlyssiponensi in Portugallia oriundus, ordinis minorum, his tempo-
ribus claruit, vir vtiq; sanctus, & multis virtutibus decoratus, a Gregorio tertio Pa-
pa in sanctorum consortium confessorum honorifice relatus, cuius natale Idibus
Iunii celebratur. Bernardus presbyter Compostellanus, iuris vtriusq; eruditis-
simus, per hoc idem tempus claruit. Conscripsit in iure Canonico quædam laude
dignissima, quæ in magna habentur auctoritate. Item super quinque libris De-
cretalium, lib. 5. Raymundus de Pennya forti, natione Cathalanus, ordinis præ-
dicatorum, tertius magister generalis hac ætate claruit, in diuinis scripturis suffi-
cienter edoctus, ac Iuris Canonici scientia instructus, scripsit in Decretalis lib. 5.
item summæ de Casibus lib. 3. Constitutiones ordinis lib. 1. Hugo Barcinonen-
sis, ordinis prædicatorum, & S. Sabinæ Cardinalis presbyter, vir doctrina ac vitæ
sanctitate conspicuus, per hoc tempus in magna fuit exiftimatione. scripsit in to-
tum vetus ac nouum testamentum lib. 73. & summam de Casibus valde vtilem,
religionis ordinationes & constitutiones sub regulari obseruantia in ordinem ex-
tantem redegit.

Alfonsus X.

1262

ALFONSVS huius appellationis decimus, Ferdinando patri successit anno sa-
lutis humanæ 1262. vxoremque duxit Violantam Iacobi Aragonum Regis fi-
liam, ex qua filiam primo Berengariam, mox liberos alios septem habuit: Ferdi-
nandum cognomento dela Cerda, cui Blanca diui Ludouici Regis Francorum fi-
lia nupsit, & patre viuente ab humanis discessit, ex vxore relinquens Alfonsum &
Ferdinandum dela Cerda, a quibus domus dela Cerda originem trahit: Sanctium
qui post eum regnauit: Ioannem qui Margaritam Marchionis Montisferrati filia
duxit vxorem, & multa contra Mauros bella fortissime gessit: postremo Iacobum,
Petrum, Leonoram & Mariam: Alfonsus itaque leges Hispaniarum quas vocant
Partitas, aliis insuper additis illustratisq; sensibus, vt ex vsu videbatur, in volumen
redegit. Murciam recepit ab Arabibus, quæ in eius fide persistit: vnde priuilegio
consecuta est, vt septem coronas insignibus suis imponeret. Algarbii Comitatum
Alfonso Portugalliæ Regi dedit, in dotem filia Beatricis quam ex pellice genitam
ei collocauerat, quæ Dionysium peperit. Immunes præterea Reges Portugalliæ
fecit, ne cogerentur conuentibus adesse qui Hispanorum lingua Curia vocatur,
quibus ex fœdere Regi Legionis & Castellæ astringebantur. Variantibus in
creando Imperatore sententiis, ei Imperium vltro delatum est, suadente etiam
Pontifice vt capesseret, vitandi belli causa. Anno 15. post electionem suam, suo iu-
ri renunciauit apud Belgradum. His temporibus Sarraceni, anno Christi 1268. ex
Africa soluentes vtraque Hispanias opprimunt: sed Christiani cruce signati eos,
facta irruptione, maxima cæde proffigarunt. Hic Alfonsus Astronomiam sidera-
lemque scientiam profitebatur, vnde ab eo tabulæ extant Alfonsinæ. Imperato-
rem Constantinopolitanum a Sultano captum, ingenti ære collato redemit. Mo-
riensq; hic excellens Rex anno 25. principatus sui, Murcia condidit. Petrus
Portugallensis, episcopus Tusculanus, medicus & philosophus præstantissimus, pri-
mo S. Romanæ ecclesiæ Cardinalis, postmodum Papa Ioannes vigesimus primus
per hæc tempora claruit. Scripsit medicis non contemnenda opuscula, inter quæ
opusculum quod medici Thesaurum pauperum appellant: item problematū lib.
1. Canones medicinæ lib. 1. & Epistolarum ad diuersos lib. 1. Garcias Hispanus,
luculentissimus legum explanator, tempestate hac etiam vixit, qui & super De-
cretalibus egregium opus & alia plura composuit. Petrus filius Iacobi Aragoniæ
Regis, defuncto patre, per hæc tempora in regno Comitatuq; Barcinonæ succes-
sit. Huic, patre adhuc viuente, tradita fuit Cōstantia, Manfredi vtriusq; Sicilia Re-
gis filia, cuius prætextu regna hæc Sicilia obtinuit. Habuitq; ex ea liberos vtriusq;
sexus sex: Alfonsum qui patri successit in Aragoniæ regno, Iacobū qui primo Rex
Siciliæ, & mortuo fratre Alphonso Aragoniæ fuit: Federicum qui Rex etiam
Siciliæ fuit: & Petrum qui absq; principatu vitam degit: Isabellam quæ nupsit Dio-
nysio Regi Portugalliæ: & Constantiam, vel (vt alii volunt) Violantā, quæ coniunx

An. Christi fuit Roberti Neapolis Regis. Petrus itaque quum apud Villafrancam oppidum Comitatus Barcinonæ permaneret, diem clausit anno ætatis suæ 55. tertio Idus Nouemb. anno Domini 1286, cuius corpus ad monasterium sanctarum crucium fuit deportatū & reconditum, Alfonso filio in regni successionem hærede constituto.

1287

Sanctius IIII.

SANCTIVS eo nomine quartus, adhuc viuo patre (vt fama habetur) Regem Castellæ se gessit, & mortuo successit anno salutis humanæ 1287. Contra Mauros feliciter dimicans, eis Tariffam, olim Carceiam vocatam, ademit. Regem Fessæ Maurum, ex Africa contra Hispaniam magna classe soluentem, nauali bello superauit. Mariam Infantis Alfonso filiam, cognomento de Molina, fratrisq; Ferdinandi tertii, vxorem duxit, liberosq; quatuor, Ferdinandum, Petrum, Philippum, & Henricum ex ea procreauit. Is itaq; quum annis regnasset 8. fato functus est. Alfonso huius appellationis secundus, Petro patre defuncto, per hæc tempora in Aragoniæ regno Comitatuq; Barcinonæ successit. Homo liberalitate fortitudineq; præstantissimus fuit, & ideo Largus cognominatus. Iacobum patruum qui aduersus Petrum Regem Aragonum patrem suum Gallis adhærebat, regno Maioricarum priuauit. quo regno potitus, alteram Balearium quæ Minorica appellatur, depulsis ab insula Sarracenis, ditioni suæ subegit. Vxorem nunquam duxit, ideoque Castus cognominatus: & sic moriens anno ætatis suæ 27. absq; liberis, Barcinonæ 17. Iulii, Iacobum fratrem Siciliæ Regem hæredem instituit, anno Christi 1292. in ecclesia monasterii fratrum Minorum Barcinonæ, in tumulo matris sepultus.

1295

Ferdinandus IIII.

FERDINANDVS Sancti filius, cognomine quartus, regnum accepit anno salutis humanæ 1295. quod annum agens nonum per matrem administrabat. Vnde huius pueritia, illius sexu contempto, plures in eum arma sumpserunt. Nam contra Alfonso de la Cerda qui se Castellæ Regē dicebat, ac Reges Navarra, Portugallia, & Aragoniæ, graua bella per legatos gessit. Ex Cōstantia Portugalliæ Regis filia Alfonso genuit qui Castellæ regno successit, & Leonoram quam Aragoniæ Regi Alfonso locauit. Quumq; annis 17. regnasset, & nocte quadam dormire crederetur, in fata admodum iuuenis corruit. Dionysius Alfonso decimi Regis Castellæ Legionisq; nepos, his temporibus in Portugallia regnabat, qui milites Iesu Christi sub ordine Cisterciensi apud oppidum Tomarium Lusitaniæ instituit sub magistro. Dicto Regi successit Alfonso huius nominis quartus, eius filius ex vxore sua Isabella, Petri Aragonū Regis filia: Alfonso autē Petrus, dein Ferdinandus. Iacobus Siciliæ Rex, filius Petri Aragonum Regis, mortuo Alfonso fratre regnum Aragoniæ principatumq; Barcinonæ obtinuit, Fredericum fratrem in Sicilia Regem relinquēs. Vxorem duxit Mariam, Alfonso decimi Castellæ Regis filiam. Cum qua nondum deflorata, ob consanguinitatis gradum coniunctissimum (erat enim sororis filia) iussu Romani Pontificis diuortium fecit. Exinde Blancam Caroli Neapolitanorum Regis filiam duxit, ex qua liberos quinque genuit: Iacobum cui nupsit Leonora, Alfonso decimi Castellæ Regis filia, sed ea intacta ad ordinē S. Ioannis Hierosolymitani se contulit, inde magister ordinis Montefani electus: Alfonso cui Tiresia neptis Vrgelli Comitit, Guillelmi Dantensæ filia, nupta fuit, & Vrgelli Comitatum prætextu vxoris obtinuit, ac in regno patri successit: Petrum primo Comitem Pratensem, deinde Empuriarū: Raymundum Berengarium, Comitem Pratensem Ribagorciarumq;: & Ioannem qui primo Toleti Archiepiscopus, postea Tarraconensis, Alexandriæq; Patriarcha est habitus. Filias totidem: Constantiam quæ Emanueli Regis Castellæ filio nupsit: Mariam quæ Petro Castellæ Infantis: Blancā quæ præfuit monialibus monasterii Xixen, ordinis S. Ioannis: Violantam quæ fuit consors Tarentino principi: & Isabellam quæ fuit vxor Austriæ Ducis. Ex pellice autem habuit Iacobū qui filiā Lupi Lunæ, nomine Ioannam, in matrimonium duxit, & Comitatum Lunæ cum ea accepit.

Duxit

Duxit præterea Iacobus Rex, defuncta Blanca, Elisendā, nobilis Petri de Montcada filiam, quæ mortuo Rege, monasterium monialium de Petris albis, ordinis S. Clara, iuxta Barcinonam a fundamentis instruxit ac dotaui, & ibi requiescit. Aduersus Federicum fratrem Siciliæ Regem nauali prælio in Siculo mari decertans, Siculos profligauit, rebusq; prospere confectis in Hispaniā reuersus, cum Valentig conuentū celebrasset, Barcinonæ aliquamdiu commoratus, obiit pridie Kal. Nouemb. anno Christi 1327. ætatis suæ 66. in ecclesia monasterii sanctarū Crucium sepultus. Alfonso filium hæredem & successorem instituit, Iacobo primogenito abdicato, qui contra Sardos rebellantes in Sardiniam a patre missus, expeditionē Sardinia, simul & regnorum successionem recusauit.

Alfonso XI.

1308

ALFOVSVS huius nominis vndecimus, in patris Ferdinandi quarti locum successit anno humanæ salutis 1308. ductaq; Maria, Dionysii Portugalliæ Regis filia, Petrum genuit: ex Leonora de Guzman pellice, Henricum & Federicum, ex his Henricum Trastamaræ Comitem, Federicum vero diui Iacobi Magistrum instituit. Præterea Sanctium, Telium, Petrum, & Didacum, quorum vltimos duos Petrus eorum frater interimendos curauit. Alfonso itaq; in Arabas animi impetum conuertens, aduersus Almoacenum & Hynzephinum Bellamarini & Granatæ Reges, oppido Alcala (quod Regale vocant) recuperato, feliciter dimicauit. Calatrauz Magistrum leuibus de causis delatum interfici iussit. Ordinem militum de la Banda apud ciuitatem Burgensem instituit. Obiit in obsidione Castri de Gibraltar, eo die Veneris quo dominicæ passionis memoriam recolimus, quum regnasset annis 42. Ordinem nouum militiae Christi eā tempestate Ioannes vigesimus secundus Pont. Max. instituit, qui militare sub Christo dicerentur in Lusitania, & Sarracenis resisterent Bæticam & Aphricam incolentibus. Huius autem militiae præfectus in Marino Syluensis diocesis oppido locum repositum habet, vbi principalis domus constituta, & militibus omnia bona Templariorū, annuente Rege Portugalliæ, concessa, quo liberius militiae Christi vacarent. Cuius censor & moderator est abbas Archobasiani monasterii Cisterciensis ordinis, Vlyssiponenfis diocesis, qui conscribendi & exautorandi milites facultatem habet. Alfonso Hispanensis episcopus, ordinis Eremitarum diui Augustini, doctor celeberrimus, per hoc idem tempus claruit, cuius quidem doctrina est in precio. Hac etiā ætate Aluarus frater Minorum Hispanus, clarus habetur. Alfonso Rex Aragonū viuento patre Iacobo in Sardiniam profectus, eam breui tempore imperio patris subegit: multis tamen præliis habitis, in quibus animi fortitudinem mirabilem, & rei militaris industriam, & Ducis magni officium ostentauit. Cæsar Augustæ coronam regni accepit anno Christi 1327. Ex Tiresia vxore (de cuius coniugio fuit Comes Vrgelli & Vicecomes Agerensis) liberos genuit, Petrum qui patri successit, Iacobum cui Comitatum Vrgelli dedit, Fredericum & Alfonso, & alios duos, & filiam Tiresiam, qui primis ætatis annis e vita migrarunt. Omnes Cæsar Augustæ iacent in ecclesia S. Francisci ordinis Minorum, apud altare maius, iuxta tumulum matris. Mortuaq; Tiresia ad quintum Kal. Nouemb. anno domini 1327. Leonoram, Alfonso decimi Castellæ Regis filiam, duxit vxorem, ex eaq; genuit Ferdinandum Dertosæ Marchionem, Ioannem qui obiit apud auum in Castella, & Constantiam quæ nupsit Iacobo vltimo Maioricarum Regi. Alfonso itaq; apud Barcinonam diem clausit extremum nono Februarii, anno Christi 1336. qui iacet Ilerdæ in monasterio S. Francisci ordinis Minorum. Post cuius mortem Petrus eius filius in regnis successit. His temporibus Ioannes papa vigesimus secundus Cæsar Augustanam ecclesiam sibi dilectam in metropolitanam crexit, assignatis sibi quinque cathedralibus ecclesiis, ex vndecim quæ Tarraconensi subsunt. Petrus de Perpiniano, natione Cathalanus, ordinis Carmelitarum, per hoc idem tempus claruit, & in scripturis diuinis non mediocriter eruditus, edidit multa commendatione digna, e quibus feruntur Quæstiones in lib. summarum pulcherrimæ: item in totum psalterium opus grande, & Sermones varii.

Pp iij

An. Christi
1350

Petrus.

PETRVS, Alfonso patre mortuo, imperii Castellæ Legionisq; habenas suscepit anno a natiuitate Christi 1350. Blancam Borbonii ducis filiam in vxorem duxit, quam instigante pellice dimisit. Hic nota crudelitatis a multis accusatur. nam Federicum fratrem, diui Iacobi militiæ præfectum, obruncauit, Rubeum Granatæ Regem, hospitem, suam opem implorantem, thesauris inhians quos secum aduexisse putabatur, iugulauit. Exinde fratres Telius, Sanctius, & Henricus ad Aragonum Regem se recipiunt, impetratoq; auxilio Castellæ fines adoriuntur. vnde Petrus Anglorum copiis adiutus, inito aduersus Henricum prælio, eum regni finibus exegit. Qui instaurato Francorum copiis exercitu, Petrum Regem superauit, strictoq; gladio confodit vnde uigesimo sui principatus anno. Terræ motus maximus adeo in Hispania his temporibus, id est, anno Christi 1357. fuerunt, & præsertim Hispali & Cordubæ, vt maxima earum vrbium ædificia corruerint, ingentēq; hominum multitudinem oppresserint. Egidius Magnus Hispalensis Episcopus, & Sabinus Cardinalis dignissimus, ex nobilissima Hispaniarum familia Carrillanatus, iisdem temporibus ob res magnas strenue a se gestas, apud Innocentium papam sextum, aliosq; summos proceres, maximo est habitus in precio. cuius virtute confusus Innocentius, ex Auinione in Italiam ad multos tyrannos & ecclesiæ Romanæ rebelles comprimendos legatus missus est, & Romam cum omni apparatu veniens, in primis Carolum Imperatorem coronauit. Quo coronato, omnes vrbes & oppida quæ tyranni, instigante Bauaro, occupauerant, breui recepit. Hic optimus ac Christianissimus pater, multa Italiæ bona exemplo dignissima, maxime Bononiæ contulit. nam in ea vrbe Collegium impensis propriis construxit, cui & reditus magnos pro scholasticis Hispanis pauperibus perpetuo alendis assignauit. Petrus huius appellationis quartus, cognomento Cerimoniosus, in Aragonia per hoc tempus, mortuo patre Alfonso, regni gubernationē suscepit. Hic adolescens annos fere 16. natus, viuente patre, ad montes Pyrenæos se contulit in fidiis Leonoræ nouercæ veritus, quæ studebat vt Ferdinandus eius filius post Alfonso Regis obitum in regno succederet. Sed regno suscepto, Ferdinandum fratrem qui multos Aragoniæ populos ad rebellionem concitauerat, occidit, ac nonnullos Aragoniæ nobiles qui Ferdinandi factionem secuti fuerant. CæsarAugustæ capite puniuit. Vxores duxit quatuor, quarū prima fuit Maria Nauarræ Regis filia, ex qua Ioannam habuit quæ vxor fuit Emporiarum Comitis, & alteram filiam quæ paruula migravit a vita. Peperit & Petrum filium, qui natus paucis dieb. obiit. Mortua Maria, Leonoram Portugalliæ Regis filiā duxit, quæ post confectas nuptias per breui spacio temporis obiit. Inde Leonoram duxit Regis Siculorum filiā, ex qua Ioannem & Martinum filios genuit, quorum alter ei successit in regnis, alter Dux fuit Montisfalbi. Suscepit & filiā Leonoram, quæ nupsit Ioanni Henrici Castellæ Regis filio. Leonora quoq; defuncta, Rex iam senio confectus, amore cuiusdam mulieris viduæ deperditus, nomine Sibyllæ Forciæ in Emporiarum prouincia nata, eam demum duxit vxorem, quæ filiam peperit vnicā nomine Isabellam, coniugio traditam Iacobo Comiti Vrgelli & Vicecomiti Agerensi. Hic Petrus Henrico Trastamaræ Comiti, Castellæ Regi fratri inuiso opem ferre non destitit, cuius auxilio Henricus Petrum fratrem Castellæ Regem (vt diximus) occidit. Postea vero Petrus Rex Aragoniæ, in Sardiniam transit rebellantem, & Genuenses ad quos Sardi defecerant, multis cladibus affecit. Hinc in Hispaniam reuersus, Iacobum Balearium Regem suæ sororis maritum, propterea quod ei obsequium denegauit, Maioricarum, Russilionis, & Ceritanæ principatibus quos nomine suo tenebat in feudo, spoliavit: quas prouincias Aragoniæ regno coniunxit. His quoq; temporibus apud Perpiniatum oppidum, in Curia generali, 25. Decemb. 1351. fuit determinatum in Cathalonia, ne Calendæ a notariis in chartis scriberentur, nec ab incarnatione annus Domini, sed a natiuitate inchoaretur. Præfuit autem Rex Petrus annis 51. Barcinonæ moriens 5. Ianuarii, anno Christi 1387. natus annos 72. Corpus autem delatum est in monasterium Populeti.

Henricus

Henricus II.

An. Christi
1369

HENRICVS eo nomine secundus, Alfonso vndecimi filius, interempto Petro, regno potitus est anno salutis humanæ 1369. Huic nupta fuit Ioanna, Infantis Ioannis Emanuelis dela Cerda filia, ex qua Ioannem genuit qui post patrem regnauit, & Leonoram quæ nupsit Regi Nauarræ. Regnauitq; Henricus annis octo, quum e vita migravit apud S. Dominicum *dela Calzada*, Calagurritanensis dioceseos. Ferdinandus, filius Petri, in Portugalliæ regno per hoc tempus imperium regebat, cui successit Ioannes eius ex pellice filius. Hic Ferdinandus ex vxore sua vnicam habuit filiam, quæ coniunx fuit Ioannis Regis Castellæ, eo nomine primi.

Ioannes I.

1377

IOANNES eo nomine primus, Henrico patri successit anno a natiuitate Christi 1377. Hic vxorem duxit Leonoram Petri Aragonum Regis filiam, ex qua Henricum qui patri successit, & Ferdinandum Regem postea Aragonum suscepit: qua mortua, Beatricem Ferdinandi Portugalliæ Regis vnicam filiam superduxit. Defunctoq; Ferdinando socero, dum ius vxoris prosequitur, magna manu Portugalliæ fines ingressum, Ioannes Ferdinandi ex pellice filius infecta re exercitum reducere coegit, seq; Portugalliæ Regem creauit. Hic Ioannes Rex Castellæ Henrico filio dedit in vxorem Catharinā, Ducis Lancastriensis Angli filiā, atq; illum principem Asturum declarauit, obiitq; equi lapsu oppressus vndecimo sui principatus anno. Ioannes nonus in Portugalliæ regnum (vt diximus) mortuo Ferdinando Rege, ex religione militari vocatus, per hæc tempora claruit. Hic in omnibus admirabilis exitit. nam tres insulas extra orbem eiectas quas vulgo *Diperlas* vocant, regno conquisiuit, & Suram munitissimam Aphricæ vrbem vi cepit, & alia multa confecit, ex quibus peperit sibi immortalē gloriā apud omnem posteritatem. Filios ex coniuge habuit, Eduardum qui patri successit in regno, & Petrum Infantem, Leonoramq; filiam quæ nupsit Petro Aragonum Regi, Ferdinandum virum sanctitate præclarum, quem ob religionem & vitæ abstinentiam inter beatos retulerunt, Ioannem Regem Cypri, & Henricum qui in Atlantico mari primus nouas reperit insulas. ampliandi siquidem regni paterni desiderio quod angustis limitibus circumscribi videbat, Oceanum Hispanicum magna classe cosmographorum persuasione ingressus, varias insulas ab hominibus nunquam habitatas adinuenit: inter quas ea quæ vulgo *de Madera* nuncupatur, saccharo proferendo est aptissima. In hanc & multas alias nouas primus induxit colonos ex Lusitania. Insulam vero S. Georgii de Picho, Flandris habitandam censuit. Ioannes eius appellationis primus, Petro Aragonum Regi defuncto, in Aragonia, Comitatu Barcinonæ, & aliis regnis successit. Vxorem duxit Mattheam Arminiensis Comitis filiam, ex qua genuit filiam nomine Ioannam, quæ nupsit Mattheo Foxæ Comiti. Defuncta Matthea, Violantam ducis Ebaris filiam vxorem duxit, quæ peperit Iacobum Delfinum Gerundæ dictum, qui puer CæsarAugustæ obiit: adhæc Violantam, quæ nupsit Ludouico Neapolis Regi & Andegauensium Duci. His temporibus populi Barcinonensis principatus, Aragoes, Baleares & Valentini tumultuantes aduersus Iudæos insurrexerunt, exceptis CæsarAugustæ ciuibus, quos Regis præsentia compescuit. Qua persecutione in Iudæorum perniciem violenter exacta, Rex seditionis authores capite puniuit, & alios magna bonorum parte multauit. Ad Baleares cum regina profectus, Maioricarum ciues, vt ducenta florenorum millia persoluerent, coegit. Hinc in Tarraconensem agrum remeans, in Castilionem oppidum se recepit. Vbi per aliquot dies commoratus, in saltus & montes propinquos venatū profectus, repente e mula qua vehebatur, mortuus decidit 19. Maii, anno Christi 1396. cuius corpus ad Populetum monasterium delatum fuit iussu Martini Regis fratris eius. Benedictus eius nominis decimus tertius, Petrus de Luna antea vocatus, natione Aragonensis, per hoc idem tempus mortuo Clemente papa VII. in schismate in papatum susceptus est, qui annis 21. vsq; ad concilium Constantiæ sedet.

An. Christi
1388

Henricus III.

HENRICVS huius nominis tertius, patri successit Ioāni in regno Castellæ duodecimo ætatis suæ anno, a natiuitate vero Iesu Christi 1388. Hic ex Catharina quam ei nupsisse diximus, duas filias habuit, Mariam & Catharinam, exinde Ioannem qui mortuo patre regnum obtinuit. Mariam filiam nepoti suo iunxit Alfonso Ferdinandi filio. Obiit Henricus Toleti morbo solutus, quum annis 16. regnasset, ætatis suæ 28. Eduardus filius Ioannis Regis hac ætate in Lusitania rerum potiebatur. Hic ex vxore sua Isabella, Ferdinandi eius nominis primi Aragonum Regis filia, filium genuit Alfonso, filiaq; duas, Leonoram quæ nupsit Frederico Imperatori eius nominis tertio, & Ioannam quæ fuit vxor Henrici Castellæ Regis eius appellationis quarti. Iacobus ordinis Eremitarū, Theologus excellentissimus, natione Toletanus, per hoc tempus floruit, & vniuersam fere scripturā sacram explanauit. Edidit & insigne volumen Sophologium in scriptum, opus diuinæ sapientiæ exquirendæ peraccommodum, & multa alia. Martinus frater Ioannis Aragoniæ Regis, defuncto fratre, in regno successit. Hic regnante Ioanne Mariā Lunæ Comitiss filiam vxorem duxerat, ad quam mortuo patre absq; filio successore Comitatus Lunæ iure deuenerat. Ex hac coniuge Martinum habuit filiū, qui Frederici Siciliæ Regis filie matrimonio coniunctus est, & Frederico socero sine virili prole defuncto, prætextu vxoris Siciliæ regnum obtinuit. Hic Martinus senior cum filio in Siciliam traiecit, ibiq; permāsit, donec de morte fratris Ioannis Regis legatos accepit, & tunc Barcinonam delatus est, inde Cæsaraugustā peruenit, vbi Rex ab omnibus salutatus fuit Idibus Maii, anno Christi 1398. Mortua exinde Maria coniuge, duxit Margaritam Pratarum Comitiss filiam, ex qua nullam prorem habuit prolem. Discessit his temporibus ab humanis Martinus Rex Siciliæ, 5. Kal. Septemb. anno domini 1409. post cuius mortem Martinus pater menses ferme decem superuixit, & e vita migravit in monasterio vallis Domicillæ prope Barcinonam, 31. Maii, anno Iesu Christi 1410. cuius corpus ad Populetum monasteriū delatum fuit, regnauitq; annis 14. Vincentius Cathalanus, ordinis prædicatorū, Theologus Valentia oriundus, ex familia Ferrerorum originem ducens, iisdem temporibus non solum celebri doctrina, sed singulari sanctitate insignis fuit: tandem anno Christi 1418. ex hoc sæculo migravit. Et quum post mortem plurimis miraculis claruerit, Calixtus papa eius nominis tertius, eiusdem conterraneus, anno Iesu Christi 1455. in sanctorum confessorum numero eum aggregauit, eiusq; festum Nonis Aprilis celebrari iussit. Scripsit sermones Quadragesimales ac festiuos, quos non minori eruditione quam doctrina refertos post se reliquit.

1404

Ioannes II.

IOANNES huius appellationis secundus, defuncto patre, in regno Castellæ successit anno Christi 1404. adhuc infans in cunis, eiusq; rem Catharina mater & Ferdinandus patruus administrarūt, donec ad quartum decimum annum perueneret, quo gubernacula regni subiit, Mariamq; Ferdinandi patris filiam duxit vxorem, ex qua Henricum genuit. quæ cum mature decessisset, alteram superduxit nomine Isabellam, Ioannis Infantis filii Ioannis Regis Portugalliæ filiam, ex qua Alfonso qui adolescens obiit, & Isabellam reginam catholicam procreauit. Henricum filium viuens in regni consortium assumpserat, quum anno imperii sui 50. diē clausit extremū. De eius rebus gestis & vita satis longa circumfertur historia. Alfonso V. filius Eduardi Regis Portugalliæ, princeps mansuetus & magnanimitate prudentiaq; singulari præditus, per hoc tempus, id est, anno Christi 1455. post mortem patris tutoris, Petri Infantis agnominati, regnum paternū accepit. quo mortuo, Ioannes eius filius regnauit. Lupus de Oliueto Hispalensis, ordinis monachorum diui Hieronymi generalis prior, diuinarum scripturarum eruditissimus, per hæc tempora suum ordinem semicollapsū, verbo, exemplo, ac doctrina mirifice instaurauit, & nonnulla opuscula lectu dignissima edidit. Regulam ex dictis diui Hieronymi collectam per capitula distinxit, quam Martinus papa quintus approbans,

An. Christi

probans, ipsius ordinis professoribus obseruandam tradidit. Deinde sermones vtitiles & alia quædam composuit. Obiit in vrbe Romana, sepultus in ecclesia S. Alexii in monte Auentino. Ioannes Segobrigensis, vir moribus & doctrina illustris, summos sacræ Theologiæ professores eruditione ac doctrina æquauit. qui acceptum a Nicolao pontifice eius nominis quinto Episcopatu Cæsariensem renuens, ad altissimos Hispaniæ montes secessit, & ibidē paruo in monasterio magnæ sanctitatis vitam, exegit: ibiq; ne ocio marcesceret, viris ex Hispania accitis linguæ Arabicæ peritissimis, librum Alchoranum egregio stilo in nostram transtulit linguam, ipsiusq; mendacia veris ac variis rationibus & argumentis refellit. Ferdinandus Ioannis huius nominis primi, vltioris Hispaniæ Regis filius, per hoc idē tempus prætextu matris Leonoræ, Petri Aragonum Regis filia (vt diximus) in regno Aragoniæ Comitatuq; Barcinonæ successit 3. nonas Septembris 1412. quod die coronatus fuit. Princeps omni virtutum genere cumulatus, ab omnibus Hispaniæ populis merito celebratur. Martino enim Aragonum Rege auunculo suo mortuo, ab Aragoniæ magnatibus per legatos accitus est, vt regni titulum & coronam acciperet. Leonoram Alburquerqui Comitiss vltioris Hispaniæ admodum diuitis filiam vxorem duxit, ex qua felicissima orta est proles. Quinq; enim ei filii nati sunt omnibus naturæ donis præstantes: Alfonso qui patri omnibus successit in regnis, suaq; virtute ac proprio labore Neapolitanum regnum adeptus est: Ioannes qui prætextu vxoris Blancæ Nauarram obtinuit: Henricus equitum S. Iacobi ordinis magister: Sanctius qui Alcantaræ & Calatrauæ militiæ præfecturas gessit: & Petrus qui Neapolitano bello perit: Filia quoq; duæ, Maria quæ nupsit Ioanni Regi Castellæ, & Leonora quæ vxor fuit Eduardi Portugalliæ Regis. Sigismundus Imperator his temporibus in Hispaniam venit, vt schismam diuurnum Ferdinandi ope & consilio adiutus tolleret. Sed Benedictus decimus tertius papa in sua permansit pertinacia, & ex oppido Perpiniā in Insulam Penisculæ apud Valentiam se recepit. Tunc Sigismundus ex Hispania ad imperiū reuersus est. Ferdinandus vero Barcinonam venit. hinc in Aragoniam proficiscens, in Equalato oppido a vita decessit, secunda Aprilis, anno Christi 1416. ætatis vero 43. qui sepultus est in monasterio Populeti. Leonora autem vxor in vltiorem rediit Hispaniam, monasteriumq; S. Ioannis dominarum, Methimne (quæ vulgo *del Campo*) condidit, vbi per sancte vixit annos 19. & diem clausit quinta Ianuarii, anno domini 1435. Alfonso Ferdinandi Aragoniæ Regis filius iure primogenituræ paternum regnum obtinuit. Hic bellicarum rerum gloriam pacis laudibus præferens, ad regnum Neapolitanum animum adiecit. ad quod magna classe deuectus, præfectum arcis maritimæ ad prodicionem pellexit. inde contra Renatum eiusdem Neapolis Regem exercitum mouens, Neapolitanam urbem longa & durissima obsidione adeo fatigauit, vt multi fame & inedia perierint. Tandem noctu per cuniculum furtim militibus intromissis, urbem cepit, ac breui tempore proceribus domitis, vniuersum regnum in suam potestatem redegit. Hic sine controuersia regum principumq; omnium quos nostra ætas tulit, & sapientissimus & fortissimus habitus est. Rex inter voluptates moderatus, inter adulatōres firmus, inter vana pleraq; principum exercitia, doctrinæ studia haud omisit. Eius facta & laudes Laurentius Valla & Bartholomæus Faccius, duo præstantissimi viri fideq; dignissimi, facundissime scripta reliquerunt. Vxorem duxit Alfonso Mariam, Henrici Castellæ Regis patris sui filiam, ex qua nullam prolem suscepit. Ex concubina autem filium genuit Ferdinandum, quem primum Calabriæ ducem, & in Apuliæ regno ex testamento moriens hæredem instituit. Habuit filias duas, Mariam & Leonoram, quarum prior vxor fuit Marchionis Ferrariæ, posterior filii Ducis Suesani. Obiit Alfonso Neapoli in Castro nouo, 27. Iulii, anno Christi 1458. ætatis suæ 65. Per hoc idē tempus mortuo Penisculæ Petro de Luna qui dicebatur Benedictus papa decimus tertius, duo Cardinales Egidium cognomento Munyos, Barcinonensem Canonicū, genere nobilem, pontificem deligunt, Clementēq; octauū appellant, qui statim Alfonso Regis hortatu & Cardinales creauit, & fecit quæ a pontificibus fieri consueuerunt. Verum quum Mar-

An. Christi tinus papa quintus in gratiam cum Alfonso rediisset (erant enim hostes prius) iubente Alfonso Egidius statim omnia pontificatus iura deposuit. Erga quem clementia ac benignitate Martinus postea vltus, eum Maioricensem episcopum declarauit. Cardinales autem ab Egidio creati, sponte Cardinalatu se abdicarunt. Nicolaus Euboicus Saguntinus Episcopus, per hoc tempus, non minus Græcis quam Latinis literis eruditus, floruit. Alfonso Borgia, natione Cathalanus, patria Valentinus, iisdem temporibus papa creatus est, Calixti tertii nomine sibi imposito. Vir fuit magni consilii, & vtriusque iuris peracutus doctor. sedit annis tribus, ac mensibus totidem, diebus sedecim. Ioannes Mena, Hispanorum poetarum celeberrimus, claruit sub Ioanne secundo. Scripsit metro Hispano opus varium, 10 omniq; eruditionis genere refertum, posteritatiq; adeo admirandum, vt non iniuria inter tot poetas Castellani vatis cognomentum meruerit, quod & elegantissima eius carmina luce clarius indicant.

Henricus IIII.

1454

HENRICVS eo nomine quartus, Ioannis principatu finito, in regno Castellæ patri successit anno salutis humanæ 1454. ætatis suæ 31. Blancam Ioannis Aragonum Regis filiam matrimonio sibi iunxit, eaq; dimissa Ioannam Eduardi Portugallie Regis filiam superduxit: quæ dubium pepereritne, an sibi puellam Isabellam supposuerit, quæ vulgo pro Regis filia colebatur. Hic sobrino suo Regis Portugallie filio, qui patri successurus erat, Isabellam eius filiam collocauit. Sed soror 20 Henrici Isabella suafu quorundam principum, clam fratre, a Ferdinando Ioannis Aragonum Regis filio in vxorem duci curabat. nam rumor erat, Isabellam quæ filia Henrici putabatur, a matre fuisse suppositam, quum satis constaret, Henricum genitalibus esse debilem, neq; per naturam patrem fieri posse. Et sic Ferdinandus, mortuo Henrico absq; liberis, cum coniuge Isabella Henrici sorore regno Castellæ potitus est. Ioannes filius Alfonso, qui per idem tempus in Portugallia regnum paternum obtinebat, filium habuit Alfonso, qui viuentis patre Isabellam Ferdinandi eo nomine quinti Regis Castellæ filiam duxit vxorem. qui Alfonso adhuc sponsus, dum pertinacius equum currendo vrgeret, ex eo delapsus infelicitè interit. Quapropter Ioannes pater eius sine liberis decessit. Cui successus est Emanuel, 30 ex prole regia genitus, & eidem Regi Ioanni cognationis arctissimo vinculo coniunctus, qui Isabellam supradictam viduatam duxit vxorem. Quæ quum CæsarAugustæ Michaelæ filium peperisset, subinde magno dolore partus obiit mortem. Michael autem nondum annos duos attingerat, cum Granatæ Bæticæ et viuis sublatus est. Cæterum Ferdinandus ad retinendum Emanuelis Regis affinitatem, ei Mariam filiam, sororemq; supradictæ Isabellæ missis legatis in matrimonium dedit. Ioannes cognomine secundus, Ferdinandi superioris Regis Aragonum secundo genitus, Alfonsoq; prædicti frater, decedente Alfonso sine legitimis filiis, in regnis Aragonie, Sicilie, cæterisq; principatibus ceterioris Hispanie per hoc tempus 40 successit. Hic principem præclaræ & eximie bonitatis fuisse tradunt, & Christianæ religionis præcipuum assertorè, clementia insuper animiq; magnitudine præcellentissimū. Qui annum agens fere vigesimū (vt diximus) Blancam Caroli Nauarræ Regis filiam duxit vxorem, ex qua filium nomine Carolum habuit qui patre adhuc viuentis fati excessit, & filias duas: Blancam quæ nupsit Henrico Castellæ principi, Ioannis secundi filio, cū quo deinde diuortium fecit, illius experta nature defectum, & in Nauarrâ reuersa paucis dieb. decessit ab humanis: & Leonorâ Gastono Comiti Foxano collocatâ, quæ mortuo patre, Nauarræ regnū hæreditario iure consecuta, post dies 17. quibus regni administrationem sumpserat, diem clausit extremū. Ob temporis breuitatem Gastonus in serie regum non ponitur. Defuncta Blanca coniuge, Ioannam Federici Almirantis Castellæ filiam duxit, ex qua totidē genuit liberos, scilicet Ferdinandū qui patri in regnis successit, Ioannam quam Ferdinandus Neapolitanorū Rex duxit vxorem, & Marinā quæ nata paucis dieb. obiit. Ex pellice autē Castellana progeniuit Ioannem qui Archiepiscopus fuit CæsarAugustanus, & Alfonso ducē Villæ formosæ. Ex fœmina item Nauarræ suscepit Ferdinandum & Mariam, qui puerilibus annis e vita migrarunt, & Leonoram Comitem

Comitem Lirini, quæ nupsit Ioāni Comestabili Nauarræ, & Alphonsum qui par- *An. Christi*
uus defunctus est. De principe isto plurima & prope infinita referuntur summa
virtutis monimenta, quæ breuitati studentes omitimus. Tandem de deo atq; ho-
minibus benemeritis, deficiens in senectute bona, Ferdinandum filium iam vlti-
rioris Hispanie regem, in regnis Aragonie & Sicilie cum Isabella, Henrici regis
sorore, vxore hæredem dimisit, obiitq; felicissimus rex Ioannes in ciuitate Barci-
nonensi 19. Ianuar. anno Saluatoris Iesu Christi 1479. Phœbus filius Ioannis, filii
Gastoni & Leonoræ regis Nauarræ, in regno successit Nauarræ, & rex fuit 24. in or-
dine prædicti regni. Quo sine prole decedente, Catharina eius soror Ioannis filia in
10 regno successit, fuitq; matrimonio copulata Ioanni Albreto, olim Nauarrorū vl-
timo regi, qui propter schismaticum fauorem regno priuati fuerunt a Iulio secun-
do summo pontifice, & dominationi Castellæ regni vnito.

Ferdinandus V.

1477.

FERDINANDVS eo nomine quintus, Ioannis Aragonum regis vnicus filius, præ-
textu vxoris Isabellæ, adhuc adolescens, patremq; viuentem, mortuo Henrico, Hi-
spanie vltioris rex efficitur anno salutis humanæ 1477. & Ioanne rege patre de-
functo, non solum regni Aragonie, sed in plerisque regnis principatū obtinuit. Qui
paribus auspiciis cum cōiuge administrabat omnia, & partem Bæticæ quam Gra-
20 natam vocant, a Mauris septingentos octoginta annos occupatam receperunt,
pulsisq; Sarracenis & Machumetica superstitione, templa Deo Opt. Max. condi-
derunt anno Christi 1492. & de omni regno tandem cum magna nominis gloria
triumpharunt. Vnde Ferdinandus Catholicus cognomētum sortitus fuit. Hic apud
Granatam Sanctam fidem ciuitatem construxit. Fortunatas Oceani meridionalis
insulas anno domini 1490. regno Hispaniarum addidit, quæ admirandæ fertilitatis
esse perhibentur. Adhæc insulæ quatuor proximæ, videlicet Sancti Saluatoris, Sã-
ctæ Mariæ Conceptionis, Ferdinandæ, & Hispaniolæ, anno Christi 1493. per Chri-
stophorum Columbum, Hispanæ classis imperatorem, in India extra orbem in
Oceano sparsæ, inuentæ & captæ fuerunt: & quo Romanorum arma olim pene-
trare non potuerunt, illuc hodie Hispanorum peruenit victoria, vt Petrus Martyr
30 & alii quidam fuisse narant. Isabella itaq; regina ex Ferdinando vnico filium
Ioannem peperit, cui Margaretam de Austria, Maximiliani Imperatoris filiam,
collocauit: sed hic nulla suscepta prole, superstitionibus parentibus, diem clausit ex-
tremum. Habuit filias quatuor: Isabellam quæ nupsit Alfonso, Ioannis Portugallie
regis filio, quo vita defuncto, Emanueli regi Portugallie coniuncta fuit: Ioannam
quam Philippus Magnus Archidux Austriae, Dux Eduorum seu Burgundionum,
Comesque Flandrensiū, Maximiliani Imperatoris filius vxorem duxit: Mariam
quæ post mortem Isabellæ sororis suæ, nupsit Emanueli, vt diximus, Portugallie
regi. Quarta vero & vltima fuit Catharina, quæ Arturo Angli regis filio nupsit: sed
40 mortuo Arturo, Henrico Regi tradita fuit, qui ex ea Mariam filiam habuit, quæ
adhuc innupta viuit, iam nunc autem electa Regina Angliæ. Ex pellice autem Fer-
dinandus genuit Alfonso, CæsarAugustæ & Montis regalis Archiepiscopū. Fer-
dinandus itaque mortua Isabella coniuge, vltioris Hispanie regina, quæ omni-
bus ingens sui desiderii reliquerat, quum 27. regnasset annis, aliam nomine Ger-
manam, Ducis a Nabona filiam duxit vxorem, & ad regna Aragonie se conferēs,
Neapolim petiuit, in vltiore Hispania relicta Ioanna eius primogenita, cum Phi-
lippo viro suo regnante iure hæreditario. Sed Philippo defuncto, in Hispaniam
rediens, gubernationis nomine cum Ioanna filia regina imperium recuperauit,
atque ibidem ab humanis excessit 22. Ianuarii, anno Christi 1516. cuius corpus vna
50 cum Isabella vxore Granatam ciuitatem detulerunt. Et sic Aragonum regnum suę
diuturnitatis finem accepit, postquam sub 25. regibus, 604. annis regnatum fuit,
quorum iterum nomina & tempora subiicere placuit.

Aragonie regum Epilogus.

1	Ennicus Arista	annis 7.	3	Sanctus Garcias I.	annis 46.
2	Garcias Ennicus	annis 10.	4	Garcias Sanctus.	annis 18.

Q9

An. Christi 5	Sanctius Maior. ij.	annis 44.	16	Alphonfus ij.	annis 6.
6	Raymirus i.	annis 46.	17	Iacobus ij.	annis 35.
7	Sanctius ij.	annis 35.	18	Alphonfus iij.	annis 8.
8	Petrus i.	annis 6.	19	Petrus iij.	annis 52.
9	Alphonfus i.	annis 24.	20	Ioannes i.	annis 9.
10	Raymirus ij.	annis 19.	21	Martinus	annis 14.
11	Raymundus cum Petronilla	annis 15.	22	Ferdinandus i.	annis 6.
12	Alphonfus ij.	annis 34.	23	Alphonfus v.	annis 42.
13	Petrus ij.	annis 25.	24	Ioannes ij.	annis 21.
14	Iacobus i.	annis 55.	25	Ferdinandus secundus	annis triginta
15	Petrus iij.	annis 10.		septem.	10

Franciscus Ximenes, ordinis Minorum Cardinalis, & Archiepiscopus Toletanus, his temporibus Studium Complutense suis sumptibus instituit & dotauit. Emanuel rex per hæc tempora Portugalliam regebat, qui plures insulas ab hominibus nunquã habitatas inuenit, & vsq; ad Æthiopas peruenit. Hic (vt diximus) Mariam Ferdinandi & Isabellæ filiam duxit vxorem: post mortem cuius, Ioãnes eius filius in paterno regno successit. Filios habuit Emanuel ex Maria Ioannem, Lodouicum, Ferdinandum, Alphonsum qui Cardinalis fuit Portugallia, Henricum, Edwardum, & Isabellam quæ coniunx fuit Caroli Imperatoris regis Hispaniæ, & Beatricem confortem Ducis Sabaudia. Habuit etiam Emanuel vxorem aliam, mortua Maria, nomine Leonorã, filiam Philippi regis Castelle, sororemq; prædicti Imperatoris, ex qua illi nata est Maria quæ adhuc in nupta manet. Leonora vero post mortem Emanuelis, Francisco Gallorũ Regi fuit collocata. Rodericus ex Borgia gente nobilissima Valentis ortus, per hoc tempus pontificatũ adeptus est, Alexander papa eius nominis v. i. agnominatus, vir magni animi & prudentiæ recolendæ, ac beatissimę memoriæ auiculi sui, Calixti papę i. i. semper emulatur.

1504

Philippus.

PHILIPPVS, magnus Eduorũ seu Burgundionũ Dux, Archidux Austriæ, Comesque Flandrensiũ, Maximiliani Imperatoris filius, prætextu Ioannæ vxoris suæ, mortua Isabella Ferdinandi consorte, regna vterioris Hispaniæ obtinuit anno a partu virginis 1504. Hic filios ex vxore duos genuit, Carolum Imperatorem nunc feliciter regnantem, regemque Hispaniarum, & Ferdinandum regem Vngariæ & Boemiæ: & filias quatuor, Leonoram quæ coniunx fuit Emanuelis regis Portugallia (vt diximus) quo mortuo, Francisco Regi Franciæ copulata est, & Catharinam quæ consors fuit Ioannis regis Portugallia, & Isabellam quam in vxorem duxit Christiernus Daniæ & Noruegiæ Rex, & Mariam quæ nupsit Ludouico Hungariæ Regi. Hic Philippus quum annis duobus regnasset, occubuit, & Ioanna eius consors vna cum patre Ferdinando regnum obtinuit, vt scripsimus. Ioannes huius nominis tertius, Emanuelis filius, per hoc tempus regnum Portugallia obtinuit, qui ex Catharina vxore genuit Ioannem qui in vxorem duxit Ioannam Caroli Imperatoris & Isabellæ filiam, & Mariam quæ nupsit Philippo Hispaniarum Principi, & Vallisoleti diem clausit extremũ, relicto filio Carolo infante.

1516

Carolus.

CAROLVS Romanorum Imperator, Philippi filius, nunc feliciter regnans, mortuo Ferdinando, vna cum eadem Ioãna matre sua Hispaniarum regnum accepit anno humanæ salutis 1516. a condita Hispania 3690. a diluuiio magno Noë 3833. & a creatione mundi, secundum Moysen & Berosum, 5489. Hic vxorem duxit Isabellam Emanuelis Portugallia regis filiam, ex qua Philippum Hispaniæ principem in oppido Pincia, quod Vallisoletũ, vulgo *Valladolid* vocant, anno dñi 1526. die Martis, 10. Cal. Iunias, cum ingenti læticia totius Hispaniæ genuit. Is Mariã Ioannis Portugallia regis filia duxit vxorem, ex qua filium habuit Carolũ, vt diximus, ex cuius partu post quadriduũ ipsa decessit: alter filius nomine Ferdinandus, qui puer decessit, non sine summo dolore parentũ, & totius Hispaniæ lachrymis, anno

anno domini millesimo quingentesimo quadagesimo quinto. Habuit & Carolus Imperator ex Isabella vxore filias duas, Mariam quæ locata fuit Maximiliano Bohemiæ Regi, Ferdinandi Romanorum Regis filio, & Ioannam quæ nupsit Ioanni Portugallia Principi. De rebus itaque Caroli quas feliciter gerere nostris temporibus perseuerat, plurimi scripserunt, & quæ posthac gesturus est, Deo fauente, in eius historia in lucem largissime & merito proferentur in posterum.

REGVM HISPANORVM FRANCISCI
TARAPHÆ FINIS.

BREVIS RERVM A PHILIPPO SECVNDO CATHOLICO REGE GESTARVM DESCRIPTIO.

PHILIPPVS eo nomine secundus Hispaniæ Rex, Caroli quinti Imperatoris Romanorum Augusti filius vnicus, & omnium eius regnorum ac principatũ heres, in Hispania natus & educatus, Rempublicam patris mado iuuenis admodũ adit, eamq; prudẽtissime felicissimeq; summa cum nominis sui gloria gessit hactenus, & etiamnum administrat. Vxores duxit omnino quatuor. Quarum prima Maria, Ioannis tertii Lusitanorum Regis filia, paulo post quam Carolum Principem in ætatis deinde flore sublaturum enixa fuisset, e viuis excessit. Huic alterã eodem nomine coniugem superduxit, Henrici Britannia regis octauis filiam, qua cũ Angliæ regnum in dotem obtinuit. Sed quum illa partim ætatis ingrauescẽtis vitio, partim animi mœre variis ex malis concepto oppressa, mature sine prole deederet: Elizabetham Henrici Gallorum Regis filiam natu maiorem, pace cum eo constituta, vxorem duxit, ex qua filias duas genuit etiamnum superstites. Hac demum etiam in fata concedente, neptem Austriacam, ex Maria sorore & Maximiliano ii. patruele, Romanorum Imperatore progenitam, consensu Pontificis Maximi in matrimonium accepit. Hæc illi Carolum Laurentium, festo S. Laurentii die peperisse dicitur, & plures in posterum liberos paritura speratur. Duo ioginqua Belgium versus itinera suscepit: alterum per Liguriam, Insuores, & Germaniam superiorem, tum quum ad Belgii principatum euocaretur a patre: alterum per Britanniam, cum eius gẽtis hæredem Mariam vxorem duceret: & eadem pene via qua venerat, in Hispaniam rediit, continua felicitate inter proficiscendum vsus. Post cuius postremum e Belgio discessum qui anno 1559. cõtigit, in Hispania regnorum suorum meditullio quodẽ & centro, deinceps assidue mansit, & transmarinas prouincias per legatos rexit. Est autem Philippus huius tẽpestatis princeps non tantum potentissimus, sed etiam virtute rebusq; gestis clarissimus. Moribus ingenioq; mäsuetus, in pauperes egregie liberalis, eos præsertim qui pietati & Ecclesiasticæ disciplinæ præ cæteris diligenter incumbunt. Pacis & iustitiæ studiosissimus, Catholicæ Romanæ religionis obseruantissimus, eiusq; propagator & illustrator maximus. Hac ille de causa, cum alibi multa salubriter ex sacro sancti Tridentini Concilii præscripto constituit, tum in Belgio tres Archiepiscopus, Episcopus vero complures erexit, eosq; viris lectissimis & virtute doctrinaque præstantissimis regendos dedit. Ac ne quod ab hæreticis Ecclesia detrimentum caperet, latas pridem a Carolo quinto patre de religione leges serio custodiri mandauit: in fontes autem & refractarios non semel grauitè animaduerti curauit. Angliam quoq; quæ Henrico & Eduardo regnãtib; a Catholica religione defecerat, quum principatum in eo regno per Mariæ nuptias obtineret, Ecclesiæ gremio restituit. Ad hæc quum multas subinde religiosorum hominum colonias ex orbe nostro in Barbaras nationes deduxerit, tum delectos etiam aliquot patrum Societatis greges qui sub salutifero Iesu nomine mirifice coaluerunt, & ingentibus pro catholica fide susceptis laboribus longe lateq; non ita pridem in clarescere cœperunt, in Floridam, Mexicanam, Peruanam, aliasq; noui orbis prouincias, religionis propagandæ gratia misit. Quam ad rem eius permissu ac voluntate locis aliquot

An. Christi opportunis Collegia mox erecta fuerunt, & indies complura fundantur. Iuuentus præterea curam egregiam habuit, vt ea literis & moribus incorruptissimis a prima statim ætate diligenter imbueretur. Hinc in singulis Episcopatibus Belgii ex S. Tridentini Concilii decreto seminaria quæ vocant, aut scholas institui iussit. Nouam apud Duacenses Academiam, omnium disciplinarum genere referam, amplissimis priuilegiis & honorariis propositis condidit, vt iuuentus vna cum literis & pietate, Gallicum idioma cuius in Belgio permagnus est vsus, intra suas prouincias, minore sumptu tutoq; perdisceret. Auxit & Louaniensē Vniuersitatē professionib. variis. Huc etiam pertinet, quod Typographiam, literarum altricem & conseruatricem, ab omni prauorū hominum corruptela in Belgio afferuit, eamq; 10 per probos & idoneos tantum exercendam auctoritate publica sanxit. His Plantinum, hominem in primis industrium, & de literis optime meritū proposuit. e cuius officina, regis eiusdem beneficio, nuper in lucem prodierūt Complutensia Biblia quinque linguarum, non recusa solum ornatius, sed & Syriaco testamento, variisq; doctorum hominum commentariis egregie locupletata. His aliisq; multis artibus & rationibus quas breuitatis causa nunc omittingus, Rem publicam in pace constituit, & florentissimam efficere conatus est. Bella vero complura quemadmodum ex vsu tantum & necessitate publica suscepit, sic etiam felicissime, sed per legatos vt plurimum, gessit. In Gallico quod primum & difficilimum duxit, cæsis ad Sanctoquinum, Greuelingam, & Dunckerkam multis hostium millibus, & 20 præcipua nobilitatis parte capta, Regem Henricum ad æquas pacis condiciones compulit, easq; noua cum ipso affinitate cōtracta firmavit. Huius auspiciis arcem Africæ munitissimam quam vulgo del Peuoldi vellez adpellant, Garcias Tolernus maris Præfectus intra paucos dies Turcis eripuit, impositiq; firmo præsidio, tutam a piratis Hispaniam reddidit. Feliciter & Latio pro rege bellum Albanus Dux intulit, vt Taurinis Sueffanus: sed æquam deinde pacem Philippus Rex non inuitus admisit. Memingem præterea, Balearium insulam, Merymne celo duce a Turcis recepit, & arce firmissima muniuit, quæ tamē, expugnata mox ab hostibus classe, rursus amissa est. Res Melitenses Turcarum armis vehementer afflictas, & pene deploratas, opportuno subsidio missio nō recreauit solum, sed actis in fugam 30 hostibus, ab interitu vindicauit. Mauros etiam in Bætica tumultuantes domuisse prospere dicitur. Post exortum deinde Cyprium bellum, coniunctis ex sacro fœdere cum Venetis & Pontifice Maximo viribus, Ioannem Austriacum fratrem in Turcas qui classem in Corinthiaco sinu numerosam habebant, ire iussit. Is hostes nihil tale metuentes fortiter aggressus, memoranda ad omnem posteritatem victoria pene prius oppressit, quam aduētare crederetur, & vniuersa fere classe partim capta, partim depressa, cæsisque multis hostium millibus, Turcas totius maris imperio exiit. Accidit insignis hæc pugna pridie Nonas Octobris, anno Christi 1571. Eodem porro mense post biennium, dum inter se Mauri de regno contendūt, 40 Illustrissimus Princeps Austriacus, a fratre cum valida classe missus in Africā, nullo prohibente, Tunetum, regni caput, ingreditur, & in deditionem accepta Bisarta, firmoq; munita præsidio, Muleassem iuniorem legitimum hæredem in regno confirmat, Amidam vero tyrānum cum vxore & liberis in Siciliam captiuum abducit. Hæc victoriarum Philippi summa, hic trophæorum cursus fere perpetuus fuit: quem tamen ipsum (vt nihil in humanis est firmum) aduersi subinde casus interruperunt. Nam vno & eodem anno, patrem, amitas duas, & coniugem, vna cū regni Britānici insignibus amisit. Tunetani regni possessione, post annum quā illud ceperat, euerfa Turcarum armis Gouleta (quod vaicum Africæ propugnaculum inuictum credebatur) exclusus eiectusq; fuit. In hæreditariis quoq; Belgii prouincijs anno 1566. fœdos, Inquisitionis Hispanicæ profligandæ prætextu, 50 multus ab inquietis quibusdam hominibus excitatos, & horrendam rerum sacrarum cultusq; diuini profanationem expertus est: quos motus tamē sexto demum mense præter omnium expectationem ita componi curauit a sorore Margaritha (quæ tum iis locis cum imperio præsidebat) vt æterno silentio penitus obrui potuisset videri potuerint, nisi Ducis Albani nimia seueritas & Hispanorum militum intoleranda

An. Christi toleranda tyrannis cicatricē obductam post refricuisset, & exitiali funestoq; bello quod multos iam annos (proh dolor) durat, occasionem dedisset. Is enim dux, Regis sorori successor in Belgium missus, vbi pacatam regionem magnis stipatus copiis ingressus est, primum infirmas Geuzicorum motuum reliquias, partim iudiciorum seueritate, partim armis domuit: deinde præsidia locis opportunis aduersus vim omnem disposuit: postremo, secūdis rebus elatior factus, inausulta tributā subiectis vniuersis frustra deprecantibus imperare pertinaciter cœpit. Vnde factū est, vt potior eorum pars atrocissimis Hispanorum militum iniuriis grauissime exacerbata, defecerit prorsus, & omnem salutis & libertatis recuperandæ spem in armis posuerit. Quibus innumera proscriptorum & exulum multitudo, non ex plebe tantum, sed etiam ex nobilitate Belgica sese coniunxit, & in his Auraicus princeps cū fratribus Nassouis principem locū obtinuit, qui magnas Germanorum copias in Geliam, Brabantiam, & Hannoniam fratri Ludouico qui Montibus, Hannoniorum primaria ciuitate, grauiter obsessus ab Albano tenebatur, mox adduxit. Sed quum Ludouicus a Gallis desertus tādē se dederet, & exercitus principis fusus fugatusq; esset: de bellatum plane videri tum poterat, nisi quod insecuta deinde Mechliniæ Zutphaniæq; direptio, & iniusta Nardenium cædes contra pacta iusq; gentium perpetrata, nutantes Hollandorum & Zelandorum animos qui soli victoris exercitu superandi restabant, tot fororū stragibus exacerbatos, extrema pro salute tentare compulerunt. Hinc igitur Albanus Harlemum, nō perinde munitam Hollandiæ ciuitatem, post arctam septem mensium obsidionē atq; inedia in columitate ciuibus data vix tandem recepit. Alcmariam acriter oppugnatam non sine probo defertur. Mittelburgum in super, Zelandiæ caput, in hostium potestatem venit. Vario deniq; Marte, multis vtrinq; datis acceptisq; cladibus, tum ab Albano duce qui mox in Hispaniam inglorius cum ingenti præda reuerfus est, tum ab eius successore Lud. Requesentio tentata res fuit. Interiectum quoq; de pace colloquium Rege permittente, magnam bonis omnibus dissidii cōponendi spē fecit: sed conatui non respondit euentus. Subitus porro Gubernatoris interitus Reipub. Belgicæ summam ad delectos quosdam ex ordinibus proceres detulit. qui dum, recuperata per deditionem Ziricæa Zelandiæ oppido, motuum fedandorum consilia agitant, importuna seditione Hispani militis, nouis turbis inuoluuntur. Sed ne latius malum hoc serperet, Ordines pleriq; cum Auraico principe certis conditionibus pacem ineunt, & coniunctis viribus externi militis iugū excutere statuunt. Hoc animaduerso miles Hispanus qui paulo ante Reip. hostis declaratus firmiora loca præsidio tenebat, primo Traiectum ad Mosam, deinde Antuerpiam, firmo Ordinum præsidio pridie firmatam, copiis quas vndiq; maximas celerrime pro tempore contraxerat, ex arce inuadit, & ingenti hominū perpetrata strage diripit. In qua clade Antuerpiensi cæsa dicuntur hominū ad nouem millia quingēti, submersa quatuor millia, idq; 4. Nouembris, anno 1576. 1576. 40 quænalis ab Albano Duce relictū belli status, hæc plus quam tragica rerum in Belgio facies erat, cum Rex Philippus, vt Catholicum principem decet, tot tantisque suorum calamitatibus finem imponere, & vires suas in Turcos Christiani nominis hostes perpetuos conuertere desiderans, Ioannem Austriacum fratrem, militari gloria clarissimum, per celeres equos cum summa potestate in Belgium ablegauit. Vbi nunc pacandæ constituendæq; Reipub. sedulam cum ordinibus operā nauare dicitur. Faxit misericors Deus, vt laudatissimus tum Regis optimi, tum fratris illustrissimi conatus, foelicem exitum, & Ecclesiæ Reiq; publicæ salutarem obtineat. Viuit etiamnum in Hispania Philippus, annum ætatis agens 51. & vt diu Reipub. præsit, optimi cuiusque votis expetitur. De rebus eius in America gestis, 50 præter ea quæ supra scripsimus, nihil compertū habemus. Scribent alii copiose in posterum, quæ summus hic Heros, ad Christianæ Reipublicæ salutem & dignitatem, æterna memoria digna gesserit. Nōbis hæc pauca velut digito demonstrasse, & historiæ studiosis delibasse sufficit.

LVCII MARINEI SICVL-
LI, REGII HISTORIOGRAPHI, DE REBVS
HISPANIÆ MEMORABILIBVS OPVS, LI-
bris XXI. comprehensum.

LVCII MARINEI SICVLI PROLOGVS AD
IMPERATOREM CAROLVM ET ISABEL-
lam Imperatricem, Catholicos Hispa-
niæ Reges.



FERVNT alii suis Principibus, excellentes & Catholici Reges, aurum,
argentum, ceteraque metalla: alii margaritas gemmasque preciosas: alii
suaves odores, tibus scilicet & myrrham: nonnulli pantheras, tigres, ele-
phantos: alii camelos, monocerotes, leones, aliaque animalia siluestria:
alii equos & canes ad venandum: alii varii generis accipitres: alii psit-
alcos, & lucernas, aliaque canentes auculas: alii pavones: alii phasianos
& attagines: alii varia pulchraque musices instrumenta tabulas alii pul-
chris imaginibus pictas: alii speciosa domus ornamenta, peristromata scilicet, & aulae va-
riis hominum & aliorum animalium figuris & antiquis historiis contexta: alii denique ma-
ris & fluviorum res meliores, terraque fructus & arborum: que quidem vel aspectu, vel o-
dore, vel cantu, vel sono, vel gustu Principis aures, oculos, animumque delectant. Ego vero
paupertatis alumnus & vestre laudis admodum studiosus, quoniam rebus aliis carebam,
Majestati vestrae librum quem in Hispania laudem vestrorumque progenitorum memo-
riam scripseram, non pauperis fortasse, sed prædiuitis munus offero. Quem quidem si lege-
ritis, Hispaniam vestram fere totam, & omnia que sunt in ea memorabilia, non sine dele-
ctatione cognoscere facile poteritis. Annos namque prope quinquaginta quibus in Hispania
sum commoratus, nulla mihi res fuit optatior, nulla maior cura, nulla frequentior actio, nul-
lus denique labor iucundior, quam diligenter inquirere, ac cernere propriis oculis res Hispa-
niæ memorabiles, de quibus magno studio cõquisitis, & bene perceptis, aliquid quam verif-
sime scriberem. Quod quidem feci, ut & honestissimo meo desiderio satisfacere, & Catho-
licorum Principum, ac totius Hispania gentis, que patrie sua laudibus & honori maxime
student, gratiam demererer. Quapropter ut mihi rerum quas eram scripturus, ratio proba-
bilis certaque cognitio constaret, primum multos antiquorum libros evoluerè fuit necesse, ut
ea que scripsissem, autoritate doctissimorum virorum comprobata, vera esse crederentur.
Hispaniam deinde penè totam peragravi, res omnes diligenter inspiciens, & ea que mihi me-
moratu digna visa fuere, memoria mandavi. De quibus hoc opus quod vobis offero, Deo iu-
uante confeci. Quod etsi neque scriptoris oratione, neque stilo, multarum tamen rerum
cognitione ac varietate, que lectores imitare solent, iuvare poterit. Quandoquidem non
ea solum que tellus Hispanie suapte natura producit, scripsimus, sed a primis etiam Hi-
spania cultoribus usque ad tempora nostra Regum seriem & res gestas, de viris illustribus
viriisque ordinis, de sanctis & martyribus Hispania, de urbibus & oppidis, de cunctis
denique rebus memoratu dignis. Quapropter operi nostro de rebus Hispania memorabili-
bus nomen indidimus. Accipite igitur, excellentissimi Principes, Siculi vestri chartarum
munus. Quod quidem cum legeritis, non aspernati, ut opinor, aliorum donis, quamvis pre-
ciosis, anteponetis. Sunt enim cetera omnia fortuna bona & mutabilia, que ni-
mirum paucis annis ad alios atque alios transferuntur: munera vero
que literarum monumentis offeruntur, immortalia sunt, &
accipientium simul & dedicantium memo-
riam in perpetuum con-
servant.

EIVSDEM

EIVSDEM SICVLI PRO-
LOGVS SECVNDVS DE HI-
STORIÆ LAVDIBVS AD
eosdem Principes.

MAGNA res est & inestimabilis heroica virtutis & rerum bene gestarum
memoria, que tenacissimo literarum complexu, perpetuo conservatur, &
minemissimi Principes. Earum enim rerum quas olim viri fortissimi ma-
gnifice gesserunt, & scriptores clarissimi literis tradiderunt, perutilis ac
necessaria cognitio, & pergrata iucundaque narratio mortalibus prodesse
plurimum solet. Siquidem cum in veterum scriptorum libris illustrium
virorum res inclite gestas factaque, præclara non ingrata lectione cogno-
scimus, illorum nimirum virtutes & laudes insignes admirantes, non solum legimus libenter,
verum etiam summis efferimus laudibus, & pro nostris viribus imitari quam maxime con-
temimus. Quod si magnorum virorum gloriam consequi non possumus, ex nostro tamen la-
bore non parum capimus fructum, si quos in magnis rebus æquare non valeamus, eorum sal-
tem virtutibus nitimur inhaerere. Quare meo quidem iudicio plurimum debemus antiquis
hominibus, & qui res præclaras egerunt, & qui rationem posteritatis habentes, vel suas vel
aliorum res memorabiles nobis scriptas reliquerunt, a quibus nimirum maximas heredita-
res accepimus, & amplissimum patrimonium. Nullus enim nobis esset vitæ cultus, nullus or-
do rerum, nulla denique præteritorum temporum cognitio, nisi multis veterum virorum mo-
numentis & præclaris instrueremur exemplis. His enim quid honestum, quid magnificentum,
quid laudabile sit in vita, cognoscimus, & aliorum nobis perceptis honoribus ad virtutem,
ad labores, ad aliquid agendum præclare laudabili semper emulatione, & quasi agitati stimu-
lis excitamur. Preciosa res est igitur ac potius incomparabilis præteritarum rerum, Latino præ-
sertim exculta sermone, narratio, quam historiam vocamus, excellentissimi Principes. Quæ
cum sit, ut predicatur a multis hominum, vitæ magistra, temporum testis, custos memoriæ,
nuncia veritatis, nimirum magnis principibus & cunctis studiosis hominibus & oblectationis
& utilitatis honestæ plurimum confert. Cuius quidem pergratis atque iucundis lectionibus
ac pene divinis, nec in prosperis unquam rebus, nec in adversis ab officio digredimur, sed omnes
potius viriisque fortunæ casus pariter ferimus, animi semper atque vultus æquabilitate ser-
vata. Magna itaque laudibus humana vitæ perlucidum speculum celebrari debet historia.
De cuius perspicuo fonte, velut ex omnium honorum venerabili sacrario, summi Reges & o-
ptimi Principes humanitatem, clementiam, iustitiam, prudentiam, consilia, ceteraque vir-
tutes imitantur: magni Duces & strenui milites rei militaris usum & fortitudinem induunt:
provinciarum præfides perutiles colligunt ad gubernandum sanctiones: urbium magistratus
& Reipublicæ gubernatores exempla virtutis & humanitatis excerpunt: magnarum demum
rerum negociatores ininvolutam fidem servare, & aliorum societatem & amicitiam colere do-
cetur. Enimvero nihil est utilius historia, nihil hominibus necessarium magis, illis præsertim
qui sunt in excelso rerum fastigio collocati. Nullum est enim virtutis exemplum, nullum me-
morabile factum ab orbe condito ad nostram usque tempestatem, quod nobis historia non vel-
ut omnis antiquitatis pulcherrima facies ante oculos ostendat. Instituant, non inficiant, homi-
num vitam pulchre comodeque satius Philosophiæ sanctissima præcepta, sed multo pulchrius
multoque commodius historiae lectiones. Monet illa quidem recte sancteque præcipiens, sed
fronte admodum secura summi boni speciem quandam & angustum callem viamque diffi-
cilem præ se ferens, a se plerumque nonnullos magnitudine laboris auertit. Exempla vero
rerum que celebrantur historia, sive quod illorum virtutes & laudes qui talia gesserunt, in
sublimi & illustri loco sita cernuntur: sive quod a scriptoribus qui & ipsi quoque magnos ho-
nores adepti sunt, efficacius explicantur, multo facilius atque libentius amplectimur, animif-
que nostris tenacius inhaerentia firmiter retinemus. Sine quibus hominum vita in multis rerum
varietatibus profecto non tutior esse posset, quam navis amisso clauo fractisq; velis in pelago
fluctuanti. Siquidem nemo potest præsentia recte disponere, nemo potest providere futura,
21 iij

nisi qui de præteritis multa cognouerit. Nunquam igitur satis digne laudari poterit historia, de cuius amplissimo sinu cunctæ virtutes, sicut e mari magno fontes omnes oriuntur. Ex quibus, si verum fateri volumus, nimirum tanta studiosis hominibus commoda, tantaque proueniunt utilitates, quantas ego vix possum longo sermone complecti. Nunc itaque multis que mihi ad historie laudem tunc spectare videbantur omisissis, illud unum dumtaxat repetam quod supra memoravi, historiam rem esse præclaram atque diuinam, & hominibus maxime necessariam. Hac enim ad omnes vitæ partes, ad omnes tam publicas quam priuatas actiones frequenter vitimur, hac bona cuncta malaque cognoscimus, hac illustres homines illustriores sunt, hac omnis ætatis gesta referuntur, hac absentes adsunt, hac demum, quod omnium maximū est, mortui viuunt. Siquidem viuunt homines, semperque viuunt, quorum literis prodita celebrataque virtus est. Qui historiam condidit, multo quidem maiori laude dignus videri debet quam Pharus Gyges, qui a nonnullis primam pingendi artem commentus perhibetur. Fuit alioquin peracuta pictoris & satis nobilis inuentio: scriptoris vero diues & perutilis. Variis ille coloribus & penicillo tenuissimas lineas perducens, illustrium virorum partes exteriores & formam corporis refert: hic autem atramento, calamoque, & perpetuis chartis virtutes & animi bona cuncta testatur. Latent illius opera, vel tabulis, vel parietibus impressa: huius vero perpetuis commissa literarum monumentis, per uniuersum orbem ad omnes gentes deferuntur. Consumit illa vetustas & tæporis longitudo, sicut & alia multa: hæc immortalia sunt & perpetuo remanent. Haud enim Alexander Macedonum Rex nobis cognitus esset, quauis ab Apelle celeberrimo sui temporis pictore diligenter pingi se curauerit, nisi res ab eo fortissimè gestas, vel Græce Clitarchus aliique Græcorum plures, vel Curtius & Arrianus Latine conscripissent. Fuit igitur Alexander, viuit Cesar, viuit Hannibal, viuunt & alii quamplurimi Principes & fortissimi viri qui sua virtute rebusque gestis vita digni fuerunt. Verumtamen non pictura viuunt, que est inanis & vacua, non titulis & imagunculis vel argento vel auro percussis, sed sola viuunt historia, que quidem eos a mortalitatis iniuria vindicauit. Legite igitur historiam quam vobis offerimus, altissimi Principes, ut qui fuerint vestri maiores, & que fecerint, & res Hispaniæ memorabiles que multe sunt & cognitione scituque dignissima, non ignoretis.

Siculus ad Lectorem.

OPVS quod de rebus Hispaniæ memorabilibus multos annos elucubraueram, prolaturus in lucem, candidissime Lector, te prius admonere obsecrareque volui, ut si te vel meus honor, vel Hispaniæ tangit, quod in eo opere desideraueris addas, & quod non probaueris vel deleas vel amice corrigas, meque familiariter admoneas. Sum enim & sui semper rationi proximus & veritatis amicus. Fac igitur obsecro, quod abs te quam iustissime peto, diligenter, ut si monumentum quod in Hispaniæ laudem condidi, rursus excudendum fuerit, tuo recognitum iudicio & censura castigatum emendatius exeat & copiosius. Vale.

LVCII

LVCII MARINEI SICVLI DE REBVS HI- SPANIÆ MEMORABI- LIBVS LIBER I.

De Hispaniæ nominibus.



10
20
30
40
50
HISPANIA, sicuti Plinius aliique scriptores tradiderunt, regio prima in solis occasu Europæ terminos claudit, quam ab Hispali vrbe eius insigni dictam fuisse, plures affirmant: alii vero ab Hispano Herculis nepote nominatam volunt. Eandem Græci Latini-que ab Ibero amne dixerunt Iberiam. Sunt & qui non Iberiam, sed Iberam vocauerunt: vnde Ibericum mare dictum fuisse contendunt. Cæterum scripserunt nonnulli ab Ibero quem secundū Hispaniæ regem post Tubalem fuisse dicunt, Iberum amnem, & Iberiam prouinciam fuisse nominatam. Quorum sententiam, cui nec repugnamus, nec assentimus, aliorum iudicio relinquimus, & de Ibero rege, ac de aliis tribus & viginti quos ab initio Hispaniam condidisse ferunt, in alio loco dicemus. Hesperia quoque ab Hespero stella occidentali dicitur, vel (vt alii volunt, & scribit Hyginus) ab Hespero Atlantidis fratre, a quo etiam, fratris arma fugiente, Italia Hesperia nomen accepit. Quapropter quum Hesperiam tantum dicimus, Italiam intelligimus: quum autem addimus vltimam, significamus Hispaniam. Ideoque scripsit Horatius:

Hesperia victor ab vltima.

Diodorus autem Siculus, Hesperiam non ab Hespero, sed ab Hesperia scribit eius filia dictam fuisse. Celtiberia insuper appellatur a Celtis Gallia populis, qui quondam de suis finibus egressi, quum ad Iberum amnem conscendissent, de suo & fluminis nomine Celtiberia prouinciæ & Celtiberis populis nomen dederunt. Quapropter dixit Lucanus:

*--- Profugique a sede vetusta
Gallorum Celta miscentes nomen Iberis.*

De Hispaniæ situ & forma.

40
50
HISPANIA cuius formam Iustinus quadratam depinxit, & extenso alii corio similem demonstrarunt, inter Africam & Galliam posita, Oceani freto Pyrenæis que montibus clausa, etsi minor est ambabus, vtraque tamen, vt multi scripserunt, est multo fertilior. Quæ quidem neque sicut Africa ardenti sole torretur, neque vt Gallia ventis affriduis fatigatur: sed inter vtramque media, hyeme & æstate temperato sole perfruitur. Quo fit vt felicitibus & tempestiuis imbribus omni genere frugum fecundissima sit, ac non incolis tantum suis, sed aliis etiã prouinciis, & Italia ipsi cunctarum rerum copia sufficiat. Est autem Hispania terræ situ magna, populis frequens, & Oceano vndique Mediterraneoque freto conclusa, præter eam partem quæ montibus Pyrenæis & Aquitaniæ Gallia prouinciæ coniungitur. Cuius spacium est iter fere quinque dierum, id est millium centum quinquaginta. Totius autem prouinciæ longitudo, vt scribit Appianus, a Gadibus & Herculis columnis ad Pyrenæos montes ad millia stadiorum fere decem protenditur: latitudo vero ab australi ad septentrionale littus, hoc est, a Carthagine noua ad Lauretanum portum aliquanto est angustior. Vniuersæ autem prouinciæ quæ, vt dictum est, ab vtroque mari montibusque Pyrenæis clauditur, ambitus millia stadiorum circiter quadraginta complectitur. Continet autem stadium passus centum viginti quinque. Cæterum multi

qui de terrarum situ scripserunt, Hispaniam caput orbis esse voluere. Siquidem Plinius in Europæ descriptione, in ea, inquit, Hispania prima terrarum est vltior appellata, eadem Bætica. Idem alibi: Terrarum orbis vniuersus in tres diuiditur partes, Europam, Asiam, & Africam, origo ab occasu solis & Gaditano fretu. Verum enimvero siue principium sit Hispania, siue finis terre, nihil refert. Hac igitur quaestione seposita, cum de rebus Hispaniæ quas terra suapte natura producit, quædam primum dixerimus, deinde de prouinciis eius, de vrribus & oppidis, de primis incolis, de Regibus & Imperatoribus & eorum rebus gestis, de sanctis & martyribus, de viris illustribus in rebus bellicis & aliis virtutibus, de viris denique disciplinis excellentibus, more nostro summam vereque referemus.

De breui summa rerum quibus abundat Hispania.

NIMIRUM cum posita sit Hispania sub claro foelicique cœli tractu, quod clima Græci vocant, prouinciarum multas antecedit pulchritudine regionis, aeris salubritate, ventorum flatibus, aquarum fontibus, amcenitate nemorum, montium iugis, fertilitate foli, vbertate pabuli, arborum fructibus, armentis, gregibus, equis, portuosis maris littoribus, campis, pratis, iucundissimis fluminum ripis, venationibus, aucupiiis, piscibus, item vino, oleo, melle, faccaro, vellere, lino, cannabo, sparto, iunco, rubia, minio, argento viuo, alumine, sapone, vitro, lapide speculari, lapide subsidiano, iaspide nuper inuenta, rore marino, crocò, cera, pice, resina, cocco, serico, bombyce, marmore, alabastro, creta, ferro, cre, plumbo, scoria, stagno, argento, auro, cæterisque metallis, & rebus ad hominum vitam necessariis abundantissima semper est. Sed ad maiora transeamus. Siquidem semper Hispania floruit, & nunc maxime fleret optimis principibus, fortissimis ducibus, animosissimis equitibus, bellicosissimis militibus, vigilantissimis pontificibus, obseruantissimis sacerdotibus, clarissimis virorum & mulierum ingeniis, magnaque fortitudine, liberalibus studiis, mechanicis artibus, & diligentissimis fidelissimisque seruitiis. Quid præterea dicam de multis & præclarissimis vrribus? quid de multis, magnis, & opulentissimis oppidis referam? quid de sexaginta & sex pontificatibus Hispaniæ? quos alio loco nominatim recensebimus, vnus cuiusque reditus computantes, & eodem modo magnatum domus & census referemus. Vidimus enim & numerauimus in Hispania principatus centum sexaginta inter equites & pontifices. Quid de conspicuis regum palatiis, de multorum magnatum & equitum magnificis & pulcherrimis edibus? quid de aliis innumeris, & publicis & priuatis ædificiis commemorem? Talibus itaque rebus Hispania foelix est, & a multis scriptoribus non immerito celebratur. Cuius res memorabiles non solum legimus apud multos autores, sed etiam non sine admiratione perspeximus.

De Hispaniæ metallis, & alijs rebus.

DE rebus Hispaniæ Plinius multa magnaque loquutus hoc addidit: Metallis plumbi, ferri, æris, argenti, auri tota ferme Hispania scatet, citerior & specularibus lapidibus. Est autem lapis specularis perlucidus, qui finditur in tenuissimas cruftas, & speculi similitudinem habet, qui inspicientis imaginem refert & varios colores. Hunc olim sola citerior Hispania Romam mittebat, postea vero Sicilia, Cyprus, & Africa miserunt. Sunt & marmorū lapidina vniuersæ Hispaniæ. Hæc Plinius. Solinus etiam inquit: Reuersum ad continentem res Hispaniæ se me vocant. Terrarum comparanda optimis est Hispania, nullique posthabenda frugum copia, siue soli vberes siue vinearum prouetus respicere, siue arborarios velis. omni materia affluit, quæcunque aut precio ambitiosa est, aut vsu necessaria. Argentum vel aurum si requiras, habet. Ferrariis nunquam deficit, non cedit vitibus, vincit olea, nihil in ea ociosum, nihil sterile. Quicquid cuiuscunque modi negat messem, viget pabulis, etiam quæ arida sunt ac sterilia, rudentum materiam nauticis subministrant. Non coquantur ibi fales, sed effodiuntur. Depurgant in minium nitelas

nitelas pulueris, hoc est, auri micas inter arenas repertas. Fucant vellera, vt ad ruborem merum deputent, cocci succo, colorant & tingunt. Strabò scribit Bæricam fuisse gentis admodum diuitis, quæ a Carthaginensibus olim fuerit inuenta præsepibus vtens argenteis. Cœlius etiam Rhodiginus de rebus Hispaniæ scribens ait: Hispaniæ vero foelicitatem insigniter admiratum Posidonium, oratoria quadam eloquentiæ vi sese latius expandentem tradidisse ferunt, Hispaniæ subterranea non infernum, sed Pluton ipsum, id est, opulentiæ Deum, inhabitare. tanta est in eo terrarum tractu metallorum foecunditas. Appianus præterea refert: Hispaniæ terra quoque ferax frumenti, vini, olei, auri, argenti, gemmarum, ac metallorum omnium: homines insuper bellicosissimos gignit, equosque velocissimos. Varro quoque refert in Hispania nonnullas equas vento concipere, quas a Zephyro vento qui flare solet ab occidete, Zebras Hispani vocat: quæ quidem siluestres, campestresque sunt, & indomitæ. Ego vero Varronem hoc scripsisse arbitror propter equorum Hispaniæ velocitatem, qui non sine causa ex vento concepti videntur, cum sint velocissimi: cum præsertim scribat Iustinus, hanc fabulam ex equorum foecunditate, & gregum multitudine, nimiaque pernicitate ortam fuisse. Non sunt præterea quæ Strabo de rebus Hispaniæ scripsit omittere, cuius verba sunt hæc: At Turdetania agerque coniunctus nullâ in hoc genere virtutis ratione commendare volentibus abesse finit. Nam aurum, argentum, æs, ferrum, nullibi terrarum, nec tantum, nec tam probatum generari hæcenus compertum est. Aurum enim non solum ex metallis effoditur, verum etiam fluit. Flumina namque, torrentesque auream deferunt arenam. Tot igitur tantisque naturæ donis, solique bonitate foelix, & orbis terrarum optima æstimari potest Hispania. De cuius magnis diuitiis, vt ea quæ Titus Liuius alique cõplures autores tradiderunt, omittam, ea tamen quæ de metallis Hispaniæ Diodorus Siculus cõmemorauit, silentio non præteribo, qui de Hispani soli foelicitate, & rerum omnium copia, de institutis moribus, & hominum cultu multa loquutus, hæc addidit: Sequitur vt de argento quod plurimum apud Iberos optimumque effoditur, quodque multum vtilitatis incolis affert, scribamus. Dictum est a nobis in Herculis gestis, Iberiæ montes qui Pyrenæi vocantur, & altitudine & magnitudine longe alios excellere. Nam a mari quod ad meridiem iacet, vsque ad Oceanum ferme ad Arctos situm Galliam ab Iberia diuidunt, per Celtiberiam quoque protenduntur stadiis tribus millibus. In quibus cum sint siluæ frequentes, ferunt, prisca tẽporibus igne a pastoribus iniecto montanas omnes regiones fuisse cõbustas. Quæ ex re aiunt montes cognominatos Pyrenæos. Ardente namque continuis diebus igne plures ex montibus argenti puri riuli flammam vi effluxere. Quod incolis ignotum, Phœnices mercatores vili rerum permutatione emptum in Græciam, Asiamque, ac nationes cæteras deferentes, magnas ex eo commercio opes contraxerunt. Adeo autem mercatores quæstus excitauit cupiditas, vt cum onustis nauibus superaret argētum, amoto ab anchoris plumbo, argentum eius loco subderet. Hoc lucro Phœnices admodum opulenti facti plures colonias tum in Siciliam propinquaque insulas, tum in Libyam, Sardiniamque, atque Iberiam destinarunt. Multis autem post seculis cognito argento, Iberi quoque metallis quærẽdis operam dedere, magnaque optimi argenti copia reperta, ingens ex ea vectigal prodiit. Cum æs, aurum, argentumque sint metalla præcipua, qui in reperiendo ære dant operam, quartam eius quod effodiunt portionem capiunt: eorum vero qui in argento effodiendo occupantur, quidam tribus diebus Euboicum percipiunt talentum. Terra enim omnis argento referta est, vt mirabilis sit & eius patriæ natura, & operariorum cõtinuus labor. Nam qui primum his metallis repertiendis incumbant, magnas contrahebant diuitias. In promptu enim est argentum terra abunde illud præstante. Postea vero cum Romani Iberiam subegissent, Italici qui lucri cupiditate id sibi opus sumptere, maxime ex eo ditati sunt. Emptam enim seruorum copiam ad effodienda metalla deputat, qui variis locis metallorum venas scrutati, ac alte lateque terra effossa, plurimum auri argenti que erunt, variis multorum stadiorum cuniculis sub terram actis. Multo facilior quæstusiorque hæc cura, quæ metallorum quæ apud Atticos re-

periuntur. Ibi enim multas in fodiendo impensas subeunt sæpius opinione frustra-
ti, quum aut non inueniant quod quærant, aut inuentum ita parui sit, ut superetur
a sumptu: apud Hispaniam vero qui metallis incumbunt reperiendis, ampliora spe
percipiunt. Bonitate quippe soli glebas semper auro argentoque fertiles inueni-
unt, utpote omni terra metallis plena. In cuius etiam terræ laudem Iustinus hoc
modo scripsit: Non frumenti tantum copia magna est, verum etiam vini, mellis,
oleique: neque ferri solum materia præcipua, sed & equorum pernices greges: nec
summa tantum terræ laudanda bona, verum & abstrusorum metallorum fœlices
diuitiæ. Sed de Hispaniæ metallis hætenus. Cæterum res Hispaniæ quas hætenus
memorauimus, non solum legitimus apud autores, sed etiam vidimus omnes præ- 10
ter aurum & argentum. Quæ quidem duo metalla præcipua, nunc Hispaniæ prin-
cipes latere sub terra permittunt, & ab Indiis maximis impensis & laboribus atque
periculis afferri iubent.

De Hispaniæ frugibus & vino.

QUANTVM autem frugibus cæterisque rebus abundet Hispania, ex præno-
minatis autoribus facile colligitur, ideoque in harum rerum narratione ero
breuior. Habet itaque Hispania tota maximos ac fertilissimos cæpos, & planities
amplissimas. Quæ cum sereno cælo subiaceat, & Fauonio vento saluberrimo le-
niter ventiletur, in ea quidem non solis æstus ardens, non frigus horridum, sed om-
ni tempore viget summa temperies. vbi, teste Iustino, magna cæli salubritas per
omnem Hispaniam, æqualisque aeris spiritus nulla paludum graui nebula infici-
tur. Huc accedunt & auræ maris & assidui ventorum flatus, quibus omnem pro-
uinciam penetrantibus euentilato terrestri spiritu præcipua omnibus sanitas red-
ditur. Homerus omnium scientiarum parens, & Hispaniæ fertilitatis atque salu-
britatis non ignarus, in ea vitam hominibus diuturnam, victum facilem, & cam-
pos Elysijs esse multis carminibus cecinit, quorum pauca hæc exponere placuit:

*Nulla est Hispana tellus fœlicior, in qua
Vita viris facilis longissima tempora durat.
Non hyemis vis multa, niuis non ingruit imber,
Stridula sed semper Zephyrorum flamina mittit
Ingens Oceanus, lenimina grata virorum.
Semper ubi irrumpunt splendentia lumina solis
Alma telluri, noctem qui ducit opacam.
Inde recens radiis cum sol percussit arua,
Oceanus lentas alii præfugerit undas:
Incidit Oceano lux fulgentissima solis,
Nigrantem noctem, & madidantia sidera ducens.*

Hinc itaque per Hispaniam totam provenit omnium rerum magna fertilitas, & om-
nis ager vsque eoliberalis est, ut ex vno tritici modio sæpe triginta colonis re-
stituat, & nonnunquam quadraginta, in Bætica præsertim, quæ quidem fru-
gibus & cunctis rebus est admodum fœlix. Cui si tempore suo pluuia contin-
gat Australis, est multo fertilior. Omnis denique Hispaniæ tellus a Gadibus vsque
ad amnis Iberi fontem, qui ultra Burgensem urbem apud oppidulum quod inco-
læ Fontibile nominant, oritur, non solum lætissimas fruges, sed omnium quoque
rerum copiâ producit immensam. Hanc ego regionem cuius longitudo ad mille
& quingenta circiter millia passuum, & latitudo fere totidem protenditur, ma-
gnamque Hispaniæ partem continet, fertiliorem esse arbitror, quam reliquas, &
ratione cælestis tractus quem (ut supra diximus) Græci clima vocant, & Fauonii
venti salubritate quem Græci Zephyron nominant, qui quidem satis & arborib⁹
vitam præstat. Huius enim venti flatu prægnans Hispaniæ tellus non solum fruges
luxuriantes, sed omne quoque leguminum genus, & optima vina fœcundissime
præbet. Cæterum etsi vino tota satis abundat Hispania, pauca tamen quæ præci-
pua sunt, & ab odore, colore, & gustu maxime probantur, a locis vbi largissime le-
guntur,

guntur, nominabo. Legitur itaque vini albi optimique maxima copia apud op-
pidum nomine Sancti Martini vallis ecclesiæ, & in oppido Matrigali, item in Gua-
dalcana oppido Bæticiæ provinciæ, in quo etiam rubeum legitur quam optimum.
Vinum præterea Tarraconense ab antiquis scriptoribus fuit maxime commen-
datum. In Ribadauia apud Callicos, & in oppido Caparico Portugalliæ, in Oca-
niæ quoque & Yepes bona leguntur. In quibus & Lucanum in Bætica, si non pri-
mum, secundum tamen obtinet locum. Sed inter candida vina quod in oppido
Olyari legitur, non est silentio dignum, sed memorabile. Rubeum vero quod in
Hispania plurimum legitur, quod in oppido quod Arenas appellant, funditur, cæ-
teris multo melius habetur. Post hoc autem in regione Toletana fere tota, maxi-
ma est vini copia, & præcipue in Scalona, Mantua Carpentana, quod oppidum
Madrid appellant, in Xetapho, Pinto, Valdemoro, Casaruio, Turrilacona, sed
hoc copia magis quam bonitate laudabile. Quibus præterea vinum oppidi quod
vulgo Santorquatum dicitur, minime cedit. Sunt & in aliis ciuitatibus & oppidis,
in Tauro scilicet, Cantalpino, & Cantalapetra, vina quæ magno habentur in pre-
cio. Salmanticensis quoque vinum est suauissimum, apud puteum præsertim
quem Amarillum vocant.

De arboribus & fructibus.

ARBORIBVS Hispania fructus ferentibus & aliis plena est, & omnis generis
fructibus abundans, quorum arbores non solum labor hominum & industria
consequit, sed ipsius etiam terræ bonitate natura producit. Nemo enim vidimus
vnum, præter alia multa, apud oppidum nomine Montis maioris, in quo quercus,
castaneas, ilices, nuces, corylos, cerasos, prunos, pyros, ficus, labruscas, & omne
genus arborum fructificans, sola natura plantauit, arbores altitudinis ingentis &
amplitudinis. Nam iuxta oppidum Beieranum, vbi nemus est amoenissimum, ca-
staneæ arboris ambitum mensi sumus pedum circiter quadraginta. Fructus au-
tem arborum numero plures, & forma grandiores habet Hispania. Pyrorum
multa sunt genera, sed quatuor præcipue, aliis ommissis, quæ sunt odore gustuque
suauissima, nominabo: Apianum quod mulcatum vocant, & est omnium pyro-
rum minimum, Vinosum, Pintum, & aliud quod sine regula dicitur in Hispania.
Malorum quoque genera duo sunt cæteris longe meliora, quorum alterum Ca-
masium, & alterum Regium vocat Hispania. Sed inter meliores Hispaniæ fru-
ctus meo iudicio, pulchrius est & excellentius illud quod Hispani Melocotoni-
um vocant, propterea quod fit ex malo Persico & Cydonio, hoc est ex duracino
& cotoneo, quod Hispani membrillum vocant. Quid præterea dicam de multis o-
liuis Hispaniæ, Hispanensibus præsertim quæ magnitudine iuglandes excedunt?
quid de Cordubæ ficibus & oliuis etiam referam? Est Hispania quoque, ut supra
diximus, nemoribus, vinetis, oliuetis, moretis, pinetis, ilicetis, & palmetis admo-
dum diues. Cæterum palmas, citros, & citrios, quas narangios Hispani vocant,
non multas vidimus in Hispania, nisi Cordubæ, Hispali, Valentia, Barcinonæ, &
apud Placentiam citros duntaxat & citrios. Sunt & in aliis locis Cantabriæ ma-
ritimis, Callicæ, & Portugalliæ. Vidimus etiam Toleti citrios fructum ferentes.
Est insuper in Hispania frequens & altissima cupressus, cuius materia suauissime
redolet. Sed iam de fructibus & arboribus Hispaniæ finem faciam, cum pauca
Strabonis verba retulero, qui de rebus Hispaniæ multa loquutus, Quanta, inquit,
ex Hispania, ex Turdetania præsertim, exportandarum rerum copia sit, ma-
xime declarat nauigiorum magnitudo & numerus. Ingentes enim on-
erariæ naues isthinc Puteolos nauigant, & Ostiam Romanorum
nauale permeant, quibus oleum non vbertate modo, sed
etiam bonitate præcipuum, itidem vinum, magna vis
tritici, cera, pix, mel, grana, purpura, & minii
plurimum euehitur, ac piscium
salfamenta.

De pecoribus Hispaniæ.

EST Hispania præterea & pecoris omnis generis diues, gregibus & armentis plena, adeo vt mugitu balatuque nemora, siluæ, montes, prata, campi, saltus vbiq; resonent. Oues in primis innumeras habet Hispania. Siquidem multos in Hispania pastores nouimus, quorum vnusquisque ouium triginta millia possidebat. Quapropter lanas mollissimas non Hispaniæ solum populis, sed externis etiã gentibus oues abundantissime suggerunt. Equos quam optimos alit Hispania, sed Bætica plures, Lusitania velociore, Asturia fortiores, quos veteres Asturcones appellabant. Leones autem, camelos, & elephantos non nouit Hispania, nisi cicu- 10 res & aduectos aliunde.

De venationibus & aucupijs.

VENATIONES Hispaniæ neq; quadrupedum animalium, neq; volatiliū de- sunt. Siquidem montes & siluæ, damas, ceruos, apros, vrsos, & planicies cam- pique lepores vbiq; gignunt. Cuniculorum vero qui & lepulculi vocantur, albi nigrique & maculosi reperiuntur, multitudo ingens, adeo vt magnam nonnun- quam vastitatem satis & plantis afferant. Aucupantur præterea in Hispania præter alias aues, grues, anseres, anates syluestres & fluuiales, perdices & palumbas quas torquatas appellant, innumeras: sed attagines pauciores & e Sicilia nuper allatas. 20 Aquilæ quoq; ciconiæ, ardeæ, accipitres maiores atq; minores, cæteræq; aues plu- rimæ in Hispania nidificant.

De piscibus Hispaniæ.

NON caute quoniam satis in Hispania venati sumus, in eadem quoque piscari volumus, primumque rete iacimus in mare, & deinde in amnes & riuulos, in quibus amœnissime copiosissimeque sine dubio piscabimur. Sunt enim in Hispania non solum maria, sed etiam riuu fluminaque admodum pisculenta. Nam cum sit Turdetaniæ, vt Strabo refert, copia mediterranea, æqualem quoque ma- 30 ritimam ex pelagi bonis inuenies. Ostrea namq; & conchyliã omnia, tum mul- titudine, tum amplitudine, omni ex parte exterius mare superat, præcipue cum fluxus ac refluxus hic augeantur, qui causa (vt par est) magnitudinis ac multitudi- nis propter inundationes existunt. Eundem se habet in modum circa Cætaria ge- nera & balenas, quibus resstantibus nebulosæ cuiusdam columnæ visio longe cer- nentibus offertur. Quid congri, quid muræne, quanto nostris maiores capiuntur? quid alia complura huius generis edulia? in Carteia vero vidimus cerycas, id est murices & purpuras, librarũ decem: in exterioribus autem locis muræna & con- 40 grum minarum supra octoginta, polypum talẽti pondo, duorum autem sepias cu- bitorum, & similia. Frequens autem thynnus, magnus, & pinguis horum impelli- tur. Hæc & his plura de maritimis Hispaniæ piscibus Strabo. Magna copia suis tẽ- poribus in Hispania est pisciũ quos Saualos Hispania vocat, item Salmonũ & mu- 40 stelatũ quæ a petris quas lambunt, Lampetræ vocatur. Legimus in Hispania poly- pum olim captum fuisse tantę magnitudinis, vt eius caput ostẽsum Lucullo is, am- phorarum capax fuerit, crines quiduis vtroq; brachio comprehenderint, caliculi instar peluium vnam æquauerint, reliquiæ eius miraculo asseruata, septingenta pondo pependerit. Cæterum in Hispania pisces, qui in mari septentrionali & oc- ciduo, multo meliores habentur, quam qui mediterraneo & australi capiuntur. Cu- 50 ius rei causam esse arbitror mare frigidius, in quo pisces multiplicantur & maxi- me pinguescunt. Quapropter qui pisces apud Cantabros, Astures, Callicos, & Portugallenses ad Gades vsque capiuntur, sapore cæteros longe præstant. Sunt præterea in Hispania pisces maiores, qui non oua, sed animalia pariunt. Valentia 50 siquidem piscem vidimus, quem piscatores e mari captum portauerant, & torcu- lari magno locauerant aquæ pleno, crassitudine & longitudine magnæ mulæ, cu- ius caput, os, nares, oculi bouis esse videbantur, præter cornua quibus carebat: mammas habebat muliebres, & manus mamillis appositas, vuluam quoque mulieris.

mulieris. Quam postero die vidimus parientem pisciculum sibi persimilem, lon- gitudine trium pedum, & crassitudine colli canis Gallici, quem die quarto post partum mater fame, vt opinor, coacta deuorauit. Quam rem ne quis commentitiã putet, vidit etiam mecum vna Rex catholicus Ferdinandus, viderunt & alii com- plures equites. Abundat Hispania duobus anni mensibus optimis piscibus qui Bi- fuzi nominantur. Sunt & alii in Hispania pisces excellentes, Meri scilicet, Solli, & quos Aguias Paladares appellant. Multa nobis de marinis Hispaniæ piscibus oc- currebant, quæ cum scombris qui multitudine mare complent Hispanum, vt pau- ca de fluuialibus dicamus, prætermittimus. Sunt enim per Hispaniam fere totam 10 flumina multa valdeque piscosa. Capitur itaque in multis Hispaniæ amnibus pi- scis aureis maculis insignitus, qui et si notissimus est vbiq; quo tamẽ nomine vo- cetur ambigitur. Ego vero eũ esse arbitror quem turturem Iuuenalis appellat, quo cariturum dicebat Vrsidium: quãdoquidem nomen hoc turturis multarum ge- nium vulgari sermoni maxime conuenit. Nam & Hispani Trucham, & Itali Si- culique Troctam vocant. Piscis est autem non modo iucundissimi saporis, sed optimi quoque nutrimenti, quem medici senibus & etiam ægrotis libentissime concedunt: cuius in Hispania magna est multitudo & magnitudo ingens. His namque prælargata captura non diuites modo, sed etiam pauperes vescuntur vilius 20 empris. Qui et si in multis Hispaniæ fluminibus capiuntur, illi tamen qui apud Le- gionem fluminis Orbignis, Benauentum, Burgos, Molinam, Nelam, Mansili- am, Barchum Abulæ, & in amne, quamuis paruo, cui nomen est Corpus hominis, multo meliores habentur quam cæteri. Turturem captum vidimus in ripa Thor- mis apud Salmanticam librarum viginti. Pariunt etiam plures amnes Hispaniæ mulos marinis affimiles, qui a gemina barba quam in labro habent inferiori, bar- bones appellantur.

De Hispaniæ salinis.

DE salinis Hispaniæ scripturus, de salis ipsius prius admirabili virtute pauca di- cam, quibus apud homines non minoris fortasse æstimationis, quam panis 30 habeatur. Panis enim, carnes, pisces, & quodcunque ciborum genus præter ar- borum fructus & herbas absque sale comestum, non solum non concoquitur in stomacho, sed etiam putrescunt & homines necant, qui profecto sine sale diu- tius viuere nequaquam possent. Est igitur sal res humanæ vitæ maxime necessa- ria: quare non immerito primus mensis apponitur, qui & comedendi appetitus excitat, sine quo gustui gratum nihil esset, & cibus omnis discumbentibus fasti- diret. Non igitur sine causa veteres bonos mores & voluptates honestas dulces- que sermones sales appellauerunt. Cæterum in quanto honore sal fuerit, multa quidem antiquorum monumenta declarant, qui salem non cibus & mensis tan- 40 tum, sed etiam sacris adhibebant. Vnde ait Ouidius:

Ante deos homini quod conciliare valeret,

Far erat & puri lucidamica salis.

Et Vergilius: *Sparge molam sale.*

Sal etiam præter vsum mensæ, multis quoque medicamentis adhibetur, & lan- guentia hominum corpora mirifice iuuat: quin etiam non viuas modo, sed mor- tuas etiam carnes conferuat. Quem præterea si quis mane singulis diebus sub lin- gua dum liquecat tenerit, teste Plinio, sine dubio dentes a putredine & omni corruptione seruabit intactos. Ex quo vsitatum est vulgare prouerbium: Nihil sa- 50 le & sole humanis corporibus vtilius. Non igitur ratione caret, quod ferunt An- cum Martium regem populo Romano congiarii loco salem distribuere consue- uisse, cum Marcus etiam Varro sale veteres pro secundo cibo & pulmentariis vsos affirmet. Apud nos autẽ sal est multo maioris excellentiæ, quoniã nos per lauacrũ baptismatis a morte perpetua liberat, nostroq; redemptori Christo coniungit, & infusa sapientia mentibus nostris eodem nomine copulat. Salẽ itaq; prouida na- tura, hoc est Deus Opt. Max. magnum donum maximeque necessarium mortali-

bus dedit, & per omnes fere prouincias totius orbis terrarum, & in multis Hispaniæ locis largissime distribuit. Sunt enim in Hispania multa salinarum genera. Nā sicuti scribit Solinus, in Hispania sal non modo coquitur, verum etiam plurimum effoditur, hoc est, & fit & gignitur. Fit enim in multis Hispaniæ locis ex aquis hauritis e puteis, ut apud Segūtiā. Ex quo regibus magnum vectigal exigitur. Gignitur autem in extremis maris littoribus cæteris candidior. Sunt & mōtes Hispaniæ natui salis, ut apud Ribagorciā, in quibus lapicidarum modo sal cæditur, & arborum modo postea pullulat ac renascitur. Apud oppidum Antiqueram vallis est amœnissima, cuius longitudo est passuum mille & quingentorum, & ex omni parte clausa montium iugis, quæ vallis hyeme pluuiialibus aquis impletur, & in 10 formam magnilacus efficitur, cuius aquæ calore solis in salem candidum conuertuntur. In Atencæ valle salinæ sunt aquarum. Sunt & in oppido Salinarum salinæ memorabiles, & aliæ in oppido quod Salinas de Oro dicitur, & apud Nouanos Nauarræ populos.

De balneis & thermis.

INVENIES in Hispania balnea thermaeque admodum salutiferas. Quæ quoniā multa sunt, de quibusdam breui sermone referemus, primumque de balneo quod experiri nobis contigit. Est itaque balneum in ripa Thermis amnis quod ad hunc modum se habet. A Salmantica ciuitate passuum millia circiter octo mons 20 est, ex quo latitans aqua per sulphureas venas deorsum fluit, & prope flumen erūpit, quæ tanti caloris est, quantum manus & nuda corpora ferre possunt. Cuius aquæ virtutem cum Maurus, ut ferunt, nomine Cepha expertus esset, eam clausit edificio, teſtoque lapideo cooperuit, quo & melius vim suam conseruaret, & infirmi curari commodius possent. Edificium autem quod aquam sistit, piscinæ formam efficit. Ad quod aqua perueniens vbi profluere nequit, inferius crescit ac surgit in altum, & aucta gurgitem præbet, in quo homines ad pectus vsque merguntur, & velut in pelago natant. Qui vbi languescere incipiunt aquæ calore ad viscera vitalia penetrāte, statim egrediuntur, seque linteis inuoluunt, & palliis laneis cooperiti sudando dormiendoque purgantur omni morbo, & præcipue scabie. Huic autem balneo Ledesma oppidum cui propinquum est, nomen dedit. Ad hunc etiam modum balneum vidimus apud oppidum Beirā, nisi quod huius aqua degelido ac ferme semper niuoso mōte per subterraneos meatus ad planiciem descendit, vbi vicus est longus qui ab ipsis balneis nomen accepit. Verum hic vim duplicem natura demonstrat. Sunt enim balnea duo diuersarum aquarū, quæ non multum inter se distant, quorum alterum calidioris, & alterum frigidioris est aquæ: quarum altera bibentes, altera vero lauantes homines mirifice iuuat. Hinc præterea non longe abest lacus non vtilis minus quam admirabilis, qui & turtures, pisces subnigros & excellentes gignit, & futuram pluuiam turbinemque magno aeris sonitu prænunciat, adeo ut eius murmur quasi tauri mugitus septu- 40 mero ad duo de viginti millia passuum fuerit auditum. Apud Callicos prope Minii fluminis ripam & Orensē ciuitatem balnea multimoda, & fons oritur nomine Burga in altum scaturiens, feruentior aqua sub igne, adeo ut in eo & oua coquantur, & sues immerſi facile depilentur. Sunt præterea balnea valde salutifera in multis Hispaniæ locis, ut Hispali, Cordubæ, Granatæ, Valentis, Alhamæ, cuius virtute Gallicus etiam morbus (ut aiunt) pellitur. Toleti fuerunt olim balnea quatuor infra muros ciuitatis valde salutifera, quæ nuper deserta sunt & neglecta, propterea quod homines in eis lauari non audebant, neque ingredi, quoniā lauabantur in illis pustulis & Gallico morbo laborantes. Cæterum legi ego in quadam historia, regem quendam Castellæ Toleti balnea prohibuisse 50 diruique iussisse, propterea quod multorum malorum causa erant. Qua de re scripsimus alio loco. Sunt & alterius Alhamæ balnea apud Vobercam.

De Hi-

De Hispaniæ fictilibus.

CONFICIUNTUR in Hispania quoque fictilia varii generis, & vasa lutea vitreaque pulcherrima. Quæ quidem etſi pluribus in Hispaniæ locis conspicua fiunt, ea tamen quæ Valentis, Murcia, Sagunti, Elboræ, quæ nunc Talauera dicitur, & a me Talabrica vocata est in alio loco, item Malachæ, Toleti, Montisæ, Tauroli fiunt, præcipua sunt & cæteris pulchriora. Vitrea vero Barcinonæ, Cataphalsi, Caspæ preciosa sunt & perlucida fiunt, & in aliis multis Hispaniæ locis satis pulchra, quæ causa breuitatis omittimus.

De Hispaniæ fontibus.

HISPANIÆ fontes qui ferme sunt innumerabiles, silentio præteribimus, sed per paucos quos vidimus memorabiles, breui narratione referemus. Omnes enim ciuitates, oppida, pagi, rura, siluæ, montes, valles, domus denique quamplurimæ fontibus abundant. Si quidem apud Granatam urbem, ut in bello Granatensi scripsimus, in quinque & viginti millibus passuum, sex & triginta fontes oriuntur, & in agro Xericii in regione Pacis Augustæ fontes scaturiunt quingenti supra mille. Quibus cum aliis omnibus omiſſis, de cuiusdam in Lusitania prouincia mirabili 20 natura mentionem faciemus. In paruo itaque Lusitaniæ oppido quod vulgo Villam nouam vocant, distatque a Caura ciuitate passuum millia circiter vndecim, fons oritur ab aliorum fontium natura longe diuersus. Si quidem non solum oritur, sed etiam occidit. Oritur autem Kalendis Maiis, & ad Kalendas vsque Nouembres aquas Villenouanis abunde diffundit: postea vero occultatur laterque hyeme tota, & ad statutum tempus, hoc est ad Kalendas Maias, renascitur & accolas reniſcit: quod quidem singulis annis fieri compertum est. Sunt & in multis Hispaniæ locis, in Callectia præsertim, fontes æstate frigidissimi. Sunt & in aliis partibus fontes memorabiles, quorum paucos qui mihi nunc in mentem veniunt, recēsebo. Supra itaque Burgensem ciuitatem ad passuum millia circiter viginti versus Orientem, 30 pagus est nomine Boetius, sub altissima rupe positus, ex qua fonticulus effluens in planiciem apud pagum prænominatum descendit, & duos in lacus ingreditur, quibus tantam vim salubritatis & virtutis infundit, ut omnes fluxum sanguinis patientes, cum hac aqua lauantur, statim liberentur. In iugo autem montis vnde fonticulus oritur, ædes est sacra, Sanctæ Casildæ dicata, de qua Sancta alio loco scribemus. Non minoris virtutis est fons egregius in Bætica prouincia iuxta oppidum Antiqueram. Nam si locus fons Boetius sanguinis profluum sistit, potis Antiquarius calculos dissoluit, ideoque a petra quam extrahit per vrinam, cognominatus est. Apud oppidum autem quod Cazares vulgo dicitur, fontem vidimus vberimum valdeque conspicuum, & alium huic similitimum prope arcem quam vulgus Sal- 40 las appellat. In Xatiua quoque oppido nobili quod est inter Oriolam & Valentiam, fontes conspiciuntur Viterbii fontibus affimiles. Gaudet & oppidum Pastrana fonte suo pulcherrimo. Hæc de fontibus hæc enus.

De Hispaniæ fluminibus.

AMNES in Hispania, præter alios, centum quinquaginta numerauimus, de quibus non nisi quosdam præcipuos & insignes nominabimus. Et in primis Iberus nobis occurrit. Hic enim & fama celebris est, & ut Solinus, Strabo, & Plinius scribunt, nauigabili commercio diues, & Hispaniæ, ut supra demonstrauius, nomen dedit. Oritur autem apud Cantabros iuxta paruum oppidum quod supra Fontibile nominauimus, & per multos Cantabriæ, Nauarræ, Aragoniæ, & Laletaniæ populos ad Dertosam vsque ciuitatem, quadringenta sexaginta millia passuum fluens, multis auctus fluminibus in Mediterraneum litus tam violenter ingreditur, ut quinquaginta passus in mare profusus dulcis 50

Rr iij

hauriatur: qui præter alios multos amnes e Cantabria defluentes, Baiam, Cadoram, Tironem, Naierillam, Fruegam, Letiam, Melerum, Egam, Argam, Aragonnes quoque duos qui Aragoniæ provinciæ (vt alio loco diximus) nomen dedere: & apud Cæsarangustam, Gallicum, Torium: & ab altera ripa Salonem, Congedum, Veronem, & vltius lapsus Cingam, Sicorim, atque alios ad se recipit. Cuius aqua vel ad bibendum, vel ad lauandum perutilis, in cadis ad regiones alias transfertur. Ea siquidem manus albiores & facies molliores fiunt, & pota corpora saniora. Sed redeo ad Sicorim, vnde Sicanos & Sicaniam dici quidam voluere. Scribunt enim olim in Hispania citeriori populos qui iuxta Sicorim erant, ortis inter se dissensionibus, vi & os patriam deserentes in Italiam migrasse, & inde in Siciliam profectos. Quam cum homines iam defessi & quietem quarerent totam pene vacuum inuenissent, animaduersa terræ fertilitate, ibi consedisse. Est igitur Sicorim nobis iure memorandus, quem Lucanus non immerito inter primos Hispaniæ amnes commemorauit. Nam & aureas defert arenas, & potus est valde salubris. Barcelona quoque ex altera parte flumen habet Rubricatum a rubeis arenis nominatum: ex altera vero aliud quod incolæ Beson vocant: ego vero Bæulonem dicerem. Cinga quoque etiam per plumbeas arenas defluit, maioribus tamē amnibus annumeratur. Apud Vascones autē Chalybs oritur, cuius aqua ad ferri temperamentum plurimum valet, adeo vt Hispani non alia arma, nisi quæ temperata huius amnis aqua fuerint, approbent. A quo flumine (vt Iustinus ait) populi quoque Chalybes appellantur. Per Callectiæ populos Minius labitur, amnis quidem non famæ minoris, qui ex Oluca ciuitate profluens, oppidum Portum marinum cognominatum duas in partes diuidens, Pontem bellarium, & Orensem ciuitatem, multaq; Callectiæ oppida perlabitur. Cui non cedit alius amnis propinquus, quem Scylum Callecti vocant, memorabilis. In eadem regione nascitur Astura amnis non parui nominis, a quo Astures populi denominantur. Limia præterea flumen est non paruus, & Callectiæ propinquus. Quod cum Durio miscetur, nomen amittit. Eodem modo Pisorga, Relanza, Relazonius, Carrion, & Duratonius amnes memorabiles. Quibus & aliis Durio auctus inter Hispaniæ primarios amnes & celebriores connumeratur. Qui oritur, vt Plinius & Strabo scribunt, apud Cantabros iuxta Numantiam, & Asturiam a Vectonibus, & Lusitaniā a Gallectis determinans, & in occidentem profluens Oceanum, Zamoræ ciuitatis mœnia radens longo tractu ad mare discurrit, & apud urbem Portugalliæ, quæ Portus appellatur, ingreditur. Huic se Thormis immiscet fluuius aquæ valde salubris, qua vitur Salmatica, & a quo cognominatur Alua. Amnis quoque iuxta Valentiam fluit qui Turia dicebatur, & a Ptolemæo Turulius fuit appellatus. De quo sic Claudianus meminit:

Floribus & roseis formosus Turia ripis.

Cæterum Tagus, vt ait Plinius, ob aquas admodum salubres & arenas auriferas multis Hispaniæ fluminibus antefertur, per quæ materia multa vehitur, qui a scriptoribus & poetis maxime celebratur. Vnde ait Iuuenalis:

--- Tantitibi non sit opaci

Omnis arena Tagi. ---

Cuius ortus est in altissimis Aragoniæ provinciæ iugis apud urbem Albarracinū, vel (vt alii volunt) oppidum Securitum, quod etiam Frias appellat. Hic amnis multis in locis nauigio traicitur, & vbi Toleti mœnia pene tota circuit, & oppidū Elboram, quod nunc Talabricam vocant, Alcantaram & alia pertransiens, longiori lapsu Lagonio nomen auferens apud urbem Vlixbonam in occiduum cadit Oceanum. Lagonius vero priusquam soluat Tago tributum, Caure ciuitati cæterisque multis oppidis aquam propinat & campos irrigat. Oritur & in Laminiano agro Anas, vt scribit Plinius. Qui etiam pisces, præter anguillas quæ sunt optime, inutiles gignit, fama tamen & natura est memorabilis: quippe qui modo se fundit in stagna, modo in angustias reorbet, ac totus in cuniculis latet, & quasi nasci sæpius gaudet. Hic etiam, vt Strabo meminit, non longe oritur ab ortu Tagi. Vnde in occasum fluit, & apud Emeritam Augustam longissimo ponte lapideo transitur. Inde sese flectit in austrum. In eisdem fere locis oritur etiam Bætis eodem Strabone dicente,

dicente, qui etiam Sciren dicitur. Qui inter Anam & Tagum magnitudinis est eiusdem, & a sui primordio, sicut Anas in occasum vergens, inde in austrum declinat per Cordubam & Hispalim Bæticæ provinciæ vrbes insignes, in idē littus excurrit. Verum enim vero Bætis amnis nobilissimus est magnæque utilitatis: quapropter a scriptoribus maxime celebratur. Quod quidem declarat in eo semper nauigiorum multitudo tanta, quanta vix in vlllo portu maris inuenitur, apud Hispalim præsertim. Quæ quidem res causa est, & magni commercii, & multarum dititiarum. Cuius etiam aqua ad inficiendas lanas plurimum valet, quam Martialis hoc modo commendauit:

Bætis oliuifera crimem redimitte corona,

Aurea qui nitidis veller a tingit aquis.

A quo etiam, vt Strabo & Plinius asserunt, Bætica provincia nomen accepit, & Seneca quoque refert:

Nomenque terris qui dedit Bætis suis.

Ingreditur autem Bætis mare plærunque magno impetu. Sunt præterea iuxta Cordubam amnes duo non ignobiles, quorum alter, autore Bocatio, Bacchus, alter Falus nomen habet. Inferius autem, & in extremum Occidentem labitur Oceanus. Amnes in Hispania, vt supra dictum est, centum quinquaginta vidimus, in quibus pontes vltra septingentos numerauimus. Ex quibus duos insignes suspeximus & memorabiles, Segouientem scilicet, qui potius arcus & aquæ ductus dici potest, per quem aqua profluens ciuitatem ingreditur, & per omnes fere domos diuiditur, & in puteis æstiuo tempore frigidissima conseruatur: alter est Alcantara. Qui quidem sunt, & altitudine, & opere, & artificio mirabiles. At qui cū Hispaniæ fluuios omnes complecti & enumerare cum causis difficile sit, his veluti præcipuis ac notioribus traditis, Auocedatum, Aredam, Clerum, Escium, Eueninū, Floxium, Isam, quem Herculi gratum fuisse ferunt, Florium, Lerium, Menobam, Milam, Nebim, Saliam, Sucrinem, Tagarem siue Tadatam, Ticram, Larnū, Saronem, Arenam, Lozoiam, Xaramam, Lethem, Beouitum qui Galliam diuidit ab Hispania, Thicim, Rubricam, Taraxon, Sorabim, Tamarim, Henatem, Corpus hominis, Taiuniam, & complures alios silentio transeo, ne nominandis fluminibus fastidio lectores afficiam. Et quoniam Darrum, Xenilem, & alios Gratiæ regni fluuios memorabiles in historia quam de bello Granateni scripsimus, nominauimus, de fluminibus hæc enus.

De Hispania montibus.

Nunc de montibus Hispaniæ scripturus, a Pyrenæo principium sumam. Hic enim & altitudine, & lōgitudine longe alios excellit. nam vt ante Diodori Siculi testimonio demonstrauimus, a mari quod ad meridiem iacet, vsque ad Oceanum ferme ad Arctos situm Galliam diuidens ab Iberia, per Celtiberiam quoque stadiis tribus millibus protenditur: qui (vt Pomponius scribit) in Britanicum procurrat Oceanum. Quantum autem sit metallis ditus, & arborum fructibus cæterisque rebus fertilis, satis in principio diximus. Vnde autem Pyrenæus nomen accepit, Diodori Siculi autoritate plane demonstrauimus. In Tartaconensi autē provincia iuxta Barcinonem ad maris Balearici littus mons est altior, quem nonnulli, & vere fortasse, montem Iouis esse opinantur. Ego vero Iudæorū potius appellarem, propterea quod illic olim Iudæi sepeliebantur, quorum plures adhuc ex magno lapide tumuli signaque cernuntur: cum præsertim Barcinonenses hunc montem Moniui, & Iudæos Iouis appellauerint. In vertice autem montis summoque iugo turris est, vnde speculator dielinteo velo, quasi vexillo, & noctu facibus nauigiorum aduentum Barcinonæ ciuibus ostendit. Mons autem confusus est vineis, & arboribus, & omni genere fructus abundantissimus. Deorsum apud Tartaconem promontorium est teste Pomponio, quod Ferraria dicitur. A noua autem Carthagine millia passuum circiter quinquaginta Calpe mons est eminentissimus, qui quamuis ambitu paruus est, altitudine tamen æreus. Ad vnius radices oppidum est eiusdem nominis. In Barcinonis quoque regione montes alii conspiciuntur, ex quibus vnus qui mons Orius dicitur, & proprio situ, & ædificio cu-

iustam castelli videretur inexpugnabilis: item alius celeberrimus qui Serratus appellatur, et si ascensu lapidosus & asper, Mariæ tamen virginis venerabili tēplo, de quo suo loco dicemus, a Christianis continue frequētatus. Pomponius etiā scribit tria in Lusitania promontoria, vnum iuxta Anam flumen, quod quia lata sede procurrens paulatim se suaque latera fastigiat & tollit in altum, Cuneus ager appellatur: alterum Sacrum: Magnum vero alterum, quod plurimū maris occupet. Verū id Plinius & Strabo Artabrum vocauerunt, quod magno cacumine in mare protenditur, & Hispaniam ad occidentum finiens, maria, terras, cœlumq; disternere videtur. Quod Olisiponense quōq; dicitur a maritima & opulēta ciuitate. Prope oppidum nomine Sancti Ioannis Pedis portus, mons est altissimus vndique fontibus vberimus, & ferro quod in eo plurimum optimumq; effoditur, valde diues: cuius ascensus est passuū millia circiter vndecim. Refert Bocatius in vltiori Hispania montem excelsum esse nomine Canatū, in cuius vertice lacum summæ & inextricabilis profunditatis, colore nigrū, de quo incolæ miranda commemorāt. Dicunt enim, si quis in eum lapidem vel durum aliquid iecerit, magnam protinus oriri tempestatem. In Oceanum Cæliticum promontorium procurrit excelsum, quod ab altitudine Cæliticum dictum credunt. Ermiāius eminet in Lusitania. Gris vero citerioris Hispaniæ mons assidue fere maris vnda verberatur. Mastoria Medulusque montes a Bocatio produntur. Et in Gallecia mons celebris, qui Sacer appellatur, de quo paulo post dicemus. Inter Lusitaniam, Bæticam, & Tarraconē surgit Solorius, Sulurius insuper, qui vt Bocatius est autor, a singularitate nomen sortitus est, quoniā solus omnibus altior videatur, aut solis radius in eo appareat, antequā alibi oriatur. Ab vrbe Tiriassona mons non longe distat, a Caco latrone Vulcani filio, quē ab Hercule interemptū fuisse fabulatur, nominatus est & fama notissimus. Apud Callicos mons est Sacer appellatus, vt ait Iustinus, quē ferro violari nefas erat: sed si quādo fulgure terra proficissa esset, detectū aurū vel ut dei munus colligebatur. In Lusitania præterea mōs celeberrimus a Salmatica quadraginta fere millia passuū distat, quem Rupem Gallicam vocitāt, qui ob sacram & insignem ædem Dei genitricis, magnumq; religionis cultū a plurimis assidue populis frequentatur, & ab his maxime qui Salmaticæ literis incumbunt. In enim quotannis cū dies immunes & a lectioibus vacui, huc proficiscuntur. Ceterum de hoc templo atque aliis Hispaniæ locis religiosis latius postea scribemus. In mediterranea autem regione duo montes insignes apparent, e quibus alter Ludubeda a Cantabris originem ducens ad mediterraneum litus protēditur: alter Orospeda medio ex agro modo in Occasum, modo flexens in Austum, siluam prope Carthaginem & Malachæ regionem attingit, ibique finitur. In medio autem citerioris & vltioris Hispaniæ saltus est Castulonensis altitudine longitudineque memorabilis, qui nunc vulgo Serra Morena dicitur, & Mariani montes Latine vocantur. Apud Granatam Bastani sunt altissimi montes, de quibus in historia belli Granatensis scripsimus. Sunt præterea & alii permulti Hispaniæ montes & in maris litoribus, & in media regione atq; lateribus, præsertim apud Astures & Callicos populos, qui et si sunt memorabiles, eos tamen quia nominibus carent, quæ (vt arbitror) longissimo æuo & scriptorum incuria a memoria recesserunt, relinquimus. Item nemora ingentia, lucos frequentes, siluas amœnas, lacus magnos & pisculentos, stagna immēsa atque paludes causa breuitatis omittimus. Ne quis tamen montuosam aut asperam putet Hispaniam. Nam maiores quidem planicies habet. Siquidem longissimas per Hispaniam vias confecimus, in quibus ne lapillum quidem inuenimus. Restabat nobis dicendum de sparti, iunci, cannabi, & lini copia. Nam spartarios, iuncarios, linarios & cannabinos habet Hispania cāpos. Hinc enim spartū in Italiam Romanq; mittebāt Hispani, ex quo Romani sportulas faciebant, vt inquit Iustinus. Et Strabo testis est propter sparti copiam in Hispania Spartarium campum fuisse nominatum, & a iunco plurimo Iuncarium. Linum vero plurimum optimumque in Hispania legitur, ex quo tenuissimæ candidissimæq; telæ conficiuntur: in quibus texendis omni arte linificii mirabilis Hispanarum mulierum industria solertiaque perspicitur. Cæterum linificii

linificii palma Lusitaniæ, & lanificii Carthaginensis prouinciæ mulieribus tribuitur. Sed de rebus quæ in Hispania vi terræ & hominum industria procreatur hactenus. Nunc autem, vt polliciti sumus, primum de Hispaniæ regionibus, de ciuitatibus & oppidis, deinde de primis Hispaniæ cultoribus, postremo de regibus, de viris illustribus in officio rei militaris & scientiæ, atque de rebus aliis memorabilibus conscribemus. Cæterum cum & longo æuo, & Barbaricæ gentis aduentu Hispaniæ ciuitatum & oppidorum nomina mutata sint & corrupta, si qua non satis Latine nominauerimus, impetrata a lectoribus venia, quoad poterimus, diligēter operam dabimus, vt a nominibus quibus nunc oppida vulgariter appellantur, nō longe discedamus. Multa siquidem ad aurium iudicium formabimus, & quibusdam fortasse suum nomen antiquum restituerimus, vt non omnia barbæ, sed aliquid quoque Latine scripsisse videamur. Cæterum lectores obsecro, vt si quid in hoc opere desiderauerint, mihi clementer ignoscant: qui quidem mirari non debent, si homo non Hispanus res omnes Hispaniæ memorabiles quæ sunt pene infinitæ, non comprehenderit.

LVCII MARINEI SICVLI DE REBUS HISPANIÆ LIBER II.

De Hispania diuisione, ciuitatibus, & oppidis.



OMPONIUS Mela vir Hispanus & scriptor excellēs, Hispaniā omnem diuisit in partes tris: Tarraconensem, Bæticam, & Lusitaniam. Alii vero quorum ego ordinem sequar, Calliciā addiderunt & Carthaginensem, quam nonnulli Carpentariam dixerunt. Appianus Alexandrinus Tingitanam, quæ in Africa est, Hispaniæ prouinciā esse voluit, propterea quod olim a Bætica iura petere cōsuevit. Ego vero hac seposita, de quinque reliquis, & a Bætica primum scribere incipiam. Illud vero hoc loco non omnittendum putauit, vt quoniā duæ sunt Hispaniæ, citerior scilicet, & vltior: sciat lector inter vtramque terminum esse Saltum Castulonensem, quem Marianum montē Latine, & Serram Morenam vulgo vocari supra diximus.

De Bætica prouincia descriptione.

BÆTICA prouincia, vt supra dictum est, a Bæti flumine eam mediam secante (teste Plinio) nomen accepit. A Turdulis etiam siue Turdis populis Turdetania dicitur, & a Vandalis (vt quidam volunt) Vandalia seu Vandalusia nuncupatur. Incipiens autem Bætica a Gadibus & Herculis columnis ad Saltum Castulonensem, & a meridie maris littora longissimo tractu circumiens pene ad Carthaginem nouam protenditur, ex alia vero parte flumine Ana a Lusitania diuiditur. Cuius longitudinem quadringentorum sexaginta quinque, latitudinemque ducentorum quinquaginta & septem millia passuum Marcus Agrippa prodidit. Nūc autem quoniam de Hispalis & Cordubæ rebus in historia quā de regibus Catholicis scripsimus, debitam mentionem fecimus, & quia in belli Granatæ descriptione centum regni Granatensis oppida quæ Bætici prouinciæ fere sunt omnia, nominauimus, reliqua nunc eiusdem prouinciæ oppida breuiter prosequemur. Initium itaque est Bætici prouinciæ Gaditana ciuitas, quæ Calix nunc appellatur, portu maris & Herculis columnis temploque memorata, vbi quōdam (vt Plinius & Marcus Tullius scripserunt) Argantonius annos octoginta regnauit, & centum

vixit & viginti. Sunt & alia ante Gades oppida maritima, in quibus oppidum est nomine Palus, Capicium, Nebrissa, Chipion, Xericium, quod ego Mundam esse opinor. Item Sanlucar, Barrametum connumerantur, & Rota, Chyclana, Conil, Barbatum, Algecira, Zibaltar in maris littoribus apparent. Post autem Zibaltar Carteia est Tartessos a Græcis appellata, Plinio Straboneque dicentibus: item Belon, quod nunc Taripha dicitur, hic est & promontorium Iunonis. Sunt & alia multa oppida quorum nomina melatent, præter Calpe quod vidimus sub alto monte situm, & Abilæ quod in Africa est, oppositum. Nebrissa vero Venerea cognominatur, quam ego a Libero patre dictam fuisse arbitror: quod nomen ipsum videtur ostendere. Nebris enim hinnuli, hoc est ceruini pulli, significat pellem, qua Bacchi sacerdotes induti sacrificare solebant. In agro autem Turditanorum & in ripa Bætis Hispalis est vrbs admodum celebris, de qua, vt supra diximus, plenius alibi scripsimus. Vbi quondam Calpophorus presbyter & Abundius sub Maximiano crudelissimo tyranno martyrium passi fuerunt. Hispalis ex aduerso, vt scribit Plinius, Ofset oppidum habet, olim Iulia Constantia cognominatum, & nunc vetus Hispalis appellatur. Inferius autem Horta est optimo vino memorata. Sunt & in hac regione oppida multa & memorabilia: Guadalcanalium, Constantina, Alaniz, Cazallia, Manzanilia, Afnalcazar, Veas, Luque, Vbeda, quæ quidem oppida sunt omnia magnis rebus & multis, ac præcipue frugibus & optimo vino memorata: ex alia vero parte, Carmona, Vrera, Molares, Coronil, Alcalá, Guadaira, Spera, Arcus, & Methymna Sidonia cognominata, rebus omnibus ad hominum vitam necessariis abundantissima. Ornant & hanc prouinciam plures etiam ciuitates & insignes populi diuites & campis frugiferis memorabiles, & præcipue Astigi, quam ego eam esse reor quam incolæ nunc Eciam vocant, vbi fuit olim, teste Plinio, conuentus iuridicus: & oppidum Ategua, quod nunc Marchenam vocant: item Mairena. In Bætis autem ripa Corduba est vrbs insignis & antiquissima Marcelli opus, teste Strabone, & colonia patricia, dicente Plinio, de cuius rebus memorabilibus alio loco scripsimus. Sunt & huius regionis multæ magnæque vrbes oppidaque nobilissima, ex quibus nobis occurrunt Vahenenfes, quorum patria Iulia regia dici potest ex antiqua inscriptione in eo loco reperta: item Caprenses, qui Gabienfes dicebantur, Montillani, Aquilarenfes, Rabulenses, Mons maior, Castrum amnis, Porenenses, Arquitani, Andugiarenfes, Vbedenses, sed Vbedam eam esse opinor, quæ in Cæsaris commentariis Villa dicitur. Hic est & Baecia ciuitas nobilis, Alcalenses, qui regii cognominantur. Item sunt Antiquarii in alto loco positi, & fonte aquæ salutiferæ quæ calculos, vt alio loco diximus, dissoluit, nominati. Sunt & Archidonenses, Cannetenses, & Oliuarenfes, Osunares, Stepenfes, Fons Oueionensis, Acceani, Lorani, & oppidum Palma non solum nomine clarum, sed etiam pulcherrimis mulieribus nobilissimum. Sunt & Feriani, Benalcazarenses. In fine autem Bæticiæ prouinciæ Castulo est, quæ fuit olim magna ciuitas, vnde, teste Livio, fuit vxor Hannibalis nomine Helce. Cæterum Castulonensis hodie quota pars superest, quæ vulgo Cassona dicitur. In Lusitaniam confinis & apud Anæ fluminis ripam Pacensis ciuitas colitur, quæ Pax augusta dicitur, a qua Xericium alterum oppidum cognominatur, in cuius agro fontium maximus numerus, vt alio loco scripsimus, oritur. Cæterum mihi nunc in mentem venit ciuitas non obliuione quidem, sed memoratu digna, & inter Bæticas vrbes primarias merito reponenda, quæ Mentefa dicitur, & ab incolis nunc Iacn appellatur, de qua Maurus quidam mihi consultus, & non indoctus, Iacnem gazam & rerum copiam significare respondit. Cuius sententia mihi probabilis videtur & vera. Est enim ciuitas nobilissima & Christi sudario, quam Veronicam vocant, celeberrima. Sita est sub alto colle cincto muris & propugnaculis, quæ fontes habet amœnos, & fertilissimos campos hortis & fructibus abundantissimos.

De Lusitania

De Lusitania prouincia.

LUSITANIA quam Plinius a Iusu Liberi patris & Lyfa Paneque præfectis eius nomen accepisse scribit, ab occidentali freto Orientem versus apud Iberum amnem & Hispaniæ fere medio Tarraconensi prouinciæ coniungitur. Alii vero Lusitaniam dictam volunt a Luso, qui fuit vnus de primis Hispaniæ regibus, vt postea demonstrabimus. Est autem Lusitania ea pars Hispaniæ quæ tribus fluminibus, Tago, Durio, & Ana continetur, in cuius fere medio sita est Tolerana ciuitas in umbilico totius Hispaniæ. Magna quippe est Lusitaniam prouincia, quæ a Bætica flumine Ana, & a Callectia Durio diuisa, in longitudinem ad passuum millia circiter quingenta, & latitudinem trecenta & quinquaginta protenditur. In qua multi sunt & nobilissimi populi, de quibus aliquos insignes & nobiliores Hispano sermone magis quam Latino, quoniam fieri aliter non potest, nominabimus. Et quoniã Lusitaniam prouinciæ Portugaliæ regnū caput est, inde scribere incipiemus. Vbi ciuitas est insignis & memorabilis, quã quidam regiam nominarunt, & ab aliis Vlixbona dicitur, quam etiam Strabo vocauit Vlyssæam. Quæ quidem vna cum Mineræ templo Vlyssis indicabat errores, & illuc exercitū delatum. Est autem Vlixbona ciuitas maxima & opulentissima, atque vna ex vrbebus totius Hispaniæ primariis, & portu maris & Tagi fluminis ostio diues. Sita est in edito loco, & tres habet colles. Quæ, teste Plinio, Salacia quoque fuit appellata & Iulia scelicitas Romanorumque colonia. In ostio autem Durii qui (vt supra diximus) inter Lusitaniam fluit & Gallectiam, ciuitas est celebris nomine Portus, quæ, si non fallor, a Gallis in Hispaniam nauigantibus hoc nomen assumpsit, & Gallorum portus appellatur. Sunt & Eboræ, & Cohimbrica ciuitates, quæ nomen antiquum retinent. Sunt & aliæ duæ ciuitates, Braga scilicet & Lamegus. In maris autem littoribus sunt Matufinenses, Valentia cognomine Minia, Villa Comitit, Auerones, Cezimbrani. A quibus remoti sunt Pons Lunæ, Gutimaranenses, Lamartini, Trancofones, Chauenses, oppidum magnum nomine Sanctaarena, Braganciani, Villa regalis, Valdixani, Frexo cognomine Spadacincta, Tomarenfes, Eboramontani, Telbenses, Almedani, Monfortenses, Pinnelenses, Muxagatani, Penedones, Teurugaleses, Turris vetus, Abrantenses, Cetubalenses, Tauilenses, oppidum Pharum, Castrum marinum, Ossonoba quæ nunc Siluentis dicitur (quam non longe abesse arbitror a Sacro promontorio quod nunc Sanctum Vincentium vocant) oppidum Visoncium, quod nunc Viseum dicitur. Siluentis diæcesis populus est nobilis nomine Portus marinus, in quo Ioannes summus Pontifex consensu Portugaliæ regis, ordinem nouum equitibus qui Christo militarent, instituit aduersus Mauros per vltiorem Hispaniam discurrerent: cuius militiæ præfectus maior est Abbas Alcohasiani monasterii Cisterciensis ordinis Vlixbonensis diæcesis, qui & conscribendi & exautorandi militem facultatem habet. Sunt præterea Portugaliæ regni populi memorabiles Arroiolenses, Portillini, oppidum Stremucium, Borba, Villa Deliciosa, Mons Arius, & Iuris mœnia, quod oppidum vulgus hodie Geromenna vocat, Campus maior, oppidum nomine Mons Fortis & Oretondum. Sunt & alia oppida Portugaliæ regni quorum nomina mihi non occurrunt, ideoque transiimus ad alia. Relictis itaque Portugaliæ regno quod (vt supra diximus) est prouinciæ Lusitaniam principium, Alcantara est in ripa Tagi oppidum ponte conspicuo nominatum. Ad dexteram est Emerita Augusta vetustissima ac nobilissima quondam in margine Anæ, quæ fuit, vt alio loco diximus, Romanorum colonia, & præter alios honores & res in ea memorabiles arcu lapideo & ponte longissimo celebris & antiquis ædificiis memorabilis. Hinc ad millia passuum fere triginta distat oppidum nobile Tagum versus, quod hæcenus Castrum Cæsaris appellandum censui, vulgarem sequutus opinionem: nunc autem Casam Cereris dicendum arbitror, propterea quod in eo Cereris imago nuper inuenta est spicarum manipulum manu tenens. Est autem oppidum magnum & cuiusdam fontis de quo ante scriptum est, vbertate conspicuum. A quo non longe distat aliud oppidum quod Trozilum vocant,

& ego Turrem Iuliam dicerem. In hac regione Montangi castellum cernitur excelsum, quod oppidum magnum fuit olim, & magna Calabria dicebatur, Metellinum aliaque multa habuit municipia. Paulo autem superius oppidum est nomine Guadalupus, quod Iuporum flumen a nonnullis interpretatur, in quo est venerabile templum Dei genitrici dicatum, & multis magnisque miraculis nominatum, de quibus alio loco dicemus. Est & oppidum nomine Deletosum, cum Bilbitanis & Almarenfibus. Inter Tagi vero accolae quos supra memorauimus, sunt Boracenses, Arroiotani, qui Porcitani cognominantur. Sunt & Labroenses albo vino diuites. Inferius Valentini sunt de Alcantara vulgo cognominati, quibus propinquus sunt Alburquerqueitani & pons ab Archiepiscopo cognominatus, item Oropefani, Talabrics, qui Elborenses quoque dicuntur, & oppidum Sancta Olalia, Maquetani, Scalonenfes atque alii populi plures Orientem versus, de quibus postea scribemus. Nunc enim ad alias huius prouinciae vrbes & oppida memorabilia quae sunt inter Tagum & Anam, veniemus. Est itaque in Lagonii fluminis ripa Caura ciuitas, quae ex vno latere Ciuitatenses, & ex altero Galitenses habet, quibus Placentia pulcherrima ciuitas, magno est ornamento: cuius citria caeterique arborum fructus, panisque candidissimus semper abundat. Habet autem Placentia oppida amoenissima, in quibus est Xarabicitum, nemoribus & arborum fructibus placidissimum, item Pafaronem in conualle iacens velut altare in testudine templi, ficibus, citriis, & aliis arborum fructibus abundantissimum. Est & oppidum Capera Romanorum aedificium, & balneis, de quibus supra scripsimus, valde notum. A quo non multum distat Mons maior, in ripa fluminis quod Corpus hominis appellatur, de cuius fructibus & aliis rebus alio loco scripsimus. Huic propinquum est oppidum Beiara, quod olim Culmenarium dicebatur, est autem multarum rerum fertilitate felicissimum. Sunt & in hac regione populi multi non ignobiles, in quibus pons Cogustus, Cespotosani, quibus proximi sunt Bonillenses, qui Serrani cognominantur, item oppidum Petrasita, & vici duo nobiles, quorum alter Villa Liberalis, & alter Villa Torus appellatur. A quibus intercapedine prope passum viginti millium distat Abila ciuitas memorabilis, turribus & propugnaculis tuta, diuique Vincentii martyrio felix, & multarum rerum copia semper abundans. Thormis habet oppositos Barcenses, Saluaterranos, Aluanos Thormitanos cognominatos, quorum caput est & domina Salmatica clarissima ciuitas, omnium virtutum disciplinarumque genitrix, equitibus & literatis alumnis illustris, in qua est omnium rerum summa fertilitas. Hinc omnes fere Hispaniae vrbes & populi tanquam a domina leges, institutiones, & iura petunt. Hinc ad curiam regiam consilium, iureconsulti, theologi, medici, & cuiuscunque scientiae doctores & magistri proficiuntur, ex collegio praesertim quod Iacobus Agnauis Hispanensis archiepiscopus condidit & censu magno dotauit. Et non minus posthac ciuitas haec illustrabitur alio collegio quod nunc Alphonfus Fonseca archiepiscopus Toletanus aedificat, pro quo excolendo magna & cura & diligentia quari iubet homines in omni genere literarum doctissimos. Ad hoc praeterea literarum gymnasium & omnium virtutum emporium quamplurimi non Hispanis solum, sed aliarum quoque nationum literis operam daturi conueniunt, qui ciuitatem per se nobilem atque diuitem, multo clariorem & opulentioram faciunt. In qua quidem nostris temporibus eorum qui literis operam dabant, millia septem recensita fuere. Multa praeterea de rebus huius nobilissimae ciuitatis mihi sese offerebant, quae praetermitto, quoniam sunt a me in alio opere memorata. Cui finitimi sunt Ledesmani balneis noti, & Villoriani campis fertilibus & aquis abundantes. Posthac sunt Arenalenses, Olimetani raphanis & aliis rebus hortensibus nominati, Fons Tiberii, & Marrigalenses albo vino diuites, alique populi non ignobiles, in quibus est Methymna cognomento Campus. Haec etsi saepius incendium passa est, soli tamen vbertate, nudinis, & mercatorum commercii ditissima semper est, & honorificis priuilegiis a tributis & vectigalibus immunis, in qua neque rex habet officium, neque pontifex sacerdotium. Quae quidem res malis porius quam boni causa est, propterea quod in conferendis sacerdotiis & magistratibus incolae praerunquam crudelissime digladiantur. Quare meo

meo quidem iudicio Methymnae cultores sapientissime sanctissimeque sibi suisque posteris consulerent, si suis regibus officiorum conferendorum, & Romanis Pontificibus beneficiorum suum ius & facultatem renunciarent hac conditione, ut officia & beneficia suae patriae non nisi propriis Methymnae naturalibus & magis idoneis ac promerentibus conferri possent. Sic enim & equites militiae munus libentius atque diligentius exercerent laboresque tolerarent, & sacerdotes honestius viuentes vigilantius literis & diuinis officiis incumberent, atque etiam vtrique Deo optimo maximo suisque principibus seruientes multorum malorum causas euitarent. Quod quidem si vel nostro, vel suo proprio consilio fecerint, eos profecto non peccabit. Immunitates autem Methymnae & honores quos in expugnatione Ronda promeruit, in eius honorificentissimis priuilegiis continentur. Cuius panis & vinum inter meliora totius Hispaniae elementa non immerito commendatur. Hinc Orientem versus sunt Collarenfes pinetis & fontibus abundantes. Sunt & Pontidonia, Tutela Durio cincta pene tota. Supra sunt Oliuarenfes albo vino & lapide speculati crocoque diuites, ab amne Durio passibus circiter mille remoti. Quibus proximi sunt Portillani, & oppidum Traspinetum. Supra quos oppidum est nomine Penna fidelis arce alta pulchraque conspicuum, item Curellani suo quoque castello defensi. Sunt apud amnem Durium Aranditani ab eodem Durio cognominati Roani non ignobiles, & oppidum nomine Sancti Stephani cognomento Gormazium in alto loco positum, & inferius Osomensis ciuitas cum suo Burgo, quam Plinius, ni fallor, Vxamam vocat, & vir quidam doctissimus, ut a discipulis eius accepimus, Os ouium nominauit. A Durio quoque non longe distant Soriani, quos quidam Numantinos esse opinantur: quae magnos habet ac fertilissimos campos, ubi multas esse sacras aedes accepimus. In hac quoque regione Sepulveda sita est fide nobilis, a Catholicis principibus honorifico priuilegio & immunitate donata. Sita est autem in excelso loco, rupibus asperis & fluminibus circumdata. Hic est & pagus maximus nomine Spinarius, omnium pagorum totius Hispaniae nobilissimus, & cum eo alii duo velut eius suburbani, quorum alter Villa Castina, & alter Reacia nomen habet. Ab alio autem latere Petracia est, quae Serrana cognominatur, & (ut quidam volunt) Traiani Caesaris patria. Hinc ad passuum millia septem situm est Toroganum, Camera Segouienfis episcopi, cum arce munitum, & nemore multae venationis amenum. Quod oppidum fuit olim multo maius, habet enim prope se aedificia multa diruta & solo aequata: quapropter existimatur expugnatum fuisse. Versus autem Orientem sunt Aguillonenses fertilitate diuites, & Tenfae populus in edito loco positus, non minus abundans, & castello fortissimo defensus. Horum autem & aliorum populorum Segouia mater est nobilissima ciuitas, Hispanorum regum simulachris illustris, & aedificiis pontemque summa arte constructo memorabilis. In qua quidem ciuitate plures sunt equites, nobiles, mercatores, diuites, & venerabiles sacerdotes. Est praeterea ciuitas lanificio diues. Sunt in ea multae sanctorum aedes, & deuotissima monasteria. Sita est ciuitas in alto loco, & vndique turribus & validissimis aedificiis munita. Abundat multis rebus ad usum vitae necessariis, quae de multis partibus in eam deferuntur. Neque minus abundat aquis per portem & aquae ductus aduectis, & in quamlibet domum profusis. In cuius regione oppidum est nomine Sancta Maria niuis, item Iscar & Cocca populi diuites, & optimo pane caeterisque rebus notissimi. Iisdem bonis abundat oppidum quod vulgo Marri Munnoz hospitiorum dicitur, & Moiatum. Hic est & oppidum Guadarrama sub monte positum, quod Tabulatam vocant, quae caseis paruulis abundat. Nunc autem descendere oportet ad oppida quae sunt in regione Toletana memoratu dignissima. Quae sunt haec scilicet, ut ab inferioribus incipiamus: Ciuitas Regalis vbertate soli felix, Almagrum quod magna vrbs similitudinem refert, Malagonium, Hieuanes, Orgacium, Aiostrinum raphanis & herbis hortensibus abundans, Cureruini naps memorati. A quibus parum distant Galuni, Illesceni, & Castellum Aquilae in altissimo loco positum, cretaceo agro ditissimum: qui populi cum aliis quam plurimis Toletanae ciuitati parent, & res omnes necessarias subministrant, quibus amplissima ciuitas opulentissima est. De qua nunc scripturi sumus longiori

narratione. Sunt enim in hac ciuitate multa memorabilia. Quapropter, ut alio loco diximus, sita est Toletana ciuitas in medio Lusitanię prouincię, & in umbilico fere totius Hispanię, in alto atq; aspero loco ambulatuq; difficili propter ascensum atq; descensum, cuius maiorem partem Tagus amnis circuit, & belli tempore ab incursionibus hostium defendit. Reliqua vero pars quę ad arcticum polum spectat, muris validissimis & centum quinquaginta turribus tuta est valdeq; munita. Ceterum quoniam de rebus Toletanę ciuitatis memorabilibus multi multa scripserunt, ego pauca breuiter attingam. Est itaq; Toletum multorum iudicio, huius prouincię quę ceteras Hispanię regiones vberitate soli cęliq; serenitate præstat, caput, & reliquis Hispanię urbibus primariis decori & ornamento maximo. In ea siquidem magnus est equitum numerus, & illustrium virorum splendor maximus, ciuiumq; frequens & maxima multitudo. Est ciuitas hæc non equitibus modo nobilis & viris primariis illustris, verum etiam sacerdotibus venerabilis, & disciplinis liberalibus exulta, artibusq; mechanicis & officiis adornata, mercatorumq; commerciis admodum diues, & præsertim lanificio & serico. Quibus duobus officiis, lanę scilicet & serici, viuunt in hac vrbe hominum millia fere decem. Est præterea Toletana ciuitas admodum diues multis & magnis mercatorum commerciis, quę hinc ad omnes fere populos Hispanię deferuntur. Quę res causa est ut hæc ciuitas rebus omnibus abundet, quas afferunt multi qui veniunt, ut res alias venales ad alios populos deferant. Hac itaque rerum commutatione continuoq; commercio res Toleti sæpe vilius venduntur, quam in locis vnde vehuntur. Est autem ciuitas diuisa in regiones tres & viginti, quas nobilitas & illustrat amplissimum & pulcherrimum templum, quod meo iudicio sacras omnes ædes & forma conspicua, & magnificis ædificiis, sacerdotumq; ministeriis, & ditissimis ornamentis antecedit. In quo templo fenestrę speculares complures, & imagines pulcherrimę variis coloribus admirabiles & antiquas historias referentes conspiciuntur: vbi perlucida specula septingenta quinquaginta numerauimus. Est præterea templum non solum magnum, pulchrum, splendidum, sed etiam opulentum. In cuius sacellis quę capellę vocantur, & sunt numero plures, altaria sunt ornatisima. Est operę precium & res admirabilis, videre singulis diebus, & præcipue festis huius ecclesię, sacerdotes supplicantes, nunc aureis, nunc argenteis, modo sericis, aliquando purpureis, & nonnunquam gemmatis ornatis & preciosissimis indutos, rem diuinam celebrantes, & horas canonicas concinentes. Huius ecclesię antistes in Hispania secundus est a rege, non dignitate solum & autoritate, verum etiam populis, vestigalibus, & potentia, sub cuius imperio, præter alios minores populos, oppida nobilissima ac memorabilia septemdecim gubernantur, quę nominatim recensuimus, ex quibus magnus ecclesię Toletanę redditus exigitur. Cuius summa est, ut accepimus, anno quolibet ducentorum millium ducatorum. Sunt in hoc sanctissimo templo portę numero sex, tres ad occidentem, duę ad meridiem, & vna ad septentrionem, quę sunt omnes grandes & pulchrę laminis æreis adornatę, multisque sanctorum simulachris & imaginibus, & antiquis historiis conspicuę. Sunt & pulpita duo pulcherrima atque ditissima. Est & altare, in quo diuus Illephonus celebravit, acceptis ornamentis ad sacrificandum necessariis a virgine Dei genitrice. Sed quid præterea dicam de sacrario, & de magnis diuitiis, & sanctorum reliquiis quę in eo sunt admirabiles? quid de sacellis & altaribus huius templi, quę capellę vocantur, adornatissimis, de ea præsertim quam Cabildum vocant, aureo tecto & omnium pontificum qui hæc huius ecclesię fuerunt, imaginibus ornatisima? Distribuantur in hac ecclesia multę pauperibus eleemosynę singulis diebus, & octo minę cocti panis hominibus probis & inopia laborantibus qui mendicare erubescunt. Antistes præterea triginta pauperibus quotidie largitur elementa, qui magnas etiam confert eleemosynas viduatibus pauperibus, & orphanis virginibus maritandis, ceterisque multis hominibus necessitate coactis. Sunt in hac ciuitate monasteria multa monachorum, monialium, & beatarum, intra muros & extra, omnia ordinis obseruantia. Numerauimus in hac vrbe fora venalia se-

naliam septemdecim, in quibus omnium rerum copia semper abundat. Sunt & hospitalia duo, quorum alterum redditus habet ducatorum millia quinq; quibus infirmi curantur, & infantes expositi aluntur, quorum quidem semper magnus est numerus: alterum vero cuius redditus est prope duo millia ducatorum, in quo curantur homines qui pustulis & Gallico morbo laborant. Est & aliud memorabile, vbi degunt & aluntur homines sensu carentes: in quo præterea duodecim senes & vita probi, qui labores ferre & victum quarere nequeunt, aluntur. Atq; alia quę causa breuitatis omittimus. Vicos autem propter domorum frequentiam densitatemq; plures habet angustos, qui propter ascensum ac descensum sunt ambulatu difficiles. Ceterum domus magnę sunt & intus pulchriores ac commodiores, quam foris & extra videntur, quarum millia fere quatuor quadratis impluuiis videntur, & plæręq; puteis. Sed venio nunc ad alia quę sunt extra urbem & memoratu digna. Facit enim Toletum sceleris & opulentum Tagus amnis diues & amœnus, qui Toletanis pisces optimos propinat, hortos irrigat, materiam multam e nemoribus longe distantibus euehit, cuius aqua quę per aureas arenas defertur, est valde salubris, & Toletanos hortos irrigans causa est, ut fructibus & herbis hortensibus tota ciuitas abundet. Vtraq; siquidẽ ripa fluminis Orientem versus hortis & arboribus ad passuum millia fere quinq; fertilissima est, & ad Occidentem tantundem: ad Meridiem vero & Septentrionem præter vineas multas, sunt etiam amygdalorum & aliarum arborum quasi nemora iucundissima. Seruiunt Toletanę ciuitati tanquam dominę multis & variis rebus oppida multa, pagorumq; maximus numerus, qui quidem ciuitatem diuitem faciunt & rebus omnibus abundantem. Alia præterea multa de rebus Toletanę ciuitatis memoratu digna mihi veniebant in mentem, quę causa breuitatis omittit. Ceterum de conditore Toletici affirmare certi nihil possum, tamen non desunt qui ab Hercule conditum fuisse fabulantur. Quorum sententia, quoniam sine teste loquuntur, mihi certe non satisfacit, cum præsertim librum legerim antiquissimum, sed sine principio & sine nomine eius qui scripserat, in quo mihi multa vera esse videbantur, vbi Toletum a Ptolemæo & Bruto conditum fuisse scriptum erat. Sed a quo Ptolemæo & a quo Bruto non declarauit. Est autem Toletum ædificium antiquum, de quo Plinius & alii scriptores meminerunt. Vbi fuit olim magnum theatrum extra muros ad partem septentrionalem, quod etiam nunc etiam dirutum & quasi complanatum est, eius tamen vestigia formaq; cernuntur. Quod opus Romani magis quam alię gentes vllę facere consueuerunt. Post Toletum autem Orientem versus oppida sunt & populi memorabiles, Hiepes albo vino diues, Ocania chirothecis memorata. Sunt & Lilienses, Laurentii, Balbi ingenio & eruditione memorabiles. Inter Illecanos & Complutenses duos nobilissimos populos, velut in triangulo positum est oppidum magnum & relatione dignum, quod alii Madritum, alii Maioritum, alii Mantuam Carpentanam vocant, & Madrid vulgus appellat. Est autem in optimo loco & sub claro cælo situm, & non modo populosum & cultoribus plenum, sed etiam multis equitibus nobile, Regumq; domicilium frequens: propterea quod multis & magnis rebus abundat, & ædibus magnę familię capacibus. Hic est & saluberrimus aer, vbi Carolus Imperator diebus paucis commoratus, morbo quartanę quo diutius laborauerat, liberatus est. Habet hoc oppidum terminos amplissimos, & fertilissimos campos, quos Matticos lumbos appellant, qui quidem sunt frugibus & vino ceterisque rebus abundantissimi. Sunt & silicem lapicidina, qui veluti ingentia saxa cernuntur in ædificiis. Quapropter hoc oppidum Hispanus poeta Ioannes Mena, vir doctus & ingeniosus, igne cinctum esse suis elegantissimis carminibus cecinit. Quod etiam ciuitas non est, ciuitatis tamen instar habet. In quo sacrę sunt ædes numero viginti, præter alias quę sunt extra muros. In cuius circuitu turres numerauimus octo & viginti supra centum. Est præterea felicissimum sancti Damasi summi Pontificis meritis, qui Maioritanus fuisse perhibetur a multis. Habet etiam nunc alumnatum virum sanctissimum nomine Isidorum, qui fuit agricola, vir sanctissimus, pro cuius meritis & operibus Deus multa miracula in vita eius, & post mortem bonis hominibus ostendit, quę nos in magno vo-

lumine legimus. In huius oppidi confinibus vndiq; populi sunt optimi vini & aliarum rerum copia ditissimi. Sunt enim Morani gladii & forcipibus nominati, qui nuper incendium miserabile passi fuerunt, in quo duo millia fere hominum in ecclesia, quo confugerant, combusti fuere. A quibus Oreia non multum distat ædificium vetustissimum, Almonazilium, Mascaracenses, Boroxenses copia salis abundantantes, Valdemorani, Pintum, Xetafum, item oppidum nomine Sancti Martini cognomento Vega, & Turrigium cognomento Velasum, quod ego Turrem Iuliam vocare soleo. Vidimus hic & Pugno Rostrum arce turum, Chinchonenses, Baraienses, & Sanctoquatium, quæ quidem oppida sunt vini copia & suauitate scelicia, sed Sanctoquatium meo gustu reliquis vino rubeo multo scelicitus. A Maiorito autem ad passuum millia circiter viginti, Complutum est in loco plano positum apud amnem quem Henarem vocant, oppidum rerum omnium quibus humanus vsus indiget, copia fertilissimum, quod nuper Franciscus Ximenius Hispaniæ Cardinalis magnis operibus & literarum gymnasiis nobilitauit, & nunc a disciplinarum professoribus doctissimis studiosæq; iuuentutis ingenii & concionibus indies magis excolitur: ideoq; in huius oppidi laudatione sum breuior. Illud tamen vnum non omitto, quod multi referunt, & ipse cognoui, quod hic populus adeo suis prouentibus & omnibus rebus abundat, vt nullis aliunde bonis indigeat. Est autem supra Complutum Guadalaiara ciuitas, cuius nomen multi lapidum flumen significare dicunt. Quæ ciuitas multis rebus abundat, & est ducum magnificis ædibus illustris, & Mendozia domus frequentissima sedes. Habet autem Complutum a latere septentrionali Thalamancam, quæ mensæ formam refert, & est muris vndiq; cinctâ, crebrisq; turribus. A qua non longe distat Turris Lacuna, inter plures vineas & fertiles campos exposita. Cui propinquum est Vzeda, & paulo superius oppidum Buitragum, syluis & densis nemoribus in quibus Hispaniæ principes venari solent, memoratum. Sunt etiam in regione Complutensi oppida multa non ignobilia, in quibus Pastrana colitur insigni fonte nominata, Enzina pyris regis & grandioribus diues, item Briuega in alto loco posita, castello fortis, aquis abundans & omnibus rebus amenissima: oppidum Ficta iisdem bonis & commodis gaudens, & Zuritanum castellum quod Tagus abluat, & a canibus pro quibus magnum vectigal exigitur, cognominatur. Hic est Almoguera nobilium domus, quæ non agricolas admittit, neq; pastores. Oppidum Bermingi malis cydoniis abundans. Sunt & Tindillani, Mondegiq; propinque nundinis & feriis diuites. Item Plicenses, & alia multa oppida, quæ longa nomenclatura defatigatus prætermitto. Lusitania namq; prouincia, vt supra diximus, magna est, & Orientem versus vsq; ad Tagi, Durii, & Anæ fontes protenditur. In qua est Seguntia nobilissima ciuitas, venerabili templo, castello, & duobus collegiis memorabilis, & multis rebus abundans, quam nonnulli Saguntum esse falso putauerunt. Nã quæ sit Saguntus postea docebimus. Hinc apparet Methymna Cæli in loco, vnde nomen accepit, eminentissimo sita. Tres in hac regione populi mihi nunc in mentem venire, qui prætermittendi non sunt, Almacianus in ripa Durii fluminis positus, Mons Acutus campis fertilibus abundans, & Cocullutus insigni domo memorabilis. Sunt & Moronenses, Gomarani, Sironenses, Agreditani, Aquilarenses, & Cerueria balneis salutiferis memorata, quo causâ valerudinis ex Cornago, Alpharo, Prexano, lingua non longe distantibus populis, homines complures lauatum sæpe proficiscuntur. His autem Lusitaniæ prouinciæ populis commemoratis, ad Callectiam transibimus, vbi multas ciuitates & oppida, & res memorabiles visuri sumus atq; scripturi, quantâ breuitate poterimus, in cuius prouinciæ descriptione non nihil erit, quod, vt opinor, lectores iuuare poterit.

LVCII

LVCII MARINEI SICVLI DE REBUS HISPANIÆ LIBER TERTIVS.

De Callectia prouincia, & eius urbibus & oppidis.



ALLECTIA, quam alii Galleciam, & alii Gallaciam vocant, prouincia est ingens, & a Græcis, si Iustino credimus, fuit habitata: propterea quod post Troiani belli finem Teucrum morte Aiacis fratris inuisum patri Telamonio, cum non reciperetur in regnum, Cyprum concessisse, atq; ibi urbem nomine antiquæ patriæ Salaminam condidisse, inde vero accepta opinione paternæ mortis, patriam repetisse: sed cum ab Euryfaco Aiacis filio accessu prohiberetur, Hispaniæ littoribus appulsum, loca vbi nunc est Carthago noua, occupasse, atq; inde in Callectiam transisse, positusq; gentibus & prouinciæ nomen dedisse, ibiq; duas vrbes condidisse ferunt: quarum alteram eam esse arborum, quam nunc Callecti Noiani vocant, & antiquissimam esse dicunt: alteram vero Noelam, de quibus urbibus Plinius etiam meminit. Sed redeo ad prouinciæ descriptionem, quæ habet a Meridie Lusitaniam, cui contermina est. A qua, vt ante demonstrauius, Durio flumine diuiditur, & ab Occidente ad Septentrionem & Oceanum pertinet, ad orientem quoq; solem per Astures, Cantabros, & Vascones Galliæ Aquitanicæ coniungitur. Est autem prouincia cum æris & plumbi copia diues, tum vero minio, quod etiam vicino flumini nomen dedit, atq; ditissima, adeo vt aratro frequenter glebas aureas excendant. Ceterum quoniam prouincia hæc præter alias regiones, multos etiam Legionis & Castellæ regni populos continet, de singulis harum regionum partibus sigillatim conscribemus. Et primum regionis ipsius quam nunc Galleciam dicimus, ciuitates & oppida nominatim recensebimus. Incipit itaq; prouincia quæ Callectia dicitur, ab occidentali freto & Durii fluminis ostio, & iuxta Nerium promontorium Iria flauia est, quæ nunc Sancta Maria finis terræ dicitur. Sunt & in maris littoribus Coroniam portu celebris, Patronium peregrinantibus notissimum, Ferrolani, Betancium, Muxia, Ares, Corcouonium, Villanoua darocia, item Cambados, Redondela, Bigones, Ribadani, Nauiani, Luarchani, Pons vetus, Ceani, a quibus Mutani remoti sunt, Noiani, Riaiones, Ocarricæses, Ogouenses, Caniani, Baionenses. Sunt & ciuitates quarum metropolis est Compostella, quæ nunc a Sancto Iacobo nominatur, eiusdem Sancti mysteriis & omnium Christianorum votis frequentata, ad quam se conferunt magni principes atq; reges totius Christianitatis magna munera ferentes. Sed de huius Sancti miraculis & rebus ciuitatis memorabilibus alio loco scribemus. Huius prouinciæ est Orensis ciuitas nobilis, & nota balneis salutiferis: & Oluca vetus cognominata ciuitas antiquissima, quæ fuit olim maxima, & murorum amplitudine memorabilis: item Villamaior, & Tuitana ciuitas, & altera Mondannetana nomine, nobilis vtraq; & memorabilis. Sunt & Ribadatienses optimo vino albo diuites, Cherogani, Mons fortis a Lemo cognominati, Chantadani, Pons Belsarius, quo transitur Minius, Caldelani, Mons regius in alto loco positus, Villanoua quæ dicitur Infantium, Allaricenses, Satriani, Portus Marinus quem Minius duas in partes diuidit, Millitum, Arzuani, Oterones regii, Castrum regium, Castrum viride, Castellum altæmiræ, Villa franca campis frugiferis & aquis amena, Cacauelones, Pons ferratani, Mons Sacer, in quo castellum est altissimum, & iuxta Minii ortum pagus est magnus quem Callecti Fominianam vocant. Continet autem Callectia prouincia, vt supra diximus, alias regiones, Asturias scilicet, & alias quas encartaciones vocant, item Vizcaiam & Guipuzciam. Quæ quidem etiam sub vno fere nomine Vasconum continentur, tamen separatim de singulis & vna quaq; conscribemus. Asturiarum itaq; primum ciuitates & oppida quæ memoratu digna sunt, nominabimus. Atqui scire necesse est Asturias esse

Sf iij

se duas, quarū altera dicitur Ouetensis, & ad Callicos pertinet, altera vero ad Cantabros & Sanctillanenses, a quib. nomen accepit. Verū enim vero de populis harū regionū describendis ero breuior. Vereor enim in his explicādis abundare nominibus, ne propter nominū inconsonantiā iniucunda vel potius molesta reddatur ipsa descriptio. Apud Astures itaq; Brigentiū beca est nobilissima ciuitas, quæ nūc Ouetensis appellatur, in qua Mauris olim per Hispaniā discurrētib; multa Christianorū bona templorūq; ornamenta & sacræ res adseruatae fuere, quib. & cruce, de qua scripsimus alio loco, merito gloriatur. Sed de reb. huius ciuitatis memorabilib; & religionis miraculis scribemus alias. Huius autē regionis populos, Plinius, Strabo, Polybius, aliiq; scriptores alios Vaccæos, alios Carpetanos, alios Vectones, alios alii nominib; appellarunt, in quib. sunt Auilenses, Ripasillani, Gigionenses, Villa deliciosa, Planenses, Tangedani, Rupes Europa, Prauiani, Gradetani, aliaq; multa memoratu haud facilia. Ideoq; transimus ad alia quæ sunt Vasconie regionis, quā nunc Vizcaïā vocant, in quib. sunt Bilbaonenses portu maris illustres. Sūt & alia oppida maritima Bermeum, Portugaletū, Lequetium, Durangū, Vrdunia ciuitas nobilis sub altissimo monte posita, Helorriū, Arratia, Zondaroa. Supra est prouincia maior, Aquitanix Gallix prouinciæ contermina, quam Lepuzcūā vocant, in qua sunt Vergarenenses, apud quos Ondarcia domus est primaria, Mondragonēs, Ognates, oppidū Segura, Villa frāca, Tolosani, Hernaniū: in maris littorib; Sant Sebastiani, Guetarienses, Cumaiani, Motricones, Deuani, Palageneses, Rabia, Gallis obstaculū & pernicies, Sanctanderiani, Lauretani, qui populi sunt omnes bellicosissimæ gentis, & omniū rerū copia, præcipueq; piscib; abundantes. A maris autē littorib; remota est Victoria ciuitas nobilis, & totius Alabæ prouinciæ caput, apud quā sunt oppidula multa, quorū est vnū Landa, patria Ochoæ catholicorū regum thesaurarii. vbi itē Ondarriani, Elgoiuaenses, Platea Vergaria, Delgueta Vergaria, Azcotiani, Azpetiani, Heiuarenenses, Salinæ Legnicis, Villa regia, Cestonates, Zarauzani, Villa bona. Reuertemur nunc ad alios Callicæ prouinciæ populos, qui et si sunt eiusdē prouinciæ, nō tamen Callici, sed Castellani dicuntur. Incolunt itaq; Duriū amnē præter alios populos, qui sunt ad occidentū Portugaliā versus, Sifapona ciuitas nobilis & antiquissima, quæ nunc Zamorensis appellatur, quæ frugiferis campis & amne Durio fertilissima est, & sanctorū reliquiis foelix. In eadē ripa Durii Taurus est ciuitas in alto loco planoq; sita, quā nōnulli a Gothis conditā fuisse fabulantur, & Campū Gothorū vocant. Quos ego, quoniā sine teste loquuntur, nō secus falli puto, quā eos qui Zamorā Numantiā esse dixerunt. Nā quæ fuerit & vbi Numantia, paulo post ostendemus. Est autē Taurus ciuitas, vt ad eam redeamus, rubeo vino nominata, frugib; & arborū fructib; abundans, cuius mulieres staturā corporum Romanarū mulierum vultūq; referūt. Habet præter alios Durii appositos Tordefyllanos, quorū patriā quæ memorabilis est, ego Turrem Syllanam nominarē. Sunt autem Tordefyllani campis frugiferis diuites, & regia domo magnifica. Villalarenenses, qui finitimis soli fertilitatē non inuident. A quibus nō multum distant Septimancini, fortes in armis & fide nobiles, alboq; vino cæterisq; rebus necessariis abundantes. Quibus propinquum est oppidum, omnium quæ sunt in Hispania maximū ac nobilissimum, quod Hispani Valladolid appellant, & multi viri non indocti Pinciam nominant. Huic oppido quas vrbes & ciuitates antepōnā non inuenio. Est enim in optimo loco situm, in Pisuerge fluminis amœnissima ripa, liberalibus disciplinis & mechanicis artib; excultū, ædificiis, sacris ædibus, cœnobiiis, & duob; collegiis ornatissimū, mercatorū cōmerciis & omnium rerū copia ditissimum, vicis, plateis, muris, portis illustre, campis, fluminibus, hortis, fontibus amœnissimū. In quo præter alias res memorabiles, forum est venale amplissimum & pulcherrimū, in cuius ambitu qui passus septingentos amplectitur, tricenas & triginta ianuas, & fenestrarū tria millia numerauimus, & omnia vidimus officia. Huic foro coniunctus est vicus conspicuus, qui ab argentariis opificibus Argentarius dicitur. Quapropter et si ciuitas non est hoc oppidum, multis tamen ciuitatibus etiam primariis nō immerito præferretur, a regibus Hispaniæ præsertim, qui hoc oppidum quasi domicilium placidissimum frequentant, in quo

quo omnes fere Hispaniæ magnates ædificāt & libentissime commorantur. Hinc Orientem versus Cabezoniana sublimis arx aspicitur supra fluminis eiusdem ripā. Vnde non longe distat oppidum Donia, soli fertilitate diues, & Catholicorū Regū cōiugio memorata. Item Palentia nobilissima ciuitas in amnis Carrionis margine sita, vbi quondam literarum gymnasium fuisse memorant, quod postea Salmanticam translatum fuit. Sunt autem in Palentina dicecesi sacerdotia gentilitia quæ Iurispatronatus appellant, quadringenta. Hanc ego ciuitatē esse coniecto, quā Plinius, Pomponius, & Strabo Pallantiam vocāt, & a rege Palatuo conditā fuisse plures opinātur. Est autem ciuitas campis frugiferis & omnium rerum copia fertilissima. In eadē regione Turris Cremata colitur & Palæciola, Turris Mormogia, Turris altera cognomento Lobatonia, quæ quidem omnes frugibus cæterisq; rebus abundant. Sunt in eadem regione Villalonenenses feris diuites, & Conca, Villalpandum, Maioricani, Valderenses, Sagaunii, Bezerrilenses, Mansillani, Barcialenses, & oppidum nobilissimum Benauentum, omnium rerū copia ditissimū, a quo abundans, & pulcherrimis ædib; quas Rhodoricus Pimentellus Comes magnanimus ædificauit, illustre. Sunt & Castrum Mucii, Frumestani, & Carrionenenses, qui Comites cognominantur, Amuscani, Villa viridis, & Asturica ciuitas nobilis, quæ nunc Astorga dicitur. Sunt Herrerenses, Aquilarenenses, quibus cognomen est Campus, Melgarenenses, qui Ferramentales denominātur, Balmasedani, Paretani Nauensis dicti, Aquilarenenses alii, Methymna Rosca cognominata, quæ omnium rerū copia semper vberima, nundinarumq; commerciis & feriis admodū diues. Cui propinqui sunt Valdenebritani, quorū patria fuit olim multo maior, & omniū rerū copia foelix. A quib; nō multū distant Villabraxima, Turris fumi, & Petracia cognomēti campus, Petri a Platea viri docti meiq; discipuli patria foelicissima: itē Villa Garcia Vronia olim diutius a Mauris obsessa & acriter oppugnata, nō expugnata tamē, sed inuicta pman sit. Est & oppidū Villa Jacobi nominatū. Quib; quidē magno est ornamento Legio Germanica ei⁹ prouinciæ regni caput, quæ nūc Legionēsis ciuitas appellatur. Est autē nobilissima ciuitas, & templo pulcherrimo memorabilis, & multis vrbib; ecclesiæ suæ mirabili ædificio merito præferēda. Nā et si templū quod ætate nostra ciuitas Hispalēsis ædificat, alia omnia magnitudine præstat, si Toletanū cūctis aliis diuitiis, ornamentis, & specularib; fenestris est illustrius, si deniq; Compostellanū fortiorib; ædificiis, & S. Jacobi miraculis, & reb; aliis memorabilibus est: Legionēse tamen artificio mirabili, meo quidē iudicio, omnia est antepōndū, in cuius claustro sacellū est, in quo iacēt Reges septem & triginta, & vn⁹ Hispaniæ Impator. Est præterea Legionēsis ciuitas cū aliis reb; quib; abundat, tū vero mutorū sanctorū reliquiis & meritis admodū foelix. Quantū autē bellicosi fuerint Legionēses & fidei catholicæ cultores, in ea narratur historia quæ festū cōtinet de duodecim virginib; beatæ Marię virgini singulis annis offerēdis. Cuius rei memoria die Augusti 15. solēnter in Legionē celebratur. Eiusdē prouincię sunt Castrēs a Cæsare cognominati, & Villafandini, atq; alia oppida quorū nomina me latēt. In quib; ciuitas est insignis & antiquissima quā Burgēsem nūc vocāt, & Masburgi dictā fuisse quondā legim⁹, quæ dicebatur & Auca. qd̄ nomē mihi vero simili⁹ esse videtur, ppter ea quod etiā mōtes apud eandē vrbē nūc Ocāni dicuntur, & Aucani melius dicerētur: tamen Plinius nō Aucā, sed Aucā nominauit. Est autē Burgēsis ciuitas, vt diximus, antiquissima, multiq; reb; insignis, & inter primarias vrbes totius Hispaniæ merito referēda, cuius incolę nō ociofi, nō circūforanei sunt, sed oēs nō modo viri, sed etiā scēmine labore manū suarū victū quarunt, & honestissime viuunt, & alii mechanicas artes, alii disciplinas liberales exercent. Mercatores qui ciuitatē opulentā faciunt, fideles sunt & liberales: sacerdotes diuini cultus & rerū sacrarū studiosi, diuinis officiis & literarū studiis diligēter incūbūt: magistratus & reipub. gubernatores communib; cōmodis rectissime prudētissimeq; pspiciunt. Sic itaq; cūctis ciuitatis ordinib; officiū suū libere recteq; facientib; tota ciuitas indies augetur, indies magis illustratur. Equites q; plures in ea sunt & potētes, immunitates, leges, & priuilegia quibus ciuitas gaudet, cōseruare ac tueri diligentissime studēt. Est præterea ciuitas magnis, & pulchris, nec min⁹ cōmodis ædificiis adornata,

foris venalibus, plateis, vicis, pontibus, templis, cœnobiis, amnibus exulta. Cuius ecclesia maior intus & extra opere est & ædificiò mirabilis, in qua res diuina sæpe numero celebratur cantoribus & organis in quinque sacellis inter se distatibus, nec aliis alios perturbantibus. Ex sacellis vero & sacrañis quæ multa sunt, illud vnum Castellæ Comeftabilis conspicuū atq; ditissimū, non ecclesiæ solum Burgenf, sed etiam cunctis ciuibus magno est ornamento. Sunt & extra urbē domus hospitales, quæ regiæ dicuntur, insignes & memorabiles, & maximi census, quarū institutiones & ordines viuēdi, qui sancti sunt & maxime laudabiles, causa breuitatis omitto. Dicam tamen breuiter de monasterio monialium & sanctissima domo, quoniā res est insignis & memorabilis, quam domū Huelgas vocāt Hispani. Cuius maxima sacerdos sub imperio suo diligentiq; custodia centū quinquaginta monialibus imperat & sanctissime consulit: quæ quidem moniales sunt omnes equitum nobiliumq; principum filiæ & familię generosę. Præest etiam hæc sacerdos quam Abadesam vocant, aliis septendecim monasteriis, & oppidis quatuordecim non ignobilibus, atq; aliis minoribus quinquaginta. Confert præterea sacerdotia multa sacerdotibus, & census commendatarios viris duodecim cōtribuit & alia beneficia & officia, & suis populis magistratus & gubernatores eligit. Est autē nunc sacerdos maior huius domus generosa mulier Elionora Sarmeto, Iacobi Sarmeti Salinarū Comitis filia: quæ quidē, excepta Regina, cæteras omnes Hispaniæ fœminas primarias antecedit. Hęc sacerdos primā suscepit alumnam Mariā Oliuanam, Ioannis Garcia Secretarij Cæsaris filiam. Ædificauit autē hanc domum & opus ingens Rex Sancius, qui propter opera quæ fecit mirabilia, cognomē Amati promeruit. Est itaq; multis magnisq; rebus memorabilis. Cuius homines sunt humanissimi, & aduenas maxime diligunt, sunt & fidelissimi suis principibus, & hospites patientissime tolerant & honorificentissime tractant. Post autē Burgensem urbem populi multi sunt, & nonnullæ ciuitates memorabiles. Vidimus enim Beloratēses in amœnissima conualle iacentes, & oppidū Frias, oppidū Ezcarai, Caienses, Ceresanos, Briuefcanos, quos Bridafcanos Ptolemęus appellat, & Plinius Viridastanos. Est autē oppidū forma quadratū, quod quatuor clauditur portis. Ad cuius similitudinem Catholici principes apud Granatam oppidū nomine Sanctam fidem condiderūt. Habet ciuitas Burgenfis ad meridiem oppidū Lerma, & aliud quod Sancta Maria campi dicitur, vterq; populus frugib. & vinetis admodū diues. Et in Sancta Maria campi templum vidimus magnum & venerabile, quod quidē quamcunq; ciuitatem quantumlibet nobilē decoraret. Habet præterea Burgenfis ciuitas ad Orientem & Septentrionē populos memorabiles, scilicet Onnatēses & Quintanillenses campis frugiferis diuites. Item Pancoruini, Sagiani, Methymna Pomaria, & Frias aliud, Villa maior Sarmetorū domus, & Mendocia apud Cantabros nobilissima domus, ex qua plures Hispaniæ magnates cognominantur. Ad Orientem vero & apud amnem Iberum ciuitas est nomine S. Dominici Calciatensis, gallo & gallina cādidi, de quib. alio loco scripturi sumus, memorabilis. Sunt & Naiarenfes, oppidum Pharam, Brionenfes, Nauarretani, & Logronium oppidū magnum & memorabile, omniumq; rerum fertilitate plenū, cuius homines fide bellicaq; virtute nobiles, immunitate nuper & honorifico priuilegio ab Imperatore Carolo donati fuere. Est autē Logronium campis frugiferis, vinetis, arborū fructibus, venationibusq; fertilissimū. Quib. propinqui sunt Calagurritani, quorū virtutes & fidē Cęsar Augūstus expertus eorū salutis suę causa custodiam elegit. Est autē Calagurriū antiqua ciuitas, vnde (vt quidam volunt) Quintilianus originem duxit. Nunc autē est magna Nauarre pars prouincię Tarracōnensis est, hic tamē eius populos qui proximi sunt Cantabris, exponemus. Cæterum quoniam Nauarre fertilitas & omnium rerum copia nota est, & de vnaquaq; re scribere longum esset, eorum populorum nomina qui nobis relatu digniores videbūtur, memorabimus. Est itaq; regni Nauarre caput & primaria ciuitas Pompelon, a Pompeio Magno condita, teste Strabone, quæ nunc Pamplona dicitur, & Põpeiopolis pulchrius appellaretur. Est autē ciuitas magna, nobilis, & opulenta. Stella quoq; nobilis est, & titulo ciuitatis decorata: item Tutela apud Iberū amnem, terræ fertilitate diues. Sunt Bicastillonēses, Lerinates,

Lerinates, Pons Regina, Mendigorriani, Raguenfes, Bannolenses, Artaxona, Niranditani, Falcenses, oppidum Peralta, Vianenses, Mendauiani, Arcus, Sefmani, Andosillani, Sanctadrianēses, Azagrani, Marfellani, Villa Frāca, Cadreitani, Batteredani, Arguetani, Corelani, Cintrueningones, Calcantini, Cortēses, Phatallani, Olitani, Caparosum, Sanctacarenfes, Mellidani, Carcastillones, Cafedani, oppidū Gallipensium, Ayuarenfes, oppidum Sanguesa, & Lumberritani, quę duo nomina retinent antiqua: Aoyzones, Vrozones, Isauenfes, Ochangauiani, Roncesualles iuxta montem Pyrenæum, vbi Roldanus pugnans siti extinctus perhibetur. Est & Sancta Maria Roncilionis, religione D. Augustini celebris, in cuius templo multa sunt memorabilia de duo decim Gallorum Paribus, quæ causa breuitatis omittimus. Est & oppidum nomine S. Ioannis, Pedis portus cognominatum, in altissimis montis iugis positum, cuius montis ascensus est passuum millium circiter duodecim, & vndiq; fontibus vberimus, & multis rebus fertilissimus, in quo ferrum plurimū effoditur. In iugo præterea montis planicies est, & campus amœnus & omni tempore viridis. est & templum venerabile cognomine Caieta: item oppidū nomine S. Pelagii cum duobus palatiis ingentibus & cōspicuis, quorum alterum Olgamonium, & alterum Lusa nomen habet. Sunt & Garenfes, Licondones, Lafacani Nauarre populi non ignobiles, & alius nomine S. Stephani.

De prouincia Tarracōnensi.

TARRACONENSIS prouincia cui Tarrago ciuitas clarissima nomen dedit, regiones duas amplissimas continet: Celtiberiam scilicet quæ nūc a duob. amnibus per eam fluentibus qui nominantur Aragonēs, Aragonia dicitur, & Laletaniā quam vulgares Cataloniam dicunt, de quib. separatim sigillatimq; conscribemus. Et primum ciuitates Aragoniæ, quæ sunt numero decem, & oppida complura nominabimus, & in primis Augustā Cæsareā, quæ metropolis est & Aragoniæ regni caput. Cuius conditorē fuisse legimus Iubam, a quo Saldyba fuit appellata, hoc est Iubæ domus. Postea vero tempore Cæsaris Augusti qui sua virtute & munificētia (vt Suetonius scribit) omnium Regū & ciuitatū gratiam promeruit, Saldyba repudiato priori nomine, Cæsaris Augusti nomen assumpsit. Sita est autē Cæsaraugusta in ripa fluminis Iberi in loco plano, ex quo Iberos amnis insigni ponte lapideo longolatoq; traicitur. Urbis autē situs soleæ calcei formā refert. Portas habet quatuor ad totidem partes mundi spectantes. Est & validissimis muris cincta, crebrisq; turribus tuta. Cæterū ciuitas nunc multo maioris est incolatus. Sunt enim extra muros priores quam plurimæ domus, & quasi altera ciuitas, quas Cæsaraugustani populationes appellāt. Sunt præterea & fora venalia, tēpla intra muros urbis & extra cōspicua. Tota ciuitas est ædificiis, plateis, vicis adornata, rerū omnium copia fertilis, equitib. nobilis, bonarū artium disciplinis exulta, mercatorū commercii diues, mechanicis officiis decorata, campis, hortis, & arborū fructib. abundantissima, magno sanctorū martyrumq; numero, de quib. alio loco scribemus, scelicissima, quæ deniq; nostris temporibus, vt in sacris literis legimus, inter nobilissimas totius Hispaniæ vrbes notissima, tanto inter cæteras Christiana religione præfulget, quanto præ cæteris celebrior habetur ex nomine. Sunt in hac vrbe res duæ memoratu dignissime, domus scilicet hospitalis inter alias Chrtistianitatis insignes merito reponēda, & altera prope urbē in cāpo amœnissimo satis grādis & insignis, quę dicitur Aliapharia, de qua scripsim⁹ alio loco. Hinc Orientē versus Isca ciuitas est, quę nūc Olsa dicitur, literarū gymnasio & disciplinis nobilissima. Tyriassona ciuitas apud montē Caci, quā a Tyriis & Auloniis cōditā fuisse nonnulli opinātur. Est autē ciuitas antiquissima, & cāpis vberimis diues, & reb. omnib. abundans. Itē Iacca quę iacet in cōuallibus, vnde nomē accepit. Inferius autē ciuitas est Calataiutana celebris, & vbertate soli frugiferisq; cāpis & omnib. reb. fertilissima, quā nonnulli Bilbilim esse dicunt, Martialis poetæ celeberrimi patriam. Quod ego nec affirmo, nec reprobo. Est & Teruela ciuitas nobilis, & Daroca sacris corporalibus memoratissima. Item Boria ciuitas nō ignobilis, & ciuitas alia nomine S. Maria Albarrazinenfis, multis & magnis rebus abundans. Est & ciuitas Barbastrensis, arcub. ferreis quos balestas

appellant, nobilis, & aliis rebus abundans. Ex oppidis autem quæ multa sunt, Erganicium quod nunc Alcanicium vocant, primum nobis occurrit, oppidum quidem pluribus rebus amœnissimum, & Ioannis Sobrarii Ludouiciq; Iuuerii præclaris ingeniis optime celebratū. Post hoc Exea ab equitibus cognominata, item Ixar, & Monsonium rerum fertilitate ditissimum, & Aragoniæ Regum conuentibus maxime celebratum. Sunt & alii populi qui pagorum communitates appellantur, quorum capita sunt Calataitana ciuitas, Turuela, Daroca, & Albarracina, quas supra memorauimus. Hic est oppidum Fraga supra Cingam flumen positum in aspero loco & ambulatu difficili, sed Cingæ fluminis ripis & hortis amœnissimū. Sunt & Aiufani, Saranieuani, & Tamaritani populi non ignobiles: item Alagonii, Sadauanenses, Magallonenses, Alquecarenses, & oppidū Sofium, Ferdinandi Regis natale solum, de quo plura scripsimus alio loco, oppidum nomine S. Stephani Littera cognominatum. Sunt & Almudeuarenenses, Mosquexulani, Boleani, item oppidum nomine Campi Franqui, Loharrenses, & aliud oppidū Vnum castellum nominatum. Sunt præterea eiusdem prouinciæ populi non ignobiles. Qui etsi non magni sunt incolatus, sunt tamē memorabiles: ideoq; nonnullos qui nobis occurrunt, nominabimus. Est itaq; inter Castellæ & Aragoniæ regnum oppidum nomine Arcus. A quo non multum distat Mons regalis, primus Aragoniæ populus, hortis & campis amœnus. A quo non longe abest oppidum Haricia, & Citina, uterq; populis rebus necessariis abundantes, & amœnitate locorum delectabiles & hilares. Apud amnem autem Solonem posita est Alhama sub altis rupibus, & balneis feruentibus memorata. Est in eadem ripa Voberca latens in conuallibus, amœnissimis hortis, fructibus, & amne Solone diues, & venatione varii generis animalium. Hinc Casaraugustam versus Atecani sunt, & Terrerenses in itinere viatoribus liberalissime seruientes. Post autem Calataitutum Fresinum est, Ferdinandi Regis conceptu memoratum, de quo scripsimus alio loco. Post Fresinū Casaraugustam nobis euntibus Almunia, populus aliquanto maior ceteris prænominatis occurrit, & Mola minor optimo melle nominata. In aliis quoq; partibus huius regionis alii sunt populi, quorum notiores qui nobis occurrunt, memorabimus. Ab Osca ciuitate distat oppidum Aierue passuum millibus quindecim, in loco fertili positum cum arce munitum. Sunt & alii populi minores eiusdem ditionis, quorum nomina causa breuitatis omittimus. In alia vero regione sunt etiam populi memorabiles, Xarquitani, a quibus Aranda cognominatur, Mesonenses arce tuti, Epulani in ripa Solonis, Neguellani, Arandicani, Moradani, & Pinates in amnis Iberi ripa, & Riglani. In alia regione sunt Guefati, Muniesanenses, Segurani, Alacones.

De populis Laletania prouincia.

HIVS prouinciæ quam Principatum vocant & Comitatum, ciuitates sunt numero decem, quarū Tarraco caput est, propterea quod cæteras dignitate præcedit, & prouinciæ nomen dedit. Fuit hæc ciuitas a Scipionibus condita, & ut alio loco diximus, Romanorum colonia. Vbi præter alias antiquitates, multa nunc etiam Romanorum principum numismata reperiuntur in agris & vineis. Vnde cōiicimus olim fuisse Tarraconem multo maiorem. Celebratur a scriptoribus multis rebus, & præcipue vino quod optimū illic legebatur, & hodie legitur. Cuius ecclesia cōspicua est ædificiis & sacerdotibus exulta, & titulo archiepiscopatus illustris. Sitā est hæc ciuitas in littore maris mediterranei, & campos habet amœnos valdeq; fructiferos. Post autem Tarraconem Barcino est superius in eodem littore, omnium quas vidimus vrbiū pulcherrima. De cuius nomine & conditore quoniam multæ variæq; sunt opinionēs, & nulla certitudo, mihi differendum non est: de laudibus autem eius & rebus memorabilibus alio loco scripsimus. Tertium locum dignitatis Ilerda sibi vendicat, de cuius etiam rebus & honoribus alibi scripsimus. Dertosam quoq; descripsimus & eius res memorabiles, & Gerundæ fertilissimos campos, cuius templum memorabile, & altare totū gemmatū vidimus & opulētissimum. Sunt aut prænominatæ vrbes, ut alio loco scripsimus, Romanorū coloniæ. In medio aut regionis Ilergetū ciuitas est Campestris quæ Vergellensis dicitur, in

tur, in fructifero solo sita. Est & ciuitas quæ nunc Viche dicitur, & olim vicus Aquarius vocabatur: item Elna, Minoreffa ciuitates nobiles, & Belaguaria. Quibus ciuitatibus prægrandis oppidorum numerus seruit, præter pagos innumerabiles, quorum conuentus certis diebus vrbes complent, & opulentas faciunt. Legimus enim huius prouinciæ populos, præter pagos, fuisse numero quadringentos, quorum paucos & notiores referemus. Apud Galliam itaq; Narbonensem, Ruscinonensis prouincia est, soli fertilitate diues, cuius caput est oppidum Perpinianum, purpura & lanificio nobile: & apud montem Pyrenæum Confluentani, metallis, auro, argento, quondam cum effodiebantur, ditissimi. A Perpiniano autem Galliam versus est oppidum nomine Sallas cum arce munitissima, Gallis a quibus sepe fuit acriter oppugnata, obstaculo magno, adeo ut inde hostes oppugnatione defessi discesserint. Sunt & Empuriani fama celebres, Paliarenenses, & inferius Albi montani fide nobiles, Pratenenses, Ceruarienses, Tarracenses, & Cardonates candido sale diuites, item Caprarienses, & Stereliquitani in alto loco positi arceq; muniti. A quibus non multum distant Blaneses maritimi. Apud Barcinonem oppidum nomine Molendinus regius, paruum quidem, sed palmeris, hortis, & aliis rebus amœnissimum, in quo etiam domus est conspicua. Hinc non multum distant Martorellani, & inferius ad meridiem Villa Franca cognomento Panades, in agro fertilissimo qui Suesanus a magnis suis appellatur. Sunt in eadem regione Tuirensis, Puicerdani, Caldenes Móbiqueni cognominati, Granullenses, Villa maior, Colibrenses maritimi, Villa Franca, Confluentina, Cubellenenses, qui Lustrunates quoq; dicuntur. Item Arbuziani, & oppidum Cabra, Corrialenses, Pratenenses cognomine regii, & oppidum Veria, atq; aliud nomine S. Petri Oretani. Sunt & Campredones, Torrellani Moncrini cognominati, Befalonenses, Figuerani, Talaronenses. In confinibus Aragoniæ Nauarræq; sunt Arguetani, Balterrani, Villa liberalis, Marcilia, Funenses, Andosillani, & Sancti adriani. Inde remota diuersis in locis alia sunt oppida, quorum nomina nobis occurrunt memoranda: Dematum scilicet, Miralcampum, Castellum afium. Sunt & Rubinates, Monticatinii, Calaphitani, Cerialenses, Morellani, Bisbalenses, Poblitani, Redonates, Granolenses, & oppidum Equalatum, de quo scripsimus alio loco, item Aldiconates, & Ampostani in amnis Iberi ripa, quos & alibi memorauimus.

De ciuitatibus & oppidis prouinciæ Carthaginensis.

CARTHAGINENSIS prouincia quæ a Carthagine noua quæ Poeni, teste Plinio, condidere, nomen accepit, regio est ingens, & nobiliū populorū multarumq; rerum copia fœlix, quæ quidē a Granatæ regni confinibus Orientē versus ad Dertosanos vsq; protenditur. Ipsa vero Carthago ciuitas a multis autorib. celebratur. Cuius portus qualis sit, ex ea Vergilii descriptione colligitur, in qua, *Est, inquit, in secessu longo locus, insula portum Efficit, & reliqua.* Duo siquidē Hispaniæ portus fama feruntur in signes, alter nouæ Carthaginis, & apud Callicos alter in oppido Coronensi. Sunt etiam in huius maris littoribus Helchitani, Alicantina ciuitas nobilis, cuius etiā portus naues tutas cotinent. Est & oppidū nobile nomine Dianū, cuius, ut vrbis præclaræ, scriptores meminerunt, quam ego eam esse arbitror quæ Denia nunc appellatur. Sunt & Oliuenses, & oppidū Gandia. Quorum omnium Valentia caput est nobilissima ciuitas, quæ (ut Plinius & Strabo tradunt) a mari remota est passuum tribus millibus. Quæ quidem non immerito inter primarias Hispaniæ vrbes annueratur. Hæc enim ciuitas sanctum bene viuendi ordinem sibi cōstituit, hæc suis & honestissimis moribus & sanctissimis institutis inter ciues pacē concordiaq; tuetur, hæc lites & iurgia semp odit. Equitū præterea splendore nobilis, mercatorū commerciis diues, mechanicis officiis adornata, ubi lanificiū sit maximū, & pāni ceteris totius Hispaniæ meliores, liberalib. disciplinis exulta, præclaris hominū ingeniis illustris, campis & hortis amœna. Operæ precii est videre Valentinos corporis Christi festum celebrates, & aliorū cœlitū sacra mysteria recolentes, Iustrationesq; facientes, qui die festo S. Matthiæ summa humanitate supplicantes ad locū pficiuntur, in quo cadauera iacent eorū quib. crimina mortis causa fuerunt.

Quæ siue suspensa sint, siue iaceant, suscipiunt, & feretris imposita ad sacrum locum deuehunt, ibique sacrificiis & orationibus honorifice sepeliunt. Multa denique sunt a Valentia ciuibus memoratu digna, de quibus volumen magnum confici posset. Quare multis prætermis quæ ad Valentia laudem pertinebant, illud dumtaxat referam, quam sit Valentina ciuitas scilicet fortissimo martyre, & confessore Vincentio constantissimo: quam sit & illustris duobus etiam pontificibus, Calixto scilicet tertio, cuius auspicio Turcarum magnus exercitus fuit ab Vngaria profligatus, & festum transfigurationis institutum, & eius nepote Alexandro sexto pontifice maximo. Illud præterea non omit-
tam, quod Marcus Tullius in Valentia laudem protulit, qui in actione vltima cõ-
tra Verrem, Valentinorum, inquit, honestissimorum hominum testimonio. Post
autem Valentiam Saguntus memoranda nobis occurrit & summis quidem laudi-
bus efferenda. Fuit enim populo Romano fidelissima. Nam cum senatui populoq;
Romano pareret, & ab Hannibale Carthaginensium duce & eius exercitu validis-
simo nouem mensibus acriter oppugnaretur, deleri penitus maluit, quam a Ro-
manis deficere. Cæterum qui Saguntinorum admirabilem virtutem summamq;
fidem cognoscere velint, Titum Liuium legant, vbi dicit. Et iam omnia trans Ibe-
rum præter Saguntinos Carthaginensium erant. Fuit autem Saguntus, vt alio loco
scripsimus, Romarum colonia, vbi fuit olim theatrum cuius adhuc forma vesti-
giaque cernuntur. Hanc urbem a Sagis Ibericis ædificatam fuisse quidam scripse-
runt, & inde nomen accepisse. Distat autem Saguntus a mari, teste Plinio & Stra-
bone, mille passibus, quam nunc Moruetrum vocant, muros veteres significare
volentes. Cuius regionis sunt Murciani scilicet & aliis rebus diuites, & Oriola
ciuitas nobilis, & alia ciuitas nomine Xatiua, fontibus, arborum fructibus, & præ-
cipue malis Punicis memorabilis. Hinc remoti sunt Bondiani, Creuillenses, Ville-
nates, Colentanienses, Segobricenses, oppidum nomine Sancti Matthæi, Luce-
nates, Litenses, Alpontani, Lucentini, Aspensenses, Torrentini, Paternionenses, Al-
cocerenses, Algezira, Cullerenses, Alponates, Hontenientes, Alcomi, Pennaguil-
lani, Bratenses, Capdetani, Xaxonates, Villa regalis, Castellum Fabitanum, Ade-
muzini, Castellum planitie, Morellani, Xericenses, Castellonenses, Villa formosa,
Almenaresenses, Buniolenses. In medio autem prouinciæ Carthaginensium oppida me-
morabilia cõspiciuntur, in quibus est Concha ciuitas, in vno de tribus iugis expo-
sita. Illic enim tres colles binas valles efficiunt, per quas amnes gemini dilabuntur,
quorum alter Succharius, & alter Occharius appellatur. Qui vbi magnam ciuita-
tis partem circuit, in Succharium influit. In horum itaque scopulorum altero, qui
medius est inter duos, Cõcha sita est, quæ in altiori loco, id est in altis rupibus, tur-
rim habet altissimam, vbi olim castellum fuit munitissimum. Ciuitas autem magnis
ædificiis, & loci natura, amnibusq; quos memorauimus, & aliis rebus memorabilis
est: quippe quæ pecoribus & lanis tenuissimis est admodum diues. Habet autem ci-
uitas hæc populos Orientem versus & a lateribus Almodouaresenses, Compilonenses,
Railones, Cardinetanos, Carborenses, Moianos, Landeranos, Requenates, Villo-
renses, Cardinetanos alios. Ad meridiem vero sunt Villascusani, Ignestenses, Bel-
montani, Chinchilani, Rodani, oppidum nomine S. Clemetis, Villanouani, Mo-
rentenses, Alcaracenses. Eiusdem regionis est Vtana ciuitas nobilis, & Vcles equitum
ordinis S. Iacobi conuentibus illustris. Sunt & Tarancenses. Occurrit mihi nunc
Ostogarense castellum fortissimum, ad quod bellorum tempore plures eius pro-
uinciæ populi suæ salutis causa confugiunt. In ea vero regione quæ Aragoniæ
Manchia dicitur, & alio nomine Spartaria vocabatur a copia sparti, populi sunt
memorabiles, & pecoribus ac tritici copia diuites. Quorum tellus etiam fluminibus
cæret & fontibus, frumeto tamen, vino, cæterisq; necessariis rebus abundat. In hac
itaq; regione quamuis arida, populi tamen sunt non ignobiles, Alcazar scilicet cog-
nomento Confuegra, campus Tritana, Socuellamus, Villa Robleta, Prouencia,
Villa noua cognomento Cardeta, Villa noua Infantium, Villa noua cognomento
Xara, Alarconenses, Castellum Garcia Munnoci, Albacerenses, Hellini, Touar-
renses, Xorquerani, Alcalá cognomento Riuus, Lumillani, Checlani, Almanfani, in
quibus

quibus populis, vt accepimus, neq; sunt amnes, neq; fontes, sed putei dumtaxat & falsi. Eiusdem regionis oppidum est antiquissimum & memorabile, quod Molina dicitur, cuius tellus quatuor in partes quas Sefmas Molinates appellant, diuiditur, quarum vna Campestris nominatur, quæ viginti continet pagos, altera nomine Serana septendecim, alia Pedrigalensis decem & octo, quarta Saunaria viginti: quarum domus duorum millium & quingentorum numerum conficiunt, quæ quidem sunt omnes pecoribus & lanis admodum diuites. vbi mollissima lanæ numeratur ouium millia quadringenta. Sunt & alia oppida memorabilia castellis & aliis rebus, Coueta scilicet, Zafra, Castilnouum, Sanctiustum, Enbid, Fontefaxum, Estables, Mochales, Villed, cuius dominus cuedendi motetari facultatem habet, dandique campum certaturis. Sed redeo ad Molinam, cuius castellum est memorabile & turris separata, quæ dicitur Aragoniæ. Multa præterea nobis occurrunt de Molinæ rebus memorabilia, quæ causa breuitatis omittimus. Nam de piscibus eius qui turres vocantur, & sunt optimi, diximus alio loco. Quare Molinates omnium rerum copia diuites nullis aliunde rebus indigent, sed suas potius aliis suggerunt, lanas præsertim cæteris omnibus totius Hispaniæ meliores, quas mercatores ad exterarum nationes deferunt, quarum commercio ditissimi fiunt. Abundant etiam Molinates agnibus carnibus & arietinis, quibus magna pars vititur Hispaniæ.

LVCII MARINEI SICV- LI DE REBUS HISPANIÆ LIBER QVARTVS.

De Romanorum colonis in Hispania.



VONIAM de ciuitatibus Hispaniæ loquuti sumus, de Romanorum colonis & aliis rebus quæ necessaria nobis videntur, & lectoribus, vt arbitramur, doctis præsertim, non ingrata neque superflua videbuntur, aliqua summam dicemus. Illud in primis paucis verbis repetemus, quod supra dictum est, scripsisse nonnullos Hispaniam ab Hispano Herculis nepote seu successore, quem Iustinus Hispalum vocat, dictam fuisse, & vere fortasse. Quod ego nec affirmo, nec reprobo. Plures enim sunt qui fabulosa quæ de Hercule narrantur, existimant, a quorum sententia non discedimus: tamen Herculem in Hispaniam venisse non itus inficias, quandoquidem columnas apud Gades, Herculis laborum metas & terminos, plures affirmant. Cæterum Hercules Hispaniam quam gregibus & armentis exhaustit, meo iudicio non ædificiis quidem, nec aliis rebus vllis excoluit. Quapropter Hispaniæ potes insignes & res alias memorabiles nos profecto non Herculis, sed Romanorum potius, & præcipue Iulii Cæsaris opera esse coniectamus. De cuius magnanimitate mirabilique munificentia Suetonius Tranquillus hoc modo scripsit: Nec minore studio Reges atque prouincias per terrarum orbem alliciebat, aliis captiuorum millia dono offerens, aliis citra senatus populiq; autoritatem, quo vellent & quoties vellent, auxilia summittens: similiterq; Italiæ Galliarumq; & Hispaniarum, Asiæ quoq; & Græciæ potentissimas vrbes præcipuis operibus exornans. In Alcantara præterea ponte carmen hoc legimus: *Pons in rupe Tagi diuis & Cæsare plenus.* Verum enim uero hunc pontem non Iulii, sed Traiani Cæsaris esse plures autumant. Sed siue Traiani sit, siue Iulii, nihil refert, quando Romanis vterque præfuit. Iter præterea longum per Hispaniam stratum lapidibus pro tempore brumæ, breuesq; per intetualia columnas erectas, quæ viatoribus iter hyemæ teclum niuibus ostendunt, & quicquid in Hispania memorabile vidimus, Romanorum esse minime dubitamus: propterea quod potentissimi liberalesque fuerunt, in Hispania præsertim quam plurimos annos commorantes. Quapropter si dixerimus a Romanis nonnullos Hi-

spaniæ nobiles originem habuisse, fortasse non mentiemur. Sunt enim in Hispania multæ Romanorum coloniæ patriciorum. Siquidem scribit Plinius in vltiori Hispania quatuor iuridicos fuisse conuentus, Gaditanum, Cordubensem, Astigitanum, & Hispalensem, oppidaq; numero centum septuaginta quinçq; in quibus erant coloniæ octo, municipia totidem, Latio antiquitus donata nouem & viginti. Et paulo post idem Plinius ait: Et a dextera Corduba colonia Patricia cognominata, & a lęua Hispalis colonia cognomine Romulensis. In descriptione autem citerioris Hispaniæ, accedunt, inquit Plinius, insulæ, quarum mentione sepõsita, præter ciuitates aliis distributas, prouincia ipsa ducenta nonaginta tria cõtinet oppida, in quibus erant coloniæ tredecim, oppida ciuium Romanorũ tredecim, Latinorum veterum decem & octo, fœderatorum vnũ, stipendiaria centum triginta tria. Et subinde scribit: Carthago noua colonia, & Valentia colonia tria millia passuum a mari remota, tantundem a mari Saguntus ciuium Romanorũ fide nobilis. Tarraco Scipionum opus, sicut Carthago Pœnorum. Colonia Barcino cognomine Fauentia, quam eam esse arbitror quæ nunc Barcino dicitur, & oppida Romanorum ciuium multa. Quibus subiungit populos quadraginta quatuor. Quorum celeberrimi sunt, inquit, Romanorum ciuium Dertofani, Gerundenses, Cęfaraugusta colonia, ciuitas immunis, amne Ibero affusa, vbi oppidum antea Saldyba vocabatur, de quo alibi scripsimus. Inferius etiã scribit, Romanorũ ciuiũ Ilerdenses in ripa Sicoris, & Oscanes, Triañonenses: Latinorum veterũ Cascantenses in fine regni Nauarræ, & Erganicenses Aragoniæ: Fœderatorũ Tarragenses. Aliis præterea rationibus & argumentis nostra hæc confirmatur opinio, quibus absq; dubio constabit multas Hispaniæ domus primarias a nobilibus Romanis habuisse principium: propterea quod cum Romanorum duces & exercitus in Hispaniam venissent, captis arcibus & castellis equites nobiles præfecerunt, a quibus magna pars Hispaniæ castella, multiq; populi Castellani nostris etiam temporibus dicuntur, propterea quod Latini custodes arcium Castellanos appellat. Et quoniã tunc Hispania multis rebus ad vitæ vsum necessariis indigebat, attulerunt in eam Romani leges, bonos mores, disciplinas, & linguam Latinam. nam tunc Hispani barbare loquebantur, & ea lingua qua nũc Vascones vtuntur & Cantabri, quod in alio loco clarius patebit. Cæterum dicam nunc breuiter de quibusdam nominibus & claris in Hispania familiis quas, vt supra dictum est, a Romanis originem duxisse non dubito: quæ quidem adhuc antiquos Romanorum mores, nobilitatem, & nomina retinent. nomina dico non de plebeiis & cõmunibus, sed de senatoribus, patriciis, & consulibus, atq; aliis Romanis viris illustribus, qui magnis reb. gestis in Romana republica floruerunt. Fuit itaq; olim Romæ Pimentariorum domus illustris, quæ nunc in Hispania Pimentelorum intelligi potest. Nam qui Latini non sunt, & barbare loquuntur, nomina corrumpunt, & literas p literis proferunt & commutant. Fuit etiam Romæ Castroniorũ generosa domus, ex qua, nisi fallor, in Hispania qui Castrum cognominantur, originẽ ducunt. Imperatibus Romę Cęsaribus qui duodecim fuerunt, prosapia generosam fuisse legimus quæ Fonteia dicebatur, vnde Fontecorum genus in Hispaniã venisse coniectamus. Fuit præterea Romæ Siluia gens illustris, quæ nunc in Hispania maxime floret, Toleti præsertim, vbi magni sunt nominis & autoritatis. Verum domus hæc a Portugallię regno in Castellam venisse a nonnullis prædicatur, quibus alii non assentiuntur. Sed nos ita esse nec affirmare possumus, nec reprobare, itaq; aliorum iudicio relinquimus, propterea quod Portugalliæ Siluia domus & Castellæ contendere videtur, vtra earum sit antiquior, & vtraq; se putat antiquiorẽ. Ego vero, cũ vtraq; sit nobilis & antiqua, in antiquitate & generis nobilitate pares esse iudico. Sed in Portugallia quædã nũc reperitur antiquitas ex Romanorũ tẽporibus. Siquidẽ illic in antiquissimo monumento quod nuper repertũ est, epitaphiũ legitur hac sententia: HIC IACET LVCIVS SILVIVS IVLII CÆSARIS CENTVRIO. Præterea nõ dubitabunt qui Romanas historias legerint, Romę Plancorũ familiã fuisse nobilissimã, & ab ea Polancos in Hispania esse oriũdos, cũ præsertim vnus literę mutatione differant, quod quo tã longo contigisse nõ mirum est. Fuerunt etiam temporibus Cęsaribus in Italia magni duces qui Pe-

qui Petillii dicebantur, a quibus in Hispania, nec fortasse fallor, originẽ ducunt qui Padillæ cognominantur. Hoc tamen ego minime dubito, genus hoc ab Italia in Hispaniam venisse, quod eorum demonstrant insignia, quæ sartaginis quam Itali patellam vocat, similitudinem habent. Et hoc nemo mirari debet, quandoquidem Romani veteres qui fuerunt illustres & fama celebres, non propter sui generis antiquitatem, sed propter suas virtutes & res magnifice gestas a scriptorib. celebrati fuere, qui quidem ab initio tenues ignobilesq; fuerunt, vt Lentuli, Cicerones, Fabii, qui cognominati fuerunt a leguminibus, & suis virtutibus rebusq; gestis se fecerunt illustres & immortales. Eodem modo Cincinnati, Planci quos ante diximus, & alii multi dicti fuere, quos recensere longum esset. Quapropter alia præmittimus, quoniam quæ diximus hætenus, opinionem nostrã satis confirmant, ideoq; transimus ad alia. Sunt qui credunt & minime dubitant in Hispania nobiles equites qui Meruli dicuntur, a Merulorum Romana familia oriundos. Ego vero aliorum sequor opinionem, qui dicunt Merulos non a Merulis, sed a Milonibus Romanis illustribus originem ducere. Quod ego hac ratione confirmo, quod huius generis equites quos in Hispania cognosco, vulgus indoctum Merulos appellat: illi vero se non Merulos, sed Melos cognominant. sic enim in eorum literis & chirographis legimus. Hoc autem nomen corruptum est propter i literæ in e mutationem. Scribant igitur posthac non Melos, sed Milos. Sunt in Hispania ceteri nobiles ex antiquis, quamuis pauci, quorũ cognomina sunt Coronales, quos bene sentientes non dubitabunt a Corneliorum præclarissima Romanorum prosapia cognomen hoc & genus accepisse. Quod illi sine dubio iudicabunt, qui facta præclara Lucii Cornelii Scipionis, aliorumq; huius cognominis legerint. Huius nominis Romæ fuit mulier illustris in omnibus corporis & animi virtutibus. Cuius non dissimilis visa est mulier illa immortalitate & cœlo digna Maria Coronel, cuius Hispalensis, quæ quidem Cornelia melius diceretur, propterea quod vt pudicitiam suam seruet intactam, & sine labe vitæ ageret, illud memorabile facinus ausa est, quod Ioannes Mena nõ immerito suis carminibus celebravit. Nõ ego Romæ virum nobilitate generis & eruditione præclarum, cui nomen erat Paulus Cortesius, de cuius familia esse qui nunc in Hispania Cortesii dicuntur, coniectari licet, ingenio præsertim rebusq; gestis Ferdinandi Cortesii Vallensis Marchionis, qui profecto militari virtute cæterisque corporis & animi dotibus omnes duces qui fuerunt ab orbe cõdito vsq; ad tempora nostra, sine dubio longe superauit. Indagator enim rerum nouarum vniuersum orbem circueiuit, & apud antipodas nouam inuenit Hispaniam, qui sua virtute, fortitudine, & industria admirabili effecit, vt Christi nomen vbiq; terrarum resonaret, & magnitudo Cęsaribus, & sua virtus cognosceretur. Quare si Iulius Cęsar qui ab Ægypto in Britanniam nauigauit, magnum nomen adeptus est & magnos honores, quibus honoribus, quo nomine Ferdinandum Cortesum qui totum mare mensus & vtrumq; peragrauit hemisphærium, dignum iudicabimus? Sed de hoc viro nunquam satis laudato, & de Christiana religione benemerito, multa scribemus alias. Fuit olim Romæ domus equitum nobilissima quibus Aquila cognomen erat. Ex hac vnus qui Pontius Aquila dicebatur, tribunus plebis imperante Iulio Cæsare plurimum potentia & autoritate valebat, adeo vt in negotiis, & priuatis & publicis, quibus Cęsar abutebatur, nõ paruo fuerit obstaculo. Huius etiam cognominis in Hispania sunt equites, quos nouimus, nobilissimi, qui, si Latinam pronunciationem consideremus, ab Aquila cognominantur, quos ab illa nobilissima Romanorum progenie venisse non dubitamus. Legimus præterea Romæ Deciorum familiam vnã fuisse de primariis, ex qua fuerunt duo viri fortissimi duces, pater & filius, qui fortissime pugnantes cum magnam hostium stragem fecissent, occubuerunt. A quibus, vt opinor, in Hispania ducunt originem viri nobiles qui de Deza cognominantur. Et eodem modo de Taueriis iudico, qui Romæ fuerunt olim & nunc in Hispania viri nobiles. Fuit quoque Romæ Nepotum domus illustris, & sunt in Hispania cognominis huius viri nobiles, quos & Salmanticę & aliis in locis cognouimus. Nouimus etiã Cęsaraugustæ Cosconios non ignobiles, quos ab illis Romanis in Hispania

niam venisse nō dubitamus, ad quos Marci Tullii Ciceronis epistolae legimus. Legimus etiam fuisse Romae Valerios & Cottas, quorum successores in Hispania no-
uimus mediocri conditione & honesta. Noti Romae fuerunt equites illustres qui
Cassii cognominabantur, & in Hispania eiusdem cognominis virum nobilem no-
uimus in domo Almirantis, qui Fernandus Cassius dicebatur. Non defunt in Hi-
spania qui Galli cognominantur ab antiqua Romanorum familia. Noui namq; in
Cayraciuitate Canonicum virū generosum, qui Martinus Gallus vocabatur: cuius
etiam cognominis in Callectia sunt plures. Fuit in Italia quondam vir potens &
prædiues, cui nomen erat Oleanus, qui Mediolanum condidit. Et nunc apud Va-
scōnes domus est Olanorum, de qua mihi discipulus fuit Ioannes Olanus, qui nūc
est iureconsultus. Fuerunt etiam Romae Calui cognominati, cuius cognominis in
Hispania non defunt. Sed de nobilibus Hispanis qui aliunde nomen & originem
ducunt, hæc tenent. Voluimus enim breuiter aliquid de reliquis & indigenis di-
cere, quos Hispani naturales appellant. Qui duobus modis cognominantur, hoc
est, vel a patria, sicut a Toletō, a Corduba, & ab Auila: vel a reb. quas strenue ges-
serūt, vt Varguæ, Ramirez, Machuque, Spinofæ, Macæ, Latrones, Vaccæ, Quixa-
tæ, cuius familiae nunc viuunt Gutterius Quixata nobilissimus eques, & omni mu-
nere naturæ præstantissimus: aliaq; domus eiusmodi, quæ ab operibus suis atq; vir-
tutibus cognominati fuerunt. Sunt & alii qui cognominantur ab antiquis domibus,
ædificia quorum nunc extant, veluti qui Velasqui, Mendozæ, Gueuaræ, cæterique
similes, qui permanent in Alaua prouincia. Illi vero qui aliunde venerunt & gen-
tibus externis, cum indigenis nullam neq; loci, neq; nominis, neq; patriæ simili-
tudinem habent. Nam Manrici qui sunt Alemani, nomen eorum, cuius nationis sint,
manifeste declarat, quandoquidem notum est quod apud Germanos Man signi-
ficat socium, & Enrique fortem. Guzman autem qui fere sunt eiusdem nationis, a
Gothis se venire contendunt, vel a Scythis, cōfirmantes quod ego dicebam, quod
Guzman eorum lingua socium significat, vel hominem Gothum magnum. Qua-
propter eos nonnulli Gothomanos appellant. Henricorum autem cognomen ab
Heluetiis Galliæ populis originem duxisse arbitror, propterea quod in Gallia viros
primarios huius terminationis cognominatos fuisse legimus, sicuti fuerunt Orgen-
torix, Dumnorix inter Heluetios magni principes, cæteriq; nō dissimiles. Sed alii,
quos a Romanis originem duxisse diximus, cum Hispanis indigenis, vt supra de-
monstrauimus, neq; patriæ, neq; domus, neq; vernaculæ lingue similitudinem ha-
bent, quæ cum patriciorum nominibus antiquis conueniat. Cuius rei contrarium
probare nemo poterit. Nec Hispanorum quamuis nobilissimum quenkum fore
arbitror, qui se non foelicissimum putet, qui a Romanis originem duxerit, cum
præsertim olim gens Romana cæteras omnes omni genere virtutis antecesserit.
Quod si quis a me scire voluerit, quæ causa sit quare Romanorum quidam ex his
quos retulimus, in Hispania nomen obscurius famamq; minorem nunc habent,
quam alii aduentitii & indigenæ qui nunc plurimū valent, vt sunt Guzmani, Man-
rici, qui de Gothis remanēt, & Velasqui, Mendocii, Gueuarii, qui sunt indigenæ, me
sibi respondisse putet, quandoquidem hoc mea cōfirmatur opinio: propterea quod
antiquitas alios obliuioni tradidit, & alios fortuna recens & fauorabilis & incon-
stans, vt solet, altius extulit. Sic enim rebus omnibus, & hominibus qui sunt in al-
to rerum fastigio collocati, sæpe solet accidere. Quapropter mihi nō mirum vide-
tur, si Roma quæ quondam totius orbis principatum tenuit & imperium, nostris
temporibus a multis opprimatur quibus imperare consuevit, quam tamen impe-
rante Carolo Cæsare nostro videmus in pristinum statum restitutam & legitime
triumphantem. Sed, vt ad propositum redeamus, hunc Deus rebus terminum po-
suit, vt aliæ deprimantur & finem habeant, & aliæ nascantur & altius insurgant, &
denique nulla terminum sibi statutum prætereant, homo præsertim, qui cum eius
vita sit fragilior atque breuior, & multis exposita periculis quam cæterorum ani-
malium, sua vel insatiabili cupiditate, vel alienæ felicitatis inuidia, aliorum felici-
tatem famamq; præclaram totis viribus & enixissime perdere studet, existimans
falsoque putans se malis alienis altius ascensurum.

De pon-

De pontificibus & magnatibus Hispaniæ & officiis in curia Regum.

REM non ingrati facturus video, si magnates atq; pontifices Hispaniæ, præ-
cipuosque magistratus & ordines breui narratione retulerō, cum præsertim
hoc a me multi sæpe requirant & efflagitent, non Hispani solum, sed etiam gentes
externæ & aliarum nationum, quæ res Hispaniæ scire desiderant. Dicam igitur de
Hispaniæ Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & Pontificibus, aliisque dignitati-
bus quibus Hispania maxime floret: sed imprimis concilia, magistratus, & officia
memorabilia referam. Est itaque in Hispania domoque Regia concilium secreto-
rum, cuius præfidentes sunt Reges. Est & aliud concilium iustitiæ quod regale
vocant, cuius præfes omne ius & facultatem iustitiæ liberam habet. Est & aliud
concilium belli gerendi, cui Rex præfidet. Concilium ordinum, hoc est equi-
tum militiæ Sancti Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ, quorum præfidentes a Regi-
bus eliguntur. Concilium regii census & omnium bonorum, cuius præfidentem
Reges eligunt. Concilium inquisitionis in prauos hæreticos, cuius præfes eodē
modo eligitur. Concilium de rebus Indicis. Concilium de rebus Aragoniæ,
in quo est Procancellarius, & auditores qui regentes vocantur. Sunt in Hispania
conuentus iuridici quatuor, vnus in oppido Pincia, quod Valladolid appellant,
alius in vrbe Granatæ, tertius apud Callicos, & alius in Nauarra. Cæterum Pincia-
nus conuentus & Granatenus sunt maioris autoritatis, & negotiis frequentio-
res. Continet autem Pincianus conuentus suæ iurisdictionis populos qui sunt
a ripa Tagi Castellam versus, & Granatenus ab eadem ripa Beticam fere totā. Sunt
autem in vtroq; conuentu præfidentes & auditores duodecim, & tres iustitiæ præ-
fecti quos Alcaldes appellant, qui de criminibus iudicant. In curia autem regia
iustitiæ præfecti sunt quatuor, quos item vocant Alcaldes, qui de criminibus cog-
noscent, & facultatem habent in toto regno cognoscendi in secunda & prima in-
stantia de criminalibus causis & ciuilibus in curia regia, & in populis, & aliis locis
distantibus a curia interuallo passuum viginti millium, quod spacium illi quinque
leguas appellant: quorum superior est præfidentis, & iudices quos auditores appel-
lant. Quorum prefectorum duo quolibet die sabbato cum vno de consiliariis car-
cerem visunt, vbi reorum causas delictaq; cognoscunt & iudicant. Præfidentis autē
& auditores carcerem quoq; visitant ter quolibet anno, id est tribus paschalis
vigiliis, nec alios quatuor illi præfecti superiores cognoscunt. Cæterū si quis eorum
deliquerit, a præfidente punitur. Est autem præfidentis autoritas maxima, in rebus
præsertim iustitiæ, in quibus liberam habet potestatem, quæ totius regni gubernato-
res, magistratus, & iudices instituit. Curia præfes insuper potestatem habet cō-
prehendendi quemcunq; omnium magnatum sine vilo Regis imperio, si causa ius-
ta fuerit & iustitiæ necessitas. Est enim dignitas hæc in officio iustitiæ & præmi-
nentia summæ autoritatis a Rege secunda, quæ non tenetur visere quenkum ma-
gnatum, quamuis primarium, neq; exire obuiā legatis & oratoribus, nec vilo pro-
fiscio, nisi duntaxat cum Rege, aut regio iussu. In sententiis autem ferendis suffra-
gium non habet, sed sui iuris est & voluntatis, vt lites finiantur & causæ quas volue-
rit. Est autem hoc concilium regale supremum, ad quod tanquam caput recurrunt
& appellant litigantes, qui se non iuste condemnatos fuisse cōqueruntur. Sunt in
hoc cōcilio regali satellites quos Alguaziles Hispani vocant, ordinarii duodecim,
stipendiarii, & alii sine stipendio. Sunt & rationatores seu computatores quos
contadores maiores appellant, qui Regum census exigunt, & de causis regii patri-
monii cognoscunt, & cognoscendi & iudicandi potestatem liberam habent, & vterq;
substitutum & suum locū tenentem, & alios necessarios officiales & ministros eli-
gunt: qui præterea curam gerunt soluendi stipendia Regis alumnis & domesticis.
In Hispania siquidem nemo Regibus seruit sine stipendio, & aliis emolumentis quæ
Reges benemeritis vltro largiuntur. Sunt & alii duo ratiocinantes maiores,
quibus omnes qui regia negotia gesserunt, omnium rerum & expensarum rationē
referunt. Sunt præterea in regia domo officiorum genera multa atq; diuersa, &
in vno quoq; qui cæteris præfidet, & maior appellatur, vt maior domus, maior cu-
Te iij

bicularius, maior venator, maior mulio, maior aquari⁹, maior vexillifer, maior iustitia, maior pincerna, maior dispensator, maior hospitiorum praefectus. Ex quibus officiis aliqua possident Hispaniae nonnulli magnates hereditario iure, pro quibus exercendis a Regibus stipendia capiunt. Et sunt capitanei duo regiae personae custodes. Sunt & equites ducenti regiae personae custodes, quorum vnusquisque magno stipendio meret. Sunt & alii qui Continui dicuntur, & stipendium capiunt octoginta ducatorum.

De Pontificibus Castella.

INTER Hispaniae pontifices, qui sunt numero quinq; & quinquaginta, Toletanus antistes ceteros honoribus, redditibus, & dignitate praecedit. Est enim Castellae maximus Cancellarius, qui nunc Hispaniarum primatum tenet ratione dignitatis, cuius reditus est octoginta millia ducatorum. Archiepiscopus Hispalensis ducatorum millia quatuor & viginti. Archiepiscopus Compostellanus millia viginti. Granatensis archiepiscopus, cuius reditus est decem millia ducatorum. Episcopus Burgenfis, cuius census est ducatorum millia viginti. Episcopus Siguntinus ducatorum millium viginti. Conchenfis Episcopus ducatorum sedecim millium. Placētinus quindecim millium. Palentinus antistes & Perniae Comes tredecim millium. Mentefanus decem millium ducatorum. Segouienfis Episcopus millia quatuordecim. Auilenfis reditus est octo millium ducatorum. Zamorenfis duodecim millium. Cordubensis, cuius reditus est duodecim millium ducatorum. Osomensis decem millium. Legionensis octo millium. Calagurritanus reditus habet ducatorum duodecim millium. Salmanticensis decem millium. Pacensis sex millium. Ouetensis sex millium. Carthaginensis reditus est quinq; millium ducatorum. Astoricensis quatuor millium. Caurenfis octo millium. Ciuitatenfis quatuor millium. Malachenfis ducatorum decem millium. Gaditanus octo millium & quingentorum. Guadixensis millia duo. Abderetanus mille & quingentorum. Mondonienfis mille & quingentorum. Tuidensis duorum millium. Olucensis mille & quingentorum. Orenfis trium millium. Canarię praefulis reditus est octo millium ducatorum.

De Aragonia, Valentia, Laetania, Nauarra Pontificibus.

Cesaraugustanus Archiepiscopus habet reditus viginti millia ducatorum. Archiepiscopus Valentinus tredecim millium. Archiepiscopus Tarraconensis octo millium. Tiriassonenfis Episcopus quinq; millium. Episcopus Oscensis trium millium. Segobricensis & Albarrazinensis trium millium. Barcinonenfis quinq; millium. Ilerdensis quinq; millium. Dertofanus octo millium. Gerundenfis quatuor millium. Vrgellenfis septem millium. Vicensis duorum millium & quingentorum. Eunenfis mille & quingentorum. Pompilonensis Episcopus sex millium.

De Portugallia Pontificibus.

In Portugallia prima pontificalis dignitas est Archiepiscopatus Vlixbonensis, cuius reditus est ducatorum millium sedecim. Archiepiscopus Bragenfis duodecim millium. Episcopus Eborensis ducatorum millium viginti. Episcopus Visei octo millium. Episcopus Guardianus quinq; millium. Episcopus Cohimbrenfis ducatorum duodecim millium. Episcopus Portus quatuor millium ducatorum. Episcopus Lamegenfis sex millium.

De aliis Castella dignitatibus.

Fuerunt haecenus in regno Castellae tres ordines militiae, Sancti Iacobi scilicet, cuius census est sexaginta millium ducatorum, Alcantarae quadraginta quinq;, & Calatrauae quadraginta, quorum principes equitum magistri vocabantur. Ceterum has dignitates Catholici principes ad se transtulerunt, sibiq; substituerunt alios, qui praefecti maiores appellantur, & Hispano sermone Commendatores maiores. Est itaque nunc praefectus maior Castellae, praefectus maior Legionis, praefectus maior Alcantarae, praefectus maior Calatrauae, sub quibus praefectis sunt equites multi commendatarii magni census. Sunt & Clauigeri duo, alter Alcantarae, & alter Calatrauae. Est & praefectus militiae ordinis Sancti Ioannis, cuius census est ducatorum

ducatorum millia quadraginta. Apud Aragonas autem, Valentinos, & Laletanos, praefectus est & magister equitum militiae ordinis Montefani.

Ordines Portugalliae.

Magister equitum de Christus cognominatus. Magister equitum ordinis Sancti Iacobi. Magister equitum cognomento Daus. Praefectus maior ordinis de Christus cognominatus. Praefectus maior ordinis Daus. Praefectus maior ordinis Sancti Iacobi. Praefectus ordinis Sancti Ioannis.

De titulis & officiis Castella magnatum.

NOuimus in Hispania Castellae Comestabilem, Regis cubicularium maiorem, de familia Velascorum. Est enim Comestabilis magnus princeps, qui regem comitatur, & in bello praesertim gerendo. Nouimus & Almirantem Castellae, qui maris Hispaniis habet in nauigantes & imperium: ideoq; dux maris & dominus intelligitur. Quae dignitas est Henricorum domus. Nouimus & Castellae praefectum maiorem de domo Manricorum. Est praeterea praefectus Legionis de Pimentorum familia. Et praefectus Andalusiae de gente Henrica. Item praefectus Galliciae Mendocius. Praefectus Granatae de domo Cardina. Praefectus Cazorlae, quem creat Archiepiscopus Toletanus. Praefectus Murciae cognomine Faiardus. Verum enim uero quos praefectos nos appellamus, Adelantatos Hispani vocant. Sunt praeterea Castellae regni magistrat⁹ & officiales sex, quos Mariscales appellant.

De magnatibus Castella, Legionis, Andalusiae, & Calliciae.

Restat nunc dicendum nobis de magnatibus Hispaniae & vnus cuiusq; censu. Qui etsi non facile colligi potest, nostro tamen & aliorum iudicio a numero certo & scopo non longe discedemus. Ex magnatibus itaq; Castellae primus est Comestabilis de Velascorum familia, qui Castellae Comestabilis dicitur, & Dux de Frias, & Phari Comes, qui regis est cubicularius maior, cuius census est ducatorum millia sexaginta. Almirantus Castellae & Granatae, Comes Modicanus, dominus Methymnae Rosca & Palentiola, habet quolibet anno quinquaginta millia ducatorum. Dux Aluanus, Marchio Caurenfis, & Comes Saluateranus, a Toletano cognominatus, millia quinquaginta. Dux Infantatus, Marchio Sanctillanae, Comes Realis de Manzanares & Saldanae, a Mendoza & a Vega nuncupatus, millia quinquaginta. Dux Methymnae Sidoniae, Comes Nebulae, domus Gothomanae, quinquaginta quinq; millia. Dux Beiaranus de Stugnica familia, Marchio Bannaris, Comes Gibraleonis, & dominus Burgillos & Capillae, Castellaeq; iustitia maior, millia quadraginta. Dux Naiarenfis, Comes Triuigni, & dominus Hamusci de stirpe Manricorum & Larae, triginta millia. Dux Methymnae Coeli, Comes Portuensis cognomento Cerda, regiae stirpis & antiquissimae, millia triginta. (quinq;. Dux Albuquerqueitanus, Ledesmae Comes, Cueva cognominatus, millia viginti. Dux Arcus, Marchenae dominus, a Leone cognominatus, millia viginti quinq;. Dux Maquetanus, Granatae praefectus de domo Cardina, millia triginta. Dux Scalona, Marchio Villanae & Moiae, Comes Sancti Stephani de Pachicorum antiquissima familia, millia sexaginta. Dux Setae & Terrae Nouae, Comesq; Caprenfis cognomento Corduba, millia sexaginta. (xaginta. *De Marchionibus.* Marchio Astoricensis de Osoria gente, Traftamarae Comes & Sanctarum Martarum, millia quinq; & viginti. 50 Marchio Aquilaris, Comes Castaneda de genere Manrico, millia duodecim. Marchio Zenetanus de Mendocia familia, millia triginta. Marchio Villae Francae, cui cognomento est Toletanus, millia decem. Marchio Plicensis domus Aquilaris & Figueroae, & Comes Ferianus, millia quadraginta. Marchio Aiamontanus, & Comes Benalcazaris Stunicae domus & Sotomaioris, millia triginta.

Marchio Tariphæ Bæticæq; prouinciæ præfectus generis Henrici, triginta.

Marchio Mondeiaris, Comes Tendillanus, & Castellanus Capitaneusq; generalis Granatæ Mendociæ familiæ, quindecim millia. (decim.)

Marchio Comarenfis Donzelorum custos a Corduba cognominatus, millia duo.

Marchio Velienfium, Murcia præfectus Faiardorum domus, millia triginta.

Marchio Berlinguæ Touaricæ familiæ, millia sedecim.

Marchio Villæ Nouæ domus Portu Carreriar, millia viginti.

Marchio Vallensfis de domo Cortesia, millia sexaginta.

De Comitibus Castella.

(referemus.)

Magnus est in Castella Comitum numerus & census, quos in hoc loco summam 10

Est itaq; in Castella Comes Beneuentanus, qui per antonomasiam Comes intelligitur. Est præterea Villalonenfium dominus, & Portillonensium, cui cognomē est Pimentelus. Habet autem censum quolibet anno ducatorū millia sexaginta.

Comes Vreniæ, dominus Pennæ fidelis, cui cognomen est Gironius, ducatorum millia viginti.

Comes Ofornus & dominus Galistei de familia Manricorum, millia duodecim.

Eiusdem familiæ Comes Paretanus, millia duodecim. (millia viginti.)

Comes Miranditanus & princeps domus Auellanæ, genere Stunicus, ducatorū

Comes Castrenfis & Astudilli de stirpe Mendozia, duodecim millia.

Comes Montis Acuti Mendocius, quindecim millia. 20

Comes Corunnæ generis eiusdem, decem millia.

Comes Plicensfis Mendocius, octo millia.

Comes Alua Listensfis & Garrouillensfis Henricus, millia viginti.

Comes Alcaudetanus a Corduba & Velasco cognominatus, decem millia.

Comes Orgacii & dominus Sanctæ Olaliæ de familia Gothomana, millia decem.

Comes Cifontanus & regis primipilus, quem Alferex maiorem vocant, de domo Siluia, millia decem.

Comes Fonsalitanus ab Aiala cognominatus, millia quinque.

Comes Salinarum cognomine Sarmentus, millia decem.

Comes Ribadei de familia Villandranti, qui nunc litigat, millia sex. 30

Comes Montis Rei Azeuedus & Stugnicus cognominatus, millia decem.

Comes Lunæ familiæ Quinnonensfis, millia quinque.

Comes Lemianus Oforius & Castrus cognominatus, millia duodecim.

Comes Chinchonenfis domus Bobadilla, octo millia.

Comes Ribadauiæ & Galleciæ præfectus cognomine Mendocius, octo millia.

Comes Aquilaris Arellanus, millia decem.

Comes Siruelæ dominus Roæ Velascus, millia sex.

Comes Nieuæ Velascus, millia sex.

Comes Oropefanus a Toletto cognominatus, sedecim millia.

Comes qui dicitur Saluaterranus & dominus Hempudie cognomento Aiala, mil- 40

Comes Ognatenfis de domo Gueuara, millia quatuor. (lia quinque.)

Comes Bondianus cognomine Acunna, millia quindecim.

Comes Valentia Portugal cognominatus, millia duodecim.

Comes Metellini de domo Villæ fortis, millia sedecim.

Comes Geluensfis a Portugallia cognominatus, millia decem.

Comes Punni Roftri Arias ab Auila cognominatus, octo millia.

Comes Sancti Stephani Portus cognomento Benauides, tria millia ducatorum.

Comes Palmæ Portucarrerius, octo millia.

Viccomes Balduernæ cognomine Bazanus, octo millia.

Viccomes Altamitæ cognomine Biuerus, quatuor millia. 50

De magnatibus Aragonie Valentia, Lalesania, & Nauarra.

Comestabilis Nauartæ & Comes Lerinensfis Viamontanæ familiæ, octo millia.

Dux Lunæ domus Aragoniæ, ducatorum millia viginti.

Dux Cardonæ familiæ Remonfolchenfis, & Comes Galladensfis, millia triginta.

Dux Segobricensfis & Comes Ampuriarū domus Aragoniæ, millia septemdecim.

Dux

Dux Gandianus familiæ Borgensfis, millia duodecim.

De Marchionibus.

Marchio Deniensfis cognomento Roias & Sandoualus, millia quatuordecim.

Marchio Elchenfis cognomine Cardinas, millia decem.

Marchio Falcensfis de familia Peralta, octo millia.

De Comitibus.

Comes Ribagorciæ domus Aragoniæ, ducatorum millia septem.

Comes Aranditanus de familia Durrea, millia septem.

Comes Fōtan^o dom^o Heredia, millia quatuor. Comes Sastagēfis, millia quatuor.

10 Comes Belchitanus Ixar cognominatus, millia quatuor.

Comes Oliuensfis cognomento Centellas, millia quinque.

Comes Conccainæ de domo Corella, millia quatuor.

Comes Albaidensfis cognomento Milan, millia quatuor.

Comes Almenarensfis, quatuor millia.

De Vicecomitibus.

Viccomes Ebolensfis Aragoniæ domus, tria millia.

Viccomes Peralta, duo millia quingenta.

Viccomes de Bas cognomento Cabrera, duo millia & quingenta.

De Portugallie magnatibus.

20 Portugallia Rex ditissimus.

Sunt in Portugallia præterea multi magnates illustres & magni census, ex quib. est

Dux Bergaciæ regia stirpe progenit^o, cui^o cēsus est quadraginta milliū ducatorū.

Dux Barcelorum, filius ducis Berganciæ.

Dux Cohimbreg & Marchio Turriū Nouarū, quorū cēsus & cognomina me latēt.

Marchio Villę Regalis, & Comes Alcoutini, cuius cēsus est quindecim milliū du-

De Comitibus.

(catorū.)

Comes Marialuz genere Coutinorum, millia duodecim.

Comes Peniensfis de familia Vasconcelorum, millia quatuor.

Comes Portalegrenus Silueriæ domus & Regis œconomus maior, millia quinque.

30 Comes Vermiofanus de Sosa familia, regii patrimonii procurator, millia quinque.

Comes Monfantinus de genere Coutinorum, millia quinque.

Comes Pratenfis genere Sofanus, tria millia.

Comes Teutugalenfis regia stirpe genitus, octo millia.

Comes Bratepsfis Dalmeida cognominatus, tria millia.

Comes Feirensfis Pereiræ domus, tria millia.

Comes Linares Portugallia Regi coniunctissimus, tria millia.

Comes Rondonensfis familiæ Coutinorum, millia quinque.

Sunt in Hispania præterea multe domus nobiles & magni census, quos enume-

40 rare longū esset. Caterū totius Hispaniæ cēsus, meo iudicio, in tris diuiditur partes

40 .fere æquales, quarū vna est Regum, altera Magnarū, tertia Pontificū & sacerdotū.

De Hispanorum moribus, ingenis, & habitu.

HISPANORVM hominum ingenia, mores, & habitus alios fuisse quondam le-

gimus, alios nunc esse cognoscimus. Diuersitas enim gentium quæ de multis

& remotis regionibus in Hispaniam venere, non solum mores, ingenia, cultus, &

linguam mutauit, sed etiam multarum vrbiū, oppidorum, fluminum, & aliarum

rerum nomina deformauit: quandoquidem consuetudines & commercia mores

faciunt. Atqui bona sepe mutantur in peius, raro autem mala vertuntur in bonum.

De præteritis igitur, vt ad rem redeamus, Hispanorum moribus & ingenis ea quæ

legimus apud antiquos autores, & de præsentibus quod sentimus & longa consue-

50 tudine cognouimus, nō ingrata narratione dicemus. Et primum de veterum Hi-

spanorum virtute bellica magnaq; fortitudine, de qua Græci Latiniq; scriptores

meminerūt, aliquid referemus. Fuit itaq; gens Hispana bellicosa semper, & pro-

na militaribus officijs, equis & armis vtens, bello magis gaudens quam pace, labo-

ris & famis patiens. De cuius militari virtute Lucius Florus hoc scriptū reliquit: In

ultionē igitur patris ac patrui missus cū exercitu Scipio, cui tā grande de Africa

nomen fata decreuerant, bellatricem illam viris armisq; nobilem Hispaniã, illam
 seminariam hostilis exercitus, illam Hannibalis eruditricem, incredibile dictu, to-
 tam a Pyrenæis montibus in Herculis columnas & Oceanum recuperavit. Iusti-
 nus, Hispanorum, inquit, hominũ corpora ad inediã laboremq; animi ad mor-
 tem parati. Dura omnibus & stricta parsimonia, bellum quam ocium malũ. Si ex-
 traneus deest, domi hostem quærunt. Sæpe tormentis, pro silentio rerum credita-
 rum, immortui: adeo illis fortior taciturnitatis cura est quam vitæ. Celebratur eo-
 dem etiã bello Punico famuli illius patientia, qui vltus dominum inter tormen-
 ta risu exultauit, serenaq; lætitia crudelitatem torquentium vicit. Velocitas genti
 pernix, inquietus animus, plurimis militares equi, & arma sanguine ipsorum chario-
 10 ra. Nullus Hispanis nisi festis diebus epularum apparatus. Nullus in multis sæcu-
 lis dux magnus præter Viriatum fuit, de quo scripsimus alio loco. Repetenda me-
 moria nobis est & virtus ingens in prælio duorum fratrum, Mendonii scilicet & In-
 dibilis, qui vt Titus Liuius meminit, Scipionem illum magnum Romanorum ducem
 mirum in modum fatigarunt, & pro patriæ suæ libertate fortissime pugna-
 occubere. Quid præterea de Numantinorũ fortibus & inuictis animis commemo-
 rem? de quib. Lucius Florus admiratus hæc scripsit: Numantia quantum Car-
 thaginis, Capuæ, Corinthi, opib. inferior, ita virtutis nomine & honore par omni-
 bus, summumq; si viros æstimes, Hispaniæ decus: quippe quæ sine muro, sine tur-
 ribus, modice edito in tumulo apud flumen situata, quatuor Celtiberorum millib.
 20 exercitum quadraginta millium per annos quatuordecim sola sustinuit: nec susti-
 nuit modo, sed aliquanto sæuius perculit, & pudendis funerib. affecit. Nouissime
 cum inuictam esse constaret, opus quoq; eo fuit qui Carthaginem deleuerat. De
 quib. cum Scipio veram vellet & sine exceptione victoriã, eo necessitatum com-
 pulsus, primum, vt destinata morte in prælium ruerent, cum sese prius epulis, quasi
 inferiis, impleuissent carnis semicrudæ & celiæ. sic vocant indigenæ ex frumento
 porionem. Intellectum fuit ab Imperatore consilium. Itaq; nõ est permissa pugna
 morituris. Cum fossa atq; lorica quatuorq; castris circumdatos fames premeret, ab
 duce prælium orantes, vt tanquam viros occideret: vbi non impetrabant, placuit
 eruptio. Sic itaq; in vltimam rabiem furoremq; conuersi castra hostium inuaferunt.
 30 Quo prælio, vt scribit Liuius, a Numantinorum quatuor millibus Romanorum
 millia triginta cæsa fuere. Siquidem Liuius sic refert: Cum Celtiberis bellum ge-
 stum est a Romanis per viginti annos, quod Cantabricum appellatur, a Cantabris
 populis, in quo bello Numantia suas ostendit vires. Nam duces quosdam supera-
 uit, & triginta millia Romanorum illic cæsa sunt a quatuor millibus hostium. Cæ-
 terum quod Diodorus Siculus de bellica Hispanorum virtute scripsit, omittendũ
 non est. Iberi quondam, inquit, Celtæq; pro agris bello certantes, pace demũ con-
 stituta communicataq; inuicem patria, cum mutua connubia permisissent, dicuntur
 harum rerum communione id nomen sortiti. Duæ igitur robustæ nationes in
 patria fertili coniunctæ effecere, vt magnum esset Celtiberorũ nomen. Non enim
 40 equites modo, sed & pedites aptos bello, robore, malorumq; tolerantia cæteris ex-
 cellentiores habent. Breui vtuntur veste ac nigra, lanam habente similem caprarũ
 pilis. Armantur Celtiberorum quidam scutis leuibus, alii rotundis vmbonib. ma-
 gnitudine clypei. Cruribus ocreas ex pilis factas aduoluunt. Galeas ferunt æreas
 cristatas palmis. Gladios insuper ex ferro puro ad palmi mensuram, quibus in con-
 ferta vtuntur pugna. Ferrũ suo more ad conficienda arma præparant. Nam ferreas
 laminas in terram abscondentes ibi tam diu esse sinunt, quoad debiliori parte fer-
 rugine absumpta, validior superfit. ex eo tum enses fortissimos, tũ cætera ad belli
 vsum arma necessaria componunt. Hoc pacto fabricata cædunt omnia, vt nec scu-
 tum, nec galea, nec quid aliud eis obsistat. Duobus gladiis sulti cum equestri certa-
 mine superiores euaserint, ex equis desiliunt, & pedestrem adiuuant pugnam. Mi-
 50 rabilis apud eos viget consuetudo. Nam cum munditia semper elegantes existat,
 vnain re videntur immũdi & spurcitia pleni. Vniuersum siquidem corpus lauant
 vrina, dentesq; fricant, hanc optimam corporis curam existimantes (quod et si vi-
 tuperat Diodorus, ego tamen laudo. Magna siquidem vis inest vrinæ, quæ multis
 mor-

morbis medetur, vt philosophi dicunt & medici) Erga nefarios homines atq; ho-
 stes, crudeles sunt: cum aduenis autem humani atque hospiales. Aduenientes
 externos benigne hospitio recipiunt, adeo vt æmulatione quadam inuicem pro
 illorum honore certent. Quos aduenæ sequuntur, hos laudant, amicosque deo-
 rum esse putant. Nutriuntur affluenter variis carnibus, potum ex melle confici-
 unt, eius copiam præbente affatim patria. Vinum emptum bibunt mercatorum
 opera aduectum. Ex propinquis gentib. grator est eis Vaccæorum natio. Hi enim
 annis singulis sortitos inter se agros colunt, fructusq; cum cæteris communicant,
 cuiq; sua portione præbita. Quod si quis agricolæ quid abstulerit, euestigio mul-
 10 ctatur morte. Celtiberorum fortissimi habentur qui appellantur Lusitani, peltas
 in bello paruas ex neruis confectas, quibus tegatur corpus, habent. His in bello ea
 agilitate vtuntur, vt & ictus & sagittas euitent. Iaculis ferreis hamatisq; vtuntur, quæ
 longe iaciunt & summa arte. In acie diutius perseverant mobili corpore leuiq; vt
 facile & fugiant hostem & insequantur. In perferendis periculis superantur a Cel-
 tiberis. In pace autem choreas leui saltu exercent quadam crurum agilitate. Bella
 ad numerum aggrediuntur. Iberi Lusitanisq; ætate integra præsertim inopia op-
 pressi, qui robore præstant & audacia, in montib. asperis diuersisq; per Iberiam lo-
 cis latronum more leui armatura agiliq; corpore veloces discurrunt, populatisq;
 agris ad montes veluti tutam patriam, cum locorum asperitate nullus eo exercitus
 20 adire possit, confugiunt. Aduersus eos profecti cum exercitu sæpe Romani eorum
 audaciam represserunt, prædam autem & latrocinia nequaquam tollere potuerunt.
 Titus etiam Liuius Hispanos hoc modo commendauit, scribens: prima luce (in-
 quit) sub iugo montis prælium fuit, quo interclusam a suis leuem armaturam (facile
 etenim numero aliquantum præstant) Romani superassent, nisi Hispanorum
 cohors ad id ipsum remissa ab Hannibale peruenisset. Ea montibus assuetior, & ad
 concursandum inter saxa rupesq; aptior ac leuior, cum velocitate corporum, tum
 armorum habitu campestem hostem grauiem armis statariumq; pugnæ genere
 facile elusit. Ita haudquaquam pari certamine digressi Hispani fere omnes inco-
 lumes, Romani aliquot suis amissis in castra contenderunt. Idem Liuius in oppu-
 gnatione Capuæ scripsit: Hannibal locum difficiliorem Hispanis assignauit. Idem
 30 scribit: Hispania non quam Italia modo, sed quam vlla pars terrarum bello repa-
 rando aptior est locorum hominumq; ingenis. Itaq; ergo prima Romanis in ita
 prouinciãrum quæ quidem continentis sint, postrema omnium nostra demum
 ætate ductu auspicioq; Augusti Cæsaris perdomita est. Strabo quoq; de Gallorum
 & Hispanorum pugnandi virtute scribens. sic primum de Gallis refert: Quam ob-
 rem eorum facilis desolationes euenire contingit, cum gregatim inferantur, &
 totus simul exercitus ex vniuersis excitetur habitaculis, cum ab aliis validioribus
 eiiciantur. Hos Romani minori negotio, quam Hispanos subiugarunt. His enim
 antea bellum inferre incipientes, nouissime finierunt: illos autem medio in tem-
 40 pore cunctos debellauerunt penitus, qui intra Rhenum Pyrenæosque montes ia-
 cent. Nam qui gregatim totis copiis iruebant, gregatim simul debellabantur. Hi-
 spani vero prælia partiti, vires, vt depositum, seruabant, alii alio tempore aliisque
 in partibus latrocinandis more belligerantes. Hispanorum porro fuit olim hostem
 punctim magis adoriri quam casum, ideoque gladiis breuibus vtebantur. Qui-
 bus, vt scribit Philarchus, micrologia propria fuit, qui res vel minimas plurimi fa-
 ciebant, & auaritiæ studio semel tantum die cibum capiunt. Sunt, inquit, &
 hydropotæ, & in tam auido ingenio vestibis tamen amiciuntur vel preciosissi-
 simis. Artemidorus autor est, mulieribus Hispanis monilia ferrea gestare con-
 suetum, e quibus in verticem surrectos coruos itidem ferreos decumbere in
 50 frontem longius, vt propendens inde velum vmbellæ vicem præstet defen-
 dendo soli. Mundus hic summe illis preciosus. Apicem aliæ pedali mensu-
 rotollunt, comamque apte circumnectunt, galearico atri coloris superie-
 cto. Hæc nos apud Astures & Cantabros sæpe vidimus, risum vix comprime-
 dentes. Cum autem gererentur in Cantabrica res, filios ne fierent hostilis præ-
 da & ludibrium, matres contrucidarunt. Quin & puer cum parentes com-

pediti afferuarentur & germani, confodit omnes. Mulieribus & illud proprium, opere rustico sumptum suum exercere. Puerperæ viris ipsarū vice decumbentibus administrant. Infantem editum in fluminum abluunt ripis. Cantabros ferunt iuris hostium factos ac patibulo affixos, in tanta supplicii diritate nihilominus perinde ac gestientes Pæana concinere. Inspecit humanis extis futura coniectant. Dextras captiuorum præcisas nūminibus obtulisse pium illis præcipue. Hydropotæ imprimis, id est aque potores, qui montana incolunt, fronte mitris culta pugnam ineunt. Egrotos producūt, ut a prætereuntibus quos eiusmodi quippiā infestaret, aliquid salutaris opis afferatur. Huiusmodi moribus quondā vixisse ferunt, Callicos, Astures, & Cantabros, & cæteros vsq; ad Pyrenæa iuga morâtes. Lusitanos, inquit 10 Strabo, scrutatores, veloces, agiles, versatiles esse fama est. Scutum duum pedum ad latitudinem gestant curuū, ad anteriora prospectans, loris dependens, cui neq; fibula, neq; ansa vlla est. Gladiolus autē pugio lateri adhæret. Plurimilinos thoraces habent, perpauci loriceis vtuntur, aut cristatis cassidibus, nonnulli neruatis galeis. Peditibus ocreæ adfunt, vnusquisq; plura fert iacula. Quidam vtuntur & hastilibus, quibus cuspides sunt æreæ. Vnicus illis est cibus, mundus quidē ac simplex, montes præsertim incolentibus. Aquarum potores & humi cubitores, longas, vt fecminæ, inferius diffundunt comas. Hirco maxime vescuntur, quæ & Marti immolant, sicut & captiuos & equos. Gymnica etiam conficiunt certamina, armis exercent ludos, & equis, & cestibus, & cursibus, & tumultuaria pugna, & instructo per 20 cohortes prælio. Montani homines duabus anni partibus querna vescuntur glande. Quam cum siccauerint, frangunt, molunt, panes cōficiunt, & ad tempus reponunt. Hordeaceo vtuntur vino. Pro oleo butyrū vsurpant. Sedentes cœnant, inter potandū ducto ad tibiam vel tubam choro saltant inflexis exultantes pollicibus.

De veterum Hispanorum constantia & fidelitate.

DE bellica Hispanorum virtute, moribus, & ingeniis loquuti, de fide atq; constantia pauca referemus. Quæ quidem duæ virtutes cum in aliis multis Hispanis, tum vero in Saguntinorū animis admirabiles fuere. Qui quidem, vt fidenter uarent, crudelissimam subire mortem maluerunt, quam a Romanis deficere. De quibus Lucius Florus hoc modo gemendo conscripsit: In causa belli Carthaginensibus cōtra Romanos Saguntus delata est, Hispaniæ ciuitas & opulenta & fidei erga Romanos magnum quidem, sed triste monumentum, quam Hannibal, causas nouorum motuum quærens, & suis & ipsorum manibus euertit, vt Italiā sibi rupto fœdere aperiret. Summa fœderum Romanis religio est. Itaq; ad auditum societatis obsidiū, memores idē cum Pœnis quoq; fœderis, non statim ad arma procurrunt, dum prius more legitimo queri malunt, in terim nouem iam mensibus fessi Saguntini fame, machinis, ferro, & igne, versa deniq; in rabiem fide, immanem in foro excitant rogum, tum desuper se suosq; cum opibus suis ferro & igne corrumpunt. Quod & Valerius Maximus hoc modo meminit: Post duorum in Hispania Scipionum, totidemq; Romani sanguinis exercituum miserabilem stragē, Saguntini victricibus Hannibalis armis intra mœnia vr̄bis suæ cōpulsis, cū vim Punicam viterius nequirent areere, collatis in forum quæ vniciq; erant charissima, atq; vnicuiq; circumdatis accensūq; ignis nutrimentis, ne a societate nostra deficerent, publico & communi rogo semetipsi superiēcere. Silius etiam Italicus Saguntinorum nobilissimas animas cōmmandans hoc modo cecinit:

*At vos sydereæ, quas nulla equauerit atas,
Ite decus terrarum, anime, venerabile vulgus,
Elysum & castas sedes decorate piorum.
Quis vero non æqua dedit victoria nomen
Audire o gentes, ne urumpite fœdera pacis,
Nec regnis postferre fidem.*

Cæterum qui Saguntinorum erga Romanos fidem cognoscere velit, Lium legat ex eo loco, vbi sic incipit: Et iam omnia trans Iberum præter Saguntinos Carthaginensium erant. Probatur Hispanorum fides & Iulii Cæsaris iudicio, qui cum totum terrarū orbem subegisset, Romam reuersus suæ salutis causa Hispanorum custodes

custodes elegit. Quos cum dimisisset fide Romanorum fretus, paulo post occisus est. Qua de re Suetonius meminit. Augustus etiam Cæsar in sui custodiam Calagurritanos elegit, quod idem Suetonius in Octauiani vita commemorat.

De veterum Hispanorum lingua.

PRIMIS totius Hispaniæ cultoribus & indigenis vsque ad aduentum Carthaginensium & Romanorum, qui tunc omnes Latine loquebantur, eam linguam fuisse quidam autumant, quæ nunc Vascones vtuntur & Cantabri, qui tot sæculis 10 & temporum varietatibus, neq; linguam, neq; mores, neq; corporis cultus vnquam mutauerunt. Cæterum genus illud sermonis Hispani initium habuisse credendum est, non ab Iberis, nō a Sagis, nec a Phœnicibus, quos in Hispaniam quondam venisse quidam scripserunt, sed a primis illis Hispaniæ cultoribus quos linguarum diuersitas patriæ sedibus exulare coegit. Quisquis igitur ille fuerit qui in Hispani orbem e turre Babylonica se primum contulit, isdem profecto vnum secum attulit e septuaginta duobus idioma, quæ in illius nouæ ciuitatis erectione Deus Optimus Maximus turrim constructibus impartiuit. Quod cum in reliquis Hispaniæ partibus ob aduentitias gentes immutatum fuerit, aut corruptum, apud Vascones tamen & Cantabros eandem illius idiomatis formam absq; mutatione vlla perseuerasse, indicio est regionum illarum veluti solitudo, ac nulla cum exteris nationibus vel consuetudo, vel commercium: quæ duo maxime solent, vt supra diximus, linguam simul cum moribus immutare. Quatuor siquidem sunt hominum species in Hispania, duntaxat indigenarum, nulliusque gentis externæ participantium, Gallici scilicet, Cantabri, Vascones, & Asturiarum montani populi, quibus cum neq; Græci, neque Iudæi, neque Carthaginenses, aut Romani, aliæue gentes externæ commercium habuere. Cuius rei causam inde, ni fallor, augurari licebit, quod harum regionum incolæ sic semper fuerunt bellacissimi, atque hoc tempore, vel quod Imperatores de hisce regionibus victoriam reportantes (si qui tamen fuerunt) apud easdem ob locorum asperitatem, gentisque mores indomitæ, diutius 30 us commorari noluerunt. Quod si nostra hæc de origine Hispani sermonis opinio quibusdam lectoribus obscura videbitur & minus probabilis, vna tamen similitudo in re fiet quam verissima. Videmus enim Granatæ regni populos barbaricæ gentis a Catholicis principibus deuictos, Christianorum consuetudine atq; conuictu linguam nostram quam vulgo Castellanam vocamus, iam omnes didicisse, sibiq; propriam, vernaculam & nauiam oblitos penitus: qui vero montes asperos & inaccessibleibus, quos Alpuxarras appellant, incolunt, suis moribus & lingua vti. Idem igitur & Cantabri & Vasconibus accidisse, qui in Hispaniæ præliis ac tumultibus ad regiones asperitate locorum haud summe cognitatas recesserunt, minime mirum fuerit. Vnum interim fatebor ingenuè, antiquum illud Hispanorum idioma 40 quod integrum vsque ad hæc fere tempora mansit & incorruptum, ætate nostra plurimum esse etiam apud Cantabros deformatum, ob communem iam illorum cum exteris nationibus consuetudinem. Est itaque, vt vel summis, quod aiunt, labiis antiquæ illius Hispaniæ linguæ gustatiunculam attingamus, eiusdem idiomatis proprium in compluribus dictionibus singularem numerum in a literam, pluralem vero in ac desinere, vt Lurra singulari pro terra, & Lurrac numero plurali pro terris: tamen si genus hoc loquendi nonnulli opinantur non aliunde aduentum fuisse, sed indigenarum, hoc est, non a gentibus aduentitis Hispanos doctos fuisse, sed a natura. Cuius sermonis exempla quædam ponere placuit. Vocant itaque Vascones cœlum, cerúa: terram, lurra: solem, egúzquia: lunam, irargúa: stellam, izarra: nubem, odéya: panem, oguía: vinum, ardáoa: carnem, aragúa: maritum, venarra: flumen, ibáya: bibo, edatendòt: lego, iracúrrendor: domum, echea: villam, yria: lectum, ocea: interulam, alcandórea: senem, zarra: album, zuria: nigrum, belza: rubrum, gorria: pisces, arraya: amare, onerétea: dormio, lonaza: video, bacúst: hominem, guizona: mulierem, emaztéa: filium, seméa: filiam, alauéa: patrem, aytéa: matrem, améa: fratrem, anagéa: sororem, arreuéa:

corpus, gorpuzà: ignem, suà: formosum, ederrà: comedere, ian: curro, laster equitendòt. Habent etiam numerandi modum dicentes, vnum, bat: duo, bi: tria, iru: quatuor, lau: quinque, boft: sex, sey: septem, zazpi: octo, zorzi: nouem, vedraz: decem, amarr: viginti, oguèy: triginta, oguèytamar: quadraginta, berroguèy: quinquaginta, berroguèytamar: sexaginta, yruroguèy: septuaginta, iruroguèytamar: octoginta, lauroguèy: nonaginta, lauroguèytamar: centum, eun.

LVCII MARINEI SICVLI
LI DE REBUS HISPANIÆ LIBER V.

De laudibus quas Hispani nostri temporis in officio militari meruerunt.



SCRIPSIMVS haecenus de veterum Hispanorum moribus & ratione viuendi: reliquum est igitur vt aliquid de praesentibus breuiter attingamus. Nam si res in bello gestas ab Hispani nostri temporis, aliaque praecleara facinora stilo prosequi vellemus, nimirum maiora volumina conficerem, quam Liuius atque alii multi, vel Latini, vel Graeci scriptores de Romanorum rebus gestis conscribere. Siquidem neque Crispus alter, neque Valerius Maximus, aut Suetonius, qui paucis verbis multa magnaue perstrinxerunt, Hispanorum nostri saeculi virtutes egregias & res memorabiles, non dico modicis, sed ne maximis quidem voluminibus comprehenderent. Quos enim scriptores non defatigarent, quos poetas non deterrerent, cuius ingenium foelix quamlibet & facundum non superarent numerus & magnitudo rerum quas Hispani viri admodum fortes & tate nostra domi forisque gesserunt admirabiles? Aut quis Hispaniae duces magnanimos, quis inuictissimos equites & fortissimos milites quos in bello Granatensi contra Mauros acerrimos hostes animosissime pugnantes vidimus, enumerauerit, aut meritis laudibus prosequetur? Qui profecto debellatis ferocissimis hostibus magnos triumphos, & ingentes laudes, famamque gloriosam meruerunt. Quas deinde victorias in Italia magnaque Graecia de pugnacissimis Gallis habuere: Sunt enim semperque fuerunt Hispani natura bellaces, qui vel a teneris annis armis libentius & equis student, quam caeteris artibus & officiis. Quapropter cum Franciscus Rex Gallorum per Hispaniam proficisceretur, & adolescentulos impubes ensibus praecinctos aspexisset: O foelix, inquit, Hispania, quae viros parit & nutrit armatos. Expertus enim fuerat Hispanorum vires & inuictissimos animos, quos armorum splendor vsusque delectat, & tubarum sonitus acuit & vehementer accendit. Quare meo quidem & aliorum iudicio mortales omnes Hispani bellica virtute praecedunt: quippe qui non modo viribus corporis & agilitate plurimum valent, sed etiam animi fortitudine, laborum famisque toleratia, atque prudentissimis consiliis quibus optimi duces vti solent, maxime pollent.

De Hispanorum ingenijs ad literas capeffendas.

SVNT Hispani praeterea ad literas aliasque res & mechanicas artes capeffendas idonei promptique, qui facile mechanicas artes & liberales addiscunt, & magnas ingenii dotes & altas animi virtutes exercent: quorum tamen plerique vix quotam partem rerum quas ad imitandum sibi proposuerunt, consequuti, falsam sibi scientiae persuasionem induunt, & lucri cupiditate capti, alii sibi populi regumque gratiam conciliant, & mortuorum sunt haeredes: alii calumniose stultorum litteras controuersiasque differentes magnam pecuniarum summam venantur: alii hominum vitae necisque sese dominos constituunt, & sunt non solum bonorum, sed e-

sed etiam animarum negociatores. Qui quoniam non, vt scientiam adipiscantur, dant operam literis, sed vtilitatis amore flagrant, etsi pecuniarum diuites fiunt, pauperrimi tamen moriuntur. Siquidem statim veniunt in obliuionem, & eorum nomina cum vita simul exstinguuntur: tamen si cupiditas haec humanarum rerum, & amor caecus habendi vbiq; terrarum communis est. Sed ad Hispanos redeo, quorum qui sese literarum studiis applicant, & non quaestus, sed scientiae causa quam coeperunt ire viam pergunt, indies altius euolantes, caelum scandunt, & morientes se vixisse laborum suorum monumentis quae sunt immortalia, testimonium relinquunt. Nos autem talium virorum quosdam non solum praeteritorum, sed etiam nunc viuentium, quos vel consuetudine, vel suis operibus fama que cognouimus, in alio loco nominatim recensebimus.

De Hispanorum urbanitate & diligentia in educandis liberis.

PROBANTVR Hispanorum mores & vrbantitas, & in liberis educandis probitas & diligentia, quae quidem maxima est virtus. Siquidem liberis priusquam nascantur, nutrices prospiciunt, & paedagogos moribus & vrbantitate probatos, quod non tam bene fit apud alias gentes. Quapropter Hispanorum mores & virtutes egregias, optimamque consuetudinem Gallorum Rex expertus, ex Hispania discedens, vbi filios obsides relinquebat, eos tristes & quasi flentes hoc modo consolabatur: Ego filii charissimi vos in Hispaniam venisse non moleste fero, sed magnas Deo gratias ago. Siquidem vos non vt obsides apud hostes barbaros relinquo, sed cum Hispaniae principibus consanguineis nostris, & nobilissimis equitibus, vt eorum mores addiscatis & vrbantitatem. Quibus quidem Hispani sine dubio reliquos omnes longe praestant. Nouimus in multis Hispaniae virtis, & nonnullis etiam mulieribus, meritoque laudauimus admirabilem patientiae virtutem, simulationem quandam ac dissimulationem. Quae quidem suo loco & tempore summa est prudentia, praefertim si vel necessitatis causa fiat, vel honoris.

De lingua qua nunc vtuntur Hispani.

SERMOVERO quo nunc vtuntur Hispani, Latinus est, quem a Romanis acceperunt, ideoque Romanciu vocant, qui propter aduentum Barbarorum aliquantulum degenerauit a lingua Latina. Quod si neque Gothi neque Mauri, Barbarae gentes, in Hispaniam venissent, tam Latinus esset nunc Hispanorum sermo, quam fuit Romanorum tempore Marci Tullii. Caeterum lingua haec quae nunc etiam Castellana vocatur, in Baetica prouincia totaque Lusitania, id est, a Gadibus vsque ad ciuitatem Burgensem & Caesaraugustam, multo est elegantior, multoque copiosior. Cuius rei causam esse arbitror, vel quod in hac regione quae fertiliorem Hispaniae partem mediumque fere continet, plures Romanorum coloniae fuerunt, quam in aliis Hispaniae partibus: vel quod in ciuitatibus & populis huius regionis, Hispaniae principes, multique nobiles, qui magis ornate loquuntur quam caeteri, frequentius commorantur quam in aliis: vel ratione climatis, quo pars illa tegitur Hispaniae quam diximus, sub cuius sydere terra fertilior est & clariora nascuntur ingenia. Hispanorum autem linguam quam Romanam esse diximus, Graecae quoque participem fuisse quibusdam vocabulis quibus adhuc vtuntur Hispani, facile probabimus. Siquidem loquacem hominem quem Graeci pampharron vocant, Hispani pampharronem dicunt, & ctoma Graeci dicunt, & Hispani, pro accipe vel posside. Pafon Graeci dicunt, & Hispani pafon, pro siste vel mane. Item cara quod Graece caput significat. Camis Graece dicitur, quam Hispani camam vocant. Tios Graece & Hispani tio. Reo Graece, & Hispano rio. Artos Graece dicitur quod significat panem, & inde Artesam dicunt Hispani, in qua panis conficitur. Camara dicunt Hispani Graeci, quae significat fornacem. Vtuntur Hispani praeterea, en, praepositione Graeca pro, in, Latina. Fungus etiam dicitur a Graecis & Latinis, quo vocabulo vtuntur Hispani, & tumor e significat. Multa praeterea nobis occurrunt huiusmodi

vocabula, quæ, ne fastidio sint lectoribus, prætermittimus. Verum enim vero vocabula hæc Græca quibus nunc vtuntur Hispani, nõ a Græcis, vt opinor, sed a Romanis acceperunt, qui Græcorum consuetudine linguam quoque Græcam callebant. Qui venientes in Hispaniam & in ea commorantes, Hispanos vtramque linguam docuere, Latinam præsertim, quam postea, vt supra diximus, gentes Barbaræ deprauarunt: quæ tamen non adeo deformari potuit, vt non sit magis Latina & Romano sermone propinquior quàm cæteræ lingue quæ sunt a Latina corruptæ, & elegantior ac facundior omnibus, exceptis Græca & Latina. Legimus enim nonnullas epistolas Hispano sermone scriptas esse Latinas, in quibus nomina & verba Latina sunt omnia. Ideoque Romanum sermonem, qui male pronunciant, 10 Romancium vocant.

De Hispanorum sobrietate & aliis virtutibus.

ADMIRABILIS est Hispanorum fere hominum virtus magna; laude digna sobrietas, quibus cū quinquaginta fere annos commorati, ne vnū quidem vidimus hominem temulentum, sed viros complures hydropotas & plerisque foeminas abstemias cognouimus. Ex quo nostra illa fulcitur opinio, Hispanos a Romanis originem habuisse, quibus olim lege sancitum erat, ne mulieres vinū sub pœna capitis degustarent. Illud vero prætermittendū non est, quod animaduertimus, Hispanorum scilicet plerisque circa corporis cultum nimis esse studiosos, quippe 20 qui vestes aliaque corporis ornamenta liberalius ac profusus emūt, quàm victum vel res alias quamlibet necessarias. Quam quidem rem et si Stoicidæ nonnulli vituperant, nos tamen laudamus, in diuitibus præsertim, si nõ ambitionis, sed honoris & liberalitatis causa faciunt. Placent igitur nobis Hispanorum mores, satisfaciunt ingenia, & probantur habitus. Quapropter Hispanorum consuetudinem quærimus & viuendi ordinem sequimur, qui non minori studio rebus diuinis incumbant, & animarum suarum saluti prospiciunt, quam diuitiis & voluptatibus oblectantur. Enimvero magna nunc est Hispanorū religio, magnus dei timor & cultus, magna sacerdotibus animarum cura, qui non solum rem diuinam omniaque sacrorū mysteria solenniter celebrant, sed etiam populos sibi commissos concionibus & 30 exemplis diligenter instruunt. Homines præterea non modo nobiles & literati, verum etiam plebei & indocti præceptis ecclesiæ Christi que mādatis obedientissime seruiūt: quorum quidem alii saltem semel in anno, alii bis, nonnulli ter, multi quater, & plerique non modo senes, sed etiam iuuenes adolescentisque decies, singulisque mensibus sese vel suis parochis, vel aliis sacerdotibus detegunt. Quare meo quidē iudicio in orbe toto terrarum nulla gens est hodie Hispana, vt ita dicam, Christianior. Cuius quidem rei Ferdinādus & Helisabella catholici principes causa fuere, qui præteritorum regum negligentia plerisque Hispaniæ populos in luxuriam & omne maleficiorum genus lapsos, suæ virtutis exemplo iustitiam cæterasque virtutes exercentes ad suum timorem, ad reuerentiam legum, ad dei cognitionem v- 40 sumque bene viuendi reducerunt. Quos etiam maleficiis aflueros, raptos, superbos, crudeles, sacrilegos, & prophanos, non solum iustitiæ iugum subire & rationi parere compulerunt, sed etiam probos, continentes, modestos, humiles, & religiosos effecerunt. Tantum quippe valet bonorum principum virtus. Tales enim populi fieri solent, qualis est princeps sub cuius imperio reguntur. Eius namque mores siue bonos, siue malos, imitantur. A Catholicis itaque principibus Hispaniæ populi sanctis legibus instituti, bonisque moribus informati, christianissime viuūt: quippe qui iustitiam metuunt, ecclesiæ præceptis obediunt, diuinis officiis adfunt, conciones audiunt, sacerdotes venerantur, maioribus cedunt, proximos diligunt, amicos colunt, nocent nemini, consolantur afflictos, inopes adiuuant, viam demon- 50 strant errantibus, peccantes admonent, pœnitentibus ignoscunt, fidem seruant, studiosos amant, improbos odio habent. Quapropter apud Hispanos ego vitā agere malo, quam apud alios. Tene enim me secum maximèque delectat Hispanorum mos egregius, vrbalitas singularis, & nobilissima consuetudo, non solum equitum, sacerdotum, & ciuium, sed etiam paganorum & agricolarum.

De san-

De sanctis & martyribus Hispania.

INVITABUNT lectores, religiosos præsertim deuotosque Christianos qui contemplatiuam vitam agunt, sanctorum martyrumque virtutes, sanctissimi mores, exempla que proficua, & opus nostrum gratius facient & illustrius. Legat igitur Hispaniæ sanctos & martyres diligentissime sacerdotes, & eorum exempla imitetur & vitam. Doceant etiam præceptores suos discipulos sanctissimas lectiones. Studeant & concionatores sanctorum perutilibus exemplis, & in suis pulpitis auditoribus instruunt.

De sancto Vincentio martyre.

FVIT & Vincentius alter Hispanus, vir sanctissimus, inuictissimus, & constantissimus martyr, Sixti Papæ discipulus, & diui Laurentii martyris scientia & virtute præstantissimus, qui (vt quidam volunt) apud Abilam ciuitatem Lusitanæ prouinciæ martyrium pertulit acerbissimum. Alii autem apud Valentiam patriam simul cum Valerio ipsius vrbis Episcopo a Deciano prouinciæ præside martyrium passum diuum Vincentium ferunt. Sunt etiam qui patria non Valentini, sed Osca fuisse velint. Cuius denique martyrium omnium fere martyrum pœnas & cruciatus superauit. Summa enim pœna carceris, famis inopia, catenarum stridore, manibus, collo, ceruicibus ferri pondera sustinens, per omnes corporis artus mortalia supplicia pateretur. Quod diuus Augustinus summo cum stupore miratus his verbis ostendit: Magnum & admirandum spectaculum noster animus cepit, nec immanissimam & perniciosissimam, sicut solent in theatris quaruncumque nugarum, sed plane vtilissimam & fructuosissimam voluptatem oculis interioribus hausimus, cum beati Vincētii passio legeretur. Terret, inquit, videre inuictam martyris animam contra insidias antiqui hostis, contra sæuitiam imperii Deciani, contra dolores mortis, carnis acerrima conflictatione certantem, & in exilio diu cuncta superantem. Nam Decianus ipse sanctissimum hominem in eculeo primum leuatum, toto corpore distendi iussit, distentumque diuersis vulneribus cruciari, cruciatum etiam pectinibus lacerari, & carnifices ad crudelius sæuendum verberibus fecit 30 vrgeri. Eiusdem deinde corpus in craticula positum cum vincinis ferreis aperiti, & ardentes laminas infigi ac sale ignito aspergi, laceratum in teterrimo carcere fecit includi, ibique testas acutissimas congeri, in ligno que pedes eius affigi, & sine humano solatio derelinqui. Eaque supplicia multoque maiora diuum Vincentium præstantissime fortissimeque vincentem diuus Augustinus admiratus alibi sic dicebat: Beatus Vincentius vere Vincentius fuit, quia fortissime omnia mortis pericula vicit. Vicit, inquam, in verbis, vicit in pœnis, vicit in confessione, vicit in tribulatione, vicit exustus, vicit summersus, vicit viuus, vicit & mortuus. Quia eo mortuo, vt eius sacra habet historia, angelos ei dixisse ferunt: Agnosce o Vincenti, quia pro cuius nomine viriliter decertasti, ipse tibi coronam præparatam seruat in cœlis, 40 quite victorem fecit in pœnis. Eiusque passionem nobilemque triumphum Petrus Ransanus Panormita & vates, luculentissimis versibus quos Romæ Panormique legimus, expressit. Diuus Augustinus præterea huius sanctissimi martyris præconium quanto sit honore excipiendum, multis sermonibus demonstrauit. Eius autem celebre festum meritis celebramus, cuius nomen cum apud omnes Christianos, tum vero apud Hispanos præcipue colitur.

De diuo Laurentio martyre.

SVBNECTENDVS est Vincentio Laurentius. Hunc enim cum illo si compares, vter eorum plus laudis & gloriæ meruerit, facile iudicare non possis. Pari namque scientia, doctrina, patientia, fortitudine, martyrio, fide, morte denique florere. Laurentius. n. Sixti Pontificis archidiaconus & adoptionis filius, Romæ via Tiburtina, præsidete Decio, post multa virtutum insignia, & plurima tormentorum genera, id est, 50

Vu iij

carceris, verberum, & laminarum ardentium exustionem, ad vltimum quarto Idus Augusti in craticula ferrea crudelissime affatus, martyrium constantissime compleuit. Hunc nonnulli cuiusdam Hispaniæ ducis filium fuisse ferunt, quem dæmon infantulum e cunis in nemus asportauerat, sed beatus Sixtus Pontifex cum in eadem prouincia prædicaret, sub quadam arbore lauro diuinitus inuenienseum, Laurentium vocauit, & diligenti cura nutriri ac edoceri iussit, quem adultum secum vna cum Vincentio Romam perduxit. Vbi postea factus Pontifex constituit eum suum archidiaconum. Laurentius itaque simul & Vincentius Christi fortissimi duces pro Christiana fide strenuissime militantes & Hispaniæ laudis plurimum tribuerunt, & in caelis parem sibi gloriam sunt adepti. Fuit autem 10 Laurentius ab Hypolito Romano patricio clarissimo sepultus, qui & ipse a Deciano comprehensus quod Christianus esset, diu atque acriter cæditur, & cum idolis sacrificare nollet, iterum tam diu fustibus cæsus est ad defatigationem cædendum. Sed cum iterum non acquiesceret, Decianus iracundia percitus atque plenus Valeriano Præfecto præcepit, vt exquisita omni eius facultate eum crudeli examinatione interficeret. Qui iussa complens Imperatoris, primo omnem ipsius familiam in conspectu eius morte capitis affecit, deinde ipsum ligatis pedibus ad caudam indomitum equorum per carduos ac tribulos crudeliter distrahi tandiu iussit, donec spiritum emisit. quo defuncto nocte illa Iustinus sacerdos frustra eius corporis collecta simul cum seruorum suorum corporibus sepeliuit extra portæ Tiburtinæ muros idibus Augusti, quo die eorum natale colitur. 20

De diuo Illesonfo.

ET SI permultæ Hispaniæ vrbes merito sanctis suis illustrantur, Toletana tamē clarissima ciuitas Illesonfi gloriosissimi meritis innumeris maiorem in modum gloriari potest. Huius namque sancti parentes Toletani ciues, & generis nobilitate, & morum vitæque sanctitate maxime florere. Pater enim nomine Stephanus assidue munera pauperibus erogauit, mater vero Lucia nomine, dies continuos ac noctes orationibus ad diuam Mariam virginem Dei genitricem semper impendit, orauitque vt sibi tandem proles nasceretur. Cui quiescenti Maria virgo visibiliter apparuit, dixitque: Lucia tibi filium prænuncio nasciturum, qui magnam Hispanis omnibus lucem afferet. Quæ cum hæc dixisset, summo splendore refulgens ab illius oculis euauit. Conceptit itaque deinde Lucia sanctissima mulier, & filium peperit Illesonsum, cuius vitam quam sanctissime semper egit, enarrare longum esset. Eam itaque & omnia quæ de huius sancti mirabilibus dici possent, prætermitto, cū præsertim a multis aliis plene scripta fuerint. Cæterum cum adolescentiam disciplinis & rebus sacris impendisset, postea Eugenio in Toleti Archiepiscopatu succedens in eo vitam sanctissime finiuit, qui propter suam erga virginem Dei genitricem contemplationem, dicitur & sine 40 dubio creditur, ab ea vestem candidam rem diuinam celebraturus accepisse in ecclesia Toletana, vbi nunc extat altare in quo celebravit.

De sancta Leocadia Toletana.

LEOCADIA quoque virgo celeberrima Toleti orta fuisse perhibetur, quæ propter sanctissimos eius mores & Christi cultum, cui feruentissime seruiebat, a Deciano Hispaniæ præfecto tanquam Christiana capitur, & apud urbem Toletanam carceri mancipatur. Vbi cum grauissimos beatæ Eulaliæ & reliquorum martyrum cruciatus audisset, positus in oratione genibus quinto idus Decembris impollutum deo reddidit spiritum. Sunt qui dicunt Leocadium a crudelissimis Deciani satellitibus ab altis vrbs Toletanæ mœnibus fuisse præcipitatum, vsque ad locum vbi nunc eius ecclesia colitur extra urbem. De cuius vita & morte plures etiam scriperunt. 50

De sancto

De sancto Martiale & sancta Nona.

SANCTVS Martialis & sancta Nona ciues Legionis fuerunt, & genere nobiles, qui filios habuerunt numero duodecim, Christianæ religionis cultores sanctissimos, quorum vndecim cum patre Martiale vno die martyrium passi fuerunt acerbissimum. Quos cum sancta Nona vidisset extinctos, vnicum filium paruulum brachiis complexa, flexis genibus, & multis perfusa lachrymis, Deum orauit, vt eam cum filio a vitæ periculis eriperet. Et cum hoc dixisset, repente lacus exortus est, qui statim matrem cum filio diuinitus absorbit, cuius aquam bibentes in firmi sanantur. Vbi Legionensis ciuitas circa lacum templum ædificauit, quod sanctæ Nonæ dicitur. De sanctis autem martyribus, Martialis & Nonæ filiis, alibi scripsimus.

De Eulalia virgine & martyre.

EVLALIA virgo ac martyr sanctissima, natione Barcinonensis, in Emerita Augusta ciuitate olim florentissima, pro Christi fide & confessione Deciani prouinciæ præfidis iussu primo eculo suspensa & exungulata, demum cum ardentes ad vtrumque latus laminæ admotæ fuissent, igne hausto quarto idus Decembris Deo spiritum reddidit. 20

De sancta Florentina.

ADICIAM his diuam Florentinam, Isidori, Fulgentii, & Leandri, aliorumque sanctorum florentissimam beatissimamque sororem, quæ non minus Hispaniam atque parentes ipsa, quam omnes sanctissimi fratres decoratunt. Seuerianum autem Torturamque Carthaginis nouæ duces, istorum sanctorum parentes, qui tales progenuerunt liberos, si quis quoque sanctos appellauerit, nunquam quidem mihi non bene dixisse iudicabitur. Huiusmodi enim fructus non nisi ex huiusmodi arbore nasci potuisse quis dubitet? Sed, vt ad rem redeam, hæc sanctissima virgo cum vitam ageret sanctissimam, monasteriis quadraginta præficiuntur, in quibus mille virgines vitam agebant deuotissime deo famulantes. Demum Iustiniani temporibus a vita discedens, sanctorum numero relata est. 30

De sancto Turibio Astorice episcopo.

DIVS autem Turibius innumeris claruit miraculis, & Christianam religionem ac fidem catholicam quam maxime iuuat. Nam quum adolescens in Hierusalem profectus esset, ibi annos fere quinque vitam egit sanctissimam. Mox autem ab angelo monitus, in Hispaniam multis cum reliquiis sanctorum atque Dei 40 Optimi Maximi reuersus, complures ob persecutionem sauisimam titubantes ad Christi fidem hortatus est, cuius honor maximus Palentiæ celebratur.

De sancta Christeta & sancta Sabina.

LEGIMVS Christetam & Sabinam Christi martyres & Auilenses fuisse, & (vt nonnulli volunt) sancti Vincentii sorores, quæ vt Christi nomen sequerentur, acerbissimum martyrium passæ fuere, quarum memoriam & festum Auilenses ciues diligentissime concelebrant.

De diuo Petro cognomine Barcho.

DIVS autem Petrus cognomento Barchus, cum post multa eius miracula vita sanctus inueniretur, inter Barchitanos & Auilenses orta contentione, an Barchitanus esset, an Auilensis, eum effossis oculis equæ imposuere. Quæ luminibus extinctis onus vehens sanctissimum, Atilam diui Petri natale solum diuinitus peruenit, vbi eius sancti memoria celebratur. 50

De sancto Victore martyre.

DIVI quoque Victoris martyrio mirum in modum gaudet Hispania. Hic enim in Ceresano natus oppido, adolescentiam literis & sacris diuinisque rebus impendit. In antro primo vitam egit asperitatem, quod ipse suis manibus effudit. Deinde vero Mauros patriam suam oppugnare angelo nunciante, & Christianos amouere & abducere a Christi cultu, prius occurrit, & Christianos omnes catholica retinuit in fide, & in hostes vehementer hortatus est. Quod cum Mauri animaduertissent, eum pœnis acerbissimis sustulerunt. Itaque martyrii corona donatus, a Christo in cœlestium numero aggregatus, sempiterno gaudio perfruitur. 10

De Engratia virgine & martyre.

ENGRATIA virgo & martyr sanctissima pro Christi religione & amore ardentissimo sequissimis pœnis & tormentis affecta, Christo animam reddidit, de cuius operibus & miraculis magna narratur historia, & Cæsaraugustæ solenniter celebratur.

De decem & octo martyribus.

EODEM autem tēpore quo Engratia martyrium passa est, duo etiam de viginti iuuenes nobilissimos martyrio coronatos fuisse legimus, qui simul omnes libentissime pro Christi amore mortem oppetere voluerunt. Decem autem & octo fuerunt, Hicinius, Apodemius, Linxius, Succellus, Faustus, Martianus, Vrbanus, Publius, Matutinus, Cassianus, Felix, Ianuarius, Primitiuus, Quintilianus, Enotus, Cæcilianus, Frontonius, & Optatus. 20

De sancto Lauriano archiepiscopo Hispalensi.

LAURIANVS Hispalensis Archiepiscopus, vir sanctissimus, cum Hispali diuino cultui diligentissime seruiret, & Christianos ad augendam fidem catholicam animaret, Rex Hispaniæ temporis illius, nomine Totila, exitium ei parabat. Quam ob rem Laurianus per quietem angelum ita sibi dicentem audiuit: Surge Lauriane, & ab hac vrbe statim discedas. nam ciuitas hæc propter hostium Christianæ religionis tyrannidem sæuissimam longissimaque peste vexabitur, & Hispania tota septem annos nullis irrigabitur pluuiis, & flumina fere omnia deficient. Quo audito Laurianus surgens Romam statim profectus est, vbi sanctissimus vir innumeris miraculis cognoscitur. Mox autem ab eodem angelo monitus vt in Hispaniam rediret, quia pro fide Christi martyrium pati eum oporteret, reuertens in itinere a Totilæ regis satellitibus capite obruncatur, quod quidem caput abscissum manibus suis accepit. Quod cum satellites vidissent, metu perterriti ad Christi fidem conuersi, & baptismatis oleo peruncti, caput Lauriani flentes Hispalim detulerunt, & cum regi omnia que viderant retulissent, Rex quoque Christianomen assumpsit, & huius sancti & aliorum templa ædificare præcepit. 40

De sancto Braulio Episcopo Cæsaraugustano.

REVERTOR nunc ad sanctorum familiam celeberrimam. Nam Seuerianus & Tortura coniuges & nouæ Carthaginis duces sex filios duasque filias progenerunt, qui, vt alibi diximus, Hispaniam totam & Christianam religionem summis laudibus extulerunt. Nam præter eos quos in Florentinæ sororis vita memorauimus, tres alii fratres fuere, Hermegildus scilicet martyr, Recaredus cuius opera plures homines ad fidem catholicam conuersi fuere, & Braulius Cæsaraugustanus Episcopus, quos tamen alii Leuigildi & Theodosiæ filios fuisse tradiderunt. Sunt etiam qui hos tres tribus aliis fratres patruelis fuisse opinantur. Braulius autem, vt ad rem redeam, Episcopus Cæsaraugustæ ciuitatis electus est diuinitus. Nam cum ex multis quem eligerent, in plurimorum sapientum concilio hærent, subito flamma super Braulii caput omnibus visa est, quæ innoxia cœli con-

uexa

uexa petens, Braulium episcopatus dignitate decorandum cæterisque præferendum significauit. Episcopus igitur electus, religioni Christianæ multum profuit.

De sancto Fulgentio Episcopo Astigitano.

FVLGENTIUS primo Astigitano episcopatu, deinde Carthaginensi præfuit, qui quantum in vtroque fructus fecerit, plures testantur. Cæterum cum Ariana hæresis Christianos a Dei cultu conaretur abducere, conuocato multorum Episcoporum & Hispanorum principum concilio apud Toletum, Fulgentius concionibus suis & miris operibus Arianos omnes fortiter oppressit, & Christianos qui a fide Christi non nihil erant alienati, summa prudentia & exemplis ad pristinum Dei cultum reduxit. Fuit autem vir eruditissimus, quippe qui linguam Hebræam, Græcam, Latinam, & Arabicam callebat. Deinum cum annum ageret sextum & sexagesimum, conuocatis Leandro fratre Hispalensi Episcopo, & Laureano amicissimo Episcopo Gaditano, quem non secus ac fratrem diligebat, summa cum gloria Kalendis Ianuariis e vita migravit, cuius funus & a plurimis Episcopis & a Recaredo Rege honorificentissime celebratum est: corpus autem eius ex Carthagine noua Hispalim translatus est, & simul cum sancti Isidori sui fratris corpore sepultum. 10

De diuo Rege Ferdinando.

DIUVS quidem Ferdinandus Hispaniæ Rex non immerito inter sanctos annumerandus est. Summa enim sanctitate, miraculis innumeris, & moribus integerrimis admodum claruit, quippe qui Dei effigiem quam semper habebat apud se, deuotissime adorabat, summaque veneratione celebrabat. Ab ea itaque quicquid & necessario & honeste petebat, facile semper assequabatur. Hoc igitur dei numine adiuuante, Hispali aliisque pluribus oppidis, fugatis Mauris, potitus est. Sic itaque de religione Christiana benemeritus, sanctissime moriens Hispali sepultus est, vbi semper & maxima & plurima miracula visa fuere, quæ si quis forte scire volet plene, eius historiam perlegat. 20

De sancto Valeriano Episcopo Cæsaraugustano.

DIUVS etiam Valerianus Cæsaraugustanus Episcopus Diocletiani iussu simul cum diuo Vincentio martyrium passus est acerbissimum, & cœlesti corona donatus a Christo. De quo etiam longa legitur historia. 30

De sancto Froylano Episcopo Legionensi.

LEGIMVS Froylanum Legionensem Pontificem virum fuisse sanctissimum, & Attilanum eius collegam dignissimum, qui Zamoræ ciuitatis episcopatum promeruit. Cæterum de Froylano multa narrat historia memoratu dignissima. Fuit autem tempore cuiusdam regis Alphonfi, qui cum esset in Ouetana vrbe apud Astures, & Froylani fama sanctitatis totam peragrasset Hispaniam, Froylanum ad se vocauit, cui facultatem dedit ædificandi monasteria & cœnobias, & eligendi monachos vita probos qui ea colerent, & Christianæ religioni militarent. Multa præterea de Froylani sanctitate leguntur, quæ causa breuitatis omitimus. 40

De Claudio, Lupertio, & Victorico pueris, martyribus fortissimis.

APVD Legionem Hispaniæ urbem tres pueri martyrium constantissime pertulerunt, tres Babylonie viros imitantes. Quos cum Romanus præses ad se vocasset, dixit eis: Quid cum multa millia Romanorum præceptis obediunt, vos summa audacia, vt nobis nunciatur, vultis resistere? Pueri autem responderunt: Habetur in lege nostra, videtes non videant, & audientes non audiant, & ideo tot millia Romanorum vidisti, sed horum omnium mirabiliorem multitudinem videre non potuisti, a quibus te modo superatum probabis. Dic quid nobis hodie,

aut quid tibi per nos putas esse præstandum? Præses dixit: Præstandum mihi a vobis nihil quæro, sed solum scire volo cui consentire vos dicitis, aut quam habetis confidentiam. Responderunt pueri: Nobis in quo sit confidentia si vis scire, possumus te instruere. Habemus confidentiam in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, qui in trinitate vnum sunt, & in hoc confidentes, Imperatores vestros & vos qui ab eis ordinati estis, in agone constituti vincimus. Dixerunt etiam, cum ex patre diabolo sis, fac quicquid tibi persuadet pater tuus. Tunc præfectus iussit eos interfici, qui laudantes Deum, tradiderunt spiritum. Sed qui pro trinitate pati cupierunt, tres in vno tumulo sepulti sunt in ciuitate Legionensi, vbi nunc eorum corpora maximo cum honore venerantur.

De Emetherio & Cheledonio & aliis martyribus.

EMETHERIVM & Cheledonium citerioris Hispaniæ fuisse legimus Equites nobiles, qui cum primum in castris sæcularibus strenue militassent, deinde repente sancti Spiritus ardore succensi, positis mundi armis ad sceleris palmæ prælium cucurrerunt, & fuerunt in vtroque victores, & in vtroque gloriosi. Nam ut a principio Dominum sequuti sunt, sic a Deo qui præmia merentibus elargitur, electi fuere. De quibus Diuus Gregorius hoc modo loquitur: Pone hinc procellâ persecutionis, inde naufragia tumescencia, ad desiderium florentis palmæ perlati sunt. Inter primas itaque dignitates regnorum cœlestium ponendi sunt, qui ad passionem venerunt non quæsi. Excellentis voti est inter tormenta proflire, vbi non est criminis latuisse. Credo, inquit idem Gregorius, eos prælium subituros hoc modo inuicem fuisse locutos: Diu est fratres charissimi, quod in his vanis sæculi militamus, vbi amissio tãti ocii breuissimo caduci temporis sine conclusa est, sequamur veri Regis signa victoricia. Ecce imminet bellum fidei. est occasio nobis augere ordinem militandi, veteranus miles mundi tyrocinium cœleste suscipiat, reiectis mortalibus telis sumamus arma diuina, quæ in conflictibus non pauescunt, ne infirmis mucronibus infracta dissoluantur. Fortius cõtinuo sentiemus nos esse munitos, cum signiferi nominis elata vexilla in hostem qui nobis vincendus est, inferentur. Firmet pectus intrepidum contexta fidei opera virtutum lorica. Operiant vulnerum loca, opposita spei scuti impenetrabilis protectione fiducia. Attollant galeæ adhærentes inuicem charitatis erecta fastigia. Feriat vbique hostem missilibus suis vibrata confessio. Hæc sunt munimina sempiterna. Sic itaque pro Christo fortissime militantes apud urbem Legionensem martyrium passi fuere, vbi nunc a Legionensibus non immerito solemniter eorum festum celebratur, & multo longior historia legitur.

De Nunilone & Alodia martyribus.

ANNO Christianæ salutis octingentesimo quinquagesimo primo, cum Sarracenorum gentes Hispaniam fere totam occupassent, præceperunt vt qui Christianus esset, aut Christum Dei filium denegaret, aut gladio sceleris occumberet. Quod impium edictum & ferale præceptum per Hispaniam totam diuulgatum, magnum timorem Christianis omnibus incussit. Quapropter Hispanorum complures Christianæ religioni sibi que prudentissime consulentes, & nefandam Mahometi sectam fugientes, patriamque suam deferentes, vt alibi latius scripsimus, ad Pyrenæos montes & Cantabriæ Galleciæque montana loca sese contulerunt, quorum successores post multos annos Hispaniæ fuerunt recuperationis autores. De quibus in libro de Aragoniæ Regibus historiam scripsimus pleniorẽ. Quare nunc ad Nunilonem & Alodiam martyres redeo. Erant itaque sub idem tempus in Osca citerioris Hispaniæ ciuitate duæ sorores ætatis admodum paruulæ, quarum altera natu maior Nunilo, & altera dicebatur Alodia, quas pater iniquus dereliquerat, & mater quæ Christiana erat, ab infantia nutruerat, & in Christi fide diligenter edocuerat. Illæ autem matre defuncta cum ad intellectus ætatem peruenissent,

uenissent, ceperunt in fide Christi proficere, ieiuniis, orationibus, & vigiliis incumbere. Quibus & gratia sancti Spiritus adiutæ, martyrium fortissime pertulerunt acerbissimum. Obearissimæ virgines atque fortissimæ, quæ amore Christianæ religionis accensæ, mundi fallacias, tyrannos, & mortis tormenta vicerunt, vt in cœlum victrices & triumphantes ascenderent.

De diuo Petro præfule Osomensi.

INTER miracula atque virtutes quas Deus ad laudem & honorem vitæ viri venerabilis Osomensis Episcopi operari dignatus est, insignia quædam & inaudite nouitatis spectaculum contigisse narratur. Cum enim vir honestus apud villam quæ Fresuelo dicebatur, in territorio videlicet Osomensi esset, & post ecclesiæ consecrationem eiusdem loci, domorum cogente penuria, sub arbore quæ ilex vocatur, iuxta posita, cum suo comitatu ad reficiendum resideret, cumque manuum ablutioni aquam non haberent, quod multis incredibile fortasse videbitur, aqua desuper veniens ex prædicta arbore scaturiens contra naturam descendit, quæ cū magna admiratione omnium qui aderant, & manibus abluendis & siti perentium sese obtulit. Quæ res admiranda & eorum oculos non latuit, & circumiacentes regionum fama volanter impleuit. Idem Pontifex cum negotiis emergentibus, multorum precibus adductus, Palentiam venisset, reprehensibile ducens sæcularibus rebus & necessitatibus se continua sollicitudine implicari, inter mundanas varietates manentis desiderio ciuitatis accensus, proposuit in ecclesia beati Antonini in vigiliis & orationibus pernoctare, & propositum executus est ad effectum. Quapropter ego & Dei magna opera referens, & huius beatissimi viri sanctitatem, ob cuius memoriam hæc atque alia diuina clementia dignabatur ostendere, quod prædixi miraculum describens, non solum præsentium, sed etiam futuræ posteritatis memoriam commendare decreui.

De sancto Zoilo martyre Cordubensi.

BEATISSIMVS martyr Zoilus parentibus clarissimis Cordubensibus progenitus, ab infantia Christianus, cum esset adolescens, & publice Christum profiteretur, subito a Paganis arreptus ad prætorium cuiusdam iudicis præsentatus est, atque ab ipso, vt ad culturam dæmonum rediret, diu est exhortatus. Qui cū multo dierum spacia, tam sermonibus, quam muneribus admonitus esset, in cœmiterio præfatæ ciuitatis cum peregrinorum corporibus est sepultus, ne aliquando a Christianis cognosceretur, & digna veneratione coleretur. Sed cum Christo donante pax ecclesiæ dedita esset temporibus Regis Sisebuti, quidam vir nobilis de Gothorum propagine clarus, Agapitus nomine, ex laico vitam appetens monachi, sic ad summum sacerdotium electus est. Et quoniam pro amore Christi sæculum dimiserat, nõ distulit illum fraudare bonis suis. Cum corpus suum ieiuniis maceratum in stramine reclinaret, per quiete noctis ostensum est ei, quo loco corpus prædicti martyris iaceret, & quo nomine vocaretur, & pro cuius amore capite plexus esset. Qui mane factis cõgregatis fratribus & vulgi multitudine, quæ viderat indicauit, atque cum omnibus Christianis ad ostensum sibi locum sine mora perrexit. Ad quem perueniens, castrum manu arripiens effodere cepit, quousque ad corpus beatissimi martyris, sicut a paganis fuerat absconditum, Deo iuuante peruenit. Quo quidem inuento, gaudio magno repleti sunt omnes. Præfatus denique episcopus præ amoris magnitudine, cū corpus Sancti Zoili osculis demulceret, atque indignum se iudicans vt manibus suis tanti viri tangeret reliquias, subito osculando crebrius caruit primorum dentium adiutorio. Quos ab oris officio vt minutos esse conspexit, in sarcophago, vbi viri corpus humatum fuerat, proiecit. Peracto inuentionis obsequio, sequenti nocte per visum sanctus Zoilus ita affatus est ei: Cur me sepius osculando verberasti? iam pro eis quæ a me poposceras intercedens, a Domino Iesu Christo impetrasti, & nunc certus esto, quia dimissa tibi sunt peccata.

De sancta Iulita & Cirico eius filio martyribus.

TEMPORE quo Alexander Imperator aduersus Christianos persecutiones exercebat, & innumeros variis cruciatibus & excogitatis pœnarum mortibus afficiebat, Iulitam matronam nobilem in lege domini diu noctuque meditantem, & fama boni operis celebrē, missis officialibus suis iussit præsentari tribunalibus. Erat autem Iulita Deo seruiens in timore, casteque filium paruulum nutrebat, cui cum lacte carnis disciplinam tradidit diuinæ legis. Inter charos denique complexus & maternæ pietatis oscula, vt verum patrem agnosceret, coleret, atque diligeret, dum lacte dulci ex eius aleretur vberibus, ab ipsius ore pro tempore fidei imbuebatur dogmatibus. Insurgentibus igitur aduersum se persecutionibus, pro sua paruulique salute confessionis preces ad dominum voce clamauit, & ipse cuius est salus, benedictionem ei dedit suæ gratiæ. Ante conspectum denique præsentata Præsidis, & ab eo requisita, cuius esset puincix vel ciuitatis, & quæ ei proprii cognitio nominis, ita respondit: De Hispania quidem prouincia, & de primoribus ciuitatis Iconiorum progenita, ad Siciliæ, tuas deuitans persecutiones, loca demigraui, Tharsique sum commorata, & cum sim vere Christiana, mihi nomen est Iulita. Cui Præses, Hortor, inquit, te, tu tibi consule, & Imperatoris iussa perface, atque debita diis nostris libamina redde. Cui beata Iulita respondit: Ego immundis non sacrifico dæmoniis, quæ vnus viui & veri Dei vera sum cultrix. Ait Præses: Sacrificā diis antequam ad tormenta perducaris. Et illa: Nec diis tuis vanis sacrifico, nec tormenta pauesco. Interim dum inter eos hi sermones conferuntur, alma genitrix Cirici filii non modico anxietate mœore animi, quod ipsa posita in procinctu belli pro cōfessione fidei, sui destituta videretur solatio paruuli: martyrium cum filio passa cœlum ascendit, anno domini ducentesimo trigesimo.

De sancto Felici, & Anastasio, & sancta Digna, martyribus.

BEATVS Felix monachus ex oppido Complutensi progenitus, natione Gerulius, ex quadam occasione in Asturias deuolutus est, vbi & fidē catholicam & religionem monasticam didicit, sub professione veræ fidei gladio decifus est. Eadem die quoque sanctus Anastasius, qui ab ineunte ætate apud basilicam sancti Acifli Cordubensis disciplinis & literis eruditus vsque ad plenam iuuentutem ibidem in diaconatus officio degit, & post monasticam vitam quam dudū expleto ministerio oblectatus in cœnobiis egerat, demum sacerdotio est applicatus: deinde concitato gressu palatium perens astat consulibus, hostemque iudicis assertionum stimulis feriens, gladio confestim abscissus affligitur. Quædam præterea virgo adolescentula eodem die merito & nomine Digna, Deo reuelante & confortante, processit. Paulo siquidem ante martyrium suum, assistere sibi per somnium vidit puellam specie & habitu ornatam angelico, rosas & lilia manu gestantē. Quæ cum nomen causamque sui percunctaretur aduentus, Ego sum, inquit Agatha, olim propter Christū diris attrita suppliciis, & nunc veni partē tibi purpurei muneris huius conferre. Accipe itaque rosam donarium, & age viriliter in domino. Nam reliquas rosarum & lilliorum quas in manibus gesto, datura sum Sancto Felici & Anastasio tecum hinc martyribus migraturis. Tali denique virgo sacratissima visu ac munere illustrata cum dextera colloquentis rosam susciperet, beata Agatha admiffa cœlestibus auribus ab oculis intuentis eleuatur. Hæc autem puella cum pro summa humilitate atque obedientia inter conuergines vltimam se indicaret, essetque incomparabili habitu obfecundata, nunquam tamen se Dignam patiebatur appellari, dicebatque, nec sine lachrymis, Nolite me Dignam vocare, sed magis indignam, pro cuius merito siue etiam nomine debeo insigniri. Quæ paulo post vna cum aliis crudelissime tormentis affecta, spiritum Deo reddidit.

De sancto Ioanne presbytero & confessorē Christi.

SANCTAM nunc vitam laudesque Ioannis cui cognomen fuit Ortega, referemus, qui domini confessor fuit & amicissimus, natione Hispanus de regione Burgensi

Burgensi in rure campestri Quintana forti nomine, parentibus infimis ortus. Qui cum adhuc teneræ esset ætatis, in vtilia declinās exercitia humanæ mortalitatis, & quasi se Deo offerens, literarum studiis adhæsit, vt dicere posset, hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri gloriabimur. Inde est quod implens dominus petitiones eius, transeūte temporis spacio, sancto instans proposito, iam iuuenis ad sacros ordines promotus est. Quibus ascriptus intensior solito, corde, voce, opere, diuino obtemperauit obsequio. In cuius tempore, magna orta discordia, accidit vt in bellū tota fere conuerteretur Hispania. Siquidē post mortem Castellæ Regis Alphonsi qui sine hærede virilis sexus obierat, Rex Aragonū qui Castellæ Regis filiam vxorem duxerat, Hispaniam totam sibi submittere volebat, cū non esset qui ei resistere posset in bello. Quod cum animaduertisset beatus Ioānes pacis amator, propter afflictionem patriæ vehementer indoluit: & cum disperfectionem & exterminium gentis agricolæ, superante malitia, consideraret, sciens in tumultu bellorum bona sua perditum iri, existimans ea quantulacunque multo melius in operibus misericordiæ distribuere, sic secum dicebat: Væ mihi, quare perueritas superbix metas offendit innocentix? Verum illud, inquit, est poetæ dictū:

Quicquid delirant Reges, plebsuntur Achui.

Sic itaque pietatis visceribus affluens bonorum suorum partem pauperibus erogauit, quorum possessiones hostilis furor surripuerat: partem autē sibi retinuit, nō ad auaritiam, sed potius ad gratiam Omnipotentis impetrandam. Quoniam cum videret nullo modo se posse manere in patria natiuitatis suæ, sumpto consilio diuinæ contemplationis, proficisci statuit Hierusalem. Sumptis itaque rebus quas sibi seruauerat, & obnoxias temporali perditioni cernebat, eas in itinere sanctæ peregrinationis expendens, in scientiæ thesauris, vbi nec rubigo neque tinea demolitur, collocauit. Sic itaque vir Dei insitens fidei, pacem quærens, bellum fugiens, locum pacis Hierusalem visitauit, vt iuxta Psalmistam adoraret vbi steterunt pedes Domini.

De Faustō, & Ianuario, & Martiale martyribus.

OLIM cum Præses Eugenius Cordubam venisset, ei Faustus, Ianuarius, & Martialis occurrerunt dicentes: Quid tibi vis Eugeni, qui Dei seruis manus inuidere quam credere? Tunc Eugenius ira percitus dixit, O infelices homines, quid vos esse vultis? Faustus respondit, Nos Christiani Christum fatentes, qui dominus vnus est, per quem omnia, & nos per ipsum facti sumus. Eugenius dixit: Vnde vobis hæc est tam desperata societas? Faustus respondit: Desperatio in nobis nō est, nisi in te solo qui nos Deum negare frustra compellis. Hoc cum dixisset Faustus, magis iratus Præses, Imponite, dixit, Faustum in eculeo, qui tam irreuerenter mihi respondit. Tunc Ianuarius Faustō dixit: O charissime tu pro nobis hoc pateris, qui meritis peccatorum nostrorum te socium esse voluisti. Cui Faustus respondens dixit: Societas nostra Ianuari mausit in terra semper, & imperpetuum manebit in cœlo. Hoc cum audisset Eugenius, admiratus dixit: Quæ est ista nunc allocutio vestra, quod tam impie voluistis ambo respondere mihi? Ianuarius dixit: Nobis confessio Christi & nulla est impietas. Tunc Eugenius ad Martialem conuersus dixit: Vides istorum animi dementiam, qua te in societatem suam contraxerunt? Noli maleficis istis & impiis te credere. Cui Martialis dixit: Solus Deus immortalis est, qui cœlum fecit & terram, ipse pro tuis malis operibus te punit. Quod audiens Eugenius, Et hic, inquit, ponatur in eculeo. Quod cum fieri vidisset Martialis, O beata, dixit, immortalitas gloriæ Christi, qua nos tibi fratres Faustus sociasti. Tum dixit Eugenius satellitibus suis, Torquete eos donec adorent Deos nostros. Faustus autem dum torqueretur, Difficile est, inquit, tibi & patri tuo qui diabolus est, nos a paternis legibus ad mortalitatem tuam conuertere. Propter quod Eugenius dixit, Abscindantur ei nares & auriculæ, supercilia radantur, dentesque mandibulæ superioris euellantur. Quod cū factum esset, Faustus Deo gratias agens magis hilaris factus est. Eugenius Ianuarius dicebat: Vides ne Ianuari quanta tormenta passus fuerit Faustus, dum deceptus opinione sua pertinaciter imperio meo parere

recusat? Ianuarius autem dixit: Impietas ista & pertinacia Fausti in me maneat, & eius vinculum charitatis. Ad cuius verba dixit Eugenius: Auferantur & huic quæ illi præcepimus. Dumque torqueretur Ianuarius, Eugenius Martialem sic alloquitur: Vides Martialis fociorum tuorum dementiam, & quæ illis mala venerunt? Tu igitur consule tibi, teque disunge ab illorum mala consuetudine prauaque voluntate. Martialis autem dixit: Consolatio mea Deus est, quem ipsi gaudentes magna voce testantur, ideoque confitendus & laudandus est Deus Pater & Filius & Spiritus sanctus. Tunc Eugenius maiori furore succensus, iussit eos igne comburi. Cumque perducti fuissent ad locum suæ passionis, sic vno spiritu plebem Christi alloqui cœperunt dicentes: Vos charissimi mei & Christi fideles nolite credere huic diabolo inimico, sed agnoscite vos ad Dei similitudinem & imaginem esse factos. 10
Illum igitur adorete, & illum benedicite qui autor est omnium: non, vt isti dicunt, adoretis opera manuum ipsorum, quoniam ligna & petra, aurum & argentum sunt opera manuum hominum. Vos itaque contemnentis huius iniuriam, & confidentes in Iesu Christo, soli Deo sine cessatione quotidie referte laudes. Et cum duccerent eos lictores per quorum manus fuerant cruciati, cœperunt eos igni compellingere, simulque traditi flammis, exultantes tradiderunt Deo spiritum.

De Sperato martyre & sociis eius.

APUD nouam Carthaginem adductos Speratum, Natalium, Cirinum, Donatam, Secundam, Bessiam, & alios horum socios, Saturninus Romanorum Proconsul talibus verbis alloquitur: Potestis ab Imperatoribus veniam promereri, si deorum nostrorum cerimonias obseruaueritis. Cui sanctus Speratus hoc modo respondit: Nunquam male gessisse conscii sumus, iniquitati opem & assensum non præbuimus, nulli vnquam male dixisse recolimus, sed male tractati ac laceffiti Deo gratias semper egimus, orantes etiam pro malefactoribus, & ista norma ab Imperatore nostro tradita nobis est. Hæc cum dixisset Speratus, sanctus Cirinus dixit: Non te aliud a nobis oportet audire Proconsul, nisi ea quæ socius noster Speratus confessus est. Cuius verbis sancta Donata suæ quoque mentis conceptum adiecit: 30
Honorem Cæsari, quia Deus præcepit, reddimus, timorem autem & cultum Christo præstamus. Sancta quoque Bessia sic est locuta: Hoc meditabitur cor meum semper, & labia mea pronuntiabunt, quia Christiana sum. Sancta Secunda subinde dixit: Ego quoque Christiana sum, & a professione fociorum meorum nunquam recedam. Tunc Saturninus videns eos tam constantes & fortes, sententiam dedit dicens: Speratum, Natalium, Cirinum, Donatam, Secundam, Bessiam, & omnes qui Christi ritum professi sunt, gladio placet interire. Tunc Speratus dixit, Deo gratias: Natalius dixit, hodie in cælo martyres sumus, Deo gratias. Proconsul vero iussit sanctos decollari, sanctum Speratum, Natalium, Cirinum, Beturium, Felicem, Aquilinum, Letarium, Ianuarium, Generosam, Bassiam, Donatam, & Secundam. Qui lætantes ad locum martyrii venientes, beatas animas Deo tradiderunt. 40

De sancto Florentio martyre.

SANCTVS Florentius martyr Hispanus & genere nobilis, sub Deciano præside passus, martyrio coronatus est. Hoc legitur in catalogo sanctorum Romano. Cuius reliquiæ sanctæ nostris temporibus in ecclesia Hispalensi apud sacrarium cum aliis sanctorum reliquiis in magno precio ac veneratione fidelium Christianorum in capsula visuntur, quæ talibus versiculis in vna simul inclusis designantur: 50
Requiescit in pace Florentius vir sanctus, die septimo Kalendas Martias. Vixit annis quinquaginta tres, & depositus est die tertia Idus Martias, Era quinquagesima tertia, anno Domini quadringentesimo octogesimo quinto.

De sancto Eugenio Toletana sedis Archiepiscopo & martyre.

RAY-

RAYMUNDVS olim Toletanæ sedis antistes ad concilium apud Remos Galliarum populos celebrandum temporibus Eugenii summi pontificis cum aliis multis Episcopis in Galliam profectus est. Qui cum in vrbe Parisiorum ad ecclesiam sancti Dionysii orandi gratia diuertisset, in eadem Ecclesia quoddam sepulchrum inuenit, quod apud eos magnæ venerationis habebatur, in quo ex eius superscriptione beati Eugenii Toletani Archiepiscopi corpus humatum esse cognouit. De quo diligentius inquirens quis fuerit, vel qua ratione a propria sede quieuerit, tum ex relatu hominum, tum ex eius vita quam ibi descriptam inuenit, deprehendit. Scriptura siquidem continebat, hunc Eugenium a beato Dionysio in Galliam proficiscente ab vrbe Arelatensi in Hispaniam directum Toletanæ sedis præfuisse. Qui postquam visitauit magistrum suum Dionysium, cum iter esset ingressus, a gentilibus deprehensus & ex fidei confessione quis esset cognitus, gladio aperiente viam qua magistrus suus illuc iam præcesserat, cælum coronatus ingreditur. Cuius corpus post multum temporis diuina reuelatione repertum, in ecclesia Beati Dionysii magna fidelium lætitia & exultatione conditur, vbi propter meritum sanctitatis & gloriam miraculorum quæ ibi fiebant, ab omnibus quam deuotissime venerabatur.

De sancto Attilano.

OPERÆ precium est sanctorum virtutes & gesta cognoscere, vel propter eorum memoriam quæ semper eluceat, vel maxime propter exempla quæ sunt nobis salutifera documenta. Quare Beatus Attilanus annum agens quintum & vigesimum, audiens in Morerola monasterio quod a Zamora non longe distabat, homines sanctissime vixisse, illuc statim se conrulit. Vbi decennium sub Floriani Abbatis disciplina militauit. Cuius honestatem sanctitatemque cognoscens Florianus, eum in monasterii Priorem constituit. Quorum temporibus Zamorensis atque Legionensis Pontifices a mortali vita discesserunt. Attilanus in Episcopatu Zamorensi, & Florianus in Legionensi successerunt, propterea quod per omnem regionem clarissima eorum fama virtutum peruolabat, qui die sancti Spiritus illo mysterio fuere roborati. Quapropter Attilanus templa, loca, omnesque populos summa cura gubernabat, & annos fere decem magnos & assiduos labores tolerauit. Qui in memor exactæ vitæ criminumque suorum quæ antea commiserat, peregre proficisci statuit. Episcopatus itaque reditus pauperibus mandat communes fieri, quod multis rationibus suos hortatur, quoniam necessitate coactus se per aliquod tempus recessurum dicebat. Quod si secus mādatum fecissent, Deus iratus maledictione condemnaret. Hoc audientes qui vitam eius nouerant, clamant omnes, Te sequemur quocumque vadis, o mortalium omnium clementissime. quare nos in tanta calamitate relinquis? per Deum vnicum quicquid rogas, nos facturos testamur. Ille autem verbis illorum fidem adhibens, cum eos benedixisset, statim discessit. Cumque venisset ad pontem prope templum sancti Laurentii, anulum quem digito gestabat, de ponte proiecit in flumen, sic dicens: Quando anulum hunc reuidero, tunc ab omnipotenti Deo delictorum meorum veniam promerebor. Inde autem discedens cum vno comite quem plurimum diligebat, adeo festinauit, vt eum defatigatum reliquerit in itinere. Solus itaque se pannis induit quam vilissimis, adeo vt a nemine cognosci posset, & duos annos eleemosynis vixit. Quem tandem vox in somnis audita diuinitus sic admonuit: Attilane iam tuum ad pontificatum perge. tuæ enim exauditæ sunt preces. Ipseque præcepto audito, se itineri accinxit. Venit itaque noctu ad eremum quæ sancti Vincentii de Cornu vocabatur, & conuicina sancto sepulchro, vbi quædam muliercula cum marito suo illum in parua domo receperunt, eique cœnam non lautam quidem dederunt. Mane autem maritus & vxor pro piscibus ad Episcopi domum vadunt, vt antea consueuerant, & Attilanum rogant, vt interim domum custodiat. Quibus dantur pisces, immemores vnus quem domi reliquerant, reuerfi pro eo dederunt piscem maioris ponderis. Quos pisces Attilanum rogant vt præparet, donec ipsa pro aqua & maritus pro igne vadunt: quibus Attilanus 50
Xx ij

respondit obsequenter. Cumque maiorem piscem accepisset, dum eius viscera volueret, anulum quem a ponte deiecerat, inuenit. Tunc repente pronus & genibus flexis deo gratias egit, & continuo sponte campanæ sonitum dederunt, & magna totius ciuitatis admiratio orta est. Quapropter per omnes domos & hospitia atque hospitales perquirunt, nihilque comperiebant. Cum essent itaque omnes solliciti, tandem vir quidam procurator rei familiaris Episcopi, meminit de viro quodam quem muliercula sibi dixerat hospitatum apud se, nescius cuius dignitatis esset. Omnes illuc concurrunt sacerdotes & tota ciuitas. Attilanus autem veste non preciosa neque noua, sed vili atque detrita inuentus est, Deo gratias agens. Quapropter omnes ei gratulantes, & Deo gratias agentes, cum magno gaudio redierunt in ciuitatem, qui postea vixit annos circiter octo, sanctis semper operibus incumbens. Quem vita sanctum nomine ciuitatis Vrbanus pontifex maximus in sanctorum numerum canonizatum aggregauit, anno millesimo secundo, quo regnabat in Hispania Rex Henricus.

De sancto Torquato & sociis eius.

PROVT scribit Calixtus Romanus Pontifex in libro quem de vita sancti Iacobi & miraculis edidit, in Hispania Diuus Iacobus e Gallecia prouincia nouem discipulos elegit, quorum septem, duobus aliis in Gallecia prædicandi causa remanentibus, cum eo Hierosolymas perrexerunt, qui corpus eius post passionem per mare in Galleciam deportarunt. Ex quibus, vt idem Calixtus & beatus Hieronymus scripserunt, nonnulli cum beati Iacobi corpus in Gallecia sepelissent, Romam se contulerunt, & ab apostolis Petro & Paulo coronis episcopalibus ornati, ad prædicandum Dei verbum in Hispaniam adhuc errore gentilitatis implicatam missi fuere, qui sua prædicatione innumerabilem Hispanorum multitudinem ad Christi cultum conuerterunt. Torquatus apud Gaditanos, quos tunc Accios vocabant: Ctesiphon ad Abderentes, quos tunc Vergos, & nunc eorum patriam Almeriam dicunt: Secundus ad Abulenses, quorum ciuitas adhuc antiquum retinet nomen: Indaletius ad Vrsios, quorum ciuitas Vnga vel Verga vocabatur: Cæcilius ad Iliberos, id est Grånatenfes: Hefichius ad Carthefos, id est Ventofanos: Eufrafius ad Illiturgitanos. Qui omnes idibus Maiis in pace quieuerunt. In quorum quidem memoriam ad hoc vsque tempus miraculum cernitur, & eorum gloriosissimæ mortis probatissimum testimonium. Si quidem in eorum vigilia singulis annis ad sepulchrum sancti Torquati retro ecclesiam, diuinitus arbor oliuæ florens, maturis fructibus onustatur, de quibus oleum statim conficitur, vnde lampades ante eius altare venerandum accenduntur: quod apud Acitanam urbem fieri quidam scripserunt. Ego vero quæ sit vrbs Acitana, non bene compertum habeo. Alii vero duo sancti Iacobi discipuli, scilicet Athanasius & Theodorus, vt in beati Leonis epistola legitur, iuxta apostolicum corpus, vnus ad dexteram, & alius ad læuam sepultus est.

De magna Cæsaraugustanorum martyrum multitudine.

AB hinc anno millesimo centesimo trigesimo septimo martyres innumerabiles Cæsaraugustæ passi fuere. Tunc enim in Hispania indices Christianorum crescente numero, Diocletianus & Maximianus Imperatores metuentes ne Romano & totius orbis priuarentur imperio, Dacianum præsidem ad persequendum Christianos in Hispaniam miserunt. Qui Cæsaraugustam ingressus cum Christianorum mentes a sancto proposito reuocare non potuisset, aduocatis vrbs satellitibus, iussit vt ex vrbe Christianorum multitudo pelleretur, quam milites eius armati ex locis occultis subito prosilientes occiderent. Ipse autem Dacianus interea ciuitatis portas clauserat, vt si quis acie mucronis fugiens ad urbem rediret, nequaquam ingrederetur cruento gladio periturus. Satellites itaque percurrunt, præconum voces

voces resonant per urbem, portæque referantur. Cæterum gaudens priorum Christianorum virtusque sexus ingens multitudo progreditur, Gloria, cantans, in excelsis Deo. Quibus digressis ex officio impietatis obserantur portæ ciuitatis, & ex occultis repente locis prosiliunt armatorum cunei, prosternuntur non resistentium corpora catholicorum innumerabilium. Præses autem non satiatus crudelitate sua præcepit multitudini paganorum, vt per omnes ciuitatis plateas iacentia corpora congesta ignibus traderent. Qui vt nihil crudelitatis intentatum relinqueret, omnes diuersorum criminum reos qui in ergastulis carcerum tenebantur, ampuntatis capitibus fociari iussit sanctorum corporibus, & simul ignibus comburi. Congesta sunt igitur sanctorum corpora corporibus damnatorum & coniuncta. Quæ etsi simul concremata fuere, virtute tamen coelesti sunt ab illis separata. Quæ quidem fuerunt omnia facta veluti frumenti candida massa. O felix & nimium beata ciuitas Cæsaraugustana beatorum sanguine circumfusa, quæ tot millium martyrum oblationes domino consecrauit.

De sancto Lamberto, & sancto Gregorio.

CUM in Hispania citeriori apud Iberum amnem locustarum multitudo ingens per multos annos fructus omnes deuastaret, eamque nec precibus, nec votis, nec sacrificiis illius regionis incolæ abigere potuissent, tandem multorum consilio, vel potius diuino monitu, per nuncios Romanum consulere Pontificem, quomodo suis & aliorum precibus & consiliis tanto possent obuiare malo. Quorum lachrymas preces Pontifex audiens, triduanum populo ieiunium indixit, orans vt Deus cuius dispositioni cuncta subiaccant, reuelare dignaretur, quo ordine pestis illa sedari posset. Post autem triduum angelus Romano Pontifici & cuidam Cardinali visibiliter apparens nunciauit, vt Gregorium qui propter operum suorum sanctitatem ad Hostiensem pontificatum promotus fuerat, mitteret. Quod Romanus Pontifex adimplens, beatum Gregorium statim misit in Hispaniam. Qui cum venisset, primum oppidum Calagorritanum vbi locustarum densissima nubes campos obumbrabat, visitauit. Cuius præsentiam pestis illa sustinere non valens, sicut fumus a vento repulsa est. Pergens deinde Lucronium cæterasque visitans circumadiacentes regiones, & fructus a locustis, & corpora a languoribus, & animas a vitis virtute diuina suaque prædicatione liberauit: qui etiam quendam opilionem nomine Dominicum, monitione diuina ad eum venientem, sacerdotem ordinauit, & indiuiduum comitem semper habuit, qui nunc sanctus Dominicus vulgo de la Calzada dicitur. Beatus vero Gregorius plenus virtutibus, prophetico spiritu pollens, & maximis coruscans miraculis, felix migravit ad Dominum. Cuius autem Dacianus præses in Hispaniam adueniens multa sanctorum corpora laniaret, & innumerabilem martyrum Cæsaraugustanorum sanguinem saeuissime profudisset, cupiens Christianitatis nomen funditus delere, sub præconis voce tale promulgauit edictum, vt si quis latenter Christianum liberum aut in ruribus seruum teneret, sub talionis pœna statim proderet, aut negare cogere fidem. Cumque beatus Lambertus sub cuiusdam infidelis dominio in rure laborando degeret, dominus eum alloquens duorum optionem dedit, aut fidem negare, aut gladio succumbere. Quod audiens Lambertus intrepida voce respondit, ante mori se velle quam domini fidem negare. Quapropter iratus dominus, euaginato gladio, vno ictu caput eius abscidit. Martyr vero domini proprium caput propriis manibus accipiens vtque ad eum locum, bobus præeuntibus, peruenit, vbi innumerabilem martyrum preciosa corpora iacebant: qui cantans, Exultabunt sancti in gloria, cæterisque nutu diuino respondentibus, Letabuntur in cubilibus suis, genibus flexis tanquam in cubili ameno inter reliquos martyres se collocauit.

De Amiliano Christi confessore.

SANCTVS Amilianus in Aragoniæ prouincia iuxta montem Cachum pastor ouium fuit, pastor hominum futurus, qui oves ducebat ad vireta montium, & vt

pastorum mos est, citharam secum ferebat, ne ad gregis custodiam torpor impediret ociosam mentem nullaque exercitatione suspensam. Cum autem ad dispositum locum peruenisset, eam diuinitus sopor inuasit, qui citharæ materiam vertit in literarum instrumenta, animamque opilionis in actum cōtemplationis. Expergefactus cœlestem meditatur vitam. Relinquens subinde curam ouium, statim Felicem eremitam adiit, qui erat in Castro Libyo, post cuius salutarem doctrinā in eremo habitans annis fere quadragenis, angelorum solummodo collegio fungebatur. Quem Triaflonenfis Episcopus Vrgellensis ecclesiæ, vbi nunc eius corpus habetur, gloriosum presbyterum ordinauit. Qui presbyter ordinatus dæmonium oratione fugauit, Armentarium monachum a tumore ventris sanauit, Barbaram fœminam a paralyti morbo, aliamque claudam curauit, & ancillæ cuiusdā Senatoris cœcæ visum restituit. Ante annum autem suæ migrationis & vitæ fere ceterisimum, cum ei reuelatum esset humanos se finituros labores, & omnipotentis percepturum promissiones, ad vitam se conuertit asperiores, & qui se vigiliis ieiunisque iam desiccauerat, denuo veteranus miles militiam aggreditur nouam, vt finis esset præstantior. Eodem igitur anno quadraginta diebus ante reuelatur ei excidium Cantabriæ: vnde nuncio misso iubet ad diem festum Paschæ senatum præsto esse. Qui cum ad statutum diem conuenissent, narrat illis quod viderat. Secreta eorum, cædes, furta, incesta, violentias, cæteraque vitia increpat, pœnitentiam vt agant pro his omnibus prædicat. Appropinquante autem mortis tempore accersiuit Assellum presbyterum sanctissimum cōtubernalem, in cuius præsentia felicitissima eius anima a corpore soluta, cœlo est reddita.

De Eurofia virgine & martyre.

RHODORICI regis temporibus Mauris per insidias Iuliani Comitis Hispaniæ deuantibus, Eurofia Bohemiæ Regis filia Aragoniæ Regi per nuncios desponsata, ventens in Hispaniam, cum Maurorum rabiem sæuientem contra Christianos audisset, ad montes Pyrenæos fugiens, in spelunca apud oppidum quod Verna vocabatur, latuit cum multis Hispaniæ & Bohemiæ nobilibus qui cū ea venerant. Ad quam speluncam cum Mauri peruenissent, equites Eurofiæ fortissime contra Mauros pugnantes, omnes demum Maurorum multitudinem circunuenti oppressique ceciderunt, & Eurofia ab hostibus capta. Quæ cum Regis filia agnosceretur, & esset forma pulcherrima, admonita a Maurorum principe vt Christianam legem desereret, & ei coniugio copularetur, nolens illius fraudulenti suasionibus acquiescere, ipsa cum paucis suorum qui prælio remanserant, iugulatur. Quæ cum ferientis gladium patienter expectaret, hæc angelica vox audita est: Veni electa mea, sponsa Christi, accipe coronam quam tibi dominus præparauit, & donum, vt quotiescunque pro pluuia vel contra quamcunque tēpestatem fueris a Christi fidelibus inuocata, erit eorum oratio exaudita. Cum hoc audisset, brachiis detruncatis & pedibus spirauit. In loco autem vbi concidit, miracula multa postea visa fuere. Corpus vero post aliquot annos cuidam pastori diuinitus demonstratum est, & inuentum solenniter & maximo gaudio Christianorum ad lacam ciuitatem delatum est, vbi in arca recōditum in ecclesia cathedrali suauissime redolet.

De Fructuoso, Eulogio, & Augurio martyribus.

FRUCTUOSVS Tarraconensis Episcopus cum Augurio & Eulogio diaconis suis ab Æmiliani satellitibus in carcere coniecti fuere, vbi postero die Fructuosus Rogatianum baptizauit. Post diem autem quintum ad Æmilianum præsidem perducti fuerunt, & Fructuoso dixit Æmilianus: Audisti quid Imperatores iusserunt? Fructuosus dixit: Nescio quid Imperatores vestri iusserunt, ego vero Christianus sum. Æmilianus dixit: Præceperunt deos coli. Fructuosus respondit: Ego vnaum Deum colo, qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. Æmilianus dixit: Scis esse Deos? Fructuosus dixit: Nescio. Æmilianus dixit: Scies postea.

postea. Fructuosus autem orare cœpit intra se. Æmilianus Augurio dixit: Noli verba Fructuosi auscultare. Cui respondit Augurius: Ego Deum colo omnipotentem. Æmilianus Eulogio: Nunquid & tu Fructuosum colis? Eulogius dixit: Ego ipsum colo, quem & Fructuosus. Æmilianus Fructuoso dixit: Episcopus es? Fructuosus respondit: Sum. Æmilianus dixit: Fuiisti. Et statim iussit eos vitios cōburi. Qui cum ducerentur ad incendium, populus Fructuoso condolere cœpit, quoniam eum diligebant etiam gētiles. Educti de carcere & flammis iniecti, manibus instar crucis expansis orantes, vt vincula quibus astringebantur, urentur, apertum est cœlum super eos, videntibus etiam Præsidis Æmiliani domesticis. Qui Æmiliani filiæ cui seruiebant, ostenderunt, Fructuosum cum diaconis suis cœlum ascendere coronatos, adhuc stipitibus quibus alligati fuerant, permanentibus. Æmilianus autem ad videndum vocatus, quia non dignus erat, videre tantam gloriam non meruit. O beati martyres igne probati sicut aurum, vestiti lorica fidei, & galea salutis: qui coronati sunt corona cœlesti & immarcescibili.

De sancto Elefmo.

AT Elefsmus est fuit natione Gallus, & ex claris parentibus ortus, & vir sanctissimus, a Regina tamen Hispaniæ & Alphonso Rege per literas & nuncios rogatus, in Hispaniam venit. Vbi commoratus, perspectis eius motibus & vitæ sanctitate Hispaniæ principes eum apud se habere volentes, ei sacellum quod sancti Ioannis Euangelistæ nomine iuxta portam ciuitatis Búrgensis in peregrinorum sepulturam condiderant, destinari. In quod Elefsmus vir diuinis consecratus officii magnis fundis & re ditibus a rege donatus se recepit, vbi super humum nudā dormiturus iacebat. Qui ieiunabat assidue & indefessus orabat, quotidieque sacris operabatur. Erat sedulus eleemosynarum largitor, ægotatium & peregrinorum in re & verbo diligens cōsolator, cuius multa magnaque miracula quæ Deus per illius virtutes ostendit, quoniam sunt ab aliis scripta latius, prætermitto. Eius autem venerabile corpus in sacello præmemorato funeratum est, & simulacrum eius lapideum ante ianuam templi vidimus.

De sancta Centolla & Helena martyribus.

CENTOLLA virgo Hispana cum multis virtutibus esset insignis, Christianamque religionem accuratissime seruaret, ad Regem qui tūc in Hispania rerum summam tenebat, ducta est. Qui videns eam in Christo prædicando constantissimam, cruciari crudelissime iussit, & postea Seditio præfecto sæuiores, si nō mutaret animum, afficiendam tormentis tradidit. In qua Seditius omnia tormentorum genera exercuit, ad quæ videnda frequens mulierum turba dolentium intromissa est, quæ Centollam solādo rogabant, vt sententiam mutaret. Quibus illa sereno vultu se maiora pati paratissimam esse respondit, omniaque sæuissima tormenta ad mortem vsque sustinuit. Ad quam veniens Helena mulier nobilis hortata est, vt non deficeret in tormentis. Cui Centolla respondit, Tu vide totor meane deficias, quæ simul mecum pro Christo trucidanda es. Et paulo post præses vtramque decollari iussit, quarum corpora in Búrgensi ecclesia translata fuerunt.

De sancto Iuliano doctore Archiepiscopo Toletano.

IULIANVS cognomēto Pomerius, ecclesiæ Toletanæ fuit Archiepiscopus tertius post diuum Illephōsum. Fuit in omni genere literarum doctissimus, & præcipue in sacris, quem Magister sententiarum citat in libro quarto, scribēs de igne purgatorii & inferni, & autoritate viri huius doctissimi atque sanctissimi cōfirmat opinionem suam. Scripsit hic libros complures, qui temporum iniquitate & hominum negligentia non apparent. Obiit vir hic sanctissimus octauo die Martii, quo in ecclesia Toletana festum eius celebratur.

De sancta Casilla.

FUIT olim Toleti Rex Mauritanicæ gentis nomine Canon, homo viribus potens, & armis strenuus, qui multis annis aduersus Christianos bellum gessit, multaque damna catholicæ fidei cultoribus intulit, atque quamplurimos Christianos captiuos longo tempore tenuit. Ceterum huic Christianæ religionis hosti validissimo crudelissimoque, dispensatione diuina, filia fuit vnica nomine Casilla, vel (vt alii volunt) Casilda, vt tam sæua progenies & stirps tam nequam, florem & fructum miri candoris afferret, super quem spiritus domini cõquiesceret. Virgo siquidem regii generis ita semper ab infantia in virtutum creuerat fastigium, vt cor eius & pietas quæ secundum Apostolum ad omnia plurimum valet, miro modo repleuerat, & ipsius præcordia veluti gladius bis acutus penetrauerat, vt Dei totam famulam in suum videretur dominium vendicasse. Stupendo namque modo & admirabili virginem illam spiritus ille deificus per deuotionis incendium sursum semper agebat in Deum, per compassionis molliem transformabat in Christum, per pietatem descensionis inclinabat ad proximum. Feruido siquidem & teneris annis tenebatur affectu, ita vt afflictis Christianis, licet Sarracenicæ nata esset progenie, intentissime compassionis teneritudine condescenderet, atque si quid penuriæ aut defectus in aliquo cerneret, pii cordis dulcedine regebat in lachrymis. Habebat enim clementiam ingenitam, quam superinfusa Dei pietas duplicabat. Ipsius itaque liquecebat animus ad captiuos pauperes, vt quibus manû non poterat, exhibebat affectum. Consuetudinis siquidem eius erat singulis diebus ineffabiliter, nisi aliquid esset impediens pietatis, per viscera Christi almi Iesu propter reuerentiam, captiuos Christicolæ inopes sua quam gratissima præsentia visitare, ipsique per largitatis impulsionem porrigere manus adiutrices, peccatoris gerens in scrutinio aureis literis conscriptam Dauidicam sententiam qua innotuit: Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. Mira res & insolita, a naturali incisa oleastro, contra naturam sui generis in bonam transibat oliuam, vt fructum bonum posset afferre. Vnde arbor infructuosa ramum producere valuit vberimum. Hæc autem sancta Casilda (ne lectores eius laudes & virtutes ignorent) cum fluxum sanguinis pateretur, vna cum captiuis Christianis quos e vinculis, absente patre, liberauit, ad Boetium fontem, de quo alio loco scripsimus, se contulit. Vbi lota statim conualuit, ibique permansit, & non sine multis miraculis quæ Deus propter illius sanctitatem multis Christianis ostendit, vitam finiuit. Quapropter Christiani subinde in cacumine montis, vnde fonticulus oritur, ad eam sacram condiderunt, quæ nunc a Christianis excolitur nomine & appellatione sanctæ Casildæ.

De sancto Fructo.

FRUCTI autem serui Dei sanctissimam & asperrimam vitam Segouienfis quatuordecim annis exultans cantat ecclesia. Qui cum diues esset, omnia quæ habebat vendidit, & precium rerum quas produxerat, totum pauperibus erogauit, & pene nudus in eremum se contulit, ibique in spelunca inter montanas feras & sine humano contubernio vitam egit solitariam & inopem. Qui spiritu Dei plenus, diuinis assuetus præceptis, perfectionis Euangelicæ fuit sedulus æmulator. Vnde venditis omnibus, & precio distributo egenis, ad eremi squalorem, factus solitarius, abiit, & nudus sequutus est infatigabiliter Christum nudum. De cuius eximiis virtutibus & magnis laudibus præter hymnos deuotissimos, etiam lectiones in eius historia leguntur, ex quibus vnâ solenniter cantat ecclesia, quam hic exponere placuit. Cum patris nostri Fructi gloriosi merita singularia & opera mirabilia nobis in mentem veniunt, nostram nimirum vitam iure reprehendimus.

Quæ quidem, si cum Fructi sanctitate comparetur, admodum vilis est & non sine maxima culpa.

*De Seruando**De Seruando & Germano martyribus.*

LEGIMVS etiam Seruadi & Germani martyrium, qui cum viri nobiles essent, dæmones expellebant, & per impositionem manuum multos languores curabant in Emerita vrbe Lusitanicæ provincie. Quod cum præses audisset, eos ad se victos cathenis adduci iussit, & in Mauritaniam provinciam profecturus secum ducere decreuit. Illi autem labores itineris, cathenas, & famem, gaudentes, animi virtute tolerabant. Tandem cum ventum esset in locum qui dicebatur Vsianus, apud Gades, iussit præses vt colla eorum carnifices amputarent. Ducti igitur ad collem flexis genibus orantes Deum, gladium sacris ceruicibus exceperunt, quorum Seruandus Hispali cum Iusta & Rufina, Germanus vero in Augusta Emerita sepultus est.

De Facundo & Primitiuo martyribus.

IN Hispania præses Decianus super ripam fluminis quod Seya dicebatur, secus stratum, vbi erat idolum ad immolandum ei, multitudinem gentium congregauit. Erant autem non longe ab eodem loco duo fratres, Facundus & Primitiuus Christianissimi, qui noluerunt idolo immolare, & propterea accusati apud iudicem ducti sunt apud eum. Quos cum multis minis exhortatus fuisset, vt idolis immolarent, responderunt: Nos quotidie immolamus domino Iesu Christo, & nobis optabile est pro eo pati: & sic vsque ad mortem perseuerarunt.

De sancto Leandro Episcopo Hispalensi.

INTER cæteros autem Hispanos homines doctrinis excellentes, Leander Hispalensis Episcopus sanctitate, doctrina, atque eloquentia maxime floruit, cuius cõcionibus & exemplis tota Vefegothorum gens per Recaredum eorum regem ab Ariana impietate conuersa est: quippe qui multa ad catholicæ fidei confirmationem & ipsius Arianae hæresis confutationem composuit. Nam eandem pestem Vandali plures in Hispaniam ex Africa detulerant. Huic autem Leandro viro insigni diuus Gregorius Pontifex adhuc monachus moralium suorum librum scripsit.

De sancto Isidoro Hispalensi Episcopo.

LEANDRO viro docto sanctoque frater Isidorus doctissimus ac sanctissimus in Hispalensis episcopatus dignitate successit, qui vnus inter omnes Hispaniarum sanctitate, tum literis clarus, non secus ac sol inter omnia sidera fulsit. Natus enim ex stirpe regia, verus nobilis, verus doctus, verus sanctus, & cunctis virtutibus excellens plurimum, & patriam Hispaniam & Christianam religionem illustrauit. Fuit autem diui Gregorii Papæ discipulus, a quo & doctrinam & sanctitatem doctus, ob doctrinam singularem maximasque virtutes miraculaque permulta in magnam apud omnes admirationem deuenit. Qui cum eruditissimus esset, plurima ad Christianam fidem pertinentia ac de aliis rebus librorum volumina confecit, quorum hæc præcipua fuerunt: Etymologiarum libri viginti, De summo bono tres, Allegoariarum tres, Astronomiæ liber vnus, Officiorum libri duo, Ad Floram sororem libri duo, Differentiarum liber vnus. Scripsit & de viris illustribus & Grammaticæ vocabulis. Item historiam ab Adam vsque ad sua tempora, & Longobardorum gesta mandauit literis, multorumque sanctorum vitas. Librum insuper de Cosmographia & rerum naturis, multaque alia ac pene innumerabilia opera composuit. Ex cuius libris hæc salutaria præcepta consiliaque sapientiæ plena collegimus, quæ sequuntur. Patienter ab vno ferendum est, quod multis accidit. Difficile est præuam vincere consuetudinem. assidua namque consuetudo in naturam conuertitur. Conor a lapsu resurgere, & non valeo vsui repugnare. Trahor amore boni, retrahor malæ consuetudinis lege.

Quamuis cum dolore vsui malo resiste. Corrupti non potest corpus, nisi prius corruptus fuerit animus. Castitas hominem cælo coniungit, & angelorum comitem facit. Saturi libido semper est accensa, ieiunio vero deprimitur. Venis vino plenis in membris luxuria pullulat. Pocula sunt enim luxuriæ instrumenta, & igni adiecto fomite magis incendium crescit. Si vis a fornicatione esse tutus, esto corpore & visione, muliere discretus. Circa serpentem enim positus diu illæsus non eris. Eiusdem sancti sententiæ memoratu dignæ de patientia & humilitate. Quantum humilitate cor inclinatur ad infima, tantum proficit in excelso. Primus humilitatis gradus est libenter audire veritatem, memoriter retinere, voluntarie proficere. Veritas mentem fugit, quam humilem non inuenit. Descende ut ascendas, humiliare ut exalteris, ne exaltatus humilieris. Esto paruus in oculis tuis, ut sis magnus in oculis Dei. Tanto enim eris apud deum preciosior, quanto fueris ante oculos tuos despectior. Humilitas casum nescit. Æqualis esto in omnibus, mentem neque gaudio commutes, neque merore. Nullus te casus imparatum inueniat. Nullus sit casus quem non præmeditatio tua præuiderit. Propone tibi nihil esse quod non possit accidere. nam præcogitatio molestias futuras attenuat, improuisa autem mala grauitur ferunt. Quod tibi in alio displicet, in te ipso displiceat. Para tibi contra verbum asperum tolerantia clypeum, contra linguæ gladium patientiæ scutum. Conuitium non retorqueas, contumeliam ne repetas, tene silentii patientiam, tacendo facilius vinces. Aperi tranquillo corde dolorem iniuriæ. vulnus quamuis graue sit, apertum euaporat, valde autem comedit animum vulnus inclusum. Inuidia sibi met primum nocet, primum actorem suum mordet. est enim animæ tinea, quæ sensum comedit, pectus vrit, mentem afficit, cor quasi pestis depascit. Eiusdem sancti præcepta de bona & honesta conuersatione. Professionem tuam habitu & incessu demonstra, sit in gestu grauitas, in incessu honestas, nihil lasciuia, nihil dedecoris, nihil petulantia, nihil insolentia, nihil in incessu tuo leuitatis appareat. Mores hominis lingua pandit. qualis enim sermo, talis & animus existimatur. Alienam vitam non laceres, de malo alieno os tuum non inquines. Non detrahas peccanti, sed condole. Quod in aliis detrahas, in te potius pertimescas. Detrahentes quoque non audias. pari enim reatu detrahentes & audientes tenentur. Inter fideles non computantur, qui quod uouerunt non adimplent, quia fidem promissionis non soluunt. In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum. impia est promissio quæ scelere impletur. Nulla poena grauior est, quam mala conscientia. mens enim malæ conscientia propriis stimulis agitur. Prauas cogitationes tuas manifesta. vitium enim proditum cito curatur. In bonis dilatio nocet. Sæpe natura moribus immutatur, consuetudine superatur. Quod cum difficultate cœperis, per vsu cum voluntate perficies. Non solum factor, sed etiam conscius peccati tenetur obnoxius. Hæc itaque præcepta salutifera de sancti gloriosissimi codicibus hausimus. Cuius dies festus, cum sanctus fuerit egregius, cum apud Christianos omnes, tum vero apud Hispanos deuotissime celebratur.

De diuo Antonio sacrarum literarum Arca cognominato.

DIUUS autem Antonius Hispanus & ex Vlix bona ciuitate oriundus, atque ordinis Minorum sacerdos, admodum quidem & vita sanctus, & multis virtutibus adornatus fuit, qui apud Patauium innumeris claris miraculis summa cum gloria Deo animam restituit. Quas ob res a Gregorio summo Pontifice sanctorum confessorum consortio relatus est. Cæterum cum religiosos omnes non solum sui temporis & ætatis, verum etiam priorum sæculorum longe literis omnibus præstaret, sacrarum literarum Arca cognominari meruit. Et cum Tolosæ, Bononiæque, atque Patauii theologiam diutius egregie docuisset, hac de re non paucos edidisse libros perhibetur.

De diuo

De diuo Vincentio Theologo celeberrimo.

DIUUS etiã Vincentius, patria (vt quidam volunt) Valentinus, quantum Hispaniam, patriam, religionem Christianam illustrauerit, narrare quis posset? Hic enim prædicatorum ordini seruiens, declamator ac theologus celeberrimus, non doctrina modo celebri, sed insignis sanctitate singulari, plurimum quidem Christianæ religioni cunctisque mortalibus prodesse maxime studuit: quippe qui cum concionandi munere facundissimus & vehementissimus esset, quoad vixit, religionem Christianam & fidem catholicam prædicando, docendo, & monendo, non verbis modo, sed exemplis augere ac iuuare non destitit. Qui cum & in morte & post mortem plurimis miraculis claruisset, Calixtus tertius summus pontifex eiusdem patriæ, de quo postea scribemus, anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto eas ob res in sanctorum numero cum aggregauit, & eius festum Nonis Aprilis celebrari iussit. Qui dies etsi in Hispania tota diligenter & honorifice colitur, multo tamen magis apud Valentiam, vbi natale solum patria diuo Vincetio sui nominis gaudet alumno. De cuius admodum proficuis concionibus & aliis rebus alibi plene scripsimus.

De sancto Dominico Calagurritano.

ET SI statueram de Hispaniæ sanctis & martyribus separatim scribere, quoniam tamen hi omnes fere literis floruerunt, & in his diuum Isidorum atque alios sanctissimos annueramus, eorum quidem locum sibi quisque, vt mihi venerit in mentem, sortietur, præferim cum id Sanctum nullum moleste laturum certo sciam. Hunc itaque locum diuus Dominicus sibi vendicat. Qui mirabili sanctitate & doctrina singulari decoratus, & religionis Christianæ quasi matutinum sydus effulgens, in Calagurra Hispaniæ ciuitate natus, vt accepimus, ex regulari canonico vocatus a Deo cum sociis fratribus duodecim, prædicatorum ordinem incredibili seruire religionis instituit. Quo instituto diuinitus a gloriosissima Dei genitrice Maria etiam ipsius habitum religionis assumpsit. Cuius religionis cum esset cultor maximus, procurante Innocentio tertio pontifice maximo, hæresin apud Tolosam nuper obortam mira celeritate atque virtute compescuit. Deinde autem ab Honorio sequenti pontifice ipsius ordinis confirmatio nem meruit obtinere. Quo quidem confirmato innumerabilia ferme monasteria condidit, ac plurimis signis miraculisque clarissimus vniuersam pene Europam docendo prædicandoque perlustrauit. De cuius multis miraculis vnum hic duntaxat exponam, quod in Sicilia contigit. In Augusta itaque Sicilia ciuitate deuotæ cuiusdam matronæ filia vitio lapidis longo tempore laborauit. Nullo autem medicinae consilio suffragante, solum sibi supererat incisuræ remedium. Cum igitur dies esset statuta, qua puellam oportebat incidi, mater filia periculum timens, præcedenti die ad ecclesiam beati Dominici se contulit, & orationi se dedit, suamque filiam Deo & sancto Dominico voto quo potuit commendauit. Sequenti ergo nocte dormienti puellæ beatus Dominicus astitit, & in manu eius lapidem quo torquebatur, posuit, & abcessit. Quem puella euigilans & se liberatam inueniens matri dedit, & visionem per ordinem explicauit. Mater vero cum ingenti lætitia lapidem ad fratres attulit, rem quoque gestam coram multis exposuit. Quem fratres in ecclesia ante imaginem beati Dominici, & in futuram memoriam tam stupendi miraculi suspenderunt. Tandem anno nostræ salutis millesimo ducentesimo vigesimo tertio apud Bononiam Italiæ urbem Nonis Augusti migravit ad Dominum, quem postea Gregorius eius auditis miraculis & vitæ sancti monia, in sanctorum numerum retulit.

De sacris aedibus & locis in Hispania religiosis & miraculis celebratis.

HABET Hispania præter sanctos & martyres quos supra memorauimus, alios etiam complures, & sacras aedes & domos insignes miraculis celebratas, quas non Hispaniæ solum populi, sed externæ quoque gentes & principes religionis Christianæ cultores frequentare solent, sua vota promissaque soluentes. Veniunt enim de remotissimis regionibus, & ex Europa fere tota Christiani Reges magnique principes, peregrinantes in Hispaniam, Compostellamque Callicæ prouinciæ ciuitatem, sancti Iacobi miraculis inuitati, sua dona magnaue ferentes: qui summi pōtēficis autoritate gratiaque sancti Spiritus omni culpa pœnaque soluti, lætantes domum suam reuertuntur. Opera precium est anno remissionis peccatorum, quod iubileum vocant, videre præter Hispanos quamplurimos, innumeros etiam peregrinos ad hoc sanctissimum templum cōfluentes. Cæterum de huius apostoli miraculis & vita sanctissima multi scripserunt, & magna circumfertur historia, quam qui videre voluerint, legant apud alios, & præsertim apud Gregorium pontificem maximum, qui de sancti Iacobi miraculis & meritis plenissime scripsit. In oppido prouinciæ Lusitaniæ quod Guadalupum vocant, & (vt alio loco scripsimus) Iuporum flumen interpretatur, domus est ordinis sancti Hieronymi virgini deiparæ consecrata, fama celebris & miraculorum monumentis illustri, cui quicumque se commendant votaue promittunt, ab omni periculo liberantur. In qua quidem domo plurima miraculorum signa, multa magnaue cernuntur, quæ numerare longum esset: ideoque prætermittimus, quoniã leguntur apud alios. In Ouetana vrbe præter crucem quam diuinitus angeli fecerūt, alia quamplurima memoratu digna leguntur. De quibus pauca referre libet, vt ea qui legerint, videre cupiant. Illic enim colitur arca ab Apostolis ex incorruptibili materia fabricata, Deique magnis operibus plena, quam Deus omnium rerum maximus opifex mirabiliter ab vrbe Hierosolymitana in Aphricam, ex Aphrica in Carthaginem nouam, ex Carthagine Hispalim, ab Hispali Toletum, & ex Toletum in Asturias ad ecclesiam sancti Saluatoris, & in locum qui dicebatur Ouetū, transtulit. Quam cum sacerdotes aperuissent, in ea multas arculas inuenerunt, alias aureas, alias argenteas, & alias eburneas. Quibus magno cum Dei timore reclusis, scripta quædam viderunt affixa, in quibus arcana multa cōtinebantur, quæ nunc in Ouetana custodiuntur ecclesia, & peregrinis illac transeuntibus demonstrantur. Quorū multa prætermittentes, pauca quæ sunt in ecclesia Ouetana monumenta salutifera, breuiter enarrabimus. Continetur itaque in hoc sanctissimo templo res quæ sequuntur admirabiles: de ligno crucis domini, de spinis eius coronæ, de sepulchro, de sindone & tunica, de pannis in quibus Christus nascens inuolutus iacuit in præsepio, de pane cœnæ domini, item de pane quo dominus hominum millia quinque satiauit, de mana quod Deus pluit filiis Israel, de terra motis Oliueti in qua dominus tenuit pedes ascensus in cœlum, & in qua pedes tenuit quando Lazarum suscitauit, & de sepulchro Lazari, de lacte virginis Deigenitricis, de capillis & vestimentis eius, vnus de triginta denariis quibus Iudas dominum vendidit, item pallium & ornamentū quod Regina cœli dedit. Illephonso Archiepiscopo Toletano, & de alio pallio Heliæ prophete, vestimētum beati Tirsii martyris, manus sancti Stephani protomartyris, calcem dextri pedis Apostoli sancti Petri, frōs diui Ioannis Baptistæ & de eiusdem capillis, de ossibus sanctorum innocentium, de articulis digitorum, de ossibus trium puerorum, Anania, Azaria, & Misaelis, de capillis cum quibus beata Maria Magdalena terfit pedes domini, de lapide quo signatum fuit domini sepulchrum, de oliua quam dominus tenuit in festo Ramis palmarum, de petra montis Sinai supra quam Moyses ieiunauit, de virga qua Moyses mare rubrū diuisit filiis Israel. Ibi sunt & sportæ Petri & Andrea Apostolorum, & partes piscis assati, & fauum mellis: & præterea multa corpora sanctorum martyrum, & ossa prophetarum, confessorum, ac virginum. Diuersa ibi sunt pignora recondita, quorum numerum Dei solius est comprehendere. Hæc itaque & alia multa in arca prædicta continentur. Sed sunt præterea in ecclesia Ouetana

fia Ouetana sanctorum martyrum corpora, Eulogii scilicet, Lucretii, & Eulaliæ virginis, sancti Pelagii martyris, & Vincentii martyris & abbatis, & sancti Iuliani pontificis, & corpus Regis Casti qui Ouetanam fundauit ecclesiã. Crux ibi quoque conspicitur ab angelis condita, atque vna de sex hydriis in quibus dominus aquam conuertit in vinum. Cæsaraugusta felicissima ciuitas Mariæ virginis, quæ Palaria cognominatur, multis decorata miraculis insignis est, & quotidie sanctissime colitur, cuius ecclesiã diuus Iacobus inchoauit, & populus Cæsaraugustanus absoluit, magnisque reditibus instituit, quæ nunc assidue multis sacrificiis & orationibus deuotissimis frequentatur. De cuius miraculis & altissimo mysterio multa scripta fuerunt, quæ nunc in eo templo diligentissime seruantur. In monte quem Serratam vocant, apud Barcinonem, beatæ Mariæ virginis assidue miracula multa diuinaque mysteria summa cum veneratione celeberrima cantat ecclesia. Domus est in altissimo monte sita, & in amœnissima conualle, & altissimis rupibus adhærens, & a multis non solum Hispaniæ populis, sed etiam ab externis gentibus & peregrinis frequentata, quæ supra se & in altioribus locis montisque iugis domunculas & ædiculas habet, in quibus viri religiosissimi Deo seruientes solitariam vitam agunt, qui se adeuntibus sermocinantur, & sanctissime consulunt. Hæc præterea domus quamuis parua, cubacula tamen habet & hospitia in quibus Reges, Duces, Marchiones, Comites, & equites separatim recipiuntur. Huius autem sanctissimæ religionis & deuotissimæ domus ordinem diuinaque mysteria multaque miracula, quæ magno indigent volumine, causa breuitatis omittimus, quoniã sunt ab aliis autoribus commemorata. Daroca felicissima ciuitas non immerito suis corporalibus gaudet, in quibus hostiam quam sacerdos inter sacrificandum consecrauerat, & superuenientibus hostibus inuolutam panniculo candido sub lapide reposuerat, inuenit in carnem conuersam, & panniculo adhærentem, cum vitrix a prælio reuertisset. Quæ quidem res admirabilis & pro magno celebrata miraculo, fecit urbem Darocam felicem & memorabilem. Mentesa quoque quam Iaenem vocant, vna de primariis Bæticæ prouinciæ ciuitatibus, Christi sudario, quam dicimus alio nomine Veronicam, non immerito gloriatur. Hoc enim sanctissimo munere donata ciuitas illa est admodum felix, est admodum diues, & visitatur a multis, & maxime colitur. Cæterum sudarium hoc qui diligenter intuentur, cuius sit coloris discernere minime possunt, tanta inest ei diuinitas & colorum varietas. Apud Aucam urbem quam Burgensem nunc appellant, templū est ordinis sancti Augustini venerabile, magnæ deuotionis, in quo Christi saluatoris imaginem crucifixam adorauimus, quæ a Nicodemo facta perhibetur. Hanc imaginem inuenisse mercatorem quandam commemorant in arca maris fluitibus agitata. Cuius imaginis inuocato numine multos infirmos conualuisse nobis affirmarunt plures homines fide digni. In oppido nomine Baluaneda domus est ordinis sancti Benedicti, vbi vir sanctus Athanasius habitum religionis accepit. In qua quidē domo, sicut & in Compostella, Iubileum celebratur quolibet septennio, quo Christianis confessis & pœnitentibus omnia peccata dimittuntur. In iugo montis altissimi, quam rupem Gallicam vocant, aedes est sacra deigenitrici dicata, quæ propter magna dei opera summa veneratione colitur, & a multis Hispaniæ populis & peregrinantibus frequentatur, & a pluribus etiam Salmanticæ studentibus. In antiquissima ciuitate quam sancti Dominici Calciatensis vulgus appellat, gallum vidimus & gallinam, qui dum vixerūt, cuius coloris fuissent, ignoramus: postea vero cum iugulati fuissent & assi, candidissimi reuixerunt, magnam Dei potentiam summumque miraculum referentes. Cuius rei veritas & ratio sic se habet. Vir quidam probus & amicus Dei, & vxor eius optima mulier cum filio adolescentulo magnæ probitatis, ad sanctum Iacobum Compostellam proficiscentes, in hanc urbem itineris labore defessi ingrediuntur, & quiescendi gratia restiterunt in domo cuiusdam qui adultam filiam habebat. Quæ cum adolescentē pulchra facie vidisset, eius amore capta est. Er cum iuuenis ab ea requisitus atque vexatus, eius voto repugnasset, amorem conuertit in odiū, & ei nocere cupiens, tempore quo discedere volebant, eius cucullo craterā sui patris clam reposuit. Cumque

peregrini mane discessissent, exclamauit puella coram parentibus crateram sibi fuisse subreptam. Quod audiens Prætor satellites confestim misit, ut peregrinos reducerent. Qui cum venissent, puella conscia sui sceleris accessit ad iuuenem, & crateram eruit e cucullo. Quapropter comperto delicto, iuuenis in campum productus iniqua sententia & sine culpa laqueo suspensus est, miserique parentes cum filium deplorassent, postea discedentes Compostellam peruenerunt. Vbi solutus votis & Deo gratias agentes, subinde redeuntes ad locum peruenerunt, ubi filius erat suspensus, & mater multis perfusa lachrymis ad filium accessit, multum desuadente marito. Cumque filium suspiceret, dixit ei filius, Mater mea noli flere super me, ego enim uiuus sum, quoniam virgo Dei genitrix & sanctus Iacobus me sustinent & seruant incolumem. Vade charissima mater ad iudicem qui me falso condemnauit, & dic ei me viuere propter innocentiam meam, ut me liberari iubeat, tibi que restituat. Properat sollicita mater, & præ nimio gaudio flens uerius, prætorem conuenit in mensa sedentem, qui gallum & gallinam assos scindere volebat, Prætor, inquit, filius meus uiuit, iube solui obsecro. Quod cum audisset prætor, existimans eam quod dicebat propter amorem maternum somniasse, respondit subridens, Quid hoc est bona mulier? Ne fallaris. sic enim uiuit filius tuus, ut uiuunt hæc aues. Et vix hoc dixerat, cum gallus & gallina saltauerunt in mensa, statimque gallus cantauit. Quod cum prætor uidisset, attonitus continuo egreditur, vocat sacerdotes, & ciues proficiscuntur ad iuuenem suspensum, & inuenerunt incolumem valdeque lætantem, & parentibus restituunt, domumque reuersi gallum capiunt & gallinam, & in ecclesiam transferunt magna solennitate. Quæ ibi clausæ, res admirabiles & Dei potentiam testificantes obseruantur, ubi septennio uiuunt. hunc enim terminum Deus illis instituit, & in fine septennii antequam moriantur, pullum relinquunt & pullam sui coloris & magnitudinis, & hoc fit in ea ecclesia quolibet septennio. Magnæ quoque admirationis est, quod omnes per hanc urbem transeuntes peregrini, qui sunt innumereabiles, galli huius & gallinæ plumam capiunt, & nunquam illis plumæ deficiunt. Hoc ego testor, propterea quod vidi & interfui, plumamque mecum fero. Apud oppidum Olianam quod est in ripa Sicoris, & distat ab Ilerda passuum millia circiter quadraginta, domus est Mariæ virginis Castiluedrensis in alto loco posita, ad quam domum singulis annis in Martio mense, diebus Veneris, ex insula fluminis tria lumina cærulei coloris ascendunt, & ecclesiam per fenestras ingressa, lampades accendunt, & subinde descendunt ad eundem locum unde venerant, ibique ab insipientium oculis euanescent. Quæ res admirabilis a populis illius regionis & viris fide dignis affirmatur. Sunt in Hispania præterea Cartusianorum domus magnæ uenerationis, numero tredecim, quarum antiquissima est Scaladei apud Tarraconem, Porta cæli Valentiniæ dicecesis, Paularia dicecesis Toletanæ, Beata Maria de Couis apud Hispalim, Mons hilaris Barcinonensis dicecesis, Vallis Christi Segobricensis, Miraflores apud urbem Burgensem, domus Aniaga Palentine dicecesis, domus Xericia dicecesis Gaditanæ, domus beate Mariæ de Fontibus Oscensis dicecesis, domus apud urbem Granatam, quæ nostris temporibus instituta fuit a principibus catholicis, & domus Nazareni dicecesis Maioricensis. Hæc itaque sunt deuotissimi Christiani, quæ vidimus in Hispania loca religionis memorabilia & domus insignes propter diuina mysteria & opera sanctissima, multa que miracula quæ Deus in illis ostendit, quarum principia, causas, & historias, cæterasque res prætermittimus propter multitudinem magnitudinemque. Quisquis igitur omnia plene scire uoluerit, quærat a sacerdotibus qui domos quas memorauimus, diligentissime colunt, & omnia mysteria callent.

LVCII

807

LVCII MARINEI SICV- LI DE REBUS HISPANIÆ LIBER SEXTVS.

De primis Hispaniæ & aliarum regionum cultoribus.

NUNC autem de primis Hispaniæ & aliarum prouinciarum cultoribus scripturus, lectores admoneo, ut ea quæ dixerō non ex meo capite deprompta fuisse putent, sed ab aliis & non indoctis scriptoribus apud quos latius diffusa sunt, accepta. Scribunt itaque Iosephus & Berofus, quibus ditius Hieronymus & Eusebius assentiuntur, Tubalem quintogenitum Iapheti filii Noæ, primum Hispaniæ Regem fuisse. Idem Berofus asserit Noam cognomento Ianum; ex Phœnicia in Hispaniam traiecit, qui Tubali nepoti suo ex Iapheto filio colonias duas reliquit de suo nomine dictas Noelas & Noeglas, quas Plinius Noegas & Noelas appellauit. Tubal itaque primus Hispaniæ Rex fuisse perhibetur. Quod ut clarius fiat, quædam nobis altius repetenda sunt, quibus non Hispaniæ solum, sed aliarum quoque terrarum primus cultus demonstrabitur. Iaphet igitur Noe filius, ut docet Genesis, cui pater Noe benedicens ait, Dilatet dominus deus domum filiorum tuorum: in Europam profectus filios septem progeniuit, quorum e duobus septem quoque nepotes habuit. Filii autem Gomer, Magog, Meder, Iauan, Tubal, Mofochoc, & Thyras fuere, qui regionem quæ a Tauro & Amanō montibus incipit, & per Asiam usque Tanaim flumen protenditur, coluere. Ex quibus Gomer primus Iani filius in Europa Gomoritas instituit, quos deinde Græci Galatas appellarunt. Magog autem in Scythiam ueniens de se Magogas formauit, quos Græci dixerunt Scythas, a quibus & Gothia & Scythia regiones dictæ fuerunt. Meder uero seu Medeus Medorum gentes instituit, e quibus Media regio nomen accepit, quæ inter Persiam & Assyriam sita est, quæ tamen a quibusdam Medo Medusæ filio nuncupata existimatur. Iauan insuper Ionibus, id est Græcis, nomen dedit, unde Ioniam mare dicitur, & Ioniam Græcorum tellus, quam tamen Virruuius ab Ionis nomen accepisse refert Atheniensium duce. Tubal autem condidit Hispanos, ut supra dictum est. Ante cuius aduentum in Hispaniam neminem uenisse præter eius auum Noam, multi pro certo habent. Cæterum quoniam de primis Hispaniæ cultoribus loquimur, aliarum quoque prouinciarum cultus initia referre non ab opere nostro alienum ducimus. Mofochoc itaque Cappadoces instituit, qui Cappadociam regionem uocarunt, quam postea Cæsarcam dixerunt Romani. Denique Thyras ultimus Iani filius Tyreses condidit, a quibus Thracia nomen accepit. Nunc autem quoniam diximus quas regiones & gentes septem Iani filii coluerunt, quas etiam nepotes instituerunt, breuiter explicabimus. Ascarnes enim Gomeris filius & Iani nepos instituit Sarmatas, qui nunc in Scythia Meotidos paludis profundum incolunt. Quæ quidem regio, teste Lucio Floro, tenuis est & inutilis, ac infelicitibus arboribus & barbarie plena; adeo ut penè pacem & humanitatis cultum non intelligant, nostris præsertim temporibus Lutherianam hæresin sectamque nefandissimam colentes. Hanc enim prouinciam plures inuicem Bohemiam esse opinantur. Raphas autem secundus Gomeris filius Riphæos, qui Paphlagonas appellantur, & Troianos condidit: unde regio Paphlagonia dicitur. Hi autem, ut Cornelius inquit, olim in Italiam transferuntur, a quibus Enei, id est, Veneti dicti fuere, & prouincia Venetia nomen accepit. Tergoma quoque, siue Tygram, Gomeris filius tertius, ut Iosephus narrat, informauit Tygrameos, quos Græci Phryges uocarunt, qui deinde a Dardanio Iouis & Electræ filio Dardani dicti fuere: postea uero Troiani a Troe Dardani filio. Fuit præterea & Elifas Iani filius, qui Elifais imperauit, qui nunc Æolia a Græcis denominantur, & a quibus etiam insula in freto Siculo Æolia dicitur. Fuit & secundus Iauæ filius nomine Tarsis, qui Tarsos populos in Asia condidit, qui quondam Cilices dicti fuerunt, unde

Y y ij

regio Cilicia nominatur. Multa præterea commemorare possemus, quæ causa breuitatis omittimus, vt ad inceptum redeamus. Ab his autem & eorū successoribus, Augustino referente, lingue & gentes fere omnes institutæ fuere. Nam a Cethi Iauæ filio Cypri cognominati sunt, & a Rhadami eiusdem filio Rhodii. Vocauit etiã Assur Assyrios, & Heber Hebræos, & Merfa Merseos, qui deinde dicti sunt Ægyptii ab Ægypto fratre Danai, vt testis est Eusebius. Sed ad Tubalem redeo, cui filius successit Iberus, de cuius nomine amnis Iberus, vt quidã volunt, nomen accepit, & Iberia dicitur Hispania. Post Iberum autem Iubalda Rex tertius Hispaniæ suscepit imperium, a quo Iubalda mons nomen accepit, teste Beroso, quem Ptolemæus vel eius scriptores pro Iubalda Iubedam scripserunt, & Mauri barbaræ lingue Zibaltar appellant. Iubaldæ vero Brygum successisse narrat Berosus, quem Aramei Castellorum significare dicunt, & Brygola castellum in alto loco positum. Quapropter Brygum Regem nonnulli dictum putant, vel quod in vexillo castellum gerebat, vt Berosus asserit, vel quod in Hispania castella multa fundauerit, quibus suum nomen indidit, quod etiam Ptolemæus comprobare videtur. Hinc itaq; sunt in Hispania nomina quædam, quæ terminantur in bryga, vt Lacobryga, Mirobryga, & alia plura, de quibus alio loco scripsimus. Quintum Hispaniæ Regem Tagum fuisse memoriæ Berosus prodidit, a quo Tagus amnis in Hispania dictus, vt idem Berosus ait, pisculentus & aureis arenis diues, vt alio loco diximus. Post autem Tagum Bætus Hispanis imperauit, vt quidam scribunt, a quo Bætis fluiuius & Bætica prouincia, hoc est patria scælix & beata, vt quidam scripserunt. Quam magnus etiã Homerus Elysiis campos, vt alio loco scripsimus, appellauit, teste Strabone. Hebræi vero Bætum a Behin dictum putant, quod interpretatur a Hieronymo locus vitæ meæ, id est, optatæ scælicitatis, quæ cuiq; vitæ locus est & campus Elysius. Cæterum Bæto Geryon in Hispaniæ principatu successisse fertur, qui tyrannidem, vt Berosus scripsit, exercuit. Fuit autem Geryon Aphri generis, cuius nomen aduenã significare dicunt. Hic teste Beroso, ex Mauritania traiecit in Hispaniam quam sibi parere coegit, cui Græco cognomento fuit Chryseus, & Latino Aurcus: propterea quod (vt scribit Berosus & Diodorus Siculus) a magnis diuitiis nomē assumpsit. A quo, nisi fallor, Geryone domus in Hispania antiquissima cognomen accepit, quæ nunc Gironia dicitur. Moriens autem Geryon tres reliquit filios quos trigeminos Geryones appellarunt, propterea quod (vt alio loco scripsimus) vnanimis fuerunt, summaq; concordia vixerunt, quos, vt aiunt, Hercules Libyus Osiridis filius cõtra se venientes campestri certamine sustulit. Hercules autē victoria positus ex Hispania discedens, Hispalum Hispaniæ regno præfecit, de cuius nomine Hispalim & Hispaniam dictã fuisse quidam volūt. Quibus assentitur Toletanus antistes Rhodoricus insignis historicus. Hunc autē Hispalum Hercules filium fuisse memorat. Siquidem Hispanus & Iliberia eius filia, nepotes Herculis a scriptoribus Hispanis referuntur. Hispalo autem mortuo regnum suscepit Hispaniæ, nepos Herculis cui nomen erat Hispanus, a quo Hispalim urbem & Hispaniam nominatam fuisse nonnulli volunt. Hercules autem cum in Italia res memorabiles gessisset, & magnis laboribus functus esset, vt Berosus est autor, in Hispaniam rediit, vbi nepos eius Hispanus imperabat. Quo mortuo Hercules ipse, quamuis admodum senex, Hispaniæ regnũ suscepit, ibiq; paulo post e vita discessit apud Gades: vbi Gaditani templum in eius memoriam condiderunt. Quod Pomponius Mela, Suetonius Tranquillus & Berosus affirmant. Rhodoricus Archiepiscopus Toletanus Herculem scribit in Hispaniam Atlantem secum duxisse, quem Berosus non Maurum, sed Italum fuisse narrat, cui frater erat Hesperus, vt scribit Iginus, quem Libyus Hercules sibi successorem reliquit, quem postea Atlas eius frater ab Hispania pellens, in Italiam fugere compulit, vt scribit Iginus. Quapropter Hispaniam & Italiam Hesperias ab Hespero Rege dictas affirmant. Atlas itaque Hespero fratre pulso regnare cœpit in Hispania, quem Berosus Atlantem Italum Kytim nominauit. Qui cum Sicorum filium Hispaniæ Regem instituisset, in Siciliam primum, deinde in Italiam traiecit, vt Hetrusca refert historia. Itaque successit Atlantii filius nomine Sicorus, vt Berosus asserit, a quo Sicorum flumen dictum fuisse

fuisse opinantur. Sicoro vero Sicanus filius successit, vt ait Berosus, a quo Siculis & Italis nomen inditum est clarissimum, quod a pœtis & scriptoribus maxime celebratur. Successit autem Sicano Siceleus, qui Siculis, vt Dionysius Halicarnæus meminit, nomen dedit. Defuncto autem Siceleo Lufus eius filius in Hispania regnavit, a quo Lusitaniam dictam esse nonnulli contendunt, & multas etiam colonias in Hispaniam traductas. Reliquit autem Lufus Hispaniæ Regem Siculũ. Cæterum sciendum est Hispanos olim nõ Reges proprios, sed dũces habuisse, vt Trogus scribit: ideoq; Sicorus, Sicanus, Siceleus & Siculus, non Reges, sed Dũces dicebantur. Habuit autem Siculus successorem Testam, qui, vt quidam scribunt, ex Libya fuit oriundus in Tritonide patria Mineræ, & urbẽ Testam condidit in litore maris apud Valentiam, de cuius nomine Ptolemæus populos propinquos Conestanos appellauit. Post Testam vero Romus Hispanis, vt quidam volunt, imperauit, qui Valentiam urbem clarissimam condidit, & de nomine suo Romam vocauit, quam postea, sicut alio loco diximus, Romani nominis significatione feruata, Valentiam dixerunt. Regnavit in Hispania post Romum Palatous, qui Valentiam domiciliũ habuisse fertur. Quam quidem rem populi Valentiam propinqui qui Palatoui nominantur, vero similem faciunt, & etiam domus equitum Valentiorũ qui Palatoui dicebantur, & nunc Mompalai dicuntur. Palatoui Cacus Celtiber, vt quidam scribunt, ab Hispania propulit, qui victoriã consequutus, vt aiunt, Caco moti nomen dedit: quem tamen montem Martialis non Cacum, sed Catum vocat. Quidam vero dicunt Palatoum victum a Caco fuisse, propterea quod adolescens nondum militarem disciplinam perceperat. Cæterum Cacus Vulcani filius existimabatur, quoniam primus in Hispania ferrum inuenit, & arma cõficere docuit, quem victum ab Hercule fuisse poëtæ fabulantur. Sunt etiam qui dicunt Catum a Palatoo qui ætate firmiori arma resumpserat, profligatum in Italiam fugisse: quo pulso Palatous Hispaniæ regnum recuperauit. Caco autem sublato successit Erythrus in Hispania, qui nouum ab Erythreis coloniis nomē accepit, qui, teste Plinio, a mari rubro venientes in Hispaniam Erythram insulam coluerunt. Deniq; post Erythrum in Hispaniæ regno successisse fertur Mellicola, qui proprio suo nomine Gargoris dicebatur, & Mellicola cognomen accepit, vt quidã scribunt, quoniam primus Hispanos vsum mellis edocuit. Hic nepotem ex filia habuit nomine Habidum, de cuius aduersa fortuna cæterisq; rebus quas gessit, Iustinus meminit. Hi sunt itaq; quos memorauimus antiquos Hispaniæ Reges, de quibus autores multi plenius conscripserunt. Cæterum post prænominatos Reges vsq; ad tempora Carthaginensium & Romanorum, qui successerint, alios in Hispania principes non reperio. Verum enimvero Carthaginenses & Romani pro Hispaniæ dominio magna bella gesserunt, in quibus tandem victis & expulsis Carthaginensibus Hispaniam Romani sibi prouinciam fecerunt, eamq; tenuerunt vsq; ad Gothorum aduentum, de quibus nobis hoc loco scribendum est.

De Gothorum aduentu in Hispaniam.

HACTENVS Hispaniæ gentis originem breuiter explicauimus, nũc autem vt Gothorum aduentum in Hispaniam referamus, pauca prius repetere necesse est, quibus historia multo facilius intelligetur. Cum itaq; Carthaginenses Gaditanis consanguineis suis cum Hispanis bellum gerentibus, auxilio venissent, victis hostibus Hispaniæ partem tenuere, quam postea per Amilcatem & eius generum Asdrubalẽ, ac postremo per Hannibalem pene totam occuparunt. Deinde vero Carthaginensibus bello Romanorum occupatis, Romani missis in Hispaniam Scipionibus, primo Pœnos prouincia expulerunt, & postea cum ipsis Hispanis grauissima bella gesserunt per ducentos annos, hoc est a primis Scipionibus vsq; ad Augustum Cæsarem: tametsi non continue, vt scribit Florus, sed vt causæ laceffuerant, nec initio cum Hispanis, sed cum Pœnis in Hispania. Primi autem Scipiones, vt idem Florus meminit, per Pyrenæum iugum Hannonem, Asdrubalemq; fratrem Hannibalis cæcidere, captaq; eo impetu fuisset Hispania, nisi illi occubissent. Quibus Africanus successit, qui statim capta Cathagine Hispaniam stipendiariã Romanis fecit, omnemq; vltra citraq; Iberum amnem imperio subiecit, primusq; Ro-

manorum victor ad Gades & Oceani orā peruenit. Celtiberos primus praelio fre-
 git Marcus Caro Censorinus, deinde Gracchus pater Gracchorum eos vrbium e-
 uersione multauit. Deniq; sæpe deficientibus, Numantia ciuitas eorum bellum
 annos quatuordecim sustinuit: victoq; per Megaram fortissimum ducem Roma-
 norum exercitu, Pompeium aggressi foedus maluerunt, cum debellare potuissent.
 Hostiliū deinde Mancinum fregere, cum hoc quoq; foedus maluerunt contenti ar-
 morum manubiis, cum ad internicionem sēuire potuissent, sed foederis ignomi-
 nia deditus Hostilius fuit. Postremo Scipio minor vrbem euertit, cum sese suaq;
 omnia, Saguntinorum more, igni tradidissent. Sed de Numantia scribemus alio
 loco. Beticam Fabius Maximus consul oppresserat, sed a successore Pompilio vio-
 lata victoria est, qui conficiendæ rei cupidus fractum ducem per fraudem & infi-
 dias & domesticos percussores aggressus est. Turdulus Metellus Macedonicus vi-
 cit, Vaccæos Lucullus. De quibus Scipio posterior singulari certamine prouoca-
 tus, opima retulit spolia. Lusitanos vero & omnis Callicæ populos Decius Bru-
 tus latius domuit, simul formidatum militibus Obliuionis fluuium transmisit vsq;
 ad vltimum Occidentem. Eos autem Viriatus erexit, qui annos quatuordecim cū
 Populo Romano varia victoria pugnauit. Cuius ea virtus & abstinentia fuit, vt
 consulares exercitus cum sæpe vicisset, tantis rebus gestis, non armorum, non ve-
 stis cultum, non deniq; victum mutauerit, sed, vt scribit Florus, in eo habitu, quo
 primum bellum cœperat, perseuerauerit, vt quiuis gregarius miles ipso imperato-
 re opulentior videretur. Tumultuantes etiam Hispanos Marcus Iunius Siluius pa-
 cauit. Deniq; omnes occasione belli Sertoriani per Lucium Metellum & Pom-
 peium Magnum in deditioem accepti fuere. Postea autem prorogato Pompeio
 in quinquennium imperio attriti sunt, & ab Augusto tandem Cantaber omnium
 vltimus subiugatus est vna cum reliqua Hispania in prouinciæ formam reducta,
 eoq; modo per prætores administrata, vsq; ad Honorii principis tempora. Quibus
 temporibus primum Vandali & Alani, mox Gothi, postremo Mauri diuersis cla-
 dibus Hispaniam diripuerunt. Vandali siquidem Beticæ partem occupauerunt, quæ
 adhuc ab Hispanis Vandalia, corruptoq; vocabulo Vandalusia dicitur. Cæterum
 Vandali paucis annis in Hispania commorati, postea Gothi expulsi in Africam
 traiecerunt. Gothi autem & Alani qui hodie Cathalani dicuntur, in Hispania con-
 federunt, de quibus, & eorum rebus gestis, ac de patria vnde venerint, summatim
 dicemus. Gothorum varia genera traduntur. Cornelius Tacitus in historia Ger-
 manica Gothinos Gothos appellat, & inter Germanos ponit. Cui assentire vide-
 tur Ablaius Gothus, qui suum genus ex insula maris Germanici prodire com-
 memorat. Extrat & Hollandiæ nomen insulæ. Spartianus autem in vita Cæsarum
 Geras eos esse dicit, quorū trecenta millia Claudius secundus princeps apud Mar-
 tinopolim in Mæsia praelio deleuit. Procopius vero Græcus autor, qui sub Iustini-
 ano scripsit historiam, dicit Gothos & Visigothos, Vandalos & Alanos vno Sar-
 matarum nomine appellari, eandemq; esse nationem, tantum ducibus quorū no-
 mina acceperunt discretos, homines albos esse, coma flaua, magnis oculis, eisdemq;
 penitus legibus, secta Ariana, & lingua Gothica. Idem scribit famam esse, primum
 Gothos ex Cimmeriis qui ad Tanaim habitabant, venisse, iuuenes quosdam ve-
 nando ceruamq; insequendo fluuium traiecisse, qui reuersi deinde suis agrum
 optimum se vidisse renunciarunt. Illi autem armis freti cum exercitu ad Istrum vs-
 que vincendo peruenerunt, qui postea cum Romano Imperatore foedus iniierunt,
 demum in Italiam primum, & deinde in Hispaniam penetrarunt. In hanc ille sen-
 tentiam scripsit. Raphael vero Volaterranus homo nostri sæculi doctissimus Go-
 thos esse Cimbrosexistimauit, qui olim a Mario victi fuere, & ex Germanico ma-
 ri prodeuntes, Visigothosq; dictos, id est, Occidentales: Ostrogothos autem O-
 rientales eos esse, quos Florus dicit ex reliquiis Marianæ victoriæ ad Mæritidem
 confedisisse. Ex quo nomen & gens Gothorum inter Tartaros in eadem hodie
 parte conspicitur. Hi sunt qui duce Theodorico postremo venerunt. Recte au-
 tem vtrique Sarmatæ dicuntur, a Græcis autem Sauromatæ, quod ita barbaras
 eas omnis Germanis vicinas nationes vocet antiquitas. Inter quos Cimones,
 Homerus

Homerus ponit, a nobis Cimbrosexistimatos, His itaque de causis Gothos Geras
 esse qui longe in Ponto habitant, verisimile non fuerit. Sed res quas Gothi gesse-
 rint in Italia, non minus vere quam ornate scriptas a Raphaele Volaterrano, breui-
 ter exponemus. Gothi itaq; tempore Valentis principis ad Danubii ripam iuxta
 Mæsiam ea conditione confedere, vt non vltra procederent, & vna omnes Chri-
 stiani fierent. Valens itaq; missis ad eos Arianis quorum secta se addixerant, totam
 gentem eo dogmate pollutam reddidit. Post aliquot vero annos, cū gens barbara
 non posset a maleficio contineri, coactus Valens aduersus eos proficisci, superatus
 est & interfectus. Qua victoria illi elati Constantinopolim cum exercitu cōfestim
 petiere, & cum Dominica quæ Valentis fuerat coniux, muliere sapiētissima, pecu-
 nia transegerunt, ac domum pacati se receperunt. Quos Gratianus qui tūc Ori-
 entis imperio successerat, reprimere cupiēs, nec esset bello satis idoneus, Theodosiū
 ex Hispania accersit, qui pluribus postea praeliis cū eis commissis, postremo pa-
 cem fecit. Qua fretus Athanaricus Rex eorum, Constantinopolim vrbis visendæ
 studio profectus, honorificeq; a Theodosio exceptus, ibidem paucis post diebus
 morbo extinctus est. Quapropter Gothi Rege carentes Theodosio tunc militare
 cœperunt: sed fraude Stiliconis, vt dicitur, eos Italiā inuadere cupientis exautorati,
 Rege Alarico creato e Balthorū nobili familia, Pannonias & Illyricū occupantes
 incommodis omnibus affecerunt anno salutis quadringentesimo septimo, cōiun-
 ctisq; cum Radagaso altero Gothorum Rege, de inuadenda Italia cogitarunt. Ra-
 dagasus itaq; primum ingressus ad Apenninum circa Fesulas cōsedit, vbi locorum
 angustiis ac montium asperitate fameq; oppressus, a Stilicone cū toto exercitu su-
 peratur & capitur. Alaricus Rex alter subsequutus in agro Rauennate occurrentē
 cū copiis Stiliconem habuit. Qui cum triennio bellum cū eis duceret potius quam
 gereret, iussu Honorii pacem fecit hac conditione, vt in Gallie parte cōsistere pos-
 sent. Post aliquot deinde annos Stilico contra foedus Gothos in Gallia per Saulem
 Hebræum in die Paschæ incautos, & ex religione resistere nō audentes, adoritur.
 Postero vero die Alaricus Saulem cū toto exercitu infecturus sustulit. Deinde Sti-
 liconi ab Honorio auxilium petenti missus est successor, qui eum ob temeritatem
 quam gesserat, obruncauit. Alaricus rebus feliciter successis, in Italiam hostiliter
 ingressus omnia ferro igniq; vastas, vrbem nemine defensionem facile occupat, anno
 quadringentesimo duodecimo, vrbis autem conditæ millesimo ceteresimo quarto.
 Iussitq; primū confugientes ad sacras ædes esse saluos, inde magna ciuiū facta stra-
 ge, post diem tertium discessit, ac per Campaniam iter faciens populabundus, apud
 Cosentiam ciuitatē morbo correptus interiit. Cui successit Ataulphus, qui & ipse
 vrbē ingressus, si quid erat reliqui, diripuit, rapta insuper Placidia Honorii sorore,
 cuius nuptias discedēs apud forū Cornelii celebrauit. Cuius cōsortio dicitur bar-
 bari peccus delinitū, vt nō ea patraret quæ sæuiter in Romanos cogitauerat. In ani-
 mum enim suum induxerat Romā Gothiam vocare. Itaq; Italia relicta in Galliā
 se recepit. Quē postea Theodosius iunior bello petens cōpulit, vt relicta Narbone
 & omni Gallia in Hispaniā confugeret. Vbi breui deinde tēpore a suis interfectus
 est, ppter ea quod vrbis Romæ pepercisset. Cui Segericus succedēs, & ipse quoq;
 quod pacem cū Imperatore fecisset, a suis necatur. Vallias post hunc regnū susci-
 piens, foedus cum eodem iniuit, vt ei sedes apud Tolosam in Gallia darentur, Pla-
 cidiamq; viduatam remisit, aduersus insuper & alios Barbaros qui Hispaniam oc-
 cupauerant, opes & auxilium pollicitus. His itaq; fretus Honorius Constantinum
 ducem aduersus Alanos & Vandalos misit, qui totam Hispaniā præter Cantabros
 vastauerāt, & quanquā fusi fugatiq; apud Emeritam fuissent, paulo post vires red-
 integrabant. Itaq; vno tempore Gothi, Alani, Vandali Hispaniā possidebant. Val-
 liæ extincto Rhodoricus successit, qui inuito cum Aetio foedere Valentiniani prin-
 cipis duce in campis Catalaunicis in Gallia contra Attilam Hunnorum Regem e
 Pannonia Italiam petentem in praelio occubuit. Cui Turismundus filius successit,
 qui ab Aetio in Hispaniam ad regnum paternū remissus, paulo post a Theodorico
 fratre interficitur. Re postremo Romā ad Augustū deducta, Gothi rursus excitati
 cū tertiā agrī partem in Italia peterēt, Orestes Augustuli pater minime cōsentiens,

eis ad Ticinum occurrens in prælio occubuit. Odoacer eius miles vir Italicus Gothorum simul & Herulorum auxiliis, ut ait Procopius, fugato Augustulo & omnino nobilitate, Romam inuadit, tenuitque annos quatuordecim, donec Theodoricus Rex a Gothis appellatus, amicitia Zenonis principis fretus, a quo etiã statua honoratus fuerat, petiit vrbis Romæ imperium, si Odoacer expelli ab eo cõtingeret. Quo impetrato in Italiam cū maxima manu ingressus, eundem ad Aquileiam occurrentem prælio superauit. Ille Romã reuertens ac claufas portas offendens Rauennam petiit, quam breui tempore per Theodorici obsidionem relinquere coactus est. Specie deinde concordia inuitatus ab eodem ad cœnã, contra iusiurandum interficitur. Theodoricus post hæc tota potitus Italia Romã pacificus adiit, templisq; ac rebus aliis cū omnium gratia restitutis, Rauennã reuertitur, quam sibi regiam delegerat, eaq; animi magnitudine simul & mansuetudine fuit, ut nemini Barbarus videretur, quippe qui Germanum præfulem Ticinensium virum sanctissimum in Burgundiam cum pecunia ad redimendos captiuos miserat, aliaq; opera pietatis obiuerat. Quo vita functo eius filia Amalafunta cum paruo filio Atalarico regnum administravit, adhibito Theodoro propinquo, cuius opera mox interfecta est, ipseque solus regno potitur. Missus interim Bellisario a Iustiano in Italiam cum exercitu ad vlciscendam Amalafuntam cum filio, ac Romam tyrannide Gothorum liberandam, Theodorum interfectum offendens urbem capit. Gothi itaq; tanto priuati imperio, qui ad eam diem annos quadraginta octo regnauerat, in Italia triginta octo sub Theodoro, octo sub Amalafunta & filio, duosque sub Theodoro, Vectigem Regē suffecerunt, non regio sane genere, sed pbata militia, qui Amalafuntæ filiam Theodorici neptem in matrimoniu duxerat. Hic ad vrbis obsidionem cum duobus millibus proficiscitur, ac primum molis Hadrianæ ambitum cingit, mox Portuense castrum, vnde comœtus phibeat, aqueductus quatuordecim rupit. Quare Bellisarius intus pistrina in Tiberi constituit, qui mos adhuc durat. Liberium Pont. q; Gothis fauere videbatur, in exilium misit suffecto Vigilio. Cumq; diu resisteret ac multis Vectigem præliis peteret, profligatū ad extremum cum toto exercitu cepit, ac Cōstantinopolim in triumphū duxit. Creatis post eum Ildebaldo, deinde Alarico Regibus, ad postremū Totila regnū accepit, cuius pater Tauriscis regnabat. qui cū Bellisario variis præliis congregiendens, victor tandem urbem cepit, ac euestigio Pelagium Pontificem ad Iustinianum Constantinopolim oratorem de pace mittit. Qui rediens retulit Imperatorē nihil aliud respondisse, quã se Italiam res semel Bellisario delegasse, cum eo transigeret. Et Totila furiatu tertiam murorū partem vrbis disiecit, Capitolium incendit, omniaq; diripuit, ex quo Dei flagellum cognominatus est. Hunc Totilã Procopius magnis extollit laudibus, ut liberalitate aliiq; animi virtutibus præditum, cum tamē alii crudelem ac singulari arrogantia virum taxauerint. Duces plures sub se habuit, inter quos Barbatia princeps nominatur. Postquam Bellisarius ab vrbe discessit, eam recepit, mœnibus edificisq; refecit, portas restituit earum clauibus Imperatori missis, Totilam urbem repetere ac vi magna obsidentem repulit. Verum cum apud portū postea in valetudinem incideret, resq; paulatim rursus amitteretur, omnino studio per Antoninam vxorē reditum a Iustiano impetravit, atq; item quinque post annos quam venerat reuersus, Diogenem cum tribus millibus Romæ præsidio dimisit, qui Totilæ furorē non expectans Centumcellas aufugit. Ille rursus urbem ingressus mitius se gessit, multaq; a se prius vastata restituit. quod fama est diui Benedicti contigisse beneficio, qui incognitum Totilam iuxta cœnobium eius prætereuntem placauerit. Iuuit etiam Pelagii Pontificis occurrentis cū sago & lachrymis aspectus venerabilis. Ea tempestate plures Iustiniani duces per Italiam diuisi magnis viribus resistebat, ut scribit Procopius, Ioannes circa urbem tutandã, Iustinus Florentiam, Constantinus Rauennam, Cyprianus Perusiam, Bellas Spoletū, Mundus Illyricum tuebatur, vbi post Salonas receptas multaq; de Gothis victorias ad extremū perit. Germanus postremo Iustiniani patruelis in Italiam missus & ipse breuiter interficitur. Deinde Conon q; Anconæ præfuit, itē Vitalianus Bellisarii fratris filius post annos nouē quã Totila urbem secundo ingressus est, cū Narsete, iuuantibusq;

busq; Longobardis apud Brixellum prælio congressus interficitur. Narfes interea qui Bellisario successerat, urbem iterū recuperat: deinde Teiam post Totilã regnantem in Apuliam consecratus prælio interfecit. Atq; ita demū post annos octodecim Gothorū bello finis impositus, qui ab initio regni Theodorici Italiam annos septuaginta duos tenuerūt, anno salutis quingentesimo sexagesimo secundo. Pax deinde Gothis data, ac volentes permitti circa Padum remanere, qui tamen non contenti sæpe Francorū auxilia quaesiuere, ut Agathias qui post Procopiū scripsit, testatur, ac omnem eorum postquam regno Italia sunt eieci, prosequitur historiam. Ego vero Raphaellem Volaterranum sequutus cum tantum quid in Hispania Gothi gesserint, ab initio scribere proposuerim, mihi necesse fuit hæc altius explicare, ut eorum in ea res gestæ melius apparerent. Nam Theodoricus quem supra diximus in prælio Hunnorum cecidisse, tris reliquit filios, Thurismundum, Theodoricum, & Henricum. Thurismundus vlciscēdi patris Hunnosq; bello persequendi cupidus, Aetio prohibēte destitit, & in Hispaniã ad regnum paternū rediit, qui post annos tris a Theodoro fratre interficitur. Henricus vero alius frater regno Hispaniæ succedens ad annos octodecim tenuit, leges primus scriptas Gothis tradidit, sedente Simplicio & imperante Leone primo, filiusq; hæredē reliquit Alaricum secundum, qui ex concessione & hæreditate patris Theodorici Tolosæ in Gallia regnū obtinuit, vbi sedem constituit. Inde postea expulsus a Clodoueo Francorum Rege prælio ingenti, amissis omnibus quæ in Gallia possidebat, in Hispaniã se recepit, vbi regnavit annos sedecim, interfectus demum a Childoberto Francorū Rege, quod Clotildem coniugem eius sororē Arianiæ sectæ repugnantē male tractaret. Post hunc Tenda annos septendecim. Quo a suis trucidato Theodogofilius annos sedecim, qui ob libidinē in matronas interficitur. Agla annos novem. Hic aduersus Cordubam bellū sumpsit, in quo eius filius fuit interfectus, nec multo post ipse met a suis apud Emeritam. Atanagildus annos viginti duos, & ipse apud Toletū interfectus. Lenogildus cum Luiba fratre, & postea solus annos quadraginta sex regni fines dilatauit. Cantabria deuicta & Andecam Regem Suetiorū e Callectia expulit, cuius maiores annos centum septuaginta septem in ea parte regnauerant, & filium Hermogildum quod a secta parentum abhorreret, ac Childoberti Francorum Regis orthodoxi filiam duxisset in matrimonium, bello persequutus, & in potestatem redactū supplicio affecit, quem pro martyre colunt, anno salutis quingentesimo septuagesimo secundo, circiter fere tēpora Gregorii primi. Recaredus alter filius fratri similis, vir Christianissimus, cõcilium Toleti celebravit, vbi Arianam sectam improbavit a Leandro & Fulgentio præsulibus rite ab incunabulis in fide institutus, cum Francis bellum gessit, ex eisq; quadraginta millia in campis Catalaunicis interfecit. Post hunc Luiba a successore Veterico interficitur. Gundamidus deinde regnavit annos viginti octo, Vascones domuit, Romanorum exercitū fugauit, decessit Toleti. Sisebatus orthodoxus fuisse dicitur, præterea Iudæos omnes expulisse, aduersus Romanos & Africam feliciter dimicasse. Quo fautore permotus Isidorus præsul Hispalensis concilium habuit contra Acephalorum sectam. Recaredus secundus huic successit, deinde Suitilla in bello exercitatus, quo duce vsus est olim Sisebatus Rex in propulsando Romanorū exercitu, primusq; (ut ait Lucas Tudēsis) Hispaniæ monarchiam est affectus. Deinde successit Sisenandus, Suitilla secundus, Tulgas, Bidesuindus: & Recensuindus imperavit Rex optimus annos viginti tres, cuius tempora D. Illefonus præsul Toletanus illustravit. Bamba Rex omni bonitate præditus ab Heringio successore propinatus memoriam amisit, regniq; deinde administratione phibitus, se cœnobio addixit, in quo vixit annos septem, cum prius octo regnasset: dum tamē sensus viuit, res præclaras ac indignas tali calamitate gessit, primū Vascones, deinde Ne-mausenses rebelles, præterea Narbonenses perdomuit, ducem quoq; Bitteresem in Gallia res Gothorū infestantē superauit, Saracenorū naues ducentas sexaginta Hispaniæ littus primum applicantes magna vi animi, classe ingenti obuiam missa, partim cepit, partim depressit, postremo Toleti conciliū celebrauit. Heringius annos tredecim. Egicã generū successorē reliquit, q annos quatuordecim regnavit,

Fasillam ducem Tudensem, ut eius vxore potiretur, interfecit, Vitizam filium ei ciuitati præfecit, qui postea regno successit vir admodum facinorosus. Nam Theodebertum Recensuendi Regis filium, paruam olim relictum, cui regnum debebatur, oculis priuauit. At ille diuina benignitate ac prouidentia, ducta nihilominus vxore, Rhodoricum genuit, qui postea regno successit, auxilioque Pelagii patris Vitizam vna cum filiis captum Cordubæ relegauit.

LVCII MARINEI SICVLI
LI DE REBUS HISPANIÆ
LIBER SEPTIMVS.

De aduentu Maurorum in Hispaniam.



DATRIA Gothicæ gētis & origine rebusq; gestis breuiter enarratis, Maurorum aduentum in Hispaniam summam quoque referemus, Rhodoricus itaq; ut supra dictum est, Theodeberto successit, qui cum triennio totius Hispaniæ principatum tenuisset, eius subinde perniciofa libido Gothorum non tam generi, quam nomini regnoque pacifico finem attulit. Nam cum virginem cuiusdam Iuliani filiam, qui tunc temporis Tingitanæ prouinciæ præerat, vitiaffet, dolor ingens & opportunitas loci puellæ patrem ad ultionem stimularunt. Qui propter filię suę dedecus & iniuriam sibi illatam, Rhodoricum Regem perdere cupiens, ex Africa numerosos euocauit exercitus. Qui anno salutis septingentesimo decimo quarto, vel (ut alii scripserunt) sexcentesimo decimo septimo, duce Muza misso a Miramolino tunc eorum Rege per Calpes angustias ingressi, triginta mensium spacio Hispaniam pene totam occuparunt, præter quosdam Asturiæ populos, Vascones, & Cantabros locorum natura munitos, & nonnullos Aragoniæ nobiles, & Cæsaraugustæ ciuitatis equites, qui suæ salutis causa, & Christiani nominis atq; conseruandæ catholicæ fidei gratia, res sacras & sanctorum reliquias deferentes ad Pyrenæos montes confugerunt. De quibus & Aragoniæ Regibus alio loco scripturi sumus. In præliis autem quæ biennio per Hispaniam gesta fuerunt, ad septingenta hominum millia vtrinq; cæsa fuisse dicuntur. Rex autem Rhodoricus, cum Sanctius eius fratris filius quem cum parte copiarum hostibus obuiam præmiserat, occubisset, ipse quoque cum reliquis copiis ad oppidum Xericium hostibus occurrens extinctus est, & eius exercitus profligatus ac pene deletus. Mauri autem tanto breuiter imperio potiti, cum late ferro igniq; omnia vastassent, Hispaniæ regna inter se plura sedesq; sibi constituere. Primum enim Cordubæ, quod Abenaliberti regnum dixerunt, alterum apud Hispalim, tertium apud Carthaginem nouam, quæ vsq; ad Ferdinandi tertii Regis tempora tenuerunt. Hic enim anno millesimo ducentesimo decimo sexto, Toletum, Corduba, multiq; aliis recuperatis locis, Mauros regnis ex magna parte deiectiones expulit, qui Granatam ac Malacham ciuitates quę prius sub Cordubæ regno fuerant, sese receperunt, & vsq; ad ætatem nostram tenuerunt: vnde tandem Dei benignitate ac Ferdinandi Regis & Hisabellæ Reginæ virtute nuper expulsæ fuerunt. Sed de hoc Granatenfi bello alias. Nunc ad Regum successores redeo. Pelagius itaq; Rhodoricæ fratris filio successit. Is ab initio vbi Theodebertum patrem oculis multatum vidit, furorem Vitizæ fugiens in Cantabriam se contulit, ibiq; latuit, vbi magno fuit adiumento rebus collapsis. Nam post cladem illam Hispaniam a Mauris illatam, cum his qui supeterant exercitus profligati, in Asturiam se recepit. Astures enim, & Vaccei, & Callici montibus & natura loci muniti, tantum incolumes, ut supra diximus, remanserant, Legionemque imprimis capta annos ibi triginta quibus regnauit, bellum gerens, & indies oppida plura recuperans, paulatim effecit ut afflicta gens aliquantulum respirare videretur. Hanc sedem posterius Castellam

stellam veterem vocauerunt ad differentiam nouæ quæ circa Toletum fuerat, & Lusitaniæ prouinciæ. Sic enim Hispani regiam & munitum locum appellant. Distiq; deinde non Gothorum, sed Hispaniæ siue Castellæ Reges, qui magna virtute res patrias quotidie recuperare studebant. Phaula Pelagio patri succedens cum annis duobus imperasset, inter venandum morsus ab vrsio perit. Hic quoniã virili prole carebat, Alphonsum Petri Cantabriæ Ducis filium Regem instituit de genere Gothorum, qui Pelagii filiam in matrimonium duxerat. Qui non immerito Catholici cognomen accepit, propterea quod Ariana secta relicta qua Gothi omnes infecti erant, celebrato concilio, catholicam fidem Christianamq; religionem sequebatur, & oppida multa templaq; Christianis restituerat & magnis donis ornauerat. Regnauit autem annos vndeuginti, Froilamq; filium reliquit, qui Mauris aduersus Callicos bellum gerentibus occurrit, & eorū millia quinquaginta cecidit, & Vascones tumultuantes in officio continuit. Hic cum annos duodecim regno præfuisset, ab Aurelio fratre occisus est. Aurelius autem post necem fratris regnum sibi occupauit, qui non vltra sextum annum superuixit, a quo nihil memoratu dignum gestum fuisse legimus, præter seruatorum in dominos conspirationem repressam. Aurelio deinde mortuo, Silo gener Alphonfi Catholici regnum suscepit, quod annos octo gubernauit, pacemq; cum Mauris ignominiosam fecit, quibus tamen fœdus ruptis bello fortissime restitit, Callicosq; rebellantes compescuit. Post autem Silonis obitum Magaretus Alphonfi Catholici filius nothus, quę alii Mauregatum vocant, auxilio Maurorum regnum usurpat. Quapropter degenerans, Mauris ex fœdere magnam virginum numerum quotannis pro tributo mittebat. Hic demum vitam agens haud satis honestam, paucis annis apud Astures moritur. Cui Veremundus Alphonfi Catholici nepos ex Bilmatao filio successit, cum diaconus & sacris initiatus esset. Qui facti postea penitens, vxore quam duxerat, religionem ingressa, ipse quoq; se religioni destinauit, & regnum Alphonfi consobrino gubernandum reliquit, superstitibus Ramiro & Garfia filiis admodum paruulis. Alphonfus autem cognomēto Castus, Alphonfi Catholici ex Froila filio nepos, cognominis causam, est affectus, propterea quod vir fuerit religiosissimus, & vxorem quã duxit, nunquam attigerit. Fuit etiam Rex multis victoriis gloriosissimus, & Ouetensium Asturicensiumq; ciuitatum basilicas cõstruxit, & simul donis locupletauit. Ceterum cum a Carolo Magno per legatos auxilia peteret, Hispanorum procerum indignationem excitauit, qui passim dicebant Hispanos mori melius esse, quam Gallis subiici, aut per eos incolumes esse. Itaq; coactus est re frustra per eosdē legatos detrectare, quandoquidem ille cum Rolando cæterisq; ducibus & magnis copiis Pyrenæum montem iam superasset. Ex quo magnas in Hispania strages hostiū magnaq; facinora fecit, ut in Gallorum historia & Caroli vita cõrinetur. Verum enimvero Rhodoricus Toletanus Antistes negat hæc omnino vera esse, sed dumtaxat Gallos in primam Vasconum regionem ingressos, & inde in Galliam confestim redire coactos. Hoc Alphonso regnante, in Ouetensi templo fama est crucem auream sine humano artifice factam, repente comparuisse, quam Rex, qui eam primus aspexit, sacerdotibus ostendit, & religiosissime seruari iussit. Quo e vita migrante, regnum Ramiro Veremundi filio natu maiori restitutum est, quod ille pari potestate cum Garfia fratre quem ipse vltro ob eius virtutes illustres ad regnum vocauerat, summa cõcordia administravit. Cui aduersus Mauros bellum gerenti diuus Iacobus non dubitanter apparuit. Illo enim prælio & multa hostium millia perierunt, & plures Ramirus suo regno ciuitates addidit. Normandorum præterea classem ingentem Calliciæ littoribus appulsam, nauibus septuaginta succensis, repulit. Mauros insuper apud Calagurriū vicinam oppido ipso in suã potestatem redacto. In quo prælio apparuisse ei dicitur sanctum Iacobum in albo equo pugnantem. Moriens autem filium Ordonium Regem instituit, qui Vascones iterum tumultuantes compescuit. Vnde reuertens in Lusitaniam prouinciã, Mauros late cuncta vastantes offendit, quos prælio commisso cum Muza eorum duce confregit, & Muzæ filium apud Toletum in deditiõnem cum oppido recepit. Regnauit annos decem, qui moriens quinque filios reliquit: Alphonsum, Veremundum, Nunnium, Ordonium, & Froilam. Ex quibus Alphonfus

tertius cognomento Magnus patri successit anno octingentesimo octogesimo tertio, qui de Mauris sæpe gloriose triumphauit, & Cohimbriam Viseumq; Lusitanie prouincie ciuitates recuperauit. Vascones præterea Nauarroq; qui tunc a Mauris acriter oppugnabantur, ab obsidione liberauit. Hunc etiã Alphonsum (vt scribit Archiepiscopus Toletanus) templum sancti Iacobi primum excitasse legimus, & Ouetense metropoliticum cõstituisse, ad quem Ioannes octauus Pontifex scripsisse dicitur hoc modo: *Ioannes seruus seruorum Dei Alphonso Hispanie Regi Christianissimo salutem & benedictionem.* Ex cuius scripti autoritate Hispanie Regem in primis orthodoxum existimant. Sub hoc autem Rege militasse dicitur Bernardus cognomento Carpius. Huic Alphonso successit Garfias, qui patrias virtutes imitatus aduersus Mauros sæpenumero strenuissime pugnavit. De quibus inclytam victoriam consequutus, Ayolam Maurorum Regem captum reduxit, cuius spolia Ouetensis ecclesie tholo suspendit, vbi nũc & ipse iacet sepultus. Huic frater successit Ordonius secundus, quem pater Alphonsum antea Callectie prouincie præfecerat. Hic etiam sapienti consilio & multa rei militaris scientia maxime pollens a Bætica & Lusitania prouincia Mauros omnes fugauit, qui etiam templũ Legionis magnis ædificiis ac multis donis ornauit: tamen postremo contra Mauros infeliciter dimicauit, captis in prælio multis Christianis & nonnullis Episcopis, inter quos Asturicensis etiam martyrium passus est iussu Abderæ Maurorũ Regis. Quapropter posthæc Ordonius quatuor Castellæ Comites qui bellum illud decretauerant, iussos ad se venire & incolumes fore pollicitus, necari iussit. Quam ob rem atq; perfidiã Castellani qui tunc erant in Legionem tumultuantes, constituti inter se magistratibus ac iudicibus, rem suam ipsi administrabant. Regnavit hic annos septem. Cui Froila secundus, alter Ordonii frater, & Alphonsum Magni filius vltimus successit. Qui cum multos Hispanie nobiles sustulisset, nota crudelitatis est accusatus, de quo nihil aliud memorabile scriptum fuisse legimus. Qui lepre correptus morbo, mortem obiit acerbam. Reliquit aut filios quatuor, Alphonsum, Ramirũ, Ordonium, & Froilam, ex quibus ei successit Alphonsum quartus. Qui religionem ingrediens Ramiro fratri regnum demandauit: postea vero facti pœnitens & religionem aspernatus, cum regnum a Ramiro fratre repeteret, & sibi habere conaretur, ab ipso fratre Ramiro luminibus extinctus est. Quam ille subinde crudelitatem cuius eum pœnitebat, pietate constructa se templi pensauit, vbi eum honorifice tumulauit. Postea autem aduersus Areffam Maurorum Regem quo cũ Ferdinandus Hyuarientis & Iacobus Nunnus Comites conspirauerant, fortissime dimicauit. quo expugnato, Comites cepit, quos amicis petentibus cõdonauit. Successit Ramiro Sanctius cognomento Crassus, qui portentosa obesitate fuisse dicitur, & valetudini contraria. Quapropter pace facta cum Abderamo Maurorũ Rege medicinæ perito, vt ab eo curaretur, Cordubam profectus est. Interea vero domi per eius absentiam, Ordonius cognomento Malus, filius illius Alphonsum cui lumina adempta fuisse diximus, auxilio procerum regnũ inuadit, quod Sanctius iam amissum auxilio Abderami Maurorum Regis recuperauit. Qui præterea Ferdinandum Castellæ Comitem eiusq; successores a iurisdictione Regis Legionensis imperpetuum immunes esse voluit. Decessit autem anno salutis circiter 1122. vel (vt alii scripserunt) 928. & regni sui vndecimo. Cui successit Ramirus admodum puer. Quo tempore Normandi ad littus Callectum cum classe valida applicuere, quibus Comes Ferdinandus Gonsalus fortissime restitit. Mauri quoq; rupta pace quã cum Ramiro puero fecerant, omnia populabatur. Quapropter Callecti cõtemptra Regis ætate, Veremundum Regis Ordonii filium apud Compostellã Regem sibi declararunt. Contra quẽ Ramirus progressus, prælio commisso vtrinque sine victoria discesserunt. Almanzor etiam Maurotum Rex cum exercitu numerofo aduersus Hispanos acriter pugnans, a Fernando Gonsalo Comite magna virtute repulsus est. Veremundus secundus Ordonii filius auxilio Garfiaz Fernandi Castellæ Comitis, aduersus Almanzore proficiscitur, prælioq; primo victor discessit. Mox aut Maurus redintegratis viribus & magna collecta manu, Veremundũ ad Asturũ montes cum sanctorum reliquiis effugere compulit. Qui deinde Legionẽ oppugnavit, & murorum

murorum partem diruit, & cum expugnare non potuisset, in Lusitaniam discessit, vbi multa loca vastauit. Vnde profectus in Galleciam prouinciam, Compostellanam basilicam euertit: tamen D. Iacobi sacellum attingere non est ausus, territus, vt ferunt, quodam fulgore diuinitus apparente. Cui bello dysenterie morbo correptus finem dedit. Post hæc autem Veremundus & Garfias coniunctis copiis magnam Almanzori cladẽ intulere. Quapropter ille animi dolore consternatus, paulo post e vita decessit. Veremundus autem hac victoria elatus cum domũ reuertetur, superbe nimis ac crudeliter erga omnes se habuit, & Compostellanũ Ouetensemq; præfules in carcerem coniecit. Cæterũ Ouetensem paulo post, viso portento quodam admonitus, liberauit, facinusq; suũ detestatus aliis compescuit officii, quippe qui S. Iacobi loca sacra quæ ab hostibus diruta fuerant, restituit. Quo mortuo Alphonsum quintus eius filius adolefcens regno successit, tenuitq; annos tringenta septem, qui sororem Tirefiam Abdalæ Mauro Toleti Regi collocauit, vt ei contra Cordubæ Regẽ præstaret auxilium. Verũ enim uero Tirefia virgo sancta, infidelis viri nuptias congressumq; detestauit. Quæ quanquã sæpe precibus, sæpe minis vexata fuisset, mox tamen eo extincto liberata, sese Deo in cœnobio perpetuo dicauit. Alphonsum autem interea dum Viseum Lusitanie oppidũ quod Maurorum tunc erat, obsidet, sagitta percussus interiit. Veremundus tertius Alphonsum filius deinde sine liberis anno regni quarto decessit, idẽq; ad Fernandũ eius sororiũ regnum deducẽtum est. Is Sanctii Maioris Castellæ Comitis filius fuit, qui Sactiam filiam Alphonsum Legionis, sororem Veremundi supra dicti in matrimoniũ duxerat. Ex quo Legionis regnum iure vxoris hæreditario assecutus, primus omnium virũq; tenuit regnum, qui Rex Castellæ fuit appellatus anno millesimo decimo septimo. Nam vsq; ad hũc diem Castilla per Comites regebatur. Mortuo autem Garfia qui contra Mauros fortiter pugnans occubuit, Veremundus Nauarræ regnũ & Lusitanie prouincie partem recuperauit. Regnavit annos quadraginta. Cuius tẽpore Rhodoricus Viuarius cognomẽto Cidus, dux exercitus inuictissimus, in Hispania maxime claruit, cuius res inclyte gestę maxime celebrantur, de quibus magna circũfertur historia, & nos alio loco scripsimus. Qui, sicut & Mendosie domus equites, a Castellæ Comitibus genus & originem duxit. Fernandus igitur, vt ad re redeamus, cum quadraginta annos regnasset, a vita discedes Sanctium & Alphonsum filios reliquit. Alphonsum autem a fratre Sanctio pulsus, Toletum ad Regẽ Maurorũ se recepit, vbi tam diu permanfit, donec eo mortuo a populis ad regni successione reuocatus est. Qui non prius a Mauro dimissus est, quam iureiurando affirmauerit se perpetuo in eius amicitia permansurum. Quod ille minime seruauit, sed inito regno, statim Toletum, Mauro Rege fugato, recepit, Mezclita (sic enim Mauri templum vocant) ei tantum concessa, quam postea Bernardus Episcopus & regina aduentantes ea loca ingressi, Mauris expulsis, diuæ genitrici consecrarunt. Quamobrem Mauri legatos questum iniurias ad Alphonsum Regem miserunt. Qui vehementer iratus iurauit se sine vlla venia in suos animaduersurum, nec precibus vllius assensurum. Illi vero præsentientes, astu pœnam vitauere, filia Regis obuiam missã quã Rex plurimum diligebat, vt ea deprecatrice veniã impetrarẽt: tamen eos a morte nõ tam sua quam puellæ prudentia liberauit. Quæ a Rege qui iurauerat se non facturum quod a filia supplicaretur, non vitam quidem Reginæ & aliorũ, sed mortẽ a patre petiuit. Rex itaque delusus a filia & iureiurando solutus, omnibus pepercit. Hoc autem tempore Mauri cum magnis copiis e Cathagine per Hispaniã discurrentes, omnia vastabant. Quibus obuiam missus Infans cum septem Comitibus, apud oppidum quod Alcazar de Consuegra vulgo dicitur, omnes ad vnum interfecti fuere: a quibus occisis adhuc locus ille septem Comitum nuncupatur. Quam ob causam Rex hoc animis mollitie nimia corruptis accidisse cognoscens, Toleti balnea & omnes illecebras quas Mauri voluptatis causã cõstituerat, sustulit, & populos ad pristina virtutẽ seueritatemq; reducere conatus est: qui præterea post hæc Toletanam Burgensemq; basilicam multis donis ornauit, & Vrracam filiam Raimundo Barcinonensi Comiti collocauit, ex qua ille Alphonsum septimũ genuit, qui ei successit in regnum, cuius mater post Raimundi mortem nupsit Alphonso

Aragonie Regi. Qui quoniam vir fuit sacrilegus & iniustus, in ærumnis, & sine liberis obiit mortem. Alphonfus autem de quo nunc loquimur, cū regnasset annos quadraginta tres, sine virili prole decessit. Huic autem successit Alphonfus septimus, & filia nepos, qui iterū regna diuisit, Castellam Sanctio, & Legionem Fernando filiis tribuens, Beatricemq; filiam Ludouico septimo Francorū Regi collocauit. Qui D. Jacobi templum salutatum veniens, a focero magnificentissime apud Burgensem ciuitatem fuit exceptus, Toletiq; eius gratia conuentus est habitus, vbi legitimum genus Beatricis vxoris quæ prius notha putabatur, declaratū est. Hic autem Alphonfus potentissimus omnium Regum qui ante se fuerant, habitus est. Quapropter Imperator Hispaniarū fuit appellatus, qui Cordubam, Abderam, quæ nunc Almeria dicitur, & Baionā recepit. Quæ loca cū adiret, in itinere sub arbore quadam subito excessit. Cui successit Sanctius tertius eius filius, cognomento Desideratus, propterea quod in tempesta nocte & immatura morte decedens, propter eius egregios mores & in omnes iustitiā desideratus a populis omnibus fuerit, qui Ferdinandum fratrem Regem Legionis ab eo dissidentē ceperat, atq; rursus in regnū restituerat. Vxorem duxerat Blancam Garfiaz Nauarræ Regis filiam, ex qua Alphonsum octauum genuit. Fernandus autem secundus apud Legionem regnauit, qui Alphonsum sui fratris filium puerulum suo iuri regnoq; subiicere sacramento fidei conatus est. Quod animaduertens Nunius vnus e tutoribus, infantulū in arce præsidioq; collocatum ab iniuria & iniustitia patruī defendit. Fernandus vero cū regnasset annos triginta vnū, e vita migravit. Alphonfus autem cognomento Bonus, ex Helionora Ricardi Regis Angliæ filia prolem magnam progenuit, Henricum scilicet qui post eum regnauit, Blancam quæ Gallorum Regi nupsit, ex qua diuus Ludouicus fuit genitus, Berengariam quæ Alphonso Regi Legionis, ex qua Fernandus tertius, Hieracam quæ Portugallia, & Helionoram quæ Aragonie Regine fuerit. Alphonfus autem cum semel aduerso Marte contra Mauros pugnasset, subinde tamen instaurato prælio iterū congressus, hostes magnis cladibus affecit, cæsis fere ducētis millibus, vbi crux ei e caelo apparuisse dicitur. Quo tempore Rhodoricum præfulem Toletanum Romam misit ad impetrandas in expeditione contra Mauros collationes. Regnauit hic princeps annos quadraginta quatuor, qui decessit anno millesimo centesimo sexagesimo. Cui successit Alphonfus nonus, Fernandi Regis Legionis filius, qui regnū gubernauit annos viginti octo. Successit huic Henricus Alphonso octaui Regis Castellæ filius, admodum puer, qui impulsore Aluaro Comite tutore suo consobrinā eius Portugallie Regis filiam sine consensu Pontificis in matrimonium duxit, quod ab Innocentio tertio postea dissolutū est. Cui propter eius ætatem admodū puerilem regnum Berengaria foror administrabat. Ipse autem puer cum in vrbe Palantia inter ludendū cū pueris tegulæ ictū capite excepisset, extinctus est anno secūdo quam regnare cœperat. Cui successit Ferdinandus tertius Berengarie sororis filius, omnium Hispanie Regū felicissimus atq; potentissimus, quippe qui post multas clades Mauris illatas, Hispaniā fere totā restituit, Hispali, Corduba, Vandalia, & Bætica ex magna parte recuperatis: qui & Mauros omnes qui supererat, in angulum quendam Bæticę prouincię quæ Granatę regnum nunc appellant, conclusit. De cuius rebus fortissime gestis multi copiose scripserunt, & Rhodoricus Archiepiscopus Toletanus magnā confecit historiam. Huius etiā Regis auxilio, vt Cosentinus refert, Iacobus Rex Aragonie Baleares insulas, fugatis hostibus, recepit. Fuerūt huic ex Beatrice Germanorum Imperatoris, vel (vt alii dicunt) Brabantie ducis filia, filii numero sex, scilicet Alphonfus, Federicus, Emanuelus, Philippus, Sanctius, & Hēricus. Ex Ioanna præterea vxore secunda Ludouicum & Helionoram progenuit. Ferdinādo autē anno millesimo ducētesimo sexagesimo secūdo successit Alphōsus decimus, vel (vt alii scripserūt) nonus, qui Violantā Iacobi Aragonie Regis filiam duxit vxorē. Quæ propter ferilitatem dimissa, liberorū desiderio per legatos Dacie Regis filiā nomine Christianā formaq; præstantem in matrimonium petiit. Quod Dacie Rex cū Regis Alphonso legatos audisset, cōditionem non renuit, sed filiā suā Christianā Alphonso Hispanie Regi destinauit, quam, medianibus legatis, celebrato coniugio multis comita-

comitatam viris illustribus in Hispaniam ad Alphonsum misit. Quæ cum venisset, interim violanta ex Alphonso Rege pepererat. Quæ res Alphonso Regi fuit maximo pudori. Quod cū Philippus eius frater animaduertisset, qui tunc erat Abbas Vallisoleti, & de caueis rubeis, simul & Archiepiscopus Hispalensis, relicto sacerdotio Christianam Dacie Regis filiam duxit vxorem: quibus Alphonfus Rex immensa munera tribuit: tamen rem hanc alii aliter scripserint. Et Violantam quæ filium pepererat, habuit multo chariorem, quæ postea multos alios peperit filios: Fernandum qui Blancham diui Lodouici filiam duxit vxorem, cuiq; pater fuit superstes, Sanctium qui postea regnauit, Ioannem, Iacobum, Petrum, Berengarium, & Helionoram: & ex concubina Beatricē, quæ nupsit Alphonso Portugallie Regi & Dionysium peperit. Ex his autem filiis Ioannes multa cōtra Mauros bella fortissime gessit, qui Margaritam Marchionis Montis Ferrati filiā duxit vxorem. Sed ad Alphonsum redeo, cuius domi forisque multa præclare gesta memorantur, qui leges a maioribus in Hispania conditas, immensum opus, in septem digessit volumina, quæ Partitas appellant: edidit, aliorum tamen ingenio, historiam orbis quam generalem Hispani vocant, Canones item in Astrologia, quos tabulas nominant Alphoninas, vnde Astrologi magni cognomē est adeptus. Prædicatur præter hæc liberalitas publica que eius munificentia, quippe qui in Fernandi & Blanchæ nuptiis congiarium populo dedit, pauperes omnes vestibus viritim donauit, Imperatorem præterea Constantinopolitanum a Soldano captum ingenti ære collato redemit: tamen si foris non æqua felicitate res gessit. Siquidem Maurus Granatæ Rex rupto cum eo fœdere, Murcie loca quadam, & Xericium oppidum post longam obsidionem cepit. In quo bello pulcherrimum facinus Garfiaz Gometii Carrilli qui arci præerat, memoratur. Hic enim extremam expectans ruinam, ac solus interfectis cæteris resistens, in hostes ruit, stragemq; circa se fecit, aliquandiu irruptionem imperumq; moratus. Tandem viuus captus, ob fortitudinem venia donatus est, & ad Alphōsum remissus incolumis. O facinus memorabile & magnis laudibus excolendum! quod quidem meminisse debent omnes & imitari qui officium rei militaris exercēt, quandoquidem viri qui sunt in prælio fortes, ab hostibus etiam diliguntur. Habuit præterea Rex Alphonfus regni sui proceres rebellantes, ac cum Granatæ Rege conspirantes. Cuius discordiæ causa fuit diminuta regni iurisdicatio, propterea quod Dionysium ex filia nepotem Portugallie Regem, qui antea Castellæ Regi suberat, a tributo & vectigali immunem fecerat, illis in consilio reclamantibus. Dum autem de Federici secundi abrogatione ageretur, delectus ipse Imperator a magna Electorum parte, in Germaniam profectus est. Verū ipse frustratus, paulo post rediit nihilo meliora domi offendens, morte filii Ferdinandi dela Cerda comperta. Reges quoq; Granatæ per ipsius absentie occasionem magna Bæticæ prouinciæ incommoda intulere, qui Sanctium Aragonie Infantem, præfulem Toletanum, Nuniūq; de Lara interfecerant. Sanctius etiam eius filius secundo loco genitus, occupato regno patrem venientē exclusit. Quapropter Hispali subsistēs ex animi dolore decessit. Sanctius itaq; quartus Alphonso filius regnauit annos vndecim, qui contra Mauros feliciter dimicauit, quibus Tarifam, quondam Carteiam vocatam, ademit. Regem de Phez Machomerum appellatū, ac Benerizaph ex Africa contra Hispaniam maxima classe soluentes, per Benedictum Zacharie Hispanie maris præfectum bello nauali superauit. Sæuus natura fuisse traditur, in disciplina præsertim militari minima de causa milites plectebat, qui apud Pacem Iuliam quatuor hominum millia trucidari iussit, propterea quod in tumultu quodam exorto, Alphonsum fratris filium Regem appellauissent. Ferdinādo quartus, Sanctii filius, anno millesimo ducētesimo nonagesimo quinto, extincto patre puer in genitricis tutela remansit, cuius prudentia multa euasit pericula. Nam cum Alfonso dela Cerda qui se Castellæ Regem dicebat, ac Regibus Nauarræ, Portugallie, & Aragonie grauiora bella per legatos gessit. Sed & huius mulieris non minor religio narratur. Quæ quidem, diuendita lautiore suppellectile, vt egentibus subueniret, ipsa fictilibus frugique victu & abstinentia singulari semper utebatur. Cœnobium septē egregia construxit. Fernandus igitur dum per ætatē

licuit, ex Constantia Portugallie Regis filia Alfonso genuit vndecimum qui Castellæ regno successit, & Helionoram quam Alfonso Aragoniæ Regi locauit. Zeli-
 am oppidū ex Mauris recepit. Delatoribus aures faciles præbuisse dicitur. Quare
 duos nobiles viros e familia Carutial, vel (vt ego arbitror) Caruaial, necari sola
 suspicione iussit. Regnavit annos quindecim. Cuius filius Alfonso anno millesimo
 trecētesimo decimo aduersus Mauros, Almohacem, Machomerum, & Hyn-
 zeph, Reges Bellamarini & Granatæ feliciter dimicauit, recuperatis oppidis Al-
 cala de Bencayre, quam nunc Regalem appellant. Gonsaluum Martinum Calat-
 raux magistrum, virum maximum & de Hispania benemeritum, leuibus de cau-
 sis interfici iussit. Ipse vero cum oppida Sarant & Zibatar obsidere cœpisset, pesti-
 10 lētia castra passim inuadēte excessit, superstite filio Petro. In ea obsidione res mi-
 ra, & Scæuolæ Romani exempli æmula cōtigisse narratur. Siquidem Maurus quidam
 patriā cæde Regis liberaturus, ex oppido egressus, gladio clam sub veste ab-
 dito, per inimicorum castra ad Hispaniæ Regem contendit. Quem captū, vbi res
 detecta & gladius manifestatus, Rex hominis virtutem & audaciā admiratus re-
 misit incolumem. Qui vt domum peruenit, sui Regis iram vitare non potuit, quo-
 niam clam eo rem fuit aggressus, ideoq; statim necatus est. Regnavit Alfonso hic
 annos quadraginta, cum res multas præclare gessisset. Porius enim aduersus Mau-
 ros victoria triumphali, omnia Maurorum templa & maleficiorum domos reli-
 gioni Christianæ consecrauit. Quo mortuo filius eius Petrus regno successit, qui
 nota crudelitatis accusatur a multis. Cuius res gestas, & quæcunq; fecerit dum re-
 gno præfuit, si quis legere cupiat, quærat ab aliis, a quibus latius scripta sunt, quan-
 doquidem de eius vita & moribus magna circumfertur historia. Eum tandem fra-
 ter eius Henricus occidit, ad quem post Petri necem plures Hispaniæ viri nobiles
 quibus Petrus magno timori fuerat, congratulatum conuenerunt, eumq; Regem
 salutauere. Quos Henricus iam Rex appellatus humanitate ac liberalitate singula-
 ri sibi deuinxit. Qui ex Ioanna cōiuge Ioannem filium progeniuit, & Helionoram
 filiam quæ fuit Nauarræ Regina. Cæterum cum regnasset Henricus annos octo,
 diem suum clausit vltimum, qui iacet sepultus in oppido sancti Dominici Calca-
 20 tensis. Cui successit Ioannes filius, qui ex Helionora Petri Aragoniæ Regis filia
 suscepit Henricum tertium regni sui successorem, & Ferdinādum qui postea fuit
 Rex Aragoniæ. Henricus autem etsi minus prospera corporis valetudine fuit, ani-
 mitamen sapientia cæterisque virtutibus satis pollens & illustris fuisse memora-
 tur, qui Catherinam Anglam Clocestriensis Ducis filiam vxorem duxit, ex qua
 post Mariam & Catherinam filias, illi tandem natus est Ioannes cognomento se-
 cundus. De cuius rebus gestis & vita, satis longa circumfertur historia, & nos quoq;
 breui narratione, quæ necessaria erant, alio loco scripsimus. Hic Rex Mariam pa-
 trui sui filiam in matrimonium duxit. Quæ cum ex eo filias duas quæ teneris annis
 e vita migrarunt, & Henricum peperisset, aliquanto post e vita discessit. Hac itaq;
 defuncta, Ioannes vxorē duxit Helisabellam Ioannis Portugalliæ Regis ex Ioan-
 40 ne filio neptem. Ex hac autem vxore secunda progeniuit Alfonso qui adolescens
 obiit, de cuius morte alibi scripsimus, & Hisabellam Reginam catholicā. De cu-
 ius rebus gestis cum Ferdinando simul Rege catholico magnum volumen imple-
 uimus. Ioannes denique cum Castellæ regno annos prope quinquaginta præfu-
 isset, moriens Henricum filium Regem instituit, de cuius vita rebusque gestis hi-
 storiam legitur, & nos alio loco mentionem fecimus. Quo tandem sine liberis mo-
 riēte, Castellæ regnum ad Hisabellam sororem eius iure deuenit, quæ nupsit
 Ferdinando Siciliæ Regi & Aragoniæ principi, qui paulo post in Aragoniæ regno
 patri successit. Qui diuina prouidentia matrimonio coniuncti, res gesserunt ad-
 mirabiles & opera sanctissima, de quibus historiam magnam confecimus. Cuius
 breuem summam huic operi adiiciemus, vbi de Regibus Portugalliæ, Aragoniæ,
 50 & Nauarræ, res quæ nobis memoratu dignæ videntur, more nostro perstrinxerim.
 Cæterum Reges Nauarræ cum Regibus Aragoniæ comprehenduntur, quo-
 niam sub vnius Regis imperio fuerunt, & postea diuisi. Quomodo autem diuisi
 & fuere, scribemus alio loco.

De Re-

De Regibus Portugallia.

PORTUGALLIÆ regnum circiter annum millesimum centesimum decimum
 hoc modo cœpit. Henricus quidam Lofothigie Comes, vir in bello fortissimus, e
 Gallia veniens, magnas aduersus Mauros res gessit, pro quibus Alfonso sextus
 Castellæ Rex per motus filiā suam notham nomine Tiresiam ei matrimonio col-
 locauit, & Callectiā partem quæ in regno Portugalliæ continetur, nomine dotis
 assignauit. Ex eo postea matrimonio natus est Alfonso, qui primus Portugalliæ
 Rex fuit appellatus, primus qui Vlixbonam a Mauris recepit: quorum quinque si-
 10 mul Regibus vno prælio superatis, quinque scutorum insigne, facti monumentum,
 posteris reliquit: tamen decus hoc in matrem crudelitate scēdauit, quam propter
 ea quod post viri mortem nupterat, in vincula cōiecit, nec vt eam dimitteret, per
 legatum a Pontifice missum compelli vllō modo nec interdico potuit. Quapro-
 pter materna in eum maledictio atq; imprecatio, causa fuit vt ab hostibus capere-
 tur. De quo nihil vltra legimus, neque quis fuerit finis eius compertum habemus.
 Huic continenter ex ordine successores vsq; ad ætatem nostrā fuerūt, qui sequun-
 tur. Siquidem post Alfonso Sanctius, Alfonso secundus, Sanctius secundus
 cognomento Capella, Alfonso tertius, Dionysius qui fuit e filiā nepos Alphon-
 si decimi Regis Castellæ, a quo impetrauit ab omni vectigali immunitatem, quo-
 20 niam prius Portugalliæ Reges Castellæ Regibus subiiciebantur, Alfonso quar-
 tus, Petrus Fernandus, Ioannes Nothus ex ordine ac religione militati vocatus ad
 regnū, vir magnanimus, ciuitatem Septensem Mauris in prælio victis recepit. Fel-
 lix præterea pulchra prole sex filiorum, inter quos Eduardus, Fernandus, Ioannes,
 Petrus, Henricus, & Eduardus alter fuere. Fernandū vitæ abstinentia pariter &
 religione inter beatos retulerunt, quippe qui a Mauris in prælio captus ea patientia
 in custodia mansit apud eos, vt molæ, ea enim viuere cogebatur, cū famulo quoq;
 per se sufficiente, suas partes obiret. Ioanni filiz duæ tantum fuere, quarum altera
 Alfonso, altera Fernando ex fratre Eduardo filiis locatæ fuerunt. Petrus alterum
 Petrum Aragonum Regem progeniuit, qui sine successore decessit, & Ioannē Re-
 30 gem item Cypri, tertium vero Iacobum, qui sanctis moribus fama; virtutum cō-
 spicua tempore Pii secundi Pontificis Florentiæ decessit, vbi sepultus iacet. Henri-
 cus Infans in Atlahuico mari primus nouas reperit insulas. Eduardus autē Rex na-
 tu maior Fernandū genuit, & Alfonso quintū, qui post partem regnavit, qui
 Zeliā, Tingem, & Alcazar Africae ciuitates armis expugnatas Portugalliæ regno
 adiecit. Ex sororibus autem alteram Ioanni Castellæ Regi, & alteram Helionoram
 Federico tertio Imperatori collocauit. Qui post confectas nuptias in Germania,
 subinde Romam venerūt, vbi a Nicolao summo Pontifice magnis honoribus ex-
 cepti, & imperii corona donati fuere. Hinc quoque Neapolim diuertentes, ab Al-
 phonso Rege magnanimo, quæ Helionora arctissimo consanguinitatis gradu cō-
 40 tingebat, summis honoribus, magnis ludis, variisque spectaculis celebrati fuerūt. Si-
 militer & a Venetis excepti fuere. Ex Helionora autem Maximilianus Cæsar ge-
 nitus est, Imperator fortis domiq; præclarus, literis & omni genere virtutis excel-
 lens, & ingeniorum fautor & cultor maximus. Ioannes Alfonso patri successit,
 cuius filius Alfonso, qui Hisabellam Castellæ Regū Catholicorum filiam vxorē
 duxerat, lapsu currentis equi infeliciter extinctus est. Quapropter Ioannes pater
 eius sine liberis decessit. Cui successit Emanuel ex prole regia genitus, & eidē Re-
 gi Ioanni cognationis arctissimo vinculo coniunctus, qui vxorem duxit Hisabel-
 lam Regum Catholicorum filiam viduatam. Quæ cū Cæsar augustæ Michaelē
 filium peperisset, subinde magno dolore partus obiit mortē. Cuius item filius Mi-
 50 chael obiit Granatæ, cum nondum annos duos compleuisset. Cæterum Catholici
 Principes ad retinendum Emanuelis Portugalliæ Regis affinitatem, ei Mariam fi-
 liam missis legatis in matrimonium dederunt, quæ Ioannem peperit, qui nunc est
 Portugalliæ Rex. Peperit & Ludouicum, Ferdinandum, Alfonso qui nunc est
 Portugalliæ Cardinalis, Henricū, Eduardum. Peperit & Hisabellam quæ Carolo
 nupsit Imperatori & Hispaniæ Regi, ex qua Carolo mox filius natus est nomine
 Zz iij

Philippus in oppido Pincia, quod Vallisoleum vocant, anno millesimo quingentesimo vigesimo sexto, die Martis, decimo Kalendas Iunias, cum ingētilætittia totius Hispaniæ. Eo siquidem nato non Pinciæ solum vbi natus est, sed etiam in omnibus Hispaniæ populis, magni ludi variaq; spectacula celebrata fuere. Peperit etiã filiam nomine Beatricem, quam dux Saboianus duxit vxorem. Sed reuertor ad Emanuele, qui post obitum Mariæ Helionoram duxit vxorem Philippi Regis filiam, quæ filiam peperit, & post Emanuelis obitum Francisco nupsit Gallorū Regi. Ioannes autem Rex Portugalliæ Catherinam Philippi Regis filiam duxit vxorem.

LVCII MARINEI SICVLI LI DE REBUS HISPANIÆ LIBER OCTAVVS.

De Regibus Aragoniæ.

RAMIRVS ex Gothica stirpe genitus, vt quidam scripserūt, primus Aragoniæ regni titulis insignitus perhibetur. De quo priusquam scribam, quædam summam dicere mihi necessarium videtur, quæ lectoribus, vt arbitror, neq; superflua, neq; ingrata videbuntur. Anno itaq; Christianæ salutis, vt alio loco scripsimus, septingentesimo decimo quarto, Mauris Hispaniam vastantibus, cum nonnulli regni Castellæ nobiles ad Asturiæ & Cantabriæ montes se contulissent, Aragoniæ quoq; plures equites ad Pyrenæos montes aufugerunt. Vbi vir probus nomine Ioannes in quadam spelunca coniuncta rupi quæ Penna dicebatur, ædiculam sibi velut eremum construxerat, & sancto Ioanni Baptistæ dedicauerat, ibiq; solus vixit, & vitam finuit. Ad hanc autem ædiculam in montibus abditam Cæsar Augustanus eques vita probus, cui Votus erat nomen, quum venationibus operam daret, ceruumq; insequeretur, deuenit, in quam sentibus & arbutis ense præcisus ingressus est, vbi corpus Eremitæ, quod in sepulchro apud altare iacebat, aspexit. Quo viso vehementer admiratus diu cogitabundus propius accessit, & literas in altari ferreo stilo sculptas legit in hanc sententiam: *Ego Ioannes huius ædiculæ conditor & primus habitator, velut in eremo Deo seruire cupiens, hanc ecclesiam paruumque sacellum erexi, sancto quoque Ioanni Baptistæ consecravi, in qua vixi diutius, & nunc mortuus in Domino requiesco.* Hæc citaque cum legisset Votus vir Christianissimus multis perfusus lachrymis sæpe Deo gratias agēs, Eremitæ corpus humo cooperuit, & Cæsar Augustam reuersus bona sua vendidit omnia, quorum precium Christianis pauperibus erogauit. Quod cum frater eius qui Felix dicebatur, animaduertisset, idem fecit, & vterque lætantes ad ædiculam sese contulerunt, vbi continue Deo seruientes sanctissime vixerunt. Quorum sapientissimis consiliis Christiani qui ad eos propter famam sanctitatis conueniebant, animati, anno Christianæ salutis septingentesimo trigésimo Garfiam Ximenium de genere Gothorum virum strenuum sibi ducem & capitaneum generalem contra Mauros elegerunt. Cuius res gestas per breui narratione referemus.

De Garfia Ximenio Duce primo Christianorum contra Mauros.

GARSIAS igitur Ximenius Christianorum Dux electus licet paucorum viribus (erant enim numero circiter sexcenti) Christianæ tamen religionis amore vehementer accensus, Mauros a montis Pyrenæi confinibus, & aliis locis propinquis armis expulit, & loca multa breui tempore recuperauit, qui deinde multis ad eum, ppter victoriæ famam conuenientibus, magnam quoq; Nauarræ prouinciæ partem, fugatis Mauris, Christianis restituit. Postremo vero mortuus Voto & Felice fratri-

fratribus viris admodum sanctis & solenniter consecutis, in honorem sancti Ioannis ecclesiam parvulam quam supra demonstrauius, ampliauit: ibiq; vita functus anno domini septingentesimo septuagesimo octauo sepelitur, filio Garfia Ennico superstiti. Gerebat autem Garfias Ximenius in vexillis & armis arborem viridem, & super eam crucem rubram in croceo campo.

De Garfia Ennico Duce secundo.

GARSIAS Ennicus post mortem patris non minus Christianæ religionis cultor, quam acer & strenuus in armis, Mauros Christiani nominis hostes infestissimos persequens, Pompilonem primariam Nauarræ ciuitatem, multaq; oppida breui spacio temporis ab hostium sæuitia liberauit, & ad Christi cultum reduxit. Sub idem tempus vir quidam res mirabiles expertus, & in armorum certaminibus fortis, cui Asnar erat nomen, cum Christianis quibusdam viris præclaris, & tuendæ Christianæ fidei percupidis, Aragonium flumen traiciens, castella & oppida multa, Iaccamq; ciuitatem, quæ a loci situ nomen accepit, propterea quod in montium conuallibus iacet, ad Christianam fidem reuocauit. His rebus gestis, quoniam primus Aragonium flumen transierat, Aragoniæ prouinciæ Comes appellatus est. Cuius titulis insignitus diebus paucis e vita discessit. Reliquit autem filium nomine Galindum. Item deinde mortuus est Garfias Ennicus superstiti filio Fortunio.

De Fortunio Garfia filio Duce tertio.

FORTVNIVS autem mortuo patre, Galindi Comitatus Aragoniæ filiam duxit vxorem, & ratione coniugii Comitatus Aragoniæ titulos accepit, & ex vxore filium Sanctium Garfiam progeniuit, quem successorem & heredem sibi reliquit moriens, anno octingentesimo decimo quinto.

De Sanctio Garfia Duce quarto.

SANCTIVS Garfias Fortunio patri defuncto succedēs, exercitu cōparato Mauros acriter inuadit, quos a Suprarbrii & Ribagorciæ (sic enim loca quædã vocantur Hispanie) regionibus depulit, & sibi totam fere Nauarræ prouinciã subiecit. Vbi cum Mauris præliū committens hostium multitudine circumuentus, alioquin fortissime pugnans, occidit. Quo mortuo sine prole, Mauri Nauarrã rursus occuparunt, eamq; tenuerunt vsq; ad Caroli Magni Imperatoris aduentum, qui fuit anno a Christi natali nongentesimo. Nã Carolus Imperator cum duodecim Ducibus quos Pares appellant, in Hispaniã per montes Pyrenæos ingressus, aduersus Mauros bellageffit asperissima, quos a Nauarra & Aragonia fere tota profligauit. Quibus rebus gestis Carolus Hispaniam quasi tutam relinquens, in Galliam reuersus est, & Aragones Ennicum cui Arista cognomen erat, ex Gothica gente, vel (vt alii volunt) ex Comitatu Bigorriæ, sibi Ducem delegerunt.

De Ennico cognomento Arista Duce quinto.

ANNO igitur nongentesimo duodecimo, Carolo in Galliã reuerso, Ennicus Arista Dux electus, vir & manu promptus, & in armorum certaminibus ardens (vnde cognomen accepit, quippe qui non aliter visis hostibus ardebat, quam in igne vritur arista) ex montibus Pyrenæis cum exercitu descendens Maurorū magnas copias deleuit, & victor in Nauarrã peruenit, vbi princeps a Nauarris & Aragonibus eligitur, propositis tamē nonnullis conditionibus, vt in eos æquis legibus vteretur, a quibus etiam iudex qui medius inter eos esset, petebatur, & Aragoniæ Iustitia vocaretur. His concessis conditionibus, cogitans quibus signis & armis vteretur, ei diuinitus reuelatum est, vt vbi in aere crucem videret, illic consisteret. Quod vbiq; diligenter obseruans, cum esset in planicie quadam quæ iacet inter

Suprãtros & Pyrenæos montes, in aere crucem candidam suspexit, cuius figurã signoq; in vexillis & signibus vti p̄seueravit. Tandem moriens Garfiam Ennicũ filium reliquit.

De Garfia Ennico Duce sexto.

ENNICO Arista vita defuncto successit Garfias Ennicus, vir non minus armis strenuus, quam vita & moribus integer, qui vxorem duxit Vrracam sceminam virtutibus & genere nobilissimam. Cum qua grauida & partui iam vicina per Nauarrę montes & aspera loca parum cautus exercitum ducens, hostibus occurrit, & commisso p̄ælio quod vitare non potuit, occisus est, & cum eo simul vxor in vtero lancea grauit̄ vulnerata inter fugiendũ quasi mortua concidit, in valle montis cuiusdam qui dicitur Aiuat. Ad quem locum, Mauris abeuntibus & iam longe digressis, homo quidã nobilis cui Guiuara cognomen erat, peruenit, & Vrracam cognoscens quę tunc egerat animam, dum eam perfusus lachrymis intueretur, infans manum per vulnus extulit. Proh quantum natura potest! conabatur enim infantulus ex vtero matris mortis exire. Quod cum animaduertisset Guiuara, statim cęso ventre mulieris eduxit infantẽ, & pannis inuolutum domũ suam propere detulit, quem patris & testibus adhibitis, vt probare posset in posterũ, baptismatis lauacro more Christianę religionis Sanctiũ Garcesiuũ nominauit, & vxori suę tradidit, vt clam & diligẽter aleret. Qui iam puer factus & adultus, ne forte cognosceretur, alumni prudentia crassiorib; pannis indutus, etiã peronib; pro calcæis utebatur, quod calciamenti genus ex corio crudo auarcas Hispani vocant. Ceterũ post aliquot annos cum Aragoñes ad eligendũ principem Iaccam conuenissent, illuc adolescẽs annos natus circiter quindecim, cũ equite qui eũ clam nutruerat, veluti pastoris filius vilissimis tectis indumentis, & peronatus adducitur. Qui probationib; & argumentis euidentib; admittis, recognitus est, & princeps electus, & a peronib; quos, vt supra diximus, Hispani auarcas appellant, Auarca cognomẽ accepit. Eques autẽ a quo clam fuerat educatus, Latro cognominatus est, quod nomen & hominum genus in Hispania nostris quoq; temporibus extat non ignobile.

De Sanctio Garceso cognomento Auarca, Duce septimo.

CÆTERVM Sanctius Garcesius Auarca, titulo principatus accepto, vxorẽtũ duxit p̄stantissimam nomine Todam, ex qua filium suscepit Garfiam Sanctium, qui etiam Tremulus dicebatur, de quo dicemus inferius. Progenitũ p̄terea filias quatuor: Vrracam quę nupsit Alphonso Regi Legionis, Sanctiã quę Ramiro Castella, Mariam quę Ordonio Legionis, Blasquitam quę Nugno Comiti Cantabrię. Res autem gessit armatus admitabiles, siquidem Mauris victis ac depulsis a Cantabris, & Pyrenæorũ montium finibus ad Naiaram vsq; peruenit. Per multis itaq; rebus p̄clare sancteq; gestis, moriens filium Garfiam Sanctium reliquit hæredem. Vixit autem annis sex & quinquaginta. Cuius corpus iacet in ecclesia sancti Ioannis a Pegna cognominata.

De Garfia Sanctio Duce octauo, qui Tremulus cognominatus est.

GARSIAS autem Sanctius Tremulus cognomen habuit, p̄pterea quod cum bella futura sentiebat, tremore quodam afficiebatur, tamen in p̄ælio fortis erat & intrepidus. Ille siquidem tremor, & prudentię signum erat, & fortitudinis. Ideoq; cum esset & fortis & cautus, hostes sæpius debellauit. Annos enim octo & viginti (tot namq; tenuit principatum) magnam sibi de uictis Mauris gloriam comparauit, qui nunc iacet sepultus in ecclesia p̄dicta. Cui successit filius nomine Sanctius Maior, Hispanię totius Imperator.

De Sanctio cognomento Maiore, qui fuit totius Hispanię Imperator.

HIC Sanctius Maior non immerito fuit Imperator Hispanię totius appellatus. Nam totam fere deuictis hostibus Hispaniam Christiano nomini restituit. Si quidem

quidem Mauros omnes a Nauarræ, Aragoniæ, Castellæ, Legionis, Portugallię, Cantabrię, & Valconum finibus exterminauit. Fuit p̄terea non minus iustitia clarus, quam bello fortis. Vxorem duxit Eluiram sceminam nobilissimam, cuius erat castrum Aiuaris. Ex qua filium progenitũ nomine Ramirum, qui (vt ante diximus, & paulo post clarius declarabimus) fuit Rex Aragonię primus. Ceterũ Eluira defuncta Sanctius aliam duxit vxorem, Castellæ Comitis filiam, quę Maior dicebatur, de qua tres illi filii nati fuere, Garfias, Ferdinandus, & Sanctius. E quibus Garfias maior natu matrem apud Imperatorẽ adulterii crimine falso detulit, p̄pterea quod cum illi mater ex Imperatoris monitu & equorum p̄fecti consilio equum quendam Imperatori charissimum accommodare nolisset, vt est hominum improbitas, confinxit iniquus filius in fontem matrem cum eo qui equorum curam gerebat, se cõiunxisse. Nec destitit iræ facibus accensus, ob equi sibi vtum denegatum, matrem suam in summum discrimẽ adducere. Nam cum hoc Imperator audisset, vehementer dolens vxorem statim captam diligenter custodiri iussit, & omnium nobilium atq; doctorum conuocato concilio, in eam statuit, vt igni cremaretur, nisi quis eam aduersus accusatores filios vel armis vel legibus defenderet. Ceterum cum neq; legibus quisquam, neq; armorum certamine contendere cõtra filios Imperatoris auderet, solus tandem Ramirus Imperatricis priuignus vltro duellum fratribus obtulit. Verum enim uero dum parantur arma, dum causę disputantur, vir quidam Christi sacerdos & moribus admodum sanctus, Garfiam & fratres eius Imperatoris filios adiuit, eosq; sanctissime commonuit, vt summum periculum quod eis imminebat, euitarent. Siquidẽ neq; sceleriter, neq; diutius filios victuros esse dicebat, qui matris innocentiam tanta immanitate perdere summoq; dedecore nomen Imperatricis deformare studissent: qui p̄terea patri, pro cuius vita sanguinem profunderẽ debebãt, tantum doloris attulissent: qui demum totius Hispanię principatum qui vix nuper expulsis hostibus quieuerat, rursus perturbassent. His rationibus, & multis exemplis filiorũ qui parentibus inobedientes ante diem miserandam vitam finiuerant, adductis, eos adeo commouit, vt cõfessim se falso matrem criminis accusasse dixerint, nec ob aliam causam, nisi quod eis mater equum denegauerat. Pœnitentia igitur ducti tanti sceleris, errorem descentes, ad Imperatorem venerunt veniam deprecantes: quibus Imperator ignoscere noluit, nisi prius a matre remissionem impetrarent, atq; si mater suũ ius exequi vellet, sese idem suppliciũ de filiis sumpturũ esse respondit, quod vxori iubente lege statuerat. Mater autẽ cum multorũ nobilium virorũ supplicationibus, tum vero precibus illius religiosi qui principes monuerat, & ad pœnitentiam adduxerat, & amore materno iam commota, suis filiis pene matricidis hac conditione veniam & vitam concessit, vt ei Ramirus priuignus cuius admirabilem virtutem perspexerat, in Aragonię regno succederet. Quem p̄terea cunctis assentientibus, & etiam filiis, cum sæpe benedixisset, sibi filium & hæredem legitimum adoptauit. Tum demum omnium consensu ab Imperatore cum vxore statutum est, vt Garfias in Nauarræ, Ferdinandus Castellæ, Sanctius quem nonnulli Gonfalum nominarunt, in Valconia, & Ramirus in Aragonię regno succederet. His rebus ita gestis & institutis, Imperator paucis annis a vita discessit, anno millesimo decimo octauo, qui fuit Hispanię fere totius Imperator annos quinquaginta quatuor, cuius corpus sepultum iacet apud Astures in ecclesia sancti Saluatoris Ouetanę ciuitatis. Imperatrix item paulo post diem suum clausit, & in ecclesia sancti Ioannis a Pegna eius extat sepulchrum.

De Ramiro Aragonię Rege primo.

HISPANIÆ regnorũ partitionem supra demonstrauimus, quemadmodũ scilicet Garfię Nauarra, Ferdinando Castella, Sanctio Valconia quam Suprãbrũ alii vocant, & Ramiro Aragonia contigit, a quibus ad hoc vsq; tẽpus cuiusq; prouincię Reges ordine descendunt. Ceterum nunc Castellæ & aliarũ Hispanię prouinciãrũ successiones quas alio loco scripsimus, relinquentes, Aragonũ duntaxat Regũ seriem prosequemur. Ramirus igitur mortuo patre, Regis Aragoniã

nomē quod eo viuente recufauerat, accepit, vxoremq; duxit Hermiffandam, quæ alio nomine Gilbiga dicebatur, Armeniacis & Bigoræ Comitis filiam. De qua filios duos habuit, Sanctium & Gonfaluum. Habuit & filias totidem, quarum altera nomine Tiresia nupfit Comiti Prouinciæ, altera cui Sanctia nomen erat, Comiti Tolofano. Cæterum Ramiri tempore Sanctius frater eius Suprarbrorum Rex occifus est a quodam Valcone nomine Tomanerio: quo mortuo sine liberis, omnis populi Suprarbrorum principatus Ramiro Regi sese dederūt, qui bellorum inter fratres caufa fuerunt, in quibus Ramirus a Ferdinando Sanctii sui fratris filio qui mortuo patre in Castellæ regno successerat, occifus est. Qui reliquit hæredem filium Sanctium. Nam Gonfalvus alius eius filius minor natu Iaccensis erat Epifcopus. Reliquit præterea filium spurium nomine Sanctium, cui Aiuarium & alia oppida cum suis confinibus, & Comitis titulum dederat. Vixit autem Rex Ramirus post assumptum Aragoniæ regnum annos quadraginta sex, obiit anno millesimo sexagesimo tertio, qui iacet cum vxore sua in ecclesia prædicta sancti Ioannis.

De Sanctio Aragoniæ Rege secundo.

SVCESSIT autem Ramiro mortuo Sanctius filius admodum adolefcens (erat enim annorum octodecim) qui Feliciam duxit vxorem, ex qua tres filios progenuit, Petrum, Alphonsum, & Ramirū, qui fuit a patre religioni sancti Petri quæ Tomaris cognominatur, destinatus. Sanctius autem regno suscepto, multis magnisq; corporis & animi virtutib. feruens, armis accinctus aduersus Mauros magna prælia gessit. De quibus multas consequutus victorias, oppida multa recuperavit, multaq; condidit, Stellam scilicet, Lunam, Ayeruem, & alia per multa. Fugatis etiam Mauritanis hostibus ex Almeria, sancti Indaletii corpus ad ecclesiam sancti Ioannis a Pegna transtulit. Qui sanctus Indaletius diui Iacobi discipulus fuerat, & vnus de primis quos in Hispania sanctus Iacobus ad Christi cultum & fidē conuerterat: fuerat etiam Epifcopus diætæ ciuitatis Almeriæ. Mauros præterea cum aliis in locis, tum vero apud Cæfaraugustā & Tutelam magnis affecit cladibus. Profligauit in prælio etiā semel Rhodoricum Viuarium Cidum, qui Cid Ruidiez vulgo dicebatur, virum alioqui sui temporis fortissimum omnium ducū. Quem Rex Sanctius acriter armis persequēbatur, propterea quod cum Ferdinando Castellæ Rege contra Ramirum patrem suū bellum gesserat, quo bello Ramirus occubuit. Cuius demum virtus admirabilis apparuit, cum Alphonso fratri patrueli Castellæ Regi cuius antea patrem Ferdinandum prælio vicerat, obfesso Toleti a Mauris, ob amorem quem maximum erga fidem Christianam habebat, iniuriā de morte patris oblitus, subuenire nō distulit. Deinde bellum quoq; gessit cum Garsia patruo Rege Nauarræ, quem vicit & occidit, & a Nauarræ totius populis Rex appellatus est, iuratusq; Oſcam ciuitatem quam Mauri tributum quotannis pendentes possidebant, obsidione cinxit. In cuius oppugnatione sagitta percuffus, paucis diebus occidit. Obiit anno sui principatus quadagesimo quinto. cuius corpus primū iacuit in ecclesia Castrimonis Aragonum, & deinde in monasterium sancti Ioannis a Pegna translatum fuit.

De Petro Sanctii filio, Aragoniæ Rege tertio.

PETRVS Sanctii filius patre adhuc viuente Ribagortiæ & Montifoniæ Regis nomen acceperat, mortuo vero patre Rex Aragonū confestim fuit appellatus, qui post mortem patris ducibus cum exercitu præmissis, Oſcam ciuitatem proficiscitur, & prope ciuitatis muros castra posuit. Ad quem venit ex montibus Pyrenæis Fortunius Lizana, qui fuerat a Sanctio Rege foris hostis iudicatus, mortiq; destinatus. Hic Fortunius Petri Regis gratiā demereri cupiens, quem sciebat bellum Mauris Oſcitanis illaturū, secum trecentos pedites Vasconiarum gentis clauis ferreis armatos adduxit. A quibus acerrime pugnantibus Mauri armorū nouitate, & virorum aspectu deterriti, victi statim ceciderunt. Quorū multis interfectis, Petrus Rex victor ciuitatē ingressus, Fortunium Vasconum Ducē a clauis quib. armatos Vascones adduxerat, quæ vulgo maza dicuntur, a Maza cognominauit. nā antea, vt supra

vt supra dictum est, Fortunius Lizana dicebatur. Quidā vero scripserunt hoc præliū acre diuq; anceps fuisse, & victoria in neutram partē declinante, magnū quendā ac mirabilem equitē apparuisse repente, protectū candidis armis, & in medio pectore flammeā crucē gerentē. Quo viso strenueq; pro Christianis pugnante, Mauri victi terga verterunt. Quorū multis occifis, & reliquis fugientibus, dū Christiani prædas & spolia colligunt, Maurorū quatuor absciffa capita, multis & preciosis ornata gemmis & præcipuis armis inuenerunt exulta. Quapropter victor Petrus Christianorū Rex, Mauros illos aut primarios viros, aut Reges fuisse rat⁹, insignibus & armis suis adiunxit rubram & flammeam crucem in albo clypeo cū Maurorum capitibus quatuor, & in memoriam visi equitis, & in signum victoriæ suæ. Cæterum Oſca ciuitate a Christianis capta, Maurorū Rex Almozaben ex Cæfaraugusta cum maximis copiis veniens, in loco Oſcæ ciuitatis propinquo qui Alcarraz vulgo dicitur, castra posuit. Quod Rex Petrus prospiciēs, suas copias in aciem adduxit, & instructis ordinibus, Mauris, si conſigere vellent, signum dedit. Mauri autem nihil signo responderunt, & paulo post Christianis ad eos accedentibus, relictis castris, se fugæ mandarunt. Ex quibus fugientibus Christiani multos occiderunt, multosq; captos adduxere. Captus etiā fuit Garsias frater Regis Castellæ, cū multis aliis Christianis qui contra Regem Petrum Mauris auxilio venerant: quorum multis interfectis, Garsiam seruauit incolumem, & captum secum perduxit.

HABUIT autem Petrus vxorem Agnetem, quæ Petrum peperit vnicum filium, & alteram filiā nomine Hisabellam, quæ simul cum fratre teneris annis, & ante patris mortem vitā finiuit. Nam Petrus Rex post obitum liberorum vixit annos octo, qui discessit a vita tertio Kal. Octobris anno domini millesimo centesimo octauo, & ætatis suæ trigefimo quinto. Hic Rex impetrauit ab Urbano secūdo Romano summo Pontifice primitias, decimas, & omnia beneficia Iuris patronatus, quæ quidē sacerdotia gentilitia Latine vocantur, omnium ecclesiarum & ciuitatum a quibus infideles hostes eiecerat, vt ipse ac sui successores in perpetuum sacerdotia, quibus vellent, conferre possent, exceptis episcopatibus. Pro quibus beneficiis Urbanus Pontifex illi sequentem bullam concessit.

VRBANVS Epifcopus seruus seruorū Dei, Petro charissimo in Christo filio, Hispaniarum Regi excellentissimo, eiusq; successoribus rite substituendis in perpetuum. Tuæ dilectissime fili deuotionis affectu per venerabilem fratrem nostrū Aymericum Pinatenſis monasterii abbatem acceptis literis circa sacrosanctā Romanam ecclesiam agnito, lætitia haud modica meus exhilatatus est animus, sed vt verum fatear, eisdē perlectis iræ perturbationisq; nimia commotione inuitatus, nec immerito. Ex earū namq; initio dilectionis & reuerentiæ quam erga sanctam Romanam ecclesiam semper habuisti & habes, magnitudinem cognoui, quantūq; in ea confidas, quam deuote & fideliter animæ tuæ saluationem eius orationibus committas, aduertit: ex sine vero earundem tantam rerum cōieci abusionem, quæ menti meæ longe a statu suo dimotæ maiorem quam credi possit, immitteret stuporem, te scilicet pro honorum numerositate, malorū multiplicatam perferre, & perturbata prosperitate tribulationum in innocentiam tuā cateruas, vnde auxilia & consilia præcipue procedere deberent, irruere. Siquidem cum inter modernos regnorum rectores, quorum plerūq; animarū suarum negligentes, vel penitus oblitos, vt pote ab omni æquitatis itinere deuos plana via ad mortem inducentis sī qui ingemiscimus, te fere solum diuino afflatum spiritu angustias ad vitam ducētis elegisse videamus, cum iustitiæ rigore constanter insistere ecclesiarum tranquillitati, & paci studiose inuigilare, pupillorum & orphanorum defensionem ingentem operam dare, paganę gentis depressioni & coarctationi, Christianę vero exaltationi & amplificationi cum summa incessanter strenuitate insudare, & (vt breuiter concludam) cum totius malipropulsioni, totiusq; boni exercitūs efficaciter incumbere gaudeamus: ipsi tamen qui ex tam preciosorum fructuum gustu vicinam agnoscentes arborem, officiosius venerari ac excolere deberent, tui scilicet regni antistites, quib. pro assidua experientia tantorum regnorum tuę specialis venerationi, tuisq; obsequiis esset insistentū, in te, vt prætaxatarum literarum pandet

feries, insurgunt, & quia humili Christo conformatum patientiæ clypeum velle abiicere videntur, tanquam erectis cōtra te calcaneis tuam deprimere & contundere mansuetudinem non erubescunt. Veruntamen, &c.

De Alphonso qui Petro fratri successit, Aragonia Rege quarto,

QVONTIAM Petrus, vt supra demonstrauius, nullos reliquit filios, ei successit frater eius Alphonfus, cui nupsit Vrraca Alphonfi Castellæ Regis filia, cuius nuptiis & coniugio Castellæ quoq; regnum tenuit, & principatibus regnisq; coniunctis Imperatoris nomē accepit. Qui copiis auctis & magnis exercitiis comparatis, Mauros a Cæsaraugusta, a Tutela, a Daroca, a Bilbili quam nunc Calata iud Hispani vocant, a Tiriaffona, a Boria, & multis aliis oppidis & ciuitatibus eiecit. Ædificauit etiam plura, & imprimis Burgum Pompilonis, Soriam quam deuidctis Numantinis Scipio deleuerat, nomenq; mutauit. nam prius Numantia dicebatur. Condidit & Almazanum, Berlangam, & Bilforatū. Erat enim Rex magnanimus & bellicus: tamen fuit in rebus diuinis & cultu Christianæ religionis negligentior, vtpote qui sæpius equos in sacris locis & ecclesiis velut in stabulis habebat. Ideoq; quum Fragam oppugnaret, vt multorum fertur opinio, Dei iudicio repente concidit, vbi, sicut asserūt quidam, neq; mortuus, neq; viuus apparuit: tamen non desunt, qui dicant eum repertum, & in monasterio Montis Aragonum sepultum fuisse. Qui tunc Castellæ regnum Comiti Tolosano suo priuigno restituerat. Vrraca siquidem Tolosæ Comiti antea nupsit, de quo filium habebat, cum Alphonso Regi se coniunxit. Perit autem sine liberis anno millesimo centesimo vigesimo sexto.

De Ramiro monacho Aragonia Rege quinto.

OMNES Aragoniæ Nauarræq; nobiles, Petro Rege sine liberis & propriis hæredibus mortuo, de creando Rege conuocato concilio, singuli sententias dicere cœperunt, & cum alii alia, prout erat animi cuiusq; desiderium, protulissent, in hanc demum sententiam venerunt, vt Petrum quendam cui Ateres cognomen erat, dominum Boriæ ciuitatis, Regem haberent, ad quem magis Aragoniæ regnum spectare videbatur. Ad hunc autem legati missi nomine totius tam Nauarræ quam Aragoniæ regni cum venissent, eius mores & arrogantiæ admirati, qui venientibus legatis quibus obuiam exire de more debuisset, domus ianuas clauferrat, magis indignantes ad conciliū reuersi, verba hæc dixerunt: Nō expedit nobis proceres eum habere Regem, qui cum Rex non esset, inflatus ambitione nos temere contempsit, & qui non modo nobis obuius non occurrit, sed ne nos admittit quidem, propterea quod esset magnis occupatus negociis, vt ianitores eius aiebant, qui nos ædes iā ingressos, ac si hostes essemus, immanissime repulerunt. Quidā tamen dicunt eum legatis accedentibus nō negociis occupatum, sed cum tonfore fuisse. Hac igitur iniuria proceres & illius superbia commoti, Ramirum Regis Petri fratrem Regem deligere statuerūt, qui iam diu in Gallia religioni sancti Benedicti seruiebat, in monasterio quod dicitur sancti Pontii de Tomeriis. Impetrata igitur a summo Pontifice facultate, Ramiro quem ex Gallia nuper adduxerant, Aragoniæ regnum detulerūt. Qui vbi regni curā suscepit, Pompilonem profectus, a Garfia Ramiro regnum Nauarræ quod iniuste possidebat, repetiuit. Nec illo restituyente, contra Nauarros, Aragones bello contendere cœperunt. Erat autē Garfias Ramirus filius Garfiæ Regis Nauarræ, quem Ferdinandus Rex Castellæ frater eius occiderat. Qui post necē patris, metuens ne & ipse occideretur a patruo Ferdinando, Valentia se receperat, vbi tutius esse posset. Quem Nauarræ nobiles hinc per legatos accitū Regem elegerunt, propterea quod Aragones sine Nauarrorū consilio & autoritate sibi Ramirū monachū delegerant. Cæterū bellis acrius accensis inter Nauarros & Aragones, cum Mauris belligerandi contra Christianos optata daretur occasio, Nauarræ nobiles & Aragoniæ, quo malis maioribus occurrerent, egerunt cum vtroque Rege, vt eorum controuersia totaque causa regni Nauarræ

Nauarræ sex optimis viris & prudentissimis committeretur. Fuerunt itaque iudices electi ex Aragonibus, Petrus Caxalis, Ferrerius Hoscetanus, & Petrus Ateres: pro Nauarris vero quidam nomine Latronius, Guillelmus Asnar Orcetanus, & Ximinius Asnar cognomento Cortes, vel (vt alii dicunt) Torres. Qui simul rem & causam tanti ponderis diu pensitantes, huiusmodi tandem sententiam protulerūt: vt Ramirus Rex Aragonum Nauarræ populis omnibus imperaret, & Garfias magister equitum diceretur, & ius in nobiles haberet. Cui Ramirus eorundem sex virorum precibus adductus, quorundam oppidorum vsū dominiumque concessit: quæ tamen oppida post Garfiæ mortem Ramiro Regi vel eius successoribus restituerentur. Quæ vero fuerint ea oppida, postea declarabimus. Erat autem Ramirus moribus & vita sanctissimus. Qui posteaquam religionem fuerat ingressus, sibi plures episcopatus & amplissimas dignitates oblatas recusauerat. Neque regni quidem curam sponte suscepit, sed efflagitantibus populis, & hortatione summi Pontificis, ne si ipse regnum negligeret, super eius possessionem noua & intestina bella consurgerent. Quapropter Ramirus & regnum suscepit, & Comitis Peitei filiam duxit vxorem, ex qua filiam progenuit nomine Petronillam, quæ Raimundo Berengario Barcinonensi Comiti matrimonio coniunxit, & Aragoniæ regnum dotauit. Cuius rei hoc extat instrumentum, de quo nihil mutans ad verbum ponere satius duxi.

EGO Ramirus Sanctii Regis filius, Rex Aragonensium, dono tibi Raimundo Comiti Barcinonensi cum filia mea meum regnum Aragonis ab integro totū, sicut diuisit ipsum Sanctius Rex maior, auus patris mei, & sicut diuisi ego cum Rege Nauarrorum Garfia Ramirez in Pampilona. Excepto illas tenencias, quas dedit Sanctius supractus Regi Ramiro auo meo in Nauarra. Ex parte de Castilla, dono tibi de Hariza vsq; Ferrera, de Ferrera vsque Tarrazona, de Tarrazona vsq; Tutelam villas & castella. Tutelam vero acquisiuit & cepit frater meus Rex Alphonfus, & dedit eam Comiti de Perges: pro honore ipse autem dedit eam Garfiæ Ramirez cum filia sua. de hoc sicut melius poteris facere, facias, vel cum eo conuenias. Cæsaraugustam vero dedi Imperatori de Castilla cum suis appendiciis in vita sua tatum, & fecit mihi homenage de ea vt reddatur mihi vel successori meo post obitum suum. Quicquid enim mihi debebat facere, volo & mando vt tibi faciat. Hoc ex parte de Castilla. Ex parte vero de Nauarra dono tibi de sancta Gratia de Portu, quam pater meus Sanctius bonæ memoriæ dedit sancto Saluatori suo monasterio, vsque Brozal, cum toto Ronchali, qui est honor de Rosca de Brozal, sicut vadit aqua de Sarafazo, & cadit in Ida, inde vero ad pontem sancti Martini. Et de ponte sancti Martini sicut currit Ida, & diuidit Nauarram & Aragoniam vsq; cadit in fluuium Aragonis, & inde per medium pontem ad vadum longum. Et de vado longo ad Gallipienzo, sicut currit aqua. De Gallipienzo autem, sicut currit fluuius Aragonis, & iungit se cum Arga, & cadit in Ibero flumine magno. Inde vero sicut currit Iber vsque iam dictam Tutelam. De Ronchali namq; & Alafues, & Quadreyta, & Valterra, sic dico tibi, quia dedi eas Regi Nauarrorum Garfiæ Ramirez tantum in vita sua, & fecit mihi homenage quod post obitum suum reddatur mihi vel successori meo. Quicquid enim mihi debebat facere, volo & mando vt tibi faciat. Hoc dono tibi & concedo filiis filiorum tuorum, qui fuerint de generatione de mea filia in sæcula sæculorum. Tu vero conuenis mihi in verbo veritatis, & mittis manus tuas inter manus meas, vt non alienes, neque facias alienare regnum istud, quod ego dono tibi a generatione filiorum filiarum nostrarum. Nec post obitum Regis Garfiæ Ramirez dimittas filio suo Ronchal, & Alafues, & Quadreyta, & Valterra. Et vt in tota vita mea teneas me sicut patrem & dominum. Tamen retineo mihi regale dominium super omnes ecclesias regni mei. Super monasterium scilicet sancti Saluatoris Ligerensis, cui dono illam meā medietatem de illo oliuare de Arascuas, propter ensem quem ibi acceperam, qui fuit de Lopis Ioan. Et super monasterium sancti Ioannis de Pinna. Et super monasterium sancti Victoriani. Et super omnes ecclesias parochiales & proprie proprium super sanctum Petrum de Ceresa cum suis appendiciis seu pertinentiis, & Pertusa,

& sancti Urbiz, & sancta Cæcilia. Licet regnum tibi tradam, tamen dignitatem meam non amitto, & cæt.

Cæterum cum esset Ramirus, vt supra diximus, vita sanctus & religioni maxime deditus, continue sancti Benedicti ordinis habitum sub tunicis gerebat, ecclesias frequentabat, monasteria & sanctorum ædes multas ædificabat. Quam ob rem a cunctis fere nobilibus tanquam nõ idoneus ad regni gubernationem negligebatur. Quod cum animaduertisset, & diutius ferre non posset, virum quendam cui plurimum confidebat, ad abbatem sancti Pontii de Tomeriis clam misit, vt illius abbatis consilio qui satis prudens & sanctus erat, Aragoniæ regni nobilibus, a quibus contemnebatur, timori esse posset. Abbas autem Regis perlectis litteris, eius nuncium in hortum qui aderat, adduxit, & cum eo simul ingressus gladiolum gerens, Tarquini Regis imitatus exemplum, altiores hortuli flores & herbarum caules gladio decutiebat, & minoribus adæquabat. Hoc cum fecisset, nuncium dimisit. Qui ad Regem reuersus, ea quæ fecerat abbas in horto, retulit. Rex autem callidum prudentis abbatis consilium intelligens, in Oscam ciuitatem se cõtulit, hic tintinnabulum magnum se facturum diuulgauit, quod ex omnibus totius regni sui locis audiretur. Ad quam rem faciendam omnes Aragoniæ proceres conuocauit, qui Regis ineptias & deliramenta deridentes, & tam magni tintinnabuli formam videndi percupidi, libentissime conuenerunt. Quos Rex in partem domus interiorum ab hominum frequentia semotam singulos admittens, quasi deprehenso confestim iugulauit, ac occisos patres filiis accitis ostendit, quibus idem se prorsus facturum dixit, si mores parentum suorum qui suo regi minus obsecuti fuerant, imitarentur. Necauit autem viros ex potentioribus numero quindecim, quorum nomina sunt hæc quæ sequuntur: Lupum Ferrerium Lunam, Petrum Bergam, Rhodoricum Ximenium Lunam, Egidium Atrosilum, Petrum Cornelium, Ferdinandum Gometium Lunam, Gasiam Bidauram, Gonsaluum Pegnam, Raimundum Fozium, Petrum Martinum Lunam, Petrum Luxiam, Michaelem Dassorem, Sanctium Fontanam, & Ferritium Lizanam. Hæc re gesta tintinnabulum non modo per totum Aragoniæ regnum, sed etiam per vniuersum orbem terrarum fuit auditum. Ex quo tempore Ramirus Rex omnibus Aragoniæ nobilibus fuit maximo timori, regnumque tranquillissime gubernauit vsque ad diem vitæ suæ vltimum, & in Osca ciuitate magnam ædificauit ecclesiam, quæ sancti Petri veteris dicitur, vbi monachos sancti Benedicti ordinis cum redditibus instituit: in qua nunc ecclesia sepultus iacet. Qui migravit a vita anno millesimo centesimo trigesimo octauo: regnavit autem annos decem & nouem. Quem dicunt quidam tempore quo fuit a religione reuocatus ad Aragoniæ regnum, sacris ordinibus initiatum, sed non ad rem diuinam celebrandam promotum fuisse: alii vero aliter asserunt, propterea quod sacerdotia & ecclesiæ redditus habebat, & multarum dignitatum titulos, quibus, qui sacerdotem fuisse negant, dispensatione summi Pontificis vsum fuisse volunt, & dignitates per suos vicarios & onera sustinuisse. Vbi vero regnum Petronillæ filię generoq; Raimundo Barcinonæ Comiti renunciauit, in ecclesia quam supra diximus, continue permansit.

LVCII

831

LVCII MARINEI SICV. LI DE REBUS HISPANICÆ LIBER IX.

De Barcinonæ Comitibus, & eorum origine.

RAIMUNDVS Berengarius, Comes Barcinonensis, quemadmodum supra scripsimus, ratione matrimonii, propterea quod Petronillam Ramiri Regis Aragonum filiam duxit uxorem, Ramiro Regi suo focero in Aragoniæ regno successit: verum tamen non regis ipse, sed Principis Aragoniæ nomen assumpsit. Sic enim Ramirus eius focer instituerat, vt Raimundus ipse Berengarius Aragoniæ Princeps, & Barcinonæ Comes appellaretur: successores vero, Reges Aragonum, & Barcinonæ Comites dicerentur. Cuius institutum semper fuit obseruatum, & nostris quoque temporibus Rex Ferdinandus Catholicus princeps, & eius nepos Carolus Imperator & legitimus successor, qui proavos imitatur, in suis omnibus privilegiis & diplomatibus diligenter obseruant. Atqui me locus hic monet, & ordo rerum postulat, vt qui Raimundus hic Berengarius, de quo loquor, & quæ ratione Barcinonæ Comes fuerit, exponam. Quæ quidem res etsi mihi longius repetenda est, eam tamen multo paucioribus verbis ac dilucidius ostendam, quam fuerit a multis aliis enarrata. Anno Christianæ salutis septingentesimo decimo quarto Mauris Hispaniam misere vastatibus, homo quidam natione Germanicus, genere nobilis, & animo fortis, cui nomen erat Otogerius Golantes, quem Pipinus Galliarum Rex Guianæ prouinciæ suæ præfecerat, vbi a castro nomine Cathalo quod frequentare solebat, cognomen accepit, nouem viros Germanicæ gentis ad se vocat sanguine claros & virtute probatos, quibus erant nomina hæc: Napifer Mōcata, Guillermus Ceruera, Alcerandus Pinus, Guillermus Raimundus Ceruello, Hugo Mataplana, Petrus Alemanus, Raimundus Anglesola, Gispertus Ribelles, Berengarius Rogerius Ærillus. Qui cum audissent Hispaniam Mauris crudeliter oppressam, & Christianum nomen iam deficere cœpisse, Christianæ religionis amore flagrantibus, & laudis avidi, conuocatis aliis equitibus, cum exercitu paruo, sed tamen forti, celeriter in Hispaniam venerunt. Ad quos per saltus Pyrenæos venientes Christiani omnes qui supererant & in fide permanferant, statim sese cõtulerunt. His ad societatem admissis Otogerius Dux electus ab omnibus, exercitibus instructis contra Mauros proficiscens, breui tempore magnam Tarraconensis prouinciæ partem pulsus & occisis hostibus adeptus est, & captis multis oppidis, Ampuriarum ciuitatem quam Mauri possidebant, obsidione premens, aduersa valetudine correptus e vita discessit: qui tamen cum primum morbo decubuit, conuocatis nouem commilitonibus quos secum duxerat, instituit vt sibi Napifer Montecatinus, vnus ex nouem quos ante nominauimus, in ducis locum succederet. Quod cunctis assentientibus factum est. Cæterum Napifer Otogero mortuo, de Maurore aduentu qui copias innumerabiles ducebant, commotus, ex Ampuriarum obsidione discedens, cum suis copiis exiguis ad Ceritanæ loca tuta & Pyrenæos montes se recepit, vbi pueros, vxores, & impedimēta reliquerat. Hic pro temporis conditione suas copias diutius continuit. Interim vero Carolus Magnus Imperator, & summus Romanæ sedis antistes, cum maxima hominum multitudine Narbonam ciuitatem quam Mauri longa oppugnatione ceperant, venerunt. Ex qua vt facilius hostes eiicerent, in Hispaniam contra Mauros magnos miserunt exercitus, in quibus erant equitum millia viginti, quibus Duces præfecerant Roldanum, Oliverium, Gabuinum, Otogerium Pelum, Otogerium Normandinum, Gastonium, Angelem, Arnaldum Montaluianum, & Gerardum Rosellium. His præcepit Carolus Imperator, vt quacunq; facerent iter, omnia

AA ij

igne ferroque vastarent, & Mauros omnes delerent. Hi duces cum validissimis equitibus Pyrenæos montes ingressi, Napiferi copiis occurrunt. Quibus recognitis vltro citroque duces & equites omnes valde gauisi fuere, & copiis coniunctis e montibus descendentes, acriter hostes inuadunt. Quorum plurimis interceptis, & aliis profligatis, ad Vrgelli campos magna potiti victoria peruenerunt. Vbi commisso prælio campestri tres Maurorum reges occiderunt, Faregam Toleti, Superim Fragæ, & Alfach Segobricensem. Quo prælio periit ex Christianis ducibus Orogierius Normandinus. Hinc cæteri victores ad Carolum Rosillionem reuersi, magnis fuerunt honoribus excepti. Tunc Carolus Imperator & summus pontifex intellecta causa de nouem viris quos ante nominauimus, & cognita virtute mirabili, magna lætitia gauisi fuerunt, adeo vt in montibus vbi tunc erant, ecclesiam statim ædificauerunt sub honore nominis sancti Andree, & in ea corpus Orogieri Normandini, quem supra campestri prælio sublatum fuisse diximus, celebratis solenniter exequiis, honorifice sepelierunt. Hanc ecclesiam Carolus, ne quandoque posset ab hostibus expugnari, maximis operibus vndique muniuit. Qua re perfecta Narbonam cum exercitu rediit, quam deuictis & expugnatis hostibus, & Magtano Narbonæ rege simul & Almanzore Cordubæ potentissimo fugientibus, recuperauit, & ab hostibus liberatam cuidam viro nobili qui dicebatur Henricus, cum Vicecomitis titulo tradidit. Cuius Romanus pontifex sibi ius ecclesiæ vendicauit, quod hæcenus Narbonensis habet Archiepiscopus. Hinc rursus in Hispaniam reuersus a primo duce nouem virorum qui Orogierius Cathalo dicebatur, & vt quidam volunt, prouinciam Tarraconensem Cathaloniam nominauit, tamen huius nominis ratio nobis est aliter alio loco notata, egitque cum summo Pontifice, vt a numero nouem virorum qui primum venerant in Hispaniam, eamque contra Mauros tueri cæperant, in honorem nouem ordinum angelorum, in hac prouincia Tarraconensi nouem cathedrales ecclesias institueret. Cui summus Pontifex iusta petenti liberaliter omnia concessit, & sequentes ordinauit ecclesias.

De prouinciæ Tarraconensis ecclesiis cathedralibus, vna metropolitana, & suffraganeis octo.

<i>Archiepiscopus ciuitatis Tarraconis.</i>	<i>Episcopus Dertosana ciuitatis.</i>
<i>Episcopus ciuitatis Barcinonensis.</i>	<i>Episcopus ciuitatis Elmensis.</i>
<i>Episcopus ciuitatis Vicensis.</i>	<i>Episcopus ciuitatis Rothensis, qui translatus fuit in Ilerdam.</i>
<i>Episcopus Gerundæ ciuitatis.</i>	<i>Episcopus ciuitatis Minorissæ.</i>
<i>Episcopus ciuitatis Vrgelli.</i>	

Verum enimvero non contentus institutis ecclesiis Imperator Carolus, qui vt Magnus nomine dicebatur, sic erat & animo splendidus, potens, & liberalis, instituit etiam a nouem viris in eadem prouincia nouem Comites, qui Potestates vocarentur, & Vicecomites totidem, nouem nobiles, quibus adiunxit alios nouem qui vulgo Valuassores appellantur, quorum tituli nominaque ponuntur inferius.

<i>Comes Barcinonæ.</i>	<i>Comes Vrgelli.</i>	<i>Comes Empuriarum.</i>
<i>Vicecomes Cardonæ.</i>	<i>Vicecomes Agerensis.</i>	<i>Vicecomes de Rupebertino.</i>
<i>Nobilis de Monclus.</i>	<i>Nobilis de terminis.</i>	<i>Nobilis de Ceruiano.</i>
<i>Valuassor de Boxadors.</i>	<i>Valuassor de Guimerano.</i>	<i>Valuassor de Fuxano.</i>
<i>Comes Pallariensis.</i>	<i>Comes de Ossana.</i>	<i>Comes Bisulduni.</i>
<i>Vicecomes Villamuri.</i>	<i>Vicecomes Caprariæ.</i>	<i>Vicecomes de Bas.</i>
<i>Nobilis de Belleræ.</i>	<i>Nobilis de Scintillis.</i>	<i>Nobilis de porqueras, qui dicitur</i>
<i>Valuassor de Toralla.</i>	<i>Valuassor de Vilademay.</i>	<i>Valuassor de Besora. (de S. pau. 50</i>
<i>Comes Cerdaniæ.</i>	<i>Comes Rosilionis.</i>	<i>Comes Tarraconæ.</i>
<i>Vicecomes de Querforadat.</i>	<i>Vicecomes de Castellon.</i>	<i>Vicecomes de Scornalbon.</i>
<i>Nobilis Duræ.</i>	<i>Nobilis de Caneto.</i>	<i>Nobilis de Castellæ.</i>
<i>Valuassor Dancig.</i>	<i>Valuassor de Mûscot, qui dicitur nunc Dolms.</i>	<i>Valuassor de Mediona.</i>

Illis

Illis præterea nouem viris qui primum cum Orogierio venerant in Hispaniam, singulis dominia singula distribuit, qui nunc ii sunt quos vulgo Varones appellamus, & dominia Varonias. Quos etiam viros Principes appellari iussit, sicut & Comites Potestates. Quibus peractis rebus, Imperator Carolus, quemadmodum supra demonstrauimus, Mauris a Nauarra & Aragonia fere tota depulsis, in Galliam reuersus in humanis esse desit: qui tamen priusquam discessisset a vita, Ludouico filio qui ei successurus erat in regnis, testamento verboque præcepit, vt quoad fieri posset, Christianæ religionis fidei non deesset, & omnia quæ statuerat de nouem virorum dominis, & reliquis dignitatibus in prouincia Tarraconensi cæptis conficeret, & in perpetuum confirmaret. Quam rem Ludouicus Galliarum Rex patre mortuo velut & patri filius obsequens, & Christianæ religionis admodum studiosus, & libenter suscepit, & plenius adimpleuit. Nam cū post Imperatoris Caroli Magni discessum, Mauri qui victi in Bæticam prouinciam & vltiorem Hispaniam se receperant, indignantes propter amissam ceteriorem Hispaniā quam armis ceperant, ad noua bella contra Christianos insurrexissent, totamque fere prouinciam Tarraconensem quadriennio rursus occupassent, Ludouicus paterni consilii memor cum magnis copiis & equitibus electis in Hispaniam venit anno nongentesimo decimo septimo, & ingressus per montes Pyrenæos, Christianos quos Maurorum Reges sibi tributarios fecerant, commonuit se cum magnis exercitibus adesse, eos vt a iugo seruitutis & immanitate Maurorum liberaret, in Hispaniam venisse dicens, quos hortabatur, vt simul in Mauros Christianæ religionis hostes armis acceptis confurgerent. Cuius consilio Christiani qui Maurorum sæuitiam nouerant, magno metu impediti obsequi nō potuerunt. Ludouicus nihilominus suis equitibus & diuino fretus auxilio, cohortibus instructis, a montibus Pyrenæis ad planiciem descendit. Maurorum autem Reges interim Ludouici Regis aduentus non ignati magnos exercitus coegerant, & Christianis obuiam veniebant, qui loco, vbi Ludouicus castra posuerat, propius accedentes prælio contendere cæperunt. Acriter vtrinque & æquo Marte pugnatum est, diuque pugna fuit anceps, plures tamen Maurorum quam Christianorum cadebant. Erat Mauroorum peditum maxima multitudo, & quæ numero Christianos pedites excedebat, Christianorum vero maior erat equitatus. Quare Maurorum primum profligatis equitibus, eorum etiam pedites deficere cæperunt. Demum iam victi Mauri terga verterunt, quorum fugientium magnus numerus concidit. Nam cū ad siluas & aspera loca confugissent, in Christianos qui in auxiliū Ludouici Regis veniebant, incidunt, & eorum præter occisos plures quoque capti fuere. Ludouicus, hoc prælio gesto, in quo præcipuos Mauros occidit, & aliorū vires perfregit, magna potitus victoria, breui spacio tēporis ex tota prouincia Tarraconensī Mauros expulit, & patris omnia iussa perfecit. Christianis autē qui moniti vt aduersus hostes insurgerent, & propter metū obsequi noluerunt, idē stipendii nomē impo-

suit, quod Maurorū principibus antea pendere consueuerant. quod tributū hoc etiam tempore quisque suo domino quotannis persoluit. Qui populi vectigalibus obnoxii sunt, quos modo vulgus Remēsanos appellat. Cæterum Rex Ludouicus Comitibus, dominis, & reliquis dignitatibus & titulis, vt pater ei præceperat, instituit, Barcinonæ sibi Comitatum retinuit, atque se vnum fecit ex nouem Comitibus qui cæteris in honore & principatu præfesset, & Barcinonæ Comitatu suo nomine virum quendam præfecit genere nobilem, & in re militari præclarum, nomine Griffæum, vel (vt alii volunt) Goffredū, qui natus fuerat in castro cognomento Arria, prouinciæ confluentis Ceritanæ cōiunctæ. Cui præcepit, & etiam cæteris qui Barcinonæ gubernationi præfuturi essent, vt armis & insignibus Orogierii Golantis vterentur, quæ sunt in aureo campo purpurei baculi quatuor, medius & extremi crocei vel aurei.

De Griffæo Barcinonensis Comitatus præfecto nomine Ludouici Galliarum Regis.

POST Ludouici Regis discessum, Griffæus Barcinonæ principatum non minori iustitia quā fide gubernauit. Verum enimvero virtus eius & honor quo maior

AA iij,

erat, eo minus inuidia caruit. Nam vir quidam nomine Salamon, vnus ex Gallia magnatibus gubernationem Barcinonæ principatus affectans, eum falsis delationibus & infidiis in Ludouici Regis odium adduxit. Ad quem Ludouicus Rex Salamonis indignis sermonibus persuasus, legatos misit, quibus eum ad se venire iubebat in Galliam. Legatis autem præcepit, vt Narbonam cum venissent, suas ad eum literas mitterent. Nam Rex ad eum scribebat, vt suis literis acceptis ad legatos Narbonam statim veniret. Quapropter legati Narbonam profecti Regis literas & nuncios ad eum miserunt. Quas vbi Griffeus accepit, & Regis voluntatem cognouit, ad legatos Narbonam se contulit, quo etiam secum filium quem habebat pulcherrimum, sed admodum paruulum, duxit. Hic vbi cū legatis multa contulit, eques quidam ex his qui cum legatis venerant, orta verborum contentione, sicut fieri solet, Griffei barbam manibus inuasit, quæ stricto pugione statim Griffeus occidit. Quapropter legati Griffeum captum cū filio simul ad Regem ducere statuerunt. Qui per Galliam proficiscentes, cum Podio vbi tunc erat rex Ludouicus, appropinquassent, legatorum comites de Griffeo colloquentes primū certare verbis, & deinde manibus & armis ceperunt. Quo certamine siue ficto, siue vero, solus fuit Griffeus occisus. Quem cum sepelissent, legati cum filio eius capto ad Regem venerunt, cui rem ordine narrauerunt. Rex autem Griffei mortem molestissime tulit, & eius filium dedit alendum Comiti Flandriarum, cui diligenter & honorifice commendauit. Qui Comes, quod Griffei fuerat amicissimus, puerū quidem & libeter suscepit, & diligenter educauit. De quo puero dicemus inferius.

De Griffo cognomento Pilo, cui rex Ludouicus Barcinonæ principatus liberam possessionem & omnia proprietatis iura renunciauit, Comite primo.

Nunc, vt paulo superius pollicitus sum, de Griffo dicam, quem Flandriarum Comes, vt antea dictū est, Ludouici Regis cōmendatione nutriendum suscepit. Hic in ædib⁹ Comitis educatus & adultus, eius filiaē mutuo captus amore, cum diutius, ne principes a quibus tanquam filius nutritus fuerat, offenderet, vrgenti & placito amori repugnasset, puella tandem Veneris consuetudine telis, concubuit. Quæ res omnes diu latuit, donec mater puellam grauidam esse cognouit. Cui filia cum crimen iam manifestum negare non potuisset, occultos amores patefecit, quibus virtutis causa ne parentes doloribus afficeret, diu restiterat, se demum amori magno conuictam succubuisse: nec Griffeum magis in culpa esse dicebat, qui multo fortius amori repugnauerat. His verbis commota mater filię pepercit, & accitum Griffeum pie monet & rogat, ne Flādiarum Comiti causa doloris esse velit, hortatur vt ab eo defloratam puellam & grauidam, vxorem ducat. Griffeus vero placitam & optatam puellam, pulchram & generosam nō recusat, sed continuo dat fidem vxorem sibi fore puellam Flādiarum Comitis filiam. Hac re sic acta, deinde Flandriarum Comitis vxor Griffei iam focrus, magnæ prudentiæ mulier, Griffeum mendici peregrinantis habitu induit, & cum eo duas mulierculas admodum vetulas, & simul in Hispaniam & Barcinonam ciuitatē misit, vbi Griffei mater & cognati complures erant. Griffeus itaque cum vetulis in Hispaniam profectus, Barcinonā peruenit. Quo tum, nescio quo fato, Salamon ex Ceritania, vbi fuerat diutius commoratus, venerat. Ingressus ciuitatem Griffeus clā noctu matrem adiit. Quæ vbi filium recognouit, affecta magno gaudio cognatos omnes ad se vocauit, quibus filium ostendit, & quid facturum venerit, filius declarauit. Qui consilium probantes Griffeum magis hortantur, vt mortem patris vl-ciscatur. Postero die per urbem Salamō equitabat incautus. De quo Griffeus admonitus ascendit equum, & occulto gladio succinctus ei obuius exit. Quem conspectum perstricto gladio grauiter percutiēs, ex equo deiecit & occidit. Qui cum se Griffei Barcinonæ principatus præfecti filium esse dixisset, ab omnibus collaudatus est, & Barcinonæ princeps appellatus, ac summis honoribus affectus. Qui spōsæ & datæ fidei non immemor, ad Flandriarum Comitē & eius vxorē legatos misit, vt ei filiam mitterent, quam parentes non inuitam & multis comitatam nobilibus

bilibus miserunt, & Griffeus honorificentissime recepit, cum qua primum Christianorum more solenniter nuptias confecit, & deinde magnos ludos & spectacula varii generis celebrauit. Flandriarum vero Comes interea Griffei focer vbi de filiaē suæ magnis honoribus intellexit, ad Ludouicum Regem se contulit, cui de filiaē matrimonio cum Griffo, & quæcūque Griffeus egerat, omnia narrauit, eumque deprecatur, vt si Griffeus Comitem Salomonem occiderat, non magnopere miraretur, propterea quod Salomon patrem eius occiderat. Rex autem Ludouicus Griffei virtute perspecta, & Salomonis necis cognita causa, Griffo, supplicāte focero, non modo pepercit, sed etiam Barcinonæ principatus gubernationem contulit, & ad vitam confirmauit. Hac de re Griffeus certior factus a focero, ad Ludouicum regem venit in Galliam ei gratias acturus. Cuius aduentus animusque regi certe gratissimus fuit. Cæterum Griffo diutius apud Regem in Gallia commorante, Mauri rursus ad occupandum Tarraconensem prouinciam confurgūt. Quod vbi Griffeus intellexit, a Rege Ludouico iustum petiuit auxilium, quo aduersus Mauros prouinciam tueri posset. Cui Ludouicus respondit, sibi molestissimum esse, quod Mauri quos a principatu suo procul fugauerat, iterum bella mouerent, propterea quod ei tunc subuenire & opem ferre minus posset, atque Griffeum vehementer hortatus est, vt in Hispaniam rediret, & quoad posset prouinciam defenderet. Griffeus autem cum Regem Ludouicum Barcinonæ principatū iam parui facere cognouisset, foceri sequutus consilium, regi supplicauit, vt quoniam solus & propriis viribus aduersus Mauros prouinciam defensus esset, & omnis supra vires susciperet, ei Barcinonæ principatus possessionem, proprietatis & omnia iura renunciaret. Cui rex liberaliter omnia concessit, & quicquid ipse rex in Barcinonæ, Russinonis quam Rossilionem prouinciam nunc appellant, & Ceritanæ principatu iuris habebat, Griffo totum & integrum dedit, & liberalissima donatione renunciauit, & priuilegio patentissimo confirmauit, anno nongentesimo septuagesimo quinto. Griffeus hic igitur primus hac donatione Comes Barcinonæ principatus, anno prædicto cum suis & eius foceri copiis & equitibus ex Gallia Barcinonam venit. Hic omnibus totius principatus conuocatis vndiq; nobilibus, cum magnis exercitibus Mauris occurrit. Quos cum sæpe prælio vicisset, omnes demum paucis annis ab omnibus suæ prouinciæ finibus expulit, atq; victor in signis & legitime triumphans Barcinonem reuersus, in honorem virginis Dei genitricis, & suæ victoriæ memoriam, Rumpulli monasterium cum magnis redditibus ædificauit, in quo sibi sepulturam fecit. Qui ex vxore Flandriarum Comitis filia, de qua supra scripsimus, filios habuit quatuor, Rolfeum quem mater ante nuptias in domo parentum peperit. Sed hic Rumpulli monasterii religionem ingressus, ibi vitam peregit. Post hunc Griffeum genuit, qui non sine veneni suspitione preemprus est, & fuit in prædicto monasterio sepultus. Tertio loco Miron natus est, qui in Barcinonæ, Russinonis, & Ceritanæ principatibus legitimis hæredibus vacuis, Griffo patri successit. Postremo natus est Sumerius, qui fuit Vrgelli Comes. Nam Hermengando Comite mortuo sine filiis, Vrgelli principatus ad Griffeū iure deuenerat. Obiit autem Griffeus anno nongentesimo nonagesimo secundo, & in monasterio Rumpulli iacet, in sepulchro quod (vt supra dictum est) ipse sibi præfecerat.

De Mironne Griffei filio, Comite secundo.

GRIFFO Miron filius successit, qui cessantibus bellis, annos decem & nouem principatum tranquillum quietumque continua pace gubernauit. Qui, filios tres suscepit, Xiffreum quem sibi successorem reliquit, Oliuanum qui fuit Comes Bisulduni & Ceritanæ, tertium reliquit filium Mironem, qui fuit Gerūde ciuitatis Comes & Episcopus. Cæterum Miron hic moriens quatenus filios admodum paruulos relinquebat, eorum tutorem Sumerium fratrem & principatus gubernatorem instituit.

AA iij

De Xiffreo Mironis filio, Comite tertio.

XIFFREVS igitur post Mironis patris obitum sub patruo Sunerio tutore permanfit annos circiter viginti. Sic enim pater eius Miron testamento scriptum reliquerat. Annos vero pupillares egressus a Sunerio patruo restitutam principatus administrationem suscepit, in qua vixit annos decem & nouem. Moriens autē sine liberis principatum reliquit hæreditario iure Borello Sunerii filio, suo fratri patrueli, propterea quod Oliuanus frater eius ad gubernandum minus erat idoneus, linguæ balbutientis impedimento. non enim vocem poterat emittere, nisi prius terram manibus effodisset: vnde Capella fuit appellatus, quod hoc capræ facere solent. Habuit autem Sunerius filios duos, Borellum maiorem natu qui patri successit in Vrgelli Comitatu, & Hermengandum qui fuit Vrgelli præful, vbi semper adeo sancte & religiose vixit, vt non immerito in sanctorū numerum relatus fuerit.

De Borello qui Xiffreo fratri patrueli successit, Comite quarto.

HVIVS Borelli temporibus vndique Mauri magnis exercitibus comparatis, Barcinonæ principatus Christianos populos acriter inuaserunt, quibus cum paruis copiis ex tempore coactis Borellus occurrit, & in cāpo qui est apud castellū Monticatinum, & Maçtabouem vulgo dicitur, prælio victus, & equitibus quintæ gentis amissis, fugiens Barcinonem reuersus est: quam, Mauri Borellum Comitem subsequuti, acriter oppugnare cœperunt, & omnia equitum capita quos in prælio trucidauerant, ballistis imposita proiecerunt in urbem, vt magis eos qui muros ciuitatis & portas defendebant, deterrerēt. Quæ quidem capita pie collecta, Comes Borellus honorifice sepeliuit in cœmeterio martyrum, quod est in ecclesia sancti Iusti. Cæterum Mauris acris oppugnantibus, Borellus cum se defendere non potuisset, ciuitate relicta discedere coactus est, & cum paucis equitibus in montes apud Minorellam ciuitatē se recepit. Huc Comites, Vicecomites, nobiles & equites omnes accitos, quid agendum foret amissa ciuitate, cōsuluit. Hi primum legatos ad regem Gallorum & ad summum Pontificem statim mittendos esse dixerunt, imploratuos auxilium: deinde legatis iam Romam & in Galliam missis, vt Borellus Comes publicis præconiis denunciaret ac polliceretur militarem dignitatem & ordinis equestris titulos & honores omnibus qui cum armis & equis ad eum venirent, aduersus Mauros Christiani nominis hostes, Barcinonæ principatum defensuri. Quod confestim Comes effecit, & quod præconio pollicebatur, cuique cum armis & equo ad se venienti priuilegium militaris & dignitatis & omnes immunitates concessit. Hoc præconio diulgato, per paucis diebus, præter nobiles & equites qui iam militaribus priuilegiis & honoribus gaudebāt, alii quoque numero circiter mille conuenerunt, equis & armis præferoces. Quos Borellus honorifice suscepit, & quoniam paratos se ad bellum gerendum cōtra Mauros venisse dixerunt, promissis honoribus insigniuit, & Paratos cognominauit. Quorum genus adhuc & domus de Parata, quæ nunc Peralta dicitur, nomē habet. Cū his igitur Borellus Comes & aliis equitibus Mauros omnes a Barcinona totaque prouincia Tarraconensi breui tempore submouit, vbi reliquum vitæ suæ tempus tranquillissime vixit, & finem Maurorum bellis imposuit. Ex vxore filios duos progeniuit, Raimundum Borellum quem sibi successorem reliquit, & Hermengandum Vrgelli Comitem.

De Raimundo Borello, Comite quinto.

RAIMVNDVS Borellus principatus imperio suscepto, vocatus ab Alphonso Castellæ Rege contra Mauros in vltiorem Hispaniam, quam, vt alibi demonstrauimus, a Romanis olim castellorum præfectis Castellam vocant, libenter profectus est, vt pote qui Maurorum vires frangere nomenque delere vehementer optabat. Quæ Castellam versus ad Alphonsum Regē cū exercitu proficiscentem, præter

præter omnes fere Tarraconensis prouinciæ proceres & equites, Hermengadus etiam Comes Vrgelli & frater eius Hugo Comes Ampuriarum, Gastonius Monticatinus, Dalmatius Vicecomes Rocabertinus, Bernardus Comes Bisulduni, Higuetus Vicecomes Basensis, & præfules Aufoniæ, Vicensis, Gerundæ, & Barcinonensis cum magnis copiis comitati fuere, qui iuxta Cordubam cum Alphonso Rege qui magnos etiam ductabat exercitus, sese coniunxerunt. Vbi cum Mauris prælio commisso strenue pugnauerunt, & victis hostibus post aliquot dies Comes Raimundus Barcinonem rediit cum omnibus equitibus suis, præter Hermengandum Comitem Vrgelli, qui prælium primus ingressus, a Mauris multis cōfusus vulneribus cecidit. Quo mortuo successores eius a Corduba cognominati fuere, propterea quod perit prælio quod gestum fuit apud Cordubam. Raimundus vero victor Maurorum Barcinonem reuersus, vixit annos septemdecim, qui discessit a vita anno millesimo septimo, superstiti successore filio Berengario.

De Berengario Comite sexto.

BERENGARIVS Raimundi filius, post mortem patris Barcinonæ principatus administratione suscepta, militarem dignitatem cæteraque virtutes quæ principibus sunt maxime necessaria, minus exercuit. Siquidem corporis feruitus & ignauitæ deditus, animi munera bonaque contempsit. Ideoque Maurorum vires & insidias temere despiciens, & in gubernatione sui principatus incautus, partē magnam prouinciæ Tarraconensis amisit. Hanc tamen, vt paulo post demonstrabimus, eius filius Raimundus Berengarius cognomento Vetus per arma recuperauit. Habuit autem præter Raimundum Vetus filios duos, Guillelmum Berengarium Minorellæ Comitem, & Sanctium qui etiam fuit Minorellæ Comes post obitum fratris, & Prior monasterii sancti Benedicti Bagenfis.

De Raimundo Berengario cognomento Vetus, Comite septimo.

MVLTÆ cælo sunt & syderibus adscribenda, multa quoque moribus educationum pueros. Nam si bonus pater filium gignit improbum, vel si patre improbo bonus oritur filius, id quidem mihi videtur, vel fati nonnunquam, vel nutritibus imputandum. Hoc mihi nunc in mentem venit ex Berengario, de quo supra locutus sum, qui natus optimo patre degenerauit, & idem Raimundum Berengarium filium genuit excellentem, qui, vt supra memorauimus, militari virtute præclarus non solum partē Barcinonæ principatus a Mauris propter ignauiam patris occupatam recuperauit, sed etiam Maurorum Reges duodecim campestri prælio victos sibi tributarios fecit: qui demum multas & magnas de Mauris victorias cōsequutus, multis equitibus quorum viribus & auxiliis vsus fuerat, magna munera multaque oppida, dum viuerent, assignauit. Vxores habuit duas, ex altera genuit duos filios, Petrum Raimundum, & Berengarium Raimundum, ex altera Raimundum Berengariū: quorum Petrus Raimundus natu maior veneno periit, vt aiunt, a nouerca dato, Raimundus vero Berengarius eius fuit hæres. Obiit Barcinonæ, vbi iacet in sede ciuitatis, cuius quidem sedis & ecclesiæ cathedralis author ipse fuerat, & sibi sepulchrum condidit prope ianuam sacrarii.

De Raimundo Berengario Barcinonæ Comite octauo, qui Caput stupæ fuit appellatus.

FVIT hic Raimundus Berengarius multis & corporis & animi muneribus excellens, & in primis in militaribus rebus belloq; gerendo fortitudine strenuus, moribus & humanitate cunctis benignus, in Dei cultu & Christiana religione feruens & pius, liberalitate largaque munificentiā magnanimus, vita in omni genere probus & consuetudine facilis: statura præterea corporis magnus, facie pulcher, aspectu iocundus, cui erat flaua densaque cæfaries, vnde Caput stupæ nomen habuit. Cuius magnis & innumeris virtutibus inuidens frater eius Berengarius, & princi-

patus cupiditate commotus, occultas molitus infidias, eum Gerundam versus ex Barcinona incaute proficiscentem crudeliter occidit. Cuius mortem totius principatus populi maxime lugentes & nobiles omnes vlciſci cupiētes, in fratricidam qui principatum occupare conabatur, arma ceperunt. Quod animaduertens Berengarius fraterno sanguine pollutus, magno metu perterritus mutus est ilico factus, ac solus fugiens & tanti criminis pertæſus errorem, & iam pœnitentia ductus, in pœnam peccati sponte Hierosolymā profectus est, vnde corpore animoque defesso reuertens in itinere defecit. Ceterum Raimundus Comes antequam occideretur, assumpto principatu duxerat vxorem Roberti Guiscardi Meſſanæ & Apulię ducis filiam, ex qua filium progenuerat Raimundum Berengarium, qui post necem patris in Comitatu Barcinonæ successit anno millesimo octogesimo secundo. Cuius mater orbata marito monasteria duo condidit, alterum ordinis sancti Bernardi in valle Marię, qui locus est in Caprarię Vicecomitatu, & alterum ordinis sancti Benedicti iuxta ciuitatem Gerundam, quod sancti Danielis appellatur, in quo diutius per sancte vixit vitamque finiuit. Huius Comitis tempore fuit Vrgelli Comes Hermengandus vulgo Gerbus cognominatus, homo strenuus in armis, qui res præclaras gessit, & Belagurium multa que oppida deuictis Mauris recuperauit.

De Raimundo Berengario nono Barcinonæ Comite.

RAIMVNDVS vero Berengarius patri non in principatu regnoque solum, verum etiam in magnis & multis virtutibus legitime successit. Fuit enim virtutum omnium splendore præclarus, & præcipue in armorum certaminibus, quippe qui monitus de Imperatricis Alemanię periculo, quam a duobus Alemanię viris potentissimis atque fortissimis adulterii accusatâ Imperator morti destinauerat, nisi quis eam intra annum duello liberaret, vno viro sui principatus nomine Rochabuma Domicello comitatus, ad Imperatoris curiã clam profectus est. Hic omnibus ignotus, sancti Francisci habitu indutus, ad Imperatricem a multis in quadam turri diligēter custoditam, quasi patrinus & confessionem eius auditurus accessit. Cuius confessione prudenter audita, cum eam sine crimine falsoque accusatam fuisse cognouisset, illi quis esset aperuit, & quo consilio venisset ostendit, vt eam scilicet indigne delatam apud Imperatorem, Deo iuuante, liberaret. A qua prius impetrauit, vt eum per triduum post certamen & duellum cōfectum nemini de regeret: quod Imperatrix illi libenter promisit, & iureiurando confirmauit, & ingentes gratias egit. Ceterum Comes Raimundus die certaminis Rochabumam Domicellum socium quem secum duxerat, cum altero de duobus Imperatricis accusatoribus certaturum, non inuenit. Ideoque campum ad pugnam constitutum solus ingressus Imperatori supplicauit, vt cum altero primum confingeret, & deinde si victor esset, cum altero congregaretur. Hac re impetrata ab Imperatore, certamē ingressus cum altero qui fortior habebatur, eum multis ictibus percussum fortiter occidit. Alter autem cum hoc vidisset, metu deterritus experiri cum victore fortunę casus in armis non audens, sine pugna iam victus manus dedit. Tum lætitia plenus Imperator Raimundum Comitem iam victorem e campo deduxit, & ad hospitium eius quod erat in ingressu ciuitatis, comitatus, & amplissimis collaudarum verbis honorifice reliquit. Comes autem qui cognosci volebat, prima nocte discedens, magnis & continuis itineribus Barcinonam paucis diebus reuersus est. Imperator vero postero die victorem Comitem cognoscere cupiens, & plenius commendatum magnis muneribus prosequi, regalibus paratis conuiuio eum simul & Imperatricem ad se vocari honorifice iussit, multis missis nobilibus. Qui cum ad hospitium Comitis venissent, & eū discessisse nuntiātū esset, ad Imperatorem redeuntes, ab hospicio noctis hora fere secunda discessisse victorem, retulerunt. Imperatrix autem cum venisset, ab Imperatore, quisnam fuisset eius defensor, & vbi reperiri posset, interrogata: vbi esset sese nescire respondit, verum qui fuisset cognouisse, sed nisi post biduum propter fidem & iusiurandum quod illi præstiterat, non posse dicere. Biduo igitur assumpto, suę salutis & honoris

honoris Imperatrix autorem coram multis magnatibus Imperatori declarauit. Quod cum Imperator audisset, ingentem hominis virtutem vehementer admiratus, eum per totam ciuitatem, perque omnes vias & exitus missis quamplurimis equitibus perquiri iussit. Quo peruestigato diligenter & nusquam reperto, magis Imperator eum vidēdi desiderio commotus, Imperatrix, inquit, vxor charissima, nulla nos vnquam mensa, nullus nos vnquã thorus coniunget, nisi prius Raimundum Berengarium Barcinonæ Comitem videro. Tuum est igitur eum diligenter quærere & ad nos inuentum adducere, qui te non sine magnis laboribus & vitæ periculis aduenit, & ab ignominiosa morte liberauit. Non enim quiescere potero, nisi talem virum cognoscam, & quoad potero eius virtuti quę mirabilis est, satisfaciam.

De aduentu Imperatricis in Hispaniam.

QVAPROPTER Imperatrix huic Imperatoris voluntati quę ratione virtuteque mouebatur, obsequi cupiens, quatuor Cardinalibus cum suis omnibus Episcopis & familiaribus & trecentis equitibus comitata, Raimundum Berengarium Barcinonæ Comitem quærere statuit, rebusque necessariis ad profectiōem comparatis ab Imperatore discedēs, quadraginta diebus in Hispaniam peruenit. Quę cum saltus Pyrenæos pertransisset, & eius aduentus Barcinonæ Comiti Raimundo nunciaretur, statim nobiles omnes totius principatus Comes Raimundus conuocauit, ac cibariis & rebus ad præsentem vsum necessariis omnium generum cōquisitis & comportatis, ex Barcinonæ ciuitatis portis vsque ad Moncatæ castellū, quo ventura erat Imperatrix cum maxima hominum multitudine, mensas instruxit, & variis rebus impleuit per passuum millia circiter duodecim. Mensis compositis & omnibus epularum generibus referis & oneratis, Comes cū præcipuis totius principatus mulieribus & equitibus trecentis Imperatrici apud Gerundam ciuitatem peroptatus occurrit. Cui iam appropinquanti duos Cardinales Imperatrix honoris & beneuolentię gratia multosque nobiles obuiam misit. Comes autem Raimundus ad Imperatricem cum peruenisset medius inter duos Cardinales, & ex equo descendere conaretur, a multis equitibus & a Cardinalibus ipsis quos Imperatrix præmonuerat, in equo retentus est. Equitantem igitur Imperatrix excepit, & multis verbis honorifice collaudatum summis honoribus affecit. Quo cū innere toto colloquendo, Cardinalibus & reliquis equitibus mēſas, & variorum cibariorum copias, & aliarum rerum apparatus admirantibus, Barcinonam peruenit. Hic per dies quindecim ludi magnifici, variaque spectacula, & armorum sicut certamina in laudes Imperatricis & honores magnis sumptibus & apparatu mirabili celebrata fuerunt. Quibus spectaculis & ludis cōfectis rebusque necessariis comparatis, ad Imperatorem Raimundus Barcinonæ Comes cum Imperatrice simul profectus est. Cui munificentissimus Imperator & summis honoribus excepto multas & ingentes gratias egit, & præter plurima munera donaque preciosissima, Prouincię quoque Comitatum cum omnibus emolumentis, commodis, iuribus, & titulis largitus est.

De Comitis Raimundi expeditione contra Mauros in insulam Balearem.

CVIVS Comitatus accepta possessione, Raimundus Comes permultis & magnis muneribus ornatus Barcinonam reuersus, omnibus Tarraconensis prouincię conuocatis equitibus, magnos exercitus Ianuensium & Pisatorum nauibus impositos in maiorem Balearium insulam quam Maioricam vocant, traiecit. Hanc enim tunc insulam Mauri possidebāt, quibus deuictis & expulsis, insulanos omnes ad Christi cultum fidemque reduxit. Verum enimvero dum hic Comes diutius cōmoratus est, interea Mauri Barcinonam magnis copiis oppugnare ceperunt. Hinc igitur in Hispaniam reuersus Barcinonensibus auxilium implorantibus, insulam & ciuitatem Balearium quam ceperat, Pisani & Ianuensibus commendauit, quos ad securitatem certo cœdere & iureiurando sibi socios adiunxit,

& armorum suorum parte decorauit, ut scilicet sancti Georgii signis & armis quæ Barcinonæ Comitatus erant, vterentur. Ianuenses autem post Comitis discessum cæca pecuniæ cupiditate conuicti, Mauris auri magnum pōdus offerentibus ciuitatem & insulam restituerunt. Quod indignum facinus vbi Comes Raimundus intellexit, vehementer indignatus omnibus sui principatus populis & equitibus præcepit, ut ne cum Ianuensibus vnquam pacem haberent, sed odia semper & inimicitias perpetuas exercebant. Barcinonam tamen cum venisset, contractis auxiliis Mauros ab obsidione fugauit, quorum fugientium plurimos occidit, & induciarum fœdus quod cum Regibus Ilerdæ, Dertosæ, & Valentia: sibi tributariis iniuerat, dissoluit, eosque bello victos a ciuitatibus & principatu deiecit. Multa præ- 10
terea gessit memoratu dignissima, quibus & fortissimi viri nomen & Christianis-
simam gloriam sibi comparauit.

De eius uxore & liberis.

VXOREM duxit Dulciam Gilberti Prouinciæ Mediolaniquæ Comitis filiam, quæ duos peperit filios, Raimundum Berengarium qui mortuo patri successit, & Berengarium qui fuit Prouinciæ Comes: filia vero genuit vnica quæ nupsit Alphonso Regi Castellæ. Cæterum Raimundus Barcinonæ Comes post multas & magnas res magnifice sancteque gestas, Barcinonæ iâ senio retardatus, diu, vel- 20
ut a laboribus emeritus, conquieuit. Vbi ætate postrema moriens anno millesimo
centesimo tricesimo primo, Hospitalis Hierosolymitani ordinis in domo paupe-
rum sibi habitus induit, quibus eius corpus inuolutum iacet in monasterio Rupulli.

LVCII MARINEI SICV-

LI DE REBUS HISPANIÆ

LIBER DECIMVS.

30

*De Raimundo Berengario Barcinonæ Comite decimo, qui cum Petronilla Ramiri Regis
filia fuit Aragoniæ princeps, & vtriusque principatus vnione.*



D Raimundum iam nunc Berengarium redeo, de quo cum supra scribere cœpisssem, me maiores & antecessores eius ab incepto diuertere fecerunt. De quibus quoniam quæ necessaria erant, omnia dixisse videor, reuertor vnde digressus sum. Raimundus itaque Berengarius, ut ante diximus, Petronillam Ramiri monachi Regis Aragonum filiam duxit uxorem, ex qua filios duos procreauit, Alphonsum cui regnum Aragonum & 40
Barcinonæ Comitatum reliquit, & Sanctium qui fuit Russinonis & Ceritanis
Comes. Filias habuit totidem, Dulciam quæ nupsit Regi Portugalliæ, & alteram
quæ fuit vxor Hermengandi Comitis Vrgelli. Fuit hic Raimundus Barcinonæ
Comes & Aragoniæ princeps multis & magnis virtutibus excellētissimus. Siquidē
prudencia singulari, fortitudine, munificencia, modestia, humanitate, iustitia,
cæterisque præstantissimis animi virtutibus, omnes sui temporis principes excel-
luit. Fuit etiam corporis dotibus admodum fœlix, forma pulcherrimus, & omniū
membrorum singulari præstantia iuante natura mirifice compositus. In bello ve- 50
ro gerendo fortis, & cautus, & laboris patientissimus. Nam ad Alphonsum Castellæ
Regem sororium suum contra Mauros cum exercitu profectus, post multa præ-
lia quæ fortissime gessit, & hostes acriter oppressit, demum Almeriam ciuitatem
obedit, & continuis oppugnationibus captam prudenter euertit, propterea quod
Mauris ex Africa in Hispaniam traicientibus hospitium præbebat.

De reditu

De reditu eius ad Barcinonam.

HINC cum exercitu victore Barcinonam reuersus anno millesimo centesimo
quadagesimo octauo, non diutius conquieuit. Siquidem anno sequenti no-
bilibus Barcinonæ principatus adiuantibus, Dertosam ciuitatem quam Mauri
rursus occupauerant, obfedit, & paucis diebus expugnatam cepit, multis hostibus
occisis & aliis captis. Hac victoria valde lætatus, Barcinonæ ciuibus aurei torquis
vsum & alia corporis ornamenta cōcessit, & Guillermo Raimundo Monticatio,
Petroque cognomento Samenato, qui duo primi contra Maurorum propugna-
tionem acerrimam castellum ciuitatis quod erat armis & aliis rebus præmunierunt,
10 ingressi fuere, duas capti castelli partes diuisit, tertiamque patem sibi retinuit.
Post autem captam Dertosam cum victricibus copiis Ilerdam profectus est, in cuius
obsidione Guillerum Raimundum Monticatinum & alios legatos a Rege
Ramiro de Petronilla matrimonio missos, comiter ac lætanter excepit. Nā quan-
quam viso Guillermo Raimundo Monticatio qui Tarraconis Archiepiscopum
nuper occiderat, & a principatus Barcinonæ finibus exulabat, magna animi per-
turbatione repente commorus est, vbi tamen eius aduentus causam cognouit, eū
libenter audiuit. Cui non solum de morte præsulis impunitatem facile concessit,
sed etiam a Romano Pontifice veniam & absolutionem procurauit, et mox Me-
20 quinentiam & alia dedit oppida cū iure proprietatis & in perpetuum. Et Ilerda ci-
uitate capta cū legatis expetitum matrimonium confecit. Quod quidam nō apud
Ilerdam, sed Barcinonæ confectum fuisse scripsere, sed hoc nihil refert. Hanc igi-
tur Barcinonæ principatus & Aragoniæ regni coniunctionē factam, nostris tem-
poribus aliis auctam regnis additis, Dei benignitate & virtute Ferdinandi Regis
& Caroli nepotis eius, ampliorem fœlicioremq; fore speramus.

De conditionibus ab eo cum legatis Regis Ramiri constitutis, & insignibus armorum.

VBI vero conuentum de coniugio fuit, legati cōditiones quas a Ramiro Rege
præmoniti fuerant, petiuere: primum ut Raimundus, quemadmodum supra
visum est, non Rex Aragoniæ, sed princeps diceretur: deinde ut Aragoniæ nomen
Barcinonæ nomini præponeretur, hoc modo & ordine sequenti, *Raimundus Dei gra-
tia Princeps Aragoniæ, & Comes Barcinonæ*: tertia conditio fuit, ut in præliis gerendis
eius vexillifer & primipilus ex Aragonibus esset. Quæ omnia Comes Raimundus
facile concessit, & iureiurando ac instrumento confirmauit, & a successoribus vsq;
ad hoc tempus obseruatur. Item statuerunt, ut in prælio semper diu Georgii no-
men inuocaretur, & quibus armorum signis ipsi Raimundo & successoribus esset
vtendum declararunt, ut scilicet galea & arma capitis essent Aragoniæ, quæ sunt,
ut ante diximus, liuidi coloris cum cruce candida, cruce sancti Ioannis Hierosoly-
mitani persimili: vestis vero, clypeus, & equi phaleræ rubri coloris & crocei, quæ
40 sunt arma Barcinonæ Comitatus. Mox etiam sua signa Raimundus Aragoniæ
magnatibus & populis petentibus dedit, & arma sancti Georgii quæ Barcinonæ
principatus erant, & Maurorum Regum capita quatuor, et crucem rubram in
medio positam, cuius virtute Mauros vicerat, & eorū Reges occiderat. Vbi enim
Petronillam duxit uxorem, Dertosam, Fragam, Mequinentiam, & Mirabetum
cepit, eorum Regibus occisis, quorum capita cum signo crucis in suis armis gesta-
re consuevit, ut & crucis gloriam virtutemque, & Maurorum confusionem de-
notaret.

De Mauris ab eo victis & pulsis, & multis edificatis ecclesiis.

50

CÆTERVM Raimundus confectis nuptiis cum Petronilla Ramiri Regis filia,
regnisq; coniunctis maiores vires & potentiam nactus, Mauros Barcinonæ prin-
cipatus & Aragoniæ regni finibus exterminauit, & trecentas ædificauit ecclesias.
Fuit enim princeps Christianissimus, & in rebus quæ diuinū cultum fidemq; ca-
tholicam videbantur augere, tam liberalis, quam feruens & pius. Ecclesias siqui-

BB

dem non ædificauit solum, sed etiam magnis reditibus excoluit, & sacerdotibus moribus & vita probatis commisit. CæsarAugustanæ vero ecclesiæ, præter alios reditus, Albalatum quoque oppidum celebre donauit.

De ultione mortis fratris eius, & tempore atque loco sue mortis.

DEINDE cum Berengarium fratrem suum Prouinciæ Comitum crudeliter a suis populis occisum cognouisset, in Prouinciã cum exercitu profectus, in necis eius ultionem Arletum ciuitatem & alia complura oppida castellaque deleuit. Hinc in Hispaniam reuersus, Aragoniæ regnum & Barcinonæ Comitatum non minori prudentia quam fortitudine gubernauit. Obiit, ut quidam scripserunt, 10 apud ciuitatem Ianuam, in Burgo qui dicitur Sandanna, Idibus Augusti, anno millesimo centesimo sexagesimo secundo. cuius corpus in monasterium Rupul- li delatum, fuit honorifice sepultum.

De Alphonso Rege Aragonum sexto & Barcinonæ Comite.

ALPHONSVS hic vnitus Aragoniæ & Barcinonæ principatibus primus Ara- gonum Rex & Barcinonæ Comes fuit appellatus. Edidit opera multa præcla- ra non solum viri fortis, sed etiam liberalis & Christi cultus amantissimi. Condi- dit ciuitatem Turoliũ & Russinonem, quam nunc, ut supra diximus, Russilonem 20 vocant, & Pallaris Comitatus vniuit. Cum Rege Castellæ diuturna bella magna- que gessit, in quibus victoriam consequutus ad suos reuersus principatus, Po- puleti monasterium ædificauit, in quo sibi sepulturam elegit, & ecclesiæ magnos reditus instituit in perpetuum. Ædificauit & alias sanctorum ædes & monasteria multa, & aliis in locis, & etiam Barcinonæ.

De eius uxore & liberis.

VXOREM habuit Sanctiam Alphonfi Castellæ Imperatoris filiam, ex qua illi filii tres nati fuerunt, & filiarum quoque tres: quorum primus nomine Petrus in Ara- 30 gonum regnum & Barcinonæ Comitatum mortuo patri successit: secundus Al- phonfus qui fuit Prouinciæ Comes: tertius vero Ferdinandus primus Populeti monachus, deinde fuit abbas Montis Aragonum. Filiarum prima nomine Con- stantia, fuit vxor Regis Vngariæ, quo mortuo Federico nupsit Romanorum Impe- ratori: secunda Leonora fuit vxor Comitis Tolosani: tertia vero nomine Sanctia nupsit filio Comitis Tolosæ. Mortuus est Alphonfus Rex Aragonum in oppido Perpiniano, anno millesimo centesimo nonagesimo sexto, septimo Kalendas Maias, qui fuit sepultus in monasterio Populeti.

De Petro Alphonfi filio, Aragonum Rege septimo & Barcinonæ Comite. 40

ANNVM agens Petrus Alphonfi filius Rex Aragonum vigesimum, regni gu- bernatione suscepta, Mariam Guillelmi Montis Pessulani filiam, & Impera- toris Constantinopolitani neptem duxit vxorem, de qua Iacobi filii factus est pa- ter. Fuit autem rex in bello gerendo fortissimus. Qui cum Regi Castellanorum contra Mauros auxilium tulisset, in vltiorem Hispaniam & in Baticam prouin- ciam apud Idubedam ciuitatem, quæ nunc Vbeda dicitur, deuictis Mauris quo- rum maximus erat exercitus, insignem victoriam reportauit.

De eius profectioe Romam ad summum Pontificem, & eiusdem coronatione. 50

HINC Romam profectus ab Innocentio tertio summo Pontifice coronatus est corona panis azymi, hoc est sine fermento, in ecclesia sancti Pancratii: quin etiam impetrauit a Pontifice, ut quamuis ipse Romæ coronatus fuerit, eius tamen successores in perpetuum CæsarAugustæ coronarentur a Tarraconis antistite, quemad-

quemadmodum priuilegio & diplomate quod Innocentius illi concessit, conti- netur. Cuius exemplum in monasterio sancti Ioannis a Pegna custoditur, hoc ex- ordio: Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei charissimo in Christo filio il- lustri Petro Regi Aragonum, &c.

De aliis rebus eius quas Romæ gessit.

ROMÆ dum commoratus est, cum vxore diuortium facere conatus est, sed Innocentio summo Pontifice non consentiente, cum ea vixit: quæ tamen Ro- mæ post finitam litem Regis consequuta coniugium, paucis diebus a vita disces- 10 sit, quæ sepulta iacet in ecclesia sancti Petri in sacello sanctæ Petronillæ. Renunci- auit Romæ Rex etiam iura patronatus, quæ sacerdotia & beneficia, ut ante dixi- mus, gentilitia Latine dicuntur, omnium ecclesiarum sui principatus. Cuius rei causa summus Pontifex Innocentius ei concessit, ut ipse & successores eius in pō- tificatu vexillum ecclesiæ ferrent cum armis Aragoniæ, quæ sunt crucei rubri- que coloris. Concessit etiam ut omnes bullæ quæ a Romana curia mitterentur, essent munitæ chordula prædictorum colorum. Verum enim uero nobiles Ara- gonum Barcinonæq; principatus omnes de renunciatione iuris patronatus, quod 20 eis & omnibus populis principatus nocitura videbatur, vno ore reclamauerunt: seq; voluntati & renunciationi Regis de iure patronatus non assentiri publicis instru- tionibus testati fuerunt.

De eius expeditione contra Simonem Comitem Montisfortis, & morte eiusdem.

SVB idem tempus cum Tolosanus Comes cum Simone Montisfortis bellū ge- reret, Rex Petrus Roma discedens cum exercitu contra Simonem venit, quem prælio vicit, & Gallos omnes Simonis exercitus in fugam vertit. Cæterum fugientes Gallos insecutus, & a suis qui eius cursum adæquare nō poterant, remotus longeque digressus, a fugientibus hostibus qui eum inter se quasi solum viderunt, conuersis circumuentus occisus est. Quo mortuo Simon filium quoque eius Iacobum quem commendatione patris educauerat, secum retinuit, quem sæpe repetitum ab Ara- 30 goniarum populis & magnatibus liberare noluit, propterea quod Iacobus ipse Simoni Montisfortis mortem sui patris impune remittere iureiurando nolebat. Quapro- pter Aragoniæ Barcinonæq; principatus nobiles & omnes equites ex communi consilio legatos Eximinum Cornelium, Guillelmum Ceruarium, Petrum Haon- nium, & templi magistrum Romanum ad summum Pontificem miserunt, supplicā- tes ut eorum honori & Regis Iacobi capti salutem Pontifex maximus consuleret. Quo iubente Simon Aragoniæ & Barcinonæ principatus populis Regem suum quem indigne post necem patris captū tenebat, liberaret, suisque restitueret. Quod si forte Simon a Pontifice iussus facere nollet, vnus ex Aragonum legatis apud 40 Pontificem Simoni tanquam proditori & pontificalis læsæ sanctitatis reo perduel- lionis diem diceret. Simon autem commonitus a duobus Cardinalibus quos ad eum Romanus antistes miserat, se nullo modo liberaturum respōdit Iacobum Ara- gonum principem, nisi prius Iacobus ei mortem sui patris iureiurando remitte- ret. Hoc cum legatis nunciatum esset, vnus eorum nomine Petrus Haonius ad Si- monem literas misit, quibus eum proditorem appellans ad duellum prouocabat. His literis acceptis Simon, & a Cardinalibus commonitus, Iacobum iam liberum & incolumem Cardinalibus restituit, quem illi Romam ad Pontificem & Arago- niæ legatos adduxerunt. Ille autem cum summo Pontifici gratias egisset, Romæ paucos dies commoratus cum legatis Barcinonam se contulit. Habuit præter hūc 50 Iacobum Rex Petrus filiam quandam spuriam, nomine Constantiam, quæ nupsit Guillelmo Raimundo Monticatio, cui dedit nomine dotis Aitonam & alia op- pida, anno millesimo ducentesimo duodecimo.

De Iacobo Petri filio, Aragonum Rege octauo & Comite Barcinonæ.

IACOBVS autem Petri Regis filius ob res magnifice sancteque gestas Iacobus Rex Fortunatus & felicis memoriæ fuit appellatus, qui (ut nonnulli volunt) genitus

fuit quasi diuinitus. Nam cum pater eius multarum mulierum captus amore teneretur, a Regina Mariæ suæ coniugis quam minus adamabat, lecto concubituque pertinacius abstinebat. Maria vero Regina quæ fuit moribus & vita præstantissima femina, prolis admodum cupida, ne moriens principatus & regna sine successoribus & legitimis hæredibus relinqueret, egit cum Regis cubiculario, ut clam pro puella quam Rex concupiuerat, ad eum adduceretur velut puella honesta fati & verecunda, quam Rex nec agnosceret, nec alloqueretur. Cum ea igitur hac conditione supposita Rex vna nocte concubuit, quam iam grauidam factam cum mane Rex & ante diem, ne forte cognosceretur, dimitteret: Non a te, inquit illa, discedam charissime coniux, nisi nos prius in lecto coniunctos aliqui viderint, quibus in posterum si, quod vehementer opto, pepererim, tecum simul in lecto cubuisse probare possim. Tum Rex quamuis delusus, lætus tamen, Reginae suæ coniugis industriam plurimum commendauit, & duobus accitis nobilibus aÆtullius noctis publice notari seruarique iussit.

De loco & tempore natiuitatis eius, & qua ratione nominatus fuit Iacobus.

CONCEPTA igitur Regina illa nocte, quæ post nonum mensem Iacobum peperit, in Montepefulano, Kalendis Februariis, anno millesimo centesimo nonagesimo sexto. Quæ paritura cum primum dolores sensit, & se commisit obstetrici, multis orantibus religiosis & equitibus pro salute parturientis, filium edidit. Quo nato summa lætitia Regis & omnium nobilium, per omnes Aragoniæ & Barcinonæ principatus populos, supplicationes & vbiq; res diuinæ celebratæ fuerunt. Infantem natum Regina statim ad ecclesiam misit, ad imaginem Mariæ virginis. Cum puero multis ecclesiam ingredientibus, sacerdotibus qui matutinas horas recitabant de infantis aduentu ignari, tunc psalmum canere cœperunt, Te Deum laudamus. Hinc ad aliam ecclesiam cum infante venerunt iidem qui eum deferebant, ubi sacerdotes etiam ipsis ingressis canere cœperunt, Benedictus dominus Deus Israel. Tum vero in aulam reuersi cum infante, Regina rem narrauerunt, quæ summa lætitia affecta, cum Rex Infanti nomen eligeret, duodecim cereos albos eiusdem longitudinis, ponderis, & crassitudinis accendi iussit apud altare facelli, in laudem & honorem Mariæ virginis & duodecim Apostolorum, quorum singula nomina singulis cereis scripserat, voueratque ut illius Apostoli nomen imponeret, cuius cereus reliquis extinctis & consumptis solus diutius perdurasset. Hac igitur ratione natus infans Iacobus fuit appellatus, propterea quod cereus in quo diui Iacobi nomen scriptum fuerat, reliquos virtute superauit.

De educatione, & discriminibus & periculis in ea.

HOC igitur modo nominatus infans cum in ædibus paternis educaretur, magnum discrimen euasit. Eum quidem cognati qui regnum eius affectabant, de medio tollere conati sunt. Puero nanque in curis dormienti supra cubiculum eius foramen instruxerunt, in quo lapidem grandiozem posuerunt, mox in caput eius casurum. Sed cadentem lapidem Deus innocentium custos, & puerorum tutor a cunis infantis auertit. Hac re comperta Rex & Regina de educando custodiendoq; filio diligentiore curam adhibuerunt, quæ post multas electiones demum Simoni Comiti Montisfortis cui plurimum confidebant, alendū tradiderūt.

De expeditione eius in insulas Balears & gestis in ea.

QUI post necem patris, de qua supra late scripsimus, a Simone Comite Montisfortis Aragoniæ legatis iussu summi Pontificis restitutus Barcinonam venit, ubi diu commoratus post susceptum regnum cum multa præclare gessisset, demum cum magna classe magnoque numero nobilium totius Aragoniæ regni Barcinonæq; principatus in insulas Balears traiecit. Vbi multis præliis fortissime gestis,

gestis, Maioricarum tandem ciuitatem, defessis Mauris qui propugnabant, & penitus deuictis continuis oppugnationibus, murisque pertractis ingressus est pridie Kalendas Februarias, anno millesimo ducentesimo vigesimo nono. Capta autem ciuitate ex tota insula Mauris expulsis, eorum bona mobilia militibus impartitus, cum exercitu victore in Hispaniam rediit, & Valentiam breui tempore cepit fugatis Mauris. Hinc adeptus est & Murciae provinciam vsq; ad Carthaginem nouā. Quæ bella confegit anno millesimo ducentesimo quadagesimo primo.

De eius vxoribus & liberis.

ADOLESCENS adhuc puellam quandam adamauit nomine Tiresiam, Ioannis Bidauræ filiam, quam cum neque blanditiis vllis, neque muneribus allicere potuisset, nocte quadam in domum patris ipsius puellæ se contulit, ibique latuit. Post autem mediam noctem cunctis iam dormientibus puellæ cubiculum ingressus, ad eam tandem peruenit. Quæ eum in sui amorem flagrantem cognoscens dixit, se nullo modo cum illo rem habituram, nisi fide & iureiurando coniugium promitteret. Ille autem cum primum de coniugio recusasset, & puellæ cuncta præter nuptias pollicitus esset, eamque flectere non potuisset, amoris iam stimulis agitatus, viro quodam adhibito qui eum obseruabat, Tiresiam puellam Ioannis Bidauræ filiam sibi vxorem fore iuratus est. Optatis igitur potitis amoribus, ex Tiresia duos filios progeniuit, Petrum cui dedit castrum Ayerba, & Iacobum quem fecit dominum castri Xerica & multorum locorum iuxta Valentiam, a quibus locis cognominati fuerunt, & regia sumperunt insignia quæ maternis armis circumdederunt: quos etiam Rex in testamento legitimos filios nominauit, in clausula quadam legati eius testamenti quæ sic incipit: Item filios meos Iacobum & Petrum, quos legitime suscepimus ex domina Tiresia Egidi de Bidaura, instituimus nostros hæredes in castris & villis, quæ & quas dedimus eidem cum charta, prout in ipsis plenius continetur. Cæterum Tiresia post hæc a Rege, ut nuptiæ & matrimonium solemniter celebrarentur, efflagitante, de Regis ipsius matrimonio cum Leonora Alphonſi Castellæ Regis filia, legatis vltro citroque missis, agi cœptum est. Et a multis Rex Iacobus persuasus, ut Alphonſi Castellæ Regis filiam potius habere veller vxorem, quam Tiresiam Ioannis Bidauræ, legatos in Castellam misit ad matrimonium conficiendum. Quod cum intellexisset Tiresia, statim procuratores in Castellam misit, qui die quo sponsalia fierent, matrimonium quod Rex Iacobus Tiresiæ fide, iureiurando, testibusque confirmauerat, publice denunciarent. Quam rem cum procuratores ex condito iussuque Tiresiæ diligentissime fecissent, Rex Iacobus indignatus Tiresiam capere conatus est, eam, ut nonnulli opinantur, ut occideret. Illa vero sibi periculum metuens a Rege, paruo suorum consanguineorum comitatu, clam fugiens Romam se contulit. Hinc Regi literas citatorias misit, quibus eum prouocabat ad causam pacti patrimonii coram summo Pontifice disputandam. Pontifex autem partibus auditis, cum Tiresia sine testibus (nam miles vnus qui iureiurando Regis interfuerat, a vita discesserat) matrimonium sola probare non potuisset, Iacobo Regi permisit, ut cum Leonora Castellæ Regis filia matrimonium contrahere posset. Quam Rex auctoritate Pontificis vxorem duxit, ex qua filium progeniuit Alphonſum.

De eius accusatione apud summum Pontificem.

CÆTERVM Rex Iacobus & eius vxor Leonora post confectas nuptias, & Alphonſo filio iam adulto, apud Pontificem Romæ nec opinantes delati fuere, propterea quod consanguinitatis gradu coniunctissimi matrimonium contrahere sine consensu summi Pontificis non poterant. Quam ob rem legatos Rex ad Pontificem misit oratum, ut consummatum iam connubium confirmaret. Gregorius autem summus Pontifex, quoniam Rex Iacobus & Tiresiam primam coniugem deceperat, & Leonoram sibi cognatione valde proximam dolis subreptitiis

vxorem duxerat, illorum matrimonium non solum confirmare noluit, sed etiam dissoluit, & in perpetuum diuortium nunciauit, Alphonso tamen filio legitimo remanente, literasque concessit quibus eum legitimum fecit. Quæ quidem literæ sunt in forma propria sigillo plumbeo Gregorii summi Pontificis munitæ. Quas si quis legere voluerit, inueniet in archiuario regni in domo deputationis.

De discordia eius cum Alphonso filio.

VERVM enimvero facto diuortio cum Leonora coniuge iussu Pontificis, Alphonso eius filio matris iniuriam & separationem moleste ferens, Iacobo patri qui eam sibi consanguinitate coniunctam vxorem duxerat, bellum intulit, totamque fatigauit Hispaniam, donec res inter patrem & filium, quæstioque mirabilis arbitrio regni commissa prudenterque discussa finem bellis imposuit.

De vltima eius vxore & liberis.

DEINDE Rex Iacobus Alphonso filio vita defuncto, quoniam iuuenis adhuc erat, vxorem duxit Hiolensiam, quæ alio nomine dicebatur Ardeura, filiam Regis Vngariæ, quæ primum filium peperit nomine Petrum, qui patri fuit hæres in Aragoniæ regno & Valentia Barcinonæque principatu. Post Petrum genuit Iacobum, qui successit in regno Balearum, id est Maioricarum, & Comitatu Ruffinonis & Ceritanæ, ac in monte Pessulano. Tertio partu edidit Sanctium, qui fuit Toletanus Antistes, & prælium contra Mauros ingressus occubuit. Peperit etiam filias quinque, Hysabellam quæ nupsit Regi Gallorum, Violantam quæ fuit Regina Castellæ, Constantiam quæ fuit vxor Emanuelis fratris Regis Castellæ, Mariam quæ teneris annis obiit in Daroca ciuitate, & sepulta iacet Cæsaraugustæ in templo sancti Saluatoris. Vltimam genuit Leonoram, quæ item paruula discessit a vita, iacetque in monasterio Bonæ uallis in principatu Barcinonensi. Suscepit præterea Rex Iacobus ex aliis foeminis filios duos, Petrum Ferdinandum scilicet, & Ferdinandum Sanctium. Et Petro quidem dedit Ixar oppidum, a quo oppido Petrus titulum & cognomen accepit, & Regis Nauarræ filiam duxit vxorem. Cuius filii & reliqui successores armis & insignibus Aragonum, & Nauarræ cætenis & baculis vsi sunt. Ferdinando vero Sanctio dedit oppidum nomine Castrum. Huius etiam successores a Castro cognominantur, & armis vtuntur, etiam baculis cum duabus stellis.

De eius expeditione contra Mauros Granatenses.

NON obmittam quod nunc mihi venit in mentem, Regis Iacobi magnum facinus & memorabile: quippe qui requisitus a Rege Castellæ genero suo, vt simul cum eo bellum Mauris Granatensibus inferret, velut inuitatus ad nuptias, expeditionem libentissime suscepit. Et bipartitis exercitibus Castellæ Rex cum terrestribus copiis Granatam profectus, eam multis tormentis & telis oppugnare cœpit. Iacobus vero Rex Aragonum post aliquot dies cum magno pugnatorum numero ex littore Barcinonæ classem soluens, Almeriæ quam Mauri reardificauerant, applicuit, & equitibus expositis in littore, primum campos omnes & hortos igne ferroque vastari iussit, deinde ciuitatem machinis & telis terra marique acriter oppugnat. Tormentis offensi Mauri propugnantes muros ciuitatis deserunt, Christiani summotis hostibus propius accedunt. Paucis diebus muri machinis concussi lapsi ruinaeque iam significare videbantur. Quod animaduertentes Mauri cum se tueri non possent, impetratis induciis ad colloquium venerunt, Regique Christianorum si discedere vellet ab obsidione, magnum vectigal soluedum quotannis obtulerunt. Quibus Rex Iacobus respondit, Hispanorum moris esse a ciuitate iam expugnata & victis hostibus primum ciuitatis portas, & deinde vectigal accipere. Itaque si prius ei portas ciuitatis attulerint, postea tributum quod offerant vltro, libenter accipiet. His verbis Regis hostes magis perterriti, illi ciuitatis

ciuitatis omnes portas a valuis conuulsas attulerunt. Portis igitur allatis de tributo conuenerunt. Cæterum cum Castellæ Regis equites hoc audiissent, inuidia commoti, propterea quod Rex Iacobus quindecim dierum spacio, nec amplius, tam magnum facinus egerat, & Rex Castellæ quatuor iam mensibus nihil oppugnando fecisset, suo Regi persuaferunt, victoriam & honorem Regis Aragonum Castellanis omnibus & eorum Regi magno dedecori futurum. Quorum vocibus indignis prauisque consiliis Castellæ Rex impulsus pacem cum Mauris Granatensibus & amicitiam confirmauit, & ab obsidione ciuitatis cum exercitu discessit. Quibus abeuntibus Mauri Granatenses obsidione soluti, magnum Almeriæ subsidium confestim miserunt. Quo superueniente Rex Iacobus inde discedere coactus est, ne Maurorum ingenti multitudine circumuentus opprimeretur. Verum enimvero sui generi causa de pace & amicitia quam cum Mauris confirmauerat intellecta, vehementer indignatus, Carthaginensem prouinciam quæ Castellæ Regis erat, cum exercitu percurrrens pene totam vastauit, & Castellæ regnum hostiliter ingressurus generoque bellum acrius quam Mauris illaturus erat, nisi cum liberis ad eum filia eius Castellæ Regina venisset, quæ patrem filii ad pedes eius stentibus expositis mitigare vix potuit. Siquidem Rex multis filii precibus & nepotum lachrymis aut nihil aut parum commotus, Dionysii Portugallia Regis filii supplicationibus, & Petri Cæsaraugustani præsulis & aliorum nobilium consiliis persuasus, iræ quam maximam conceperat, tandem cessit, conditionibus propositis, vt idem præsul & Dionysius cæterique nobiles tanquam iudices vtriusque Regis causam cognoscerent, & totam litem componerent, pacemque confirmarent. Quorum virorum sententia fuit hæc, vt Rex Aragonum de Murriæ regno quod armis victis Mauris acquisiuerat, ab oppido quod Castrum Gualdalcarnar appellatur, possideret vsque ad Oriolam ciuitatem: partem vero reliquã Rex Castellæ, qui tamen Aragonum Regi socero suo pecunias quas in acquisitione illius prouinciæ consumpserat, persolvere teneretur. Huiusmodi sententia in aula Valentia ciuitatis reperitur in registris eius ad verbum perscripta.

De Iaccense moneta ab eo confirmata, & insigni laude ciuitatis Ilerdæ.

MVLTI Aragoniæ nobilibus atque populis supplicantiibus, Iaccensem monetam, id est in Iacca ciuitate percussam, iureiurando confirmauit, vt neque aliis signis imprimi posset. Quæ quidem moneta Iaccæ percussa fuit anno millesimo ducentesimo trigesimo sexto. Pro cuius monetæ confirmatione & stabilitate ipsi Regi datus est aureus nummus, quolibet septennio soluendus ab his quorum res familiaris valeret nummos aureos decem: propterea quod illis temporibus septem solidos nummus aureus valebat. Quod hac ratione factum est, quia antequam huiusmodi monetæ confirmatio fieret, Reges omnes monetam facere conuenerant, quorum vnusquisque suo signo monetam percutiebat. Quapropter moneta nunc illa Iaccensis diuersis temporibus excusa, multiplex & formata variis impressionibus inuenitur. Ideoque Rex Iacobus in Aragonia, Barcinona, & Valentia monetæ excudi iussit figuris & titulis differentes, quas in aureis, argenteis, & æreis nummis cernere licet. Cæterum Valentia suæ monetæ signum tanquam munus accepit ab Ilerda ciuitate. Nam cum Rex Iacobus Valentiam Mauris plenam propugnatoribus obsideret, conuocatis ducibus & cuiusque ciuitatis præfectis, constituit cunctis assentientibus, vt quæ ciuitas primum Valentiaë muros oppugnando prorumperet, & ciuitatem ingrederetur, ea in suæ virtutis & honoris memoriam Valentiaë colonias mitteret, & pondera, mensuras, & monetæ signum conferret. Cum igitur Ilerdæ ciues acriter oppugnantes primum Valentiaë muros diruissent, expugnatam ciuitatem Mauris fugatis & occisis ingressi summa lætitia, gestientes ei, prout Rex imperauerat, cultores adolentes numero mille totidemque puellas virgines tradiderunt, & cum mensuris & ponderibus florem lillii vnus quo monetam insignirent. Nam prius Ilerda quatuor in suis armis & insignibus lillii floribus utebatur, nunc vero tribus dumtaxat. Quamob-

rem Valētia gratissima ciuitas in literis quas ad Ilerdam scribit, eam matrem semper appellat, & in magnis rebus non secus ac parentem charissimam consulit, & Ilerda Valentiam filiam vocat, cuius commodis & honoribus diligenter incumbit.

De liberalitate eius erga milites.

ANIMI magnitudine, munificentia splendore cunctos sui temporis principes superauit: quippe qui Maioricarū ciuitate capta, Maurorum bona & prædas omnes militibus diuisit. Inde in Hispaniam reuersus cum Valentiam ciuitatem & eius prouinciam armis cepisset, præter prædas & magna dona quæ præcipuis equitibus distribuit, trecentis etiam militibus census equestres & magnos fundos dedit in perpetuum, & Regi Castellæ genero suo magnam Carthaginēsis prouinciæ partem, a qua Mauros fugauerat, sponte reliquit.

De loco & tempore mortis eius.

CUM esset Rex Iacobus Xatiuæ multis defatigatus laboribus, & senio iam confectus, profuuiuo ventris & febre vexatus in lecto decubuit. Sed ægrotans in Algeziram e Xatiua lectica delatus est, ut hinc ad Petrum filium quem apud Xatiuam cum exercitu reliquerat, cibaria & res alias ad belli usum necessarias mitteret. Cæterum hic vehementiori febre morboque grauatus, se moriturū pene cognouit. Ideoque vir Christianissimus, omnibus negociis & humanis rebus ommissis, animæ statim prudētissime consuluit. Accito enim patrino sacerdoti magna contritione confessus omnia, ecclesiæ sacramenta deuotissime recepit. Postero autem die non minori diligentia testamentum condidit, in quo Petrum filium maiorem in regno Aragonum, Valentia, & Comitatu Barcinonæ reliquit heredem, & Iacobum filium minorem instituit in regno Maioricarum, Ruffinonis, Ceritanæ, & Montis Pessulani. Hoc modo testamento celebrato, Petrum filium ab exercitu vocari & ad se venire iussit, cui coram multis nobilibus cum ea quæ testamento scripta fuerant, recitasset, primum dei cultum & res omnes diuinas, & deinde fratrem Iacobum, & omnes equites, domesticos familiares, & populos diligentissime commendauit. Petrus autem genibus flexis patris manus & pedes osculatus, eius omnia iussa libentissime se facturum respondit. His rebus confectis, Rex, ut qui rebus humanis omnino renunciat, sibi Cisterciensis ordinis habitum induit, & de Rege se monachum & religiosum fecit, atque Deo seruire maxime cupiens, Populetum proficisci statuit, ibique permanere. Cæterum cum ex Algezira Valentiam delatus esset, ibi grauius ægrotans vitam finiuit, anno millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, octauo Idus Augusti, & ætatis suæ anno septuagesimo secundo: qui nunc

iacet in monasterio Populeti.

LVCII

LVCII MARINEI SICV-
LI DE REBVS HISPANIE LIBER XI.

De Petro Iacobi filio, Aragonum Rege nono & Barcinonæ Comite, qui post Manfredum Iocorum Sicilia regno successit.

10



ET RVS Iacobi Regis filius, adhuc viuentē, nec non inuito patre, Constantiam Manfredi Regis vtriusque Sicilia filiam duxit uxorem. Quem quidem Manfredum Carolus regis Gallorum frater, Sicilia regni quod in feudum a summo Pontifice obtinuerat, cupiditate captus, de medio tollere cum sæpius cogitasset, eum tandem occultas molitus infidias aggredi statuit. Nam cum primum regni Neapolis omnes fere nobiles magnis muneribus & multis largitionibus maioraque dona pollicitus, ut a Rege suo Manfredo deficerent, subornasset, deinde cum magnis copiis in Italiam venit Neapolim versus profecturus. Cui Manfredus equitum suorum proditionis ignarus, obuiam ire non dubitauit. Comitatus igitur hostibus domesticis & familiaribus aduersus Carolum proficiscitur. Sed erat ei præterea aliud non minus incommodum, propterea quod ubique per Italiam fere totam timebatur, & præcipue Romanis & Florentinis formidolosus erat, quibus magna damna & multas iniurias intulerat. Nam cum Carolus magnis copiis Romam peruenisset, Florentini, ut in historia Florentia scribit Leonardus Aretinus, & alii plures scriptores meminerunt, hæc ab initio prospicientes per aduersas factiones domo eieci, magnam in spem venerant in sua redeundi. Itaque studio & diligentia præueniendum rati, per legatos ad Clementem quartum summum Romanæ sedis Antistitem missos & operam suam contra Manfredum polliciti sunt, & ut eos nouo Regi commendatos faceret, postularunt. Percunctanti Clementi de eorum viribus & statu, hæc ferme referuntur: Viros esse militares, grandi numero, armis, equis affatim structos, hos clientum magnam item sequi manum. Seniorum præterea ac eorum qui in bello gerendo minus apti viderentur, magnum numerum superesse. Hanc totam multitudinem vrbibus Etruriæ a Manfredi sui que, quod aduersa sectaretur, expulsam, in exilio ipso nomē & gloriam sibi per arma virtutemque peperisse. Iam vero in Gallia horum opera non stetit solum Romanæ sedis fautores, verum etiam depulsis aduersariis superiores esse. Pontifex excellentiam virorum admiratus, magnumque eius belli momentum in eorum fiducia reponēs, oblationem grato se recipere animo, & sibi commendationem curæ fore respondit. Cohortatus deinde ad persecutionem virtutis, ut eos sibi partibusque suis magis coniungeret, insigne suæ gentis proprium illis ferendum perpetuo donauit. Ea est imago rubentis aquilæ cæruleū draconem vnguibus prementis. Id tunc insigne de Pontifice susceptum exules habuerunt. Tunc igitur & sua ipsi sponte, & Pontificis hortatu egregie se præparantes, Guidonem cui cognomento Guerra fuit, virum consilio manuque præstantē, sibi ducē præfecerunt. At ubi primum Regis copias appropinquare cognitum est, obuiam illi in agro Mantuano profecti, Gallos in admirationē sui decoris conuerterunt. Ornati siquidem armis, equisque, & cæteris quibus militares insigniuntur viri, etiam inter Gallos valde cōspicui erant. Suscepti ergo benigne a præfectis regis, & vna iter facere rogati, quod Etruria validis aduersariorū præidiis tenebatur, & simul quod in ea implicari bello haudquaquam Galli volebant, per Flāminiam atque Umbriam Romam petiere. Gratissimus fuit Carolo Etruscorum aduentus, utpote qui primi ex Italicis sese illi coniunxerant, & accedebat Pontificis commendatio grauis, & ducum qui cum illis iter fecerant, fidei simul virtutisque testimonium. Itaque benigne eos allocutus Rex amplissimis verbis gratias egit, quod suos per ignota loca & impacatas regiones iter facientes egregia virtute in-

50

dustrisque adiuuarint. Enimvero magna a se præmia expectare eos debere, modo si felicitas adfit, quam pietas & iustitia & profecto suæ vires & amicorum certissimam pollicentur: seque domo animatum venisse, ut nomine duntaxat regio contentus esse velit, cæterum ac victoriæ præmia his qui secum militauerint, partituro. His itaque huiusmodi verbis cum tandem finem Rex fecisset, Guido quem sibi præfecisse Etruscos diximus, in hunc modum locutus est.

Oratio Guidonis ad Carolum pro Florentinis.

ET si nostrum erat, o rex inclyte, tibi potius gratias agere quam te nobis, tuam tamen & humanitatē libenter agnouimus, & eam cum fortitudine ceterarūq; virtutū tuarū cumulo adiunctam esse magnopere gaudemus. Nos quidem scuitia Manfredi patriis pulsi sedibus, non quantus ardor est exhibere modum possumus, & hæc ipsa quæ restant corpora & lacertos præstare magis cum tēpus poscet, quam nūc intempestiue ostentare iuuabit. Tibi autem gratias agere & habere nos conuenit, quod vagis errantibusque tanquam salutare sydus cœlitus nobis effulgens, viam ac spem remeandi domum, quam primo non cernebamus, apparuisti. Tua enim summa virtus stragem hostiū, ac per eorū ruinam reditum nobis in patriam certissimum pollicetur. Pro te igitur ne dum quod paucorum dierū iter duces tuos profecuti qualescunq; operas impēdimus, sed ne cum in vulnera quidem ac ferrum ruerimus, satisfecisse tibi actuis in nos meritis existimabimus. Atqui duæ, uti nos putamus, res ad fidem belli plurimum valent, cōmune hostis odium, & expedita victoriæ præmia utrinque accommoda. Hæc duo Florentinis cæterisq; Tuscis qui tua signa in hoc bello secuturi sunt, cōuenire videmus. Nec enim fuit, nec esse debuit aduersus vllum vnquam maius & ardētius odiū, quam nobis est in Manfredum: quippe qui non solum has recentes quas nuper ab eo peressi sumus clades, sed damnatam inuisamq; stirpem & patris & aui & proauis inuicias in filio prosequemur. Hæc enim scelestā nefandāq; familia ab extrema Germanorū barbarie exurgēs, fortunatos tranquillosque per idem tēpus Etruriæ populos ad vulnera ac sanguinē & vrbū vastitatē perpulit, nec vllas iam multos annos calamitates vidimus quarū hic non fuerit semen & causa. Verū hæc cōmunia mala & ab vtraque factione, si modo penitus non desipiant, pariter deploranda. Illud propriū nostrarū partium, quod nunquā Pontifices Romanos hæc familia persecuta est, quin nobis quoq; qui eadē sectabamur, fuerint ab eisdē persecutoribus clades inflicta. Federicus huius proauus, qui Sueuorū nomē Romani principis falso indutus est, quā nefaria molitus sit, non ignorare te credimus. Sensit Italia non Romanum Imperatorem, quem ille falso se mentiebatur, sed nouum Hannibalem aduentasse, qui cum Mediolanū vrbem inclytam, ac maximū Romani imperii ornamentum hostis & barbarus euertisset, sparsit per Etruriam venenata malorū semina, cū ciuili diffidio per singulas vrbes factō malos foueret, bonos persecueretur. Secutus est huius acerbiteriam Henricus filius eius, qui ad scelus paternū summam ipse ingratitude addidit, post regni munus liberalissimū persecutor acerrim⁹ factus. Successit in hæreditatē scelerum alter Federicus huius Manfredi pater. Is quid aduersus Pontifices molitus sit, memorare quid attinet? Narrāt enim & narabunt quandiu memoria hominū fuerit, concilia aduersus illius vesaniā Lugdunū celebrata, cū Pōtifex Italia profugus vix vltra flumen Rhodani tutū ad dānandum huius perfidiam locū inuenerit. Hæc tibi nota sunt Rex, & cum tuæ domus laude coniuncta. Sed quid aduersus nostrarū partiū homines putas illā scuitiā per hæc ipsa tēpora edidisse? cum quanto magis irritaretur, tanto aduersus Pontificis fautores illi rabies atrocior insaniret. Pulsi tunc vrbibus nostri exularunt, castellis & arcibus quibus se receperāt, obsessi sunt. Qui vel fortuna aliqua belli, vel longa obsidione in eius manū peruenērūt, barbaram illius crudelitatem experti, per varia & inaudita supplicia vitam amiserunt. Sunt multi in hoc coetu quē vides, quorū ille parentes aut fratres aut agnatos necarit, qui nunc arma tecū ferentes eadē illa supplicia in filio deponunt. Affulserat tandem post huius mortem parumper fortuna,

tuna, nobis restituta patriam Manfredus iterum dissipauit. Itaque illud satis certū exploratumque est, nos nunquam quietē habituros, nisi hæc familia funditus deleatur. Quare & veteri odio & præsentis spe quietis ita nos ardere in Manfredum puta, ut omnis acceleratio ad eius perniciem segnis ac tarda nobis videatur. Solet vero nonnūquam mentes hominum sollicitas reddere præmiorum suspicio, quoties is qui plus potest, sine graui iactura exoluere promissa non valet. Absunt hæc a desiderio præmiorū nostrorum. Nos enim ea sequimur præmia, quæ nihil cōmoditati, nihil potētiae tuæ detractura sunt, sed vim ac robur allatura. Non enim agrī, neque vrbes hostium bello captæ, sed reditus in patriam nobis præmium sit. Sic autem statuimus, & tua in regno potentia nos in Etruria seruabit, & ipse velut murum habebis ad vim, si qua vnquam regno tuo imminet, ab ea parte propulsandam. Summa igitur erga te fide hos fore homines persuade, quos & commune hostis odium, & communis vtilitas tibi coniungit. Illud vero tanquam summum addidisse volumus, ut tanti finito bello nos feceris, quantum in ipso bello promereri conspexeris: deuotos certe & addictos tibi vtrumque habebis.

De prælio gesto inter Carolum & Manfredum apud Beneuentum.

HAc oratione magis Florentinorum voluntate perspecta, Carolus multo maiori fiducia cum Gallicis & Etruscorum copiis Neapolim versus contendit. At Manfredus cōtractis vndique copiis, apud Samnium statuit hostibus occurrere. Quod vbi Carolus intellexit, ipse quoque Samnium petit, ac demū iuxta Beneuentum vterque constitit. Hic primus instructas copias in aciem Carolus eduxit: nec detrectauit pugnam Manfredus. Sed eductis in aciem copiis fortunæ se offerens signum prælio tuba dari iussit. Concursum est acriter vtrinque, pugnaque diu fuit anceps, Germanis pro Manfredo, Gallis & Tuscis pro Carolo enixe dimicantibus. Nec milites solum, sed & Reges ipsi cominus pugnantes plurima ea die discrimina pro victoria subiere. Post longum certamen Caroli fortuna felicio. Si quidem profligatis Germanis Manfredus acerrime pugnans occiditur. Quo prælio præter magnam vtriusque factionis cædem, multi quoq; nobiles & ignobiles capti in manus victoris deuenerunt.

De Conradini Imperatoris aduentu in Italiam contra Carolum.

ANNO vero sequenti cum Carolus in Etruria ciuitates quæ Federicū & Manfredum secuta fuerant, præter Senenses & Pisanos, ad se traduxisset & dominare conaretur, Conradinus in Italiam Tridentumque iam peruenisse nunciatur, & in vrbe Roma ac Sicilia magni motus afferūt. Quarum rerum causa fuit hæc. Hispani viri duo regii generis erant, Henricus & Federicus. Hi aduersus fratrem regnum in Hispania gubernantem inensi, tandem patria extorres exularunt, collectaque vitorum manu, quando se contra fratrem nil proficere posse existimabant, in Africam transgressi, Tuneti apud Regem longo tempore meruerunt. Ibi præda simul & stipendiis ditati, cum de communibus tandem fortunis consultarent, placuit ut Henricus qui maior natu erat, cum omni pecunia & cætera gaza Italiam traiceret, Sardinia regnum a Pontifice maximo petiturus. Delatus igitur e Carthaginis portu, cum ex consilio Italiam Pontificemque adisset, fauore vritur Carolo qui nuper victo Manfredo magna apud Pontificem gratia præualebat. Et erant sane Henricus & fratres eius arctissimo consanguinitatis gradu materna stirpe Carolo coniuncti. Quamobrem & necessitudinis iure, & procurationis beneficio inductus, petenti Carolo magnam pecuniæ vim Henricus muuat. Sed dum Pontifex de regno deliberat, & Caroli gratia concedere parat, ortis in vrbe Roma seditionibus, ciuibusque ad arma ruentibus, ad sedandas eas tempestates a Romanis Henricus exposcitur, ac ex Viterbio vbitunc Pontifex erat, Romam vocatur, Senatusque potestas volente populo illi tribuitur. Pacata itaq; vrbe, cum veluti dominatū iure partū nullo Pontificis respectu exerceret,

ac maiora quædam moliri videretur, Pontifici simul & Carolo in suspicionem venit. Ob id intermissum Sardinia negotium est a Pontifice, & Carolus repetenti mox pecunias, ne maiores ad nocendum facultates illi adessent, bono consilio haudquaquam reddebat. Cœperat Henricus iam inde ab initio contrariam Pontifici Caroloque factionem magis fouere, vtramque tamē intra urbem æquitatis simulatione continebat. Vt vero suspicionem Pontificis aduertit, alienus subito factus, Pisanos ac Senenses cæterosque huius factionis homines occulte sollicitare cœpit, ad Conradinum item mittere, fauorem suum fratrisque, ac Romanam urbem, si aduenerit, polliceri. Itaque ad Federicum Conradum Capitiu Neapolitanus tunc exul regni cum vna Pisanorum naui missus est, literas ferens ab Henrico fratre, vt cunctis posthabitis, ex Africa in Siciliam ad res innouandas traiceret. A Conradino etiam frequentes ad Siciliae populos & paternos amicos literas regio nomine scriptas derulit. Maturata igitur re Federicus & Capitiu in Siciliam trāsēunt, ducentos milites Hispani generis, totidem Germanos, Tuscos vero quadringentos secum traduxere. Vbi spargendis Conradini literis, & maioribus quam attulerāt profitendis, breui admodum tempore Siciliam fere totam, præter Syracusas, Messanam, & Panormum ad defectionem compulerunt. Et simul Romæ dum de Siciliae motu auditum est, Henricus non vltra cunctandum ratus, viros amplissimos principes ciuitatis qui Guelfarum partium erant, ad se in Capitolium euocatos armatorum corona circumdat. Ex his Neapolionem & Matthæum Ursinos homines gratia summaque nobilitate confestim, ne quis motus in vrbe suscitetur, extra urbem captiuos delegat: Ioānem vero & Lucam Sabellos in Capitolii carcere asseruat: diuersæ autem factionis hominibus veniam impunitatemque promittit. Ita repente mutatis rebus, eodem pene tempore de Conradino aduētu, ac de Romanæ urbis motu, Siciliaeque defectu Carolus certior factus, ancipitique percussus malo, Senensium Pisanorumque curam omittere, ac velut ad domesticum extinguendum incēdium properare coactus est. Relicta igitur parte equitatus in Etruria, ne Conradino veniente ciuitates quæ in fide eius erant, præsidio vacuæ foret, reliquæ omnes copię a Carolo contrahuntur, & per Brutios & Lucanos itemque per Siciliam ad inhibendas defectiones præsidia summittuntur. Per idem fere tempus Pisani quatuor & viginti naues longas ad populandam maritimam oram sollicitandasque ciuitates aduersus Carolum dimisere: editumque erat, vt cum littus Italiae satis lustrassent, exulesque (magna illorum vis ea in classe vehebatur) suis locis exposuissent, in Siciliam ad Federicum & Capitiu peruaderent, auxilio partium, si quid expediret, futuræ: Conradinum in Italiam venientem supra decem Germanorum millia vsque Tridentum profecuta sunt. Inde seu pecuniarum inopia, seu quod satis virium sibi afferre in Italiam propter studia partium existimabat, ad tria millia delectorum equitum retentis, cæteram multitudinem domum remisit. Ipse Tridento profectus secus Athesim fluuiū Veronam peruenit. Inde ad dexteram flentis in Ligures duxit. Nam recto quidem itinere haudquaquam petere Etruriam tam exiguis copiis ausus est, Bononiensibus, Rheginis, Mutinensibus, & aliis quibusdam ciuitatibus cum Pontifice Caroloque sentientibus, populisque Etruriæ Apennini iuga obsidere paratis & transitu Germanos arcere. Quare Ligures petens cum ad littus inferi maris descendisset, ipse quidem cum paucis mari delatus, copię vero per Lunensium agrum pedestri itinere Pisas venire. Paucis hic diebus ad quietem assumptis, cum Pisanis ac cæteris suæ factionis qui ad eum ex omni Etruria, quantum ad neminem vnquam gratulabundi gratia conuenerant, Lucensium ingreditur fines. Erant Lucæ Caroli equites, quos in Etruria ob hoc ipsum supra ostendimus a Carolo dimissos, & præterea Florentinorum cæterarumque ciuitatum ingentes equitum peditumque copię.

De prælio gesto ab equitibus Conradino aduersus exercitus Caroli.

Homnes obuiam hostibus egressi ad duo fere passuum millia, quasi pugnaturi constiterunt. At Germani & cæteri qui cum Conradino erant, aduersam aciem

aciem intuentes, se ad pugnam compararunt. Flumen e proxima fluens palude acies dirimebat. Hæc dum vtrique vt alteri prius transeant expectant, spacio diei frustra consumpto, cum nihil aliud quam sese inuicem conspexissent, irrita mora demum abscessere. Conradinus haud multo post Pisis mouens per Florentinum agrum Boniciu peruenit, paucisque diebus circa ea loca moratus, cum omnibus copiis Senas contendit. At equitibus Caroli quos præsidii causa relictos in Etruria diximus, hoc propositum erat, vt æquis fere itineribus cum hoste per amica vadentes oppida suis facerent animos, & hostes a populationibus cohiberent. Itaque vt Senas peruenisse Conradinum intellexere, ex Florentino agro Aretium (nam ea tunc ciuitas in Caroli partibus fidiissima erat) transire pergunt. Cumque Varicum peruenissent, Florentinorum equitatu comitante, præfectus Caroli quasi in se satis virium esset, dimissis Florentinis equitibus & offerentium vltra prosequi repudiata opera, cum suis Aretium versus ire perrexit. At hostes id futurum suspicati, ducibus Florentinis exilibus decem fere passuum millibus ab Aretio insidias locant. Iter est per angustum inter sinistros montes & Arni ripas, varioque connexu vallium, aptissima insidiis loca. Eo cum Caroli equites neque explorato, neque satis composito agmine descendissent, Conradini equites repente signo dato a fronte & a tergo simul inuadunt. Occupatur pons a Germanis, & quod facile erat, transitu arcetur, alii simul terga premunt, alii desuper tela conuoluunt. Ita in medio circumuenti cum nusquam prorumpere valerent, nec vllus ad ostentandum virtutem locus adesset, breui opprimuntur. Toto ex equitatu Caroli parua admodum pars quæ ante detectas insidias pontem transierat, euasit: reliqui omnes aut in eo loco cæsi sunt, aut captiui Senas adducti. Hanc victoriam Conradinus magnificentius extollendo cum id late fama literisque vulgasset, multos mortales quasi quodam futuri euentus præfagio a Caroli fauore ad se deflexit. Cæterum neque imminens Conradini terror, nec oppressio copiarum Caroli, aliquas Etruriæ ciuitates a fide eius auertit, quando etiam Aretini ipsi quorum in oculis pene facta est cædes & profligatio, in partibus Caroli constantissime perseverarunt. Inter hæc Pisanorum naues quatuor & viginti quas dimissas supra demonstrauius, omnia circa Caietam & aliquam maritimam oram populata, cum multis in locis exules, vt commodum erat, exposuissent, multa que ad rebellionem concitassent, tandem in Siciliam nauigarunt.

De Conradino Imperatoris aduentu in urbem.

PAUCOS dies Conradinus Senis commoratus, inde mouens exercitum per Vi-terbiensem agrum vbi tunc erat Pontifex, Romam peruenit. Ad quem præmiserat Pontifex, eum monens graui censura, ne Siciliae regnum quod ad Romanam spectaret sedem, neve Carolum ab eadem sede Regem appellatum impeteret. Satis superque esse, quod Romani Pontifices pro sua beneficentia nuper a maioribus eius ingratisse perpeffi essent. In ipsum tandem Pontificis madata spernentem latae erant censurae, quas adolescens sublimi animo vsque adeo contempfit, vt ante Pontificis oculos exercitum ducere, & hostilia cuncta ostentare non dubitavit. Et cum multi trepidarent tenentium partem ecclesiae propter magnam multitudinem eum sequentium, ipse Pontifex vir sanctus orationibus & ieiuniis deditus, constans & intrepidus ait: Non oportet timere, quia omnis conatus eius vt fumus evanesceat. Romæ appropinquantem populus Romanus armatus obuiam progressus, omnium ordinum gratulatione, imperatoria transiectum pompa in Capitolium perduxit. Ibi cum non modo principes, verum etiam omnes cuiusque generis studiis partium incensi ex Etruria, Umbria, & reliqua Italia conuenissent, paratis omnibus quæ ad bellum necessaria erant, quod per Cassinum aditus in regnum Caroli præsidio teneri nunciabatur, per Tiburtinum Albanumque agrum regni fines ingressus est. Quo cum veniebat Henricus Hispanus cum haud contemnenda manu, magnoque militum numero mercede cōductorum. Carolus vero & apud Messanam quæ per id tempus mari terraque oppugnabatur, & per maritimam regni oram

multis locis copias necessario dispererat, in Etruriaque partem miserat equitatus: magna tamen animi fiducia his quas habebat copiis ad hostem ductus, non procul ab eo castrametatus est. Ibi cum multitudinem ac robur hostium viresque examinaret suas, artis & ingenii opus fore statuit. Nam aperto quidem certamine non superare, sed nec hosti quidem se resistere posse confidebat. Consilio ad eam rem usus dicitur Nardi cuiusdam senis, cuius hortatu Carolus ex omni suorum exercitu octingentos equites delectos, in scitis hostibus, proximo sub colle continuit, reliquam vero multitudinem in planitiem dimisit, præfecto quodam ex suis regio ornatu, sic ut Rex ille crederetur: ipse non longe ab his quos post collem reseruauerat, paulo superiori de loco pugnam spectaturus constitit. Conradini duces cum acies instruerentur, Ligures, Tuscos, & Hispanos in fronte collocarunt, Germanos circa signa in subsidiis posuerunt. Ut ergo pugnari coeptum est, Tusci, Hispani, & Ligures ingenti ardore Caroli turmas aggressi magnam stragem ediderunt. Nec longo tempore impetus eorum sustineri potuit. Sed postquam ante signanis reiectis ventum est ad intima Caroli agmina, & præfectus Regis ornatus insignibus ad terram prostratus est, clamantibus cunctis Carolum esse captum, Germani quoque & hi qui in subsidio erant, ne expertes victoriæ forent, sese pugnae admiscuerunt. Ita profligatis hostibus, victor quoque insequendo propellendoque dissipatur. Nullum iam in campis agmen, nullum in subsidiis robur manserat. Vagus miles & prædæ intentus, quasi victor certissimus, exultabat. Maxima pars fugientes insecuta sese longe a conspectu abstulerat. Tunc repente Carolus circumducta delectorum acie in campum descendit. Stricto ipse ac denso agmine sparfos inuadit, multis subita vi oppressis, aut in fugam versis, in ipsa signa Conradini fertur, ac vno momento dissipat. Conradinus ceu miraculo attonitus, cum e victore victus inopinato factus esset, cum paucis inde comitibus fugit. Carolus suos ab insecutione suorum hostes integer fessos, & incompositos structus excipiebat. Per hunc modum oppressis hostibus victoria potius est Carolus.

De Conradini fuga & eiusdem cade.

CONRADINVS Romam peruenit, & a Guidone Feretrano quem proficiscens ad bellum Romæ in præsidio reliquerat, exceptus est. Populus quoque Romanus eum recepit non inuitus in scia adhuc plebe cladum receptarum. Sed mox aduentantibus Romanis ciuibus qui ab Henrico nuper pulsati cum Carolo in pugna fuerant, ducibus Vrsinis & Sabellis ciuibus, confestim fuit in armis. Quam ob rem metuens Conradinus vrbe relicta Haustauram incognitus petiit, ut inde Pisas nauigaret. Sed circum ea captus loca Carolo deditur. Nec multo post Neapolim ductus, securi percussus est. Quo etiam genere mortis simul cum eo perierunt Dux Ascuriæ, & Gerardus Pisanus. Henricus vero Hispanus in agro Reatino quo fugerat, captus & Carolo traditus, iure quodam consanguinitatis & pactione eius qui tradiderat, vitam redemit, perpetua tamen captiuitate damnata. Post hæc in Sicilia cæterique regni locis omnia in Caroli potestatem rediere.

De Siculorum defectione aduersus Gallos, & aliis rebus.

SVB cuius imperio durissimo Siciliae populi multa mala damnaque sustulerunt, sed breui tempore. Nam post Manfredi & Conradini cadem, ut scribit Leonardus Aretinus, cum Siciliae ciuitates quæ rebellauerant, in Caroli potestatem rediissent, præfecti ad eas gubernandas viri Gallici, feroceque natura ac superbi, innumeras Siculis clades inferebant: tantaque erat gubernatorum petulantia, tanta barbaricæ gentis immanitas, ut non iam liberorum hominum, sed mancipiorum loco Siculi omnes haberentur. Pro leuissimis rebus ac sæpe pro verbo liberius emisso, supplicia aderant crudelissima. Delatorum plenæ erant vrbes, laquei & secures in leuissimis

uissimis habebantur poenis. Ad hæc rapacitas & auaritia Gallorum inexhausta, & auri cupido insatiabilis, nocentes pariter & innocentes peruadebant, nec vllus rapinarum erat modus. Diuitiæ pro crimine lætæ maiestatis habebantur, ut quisquis amplissimo erat patrimonio, ita in periculum acerrime vocabatur. Id hominum genus rebellionis autor fuisse, id maledixisse Regi, id Manfredi vel Conradini imaginem domi habuisse accusabatur. Fortunarum iacturæ iam in consuetudinem venerant, optabiles quidem, modo supplicia & excarnificationes cessarent. His accedebant libidines non maiorum modo, verum etiam ministrorum in vxores & filias Siculorum sine vlllo respectu & verecundia, ut cuique placitum fuerat. Hanc durissimam feruitutem & immanitatem aliquot annos perpessæ ciuitates, tandem superante patientiam magnitudine iniuriarum, in furorem vertuntur. Initium autem rerum nouarum a Panormitanis est factum. Hi enim extra urbem festu agentes, ad locum propinquum qui Mons regalis dicitur, & a Panormo distat passuum millia fere tria, in festis Paschalibus resurrectionis ibant plurimi vtriusque sexus & cuiuscunque conditionis, tam Panormi ciues, quam Galli qui ciuitatis gubernationem & magistratus exercebant. Cum ergo a Gallis eo profectis arma explorarentur Siculorum, & eo prætextu mulierum sinus & manillas obtrectarent, concitata ob eam feritatem seditione, Gallos lapidibus primo, mox armis persecuti omnes interfecerunt. Quam urbem reuersi in reliquos Gallos impetu magno irruentes ad vnum occiderunt. Rumor deinde Panormo in alias ciuitates delatus, eodem exemplo ad arma & cedes populos excitauit. Ita per totam Siciliam trucidati, cum ardore eorum petulantia proprio sanguine extinctus esset, non solum diuitias male coaceruatas, sed corpora in super Siculis reliquere.

De Caroli profectioe in Siciliam & aliis rebus.

HOC tempore Carolus erat in Etruria, qui Siculorum audita defectione, cum Florentinos & alias ciuitates rogasset, ut ei auxilia submitterent, suis comitatus copiis in regnum magnis itineribus contendit, Rhegiumque profectus, quæ per breuis est in Siciliam traiectus, constitit. Hic dum copiæ quas expectabat, conuenirent, quæ necessaria erant ad transitum parat. At qui per difficilis erat in Siciliam transitus, propterea quod omnes fere naues eius in Siciliae portibus & nauilibus assuetabantur, quæ tunc Siculi cuncta tenebant. Itaque contractis prius ex omni Italiae ora maritima nauibus, Messanam quæ proxima erat, traductis copiis obsidere cepit. Vehemens huius vrbis oppugnatio fuit, nec remissior sane eorum qui obsidebantur in resistendo audacia. Nam & Carolus in hac vna vrbe quam primo circumsteterat, iudicium de se fieri apud alios Siciliae populos haud falso existimabat, ut res in ea successisset, ita ab aliis quoque aut formidari se aut contemni. Mamertini autem contra victoris iram pertimescebant. Gallorum enim superbia crudelitasque ante oculos versabatur. Cui sceditati honestam profecto mortem censebant præferendam. Carolo circa Messanam habente castra, bellicumque terrorem Siculis ostentante, ciuitates crebris legationibus ad Petrum Aragonum Regem missis, sibi ut subueniret precabantur, quoniam vxor eius Constantia Manfredi quondam Siciliae Regis filia esset, ad quam, consumpta virili prole, haud dubie pertineret successio regni: possessionem vero ciuitatis vnanimiter & cupientissime offerre. Iam vero Manfredi mortem vlcisci, ad quem magis quam ad generum nepotesque spectaret, præsertim cum idem sit interfector, idem occupator regni, idem ciuitatum vexator, quæ pati ut ludibrio habeantur, contra decus sit regni nominis.

De Petri Regis Aragonum in Siciliam profectioe & gestis in ea.

HIS oratorum verbis Petrus Aragonum Rex permotus, & omnium iam Siculorum desiderio & voluntate perspecta, regni tam felicitatis occasionem negligerenter omittendam non putauit. Cum igitur Siciliam capeffere statuisset, legatis

gratias agens, omnium Siculorum salutem & honorem sibi magnæ curæ fore respondit, ac se rebus ad profectiorem necessariis comparatis, in Siciliam nauigaturum, non tam regni cupiditate commotum, quam Manfredi socii sui mortem vindicaturum. Expeditione igitur suscepta, & legatis honorifice dimissis, ac admonitis quid interim facere Siculos oporteat, in Siciliam transitum properauit. Adiuuabat eius celeritatem, quod ipse paulo ante magna parata classe in Africam traiecerat, afflictisq; magna strage Barbaris, & oppido in littore expugnato, non longe a Sicilia victorem exercitum & classem habebat. Ex littoribus igitur Africæ quadraginta triremes & alias naues onerarias soluens, prospera vitus nauigatione, per paucis diebus in Siciliam delatus Panormi littoribus applicuit. Hic elatis Aragoniæ signis, vta Siculis ex composito cum legatis agnosceretur, portum subiit, & cum multis equitibus expositus, a quamplurimis qui aderant Siciliæ nobilibus ciuibusque Panormitanis Rex appellatus, apparatu regali pompaque mirabilifelicem urbem & ingentilæticia plenam, exultanti plebe puerisque salientibus, ingressus, per omnes vrbis vicos & parietes aulæis purpureis, feticis & aureis pannis excultos ac stratos, in regias ædes vnde ciues paulo ante Gallos deiecerant, maxima Siculorum & Hispanorum nobilium multitudine comitante, perductus est. Hinc multis nauibus instructis, Messanam quam Carolus, vt supra diximus, oppugnabat, ire contendit. Quod vbi Carolus intellexit, eum expectare periculosum fore ratus, aduersante tota Sicilia in ea includi & penuria com meatu vrgeri, dissoluendam obsidionem & in Italiam remeandum statuit. Hoc Caroli consilium vbi per castra delatum fuit, tantus repente concursus ad mare factus est, properantibus cunctis ne in postremis traicerent, vt non multum a fuga & desperatione res illa differri videretur, tentoriaq; machinas, & apparatus omnem in castris reliquerunt. Vix dum traducto exercitu, Siculorum & Hispanorum classis aduenit. Carolus autem in Apuliam transgressus, quia non decertandum tunc existimabat, copias dissoluit, & amicorum auxilia domum remisit. Ex hoc itaque tempore Sicilia fuit Aragoniæ domui coniuncta, tempore quo Martinus quartus erat Pontifex. Cuius Pontificatus cepit anno domini millesimo ducentesimo octogesimo primo, & durauit annos quatuor & duos menses.

De rebus a Petro Rege in Sicilia statutis.

PETRVS autem Rex Aragonum, Carolo de Messanæ littoribus expulso, & Siciliæ populis tandem quiescentibus, & regni totius rebus compositis, ciuitatibus & oppidis cunctisq; nobilibus regni magnos honores, libertates, & omne genus immunitatis cum diplomatibus & amplissimis priuilegiis contulit. Quibus rebus iam peractis, Constantia Regina eius vxor ab eo accersita, cum filiis & multis comitata nobilibus ad eum in Siciliam venit.

De Caroli aduentu in Hispaniam, & duello cum Petro Rege.

CAROLVS autem de Siciliæ regno iam desperans, & multas perpeffus iniurias & incommoda, filio eius Salerni principe a Petro Rege Aragonum capto, ad Pontificem Romam se contulit. Ad quem valde questus, illum ad duellum prouocauit, quod ex vtriusq; consensu atq; Pontificis ad certam diem constitutum est, vt apud Angliæ Regem in ciuitate Bordegali ageretur. Quo cum Petrus Aragonum Rex maturius & ante diem peruenisset, de infidiis que sibi parabantur a Gallis, vt eum de medio tollerent, admonitus, die pugna constituta armatis circiter meridiem campum ingressus, eos qui campum obseruabant, vtrum Carolus adesset, interrogauit. His vero non adesse Carolum respondentibus, ter campum percurrit armatus. In cuius rei probationem testibus & instrumētis acceptis propere discessit. Cum vero Carolus deinde sole iam inclinante ad certamen venisset, de Regis Aragonū re gesta ac discessu perdoctus ingemuit, magnaq; percitus ira Romanam

nam reuersus, a Pontifice contra Petrum Regem Aragonum excommunicacionem & grauissimam censuram obtinuit, ac vt Rex Petrus non modo Siciliæ, sed etiam Aragoniæ regno priuaretur. Hac impetrata re cum maximis copiis Hispaniam ingressus, ad Gerundam vsq; ciuitatem peruenit. Quam obsessam cum multis machinis & tormentis oppugnare ccepisset, eius exercitus grauissima pestis inuasit. Qua multis extinctis, ex cadauerum putore corruptus acr sæuiorem morbum faciebat. Erat præterea in ciuitate Gerunda templum diui Philippi, in quo sancti Narcissi corpus multis celebratum miraculis obseruabatur. Hinc ob neglectam religionem, propterea quod equos in altaribus velut in præsepibus alebant, grandium muscarum variique coloris agmen Gallos impetens aculeis non secus ac gladii occidebat. Qui multis malis oppressi, de victoria desperantes a ciuitate iam capta discesserunt, & in itinere passim cateruatimq; concidebant. In quibus & ipse Carolus languore confectus, leætica delatus apud Ampurias defecit.

De loco & tempore mortis eius, & liberis.

OBIT in villa Franca tertio Idus Nouembris, anno millesimo ducentesimo octogesimo sexto, & ætatis suæ quinquagesimo quinto. Reliquit autem filios quatuor, & duas filias, Alphonsum qui ei successit in regno Aragonum, & Iacobum qui primo fuit Siciliæ Rex, & mox mortuo Alphonso Rex fuit Aragonum. Post hunc Federicum genuit, qui fuit etiam Rex Siciliæ. Postremo natus est Petrus, qui sine vlllo principatu cum fratribus vitam degit. Maior vero eius filia nomine Hisabella, fuit Regina Portugalliæ, & altera Constantia nomine, vel (vt alii volunt) Violanta, nupsit Roberto Regi Neapolis. Iacet autem Rex Petrus in sanctarum crucum monasterio. Cuius mors cum ab omnibus Hispaniæ populis, tum vero a Siculis fuit multis & veris lachrymis deplorata.

De Alphonso Petri filio, Rege Aragonum decimo & Comite Barcinone.

EX Petri Regis filiis Alphonfus natu maior, vt supra diximus, in Aragoniæ regno successit, homo plurimis maximisq; virtutibus & animi & corporis excellentissimus, & præcipue fortitudine & liberalitate præstantissimus, statura corporis & forma pulcherrimus, quibus naturæ dotibus omnium hominum in se animos oculosq; conuertit. Qui tempore quo pater eius a vita discessit, erat in ciuitate Maioricarum, vbi de patris morte nuncios accipiens, magno luctu totius ciuitatis & suæ curiæ, funus celebrauit. Hic paucis diebus commoratus, dum prouinciæ Balearis statum gubernationemq; composuit, multis comitatus nobilibus in Hispaniam traiciens, Cæsaraugustam peruenit. Hic a ciuibus & multis aliis regni totius equitibus honorifice receptus, & obseruandi priuilegiorum formas & regni constitutiones iuratus, solenni more rituq; regni seruato coronatus est, quamplurimis & regni nobilibus & Cæsaraugustæ ciuitatis assistentibus. Fuit autem, vt paulo ante diximus, Rex cum ceteris animi dotibus, tum vero liberalitatis & munificentie virtute præstantissimus. Tunc enim præcipue gaudebat, tunc ingentem læticiam vultu præ se ferebat, cum preciosa munera, cum dona insignia largiebatur, adeo vt non immerito fuerit a naturæ suæ munificentia & immensa liberalitate Rex Alphonfus Largus cognominatus. Qui cum olim ad colloquium cum Angliæ Rege conuenisset, illius intercessione Carolum Salerni principem quem Rex Petrus longo tempore captum tenuerat, a carcere & custodia liberauit, duobus tamen eius filiis obsidibus acceptis, & septem nobilibus regni Neapolis.

De eius studio & amore erga bonos & odio contra malos, & aliis rebus gestis.

CÆTERVM vt viros bonos & fideles honore, sic & improbos odio persequebatur: quippe qui multos quorum virtutem fidemq; perspexerat, mirifice dilexit, & honorifice commodeq; tractauit, in prauos autem & seditiosos fuit casti-

gator acerrimus, & Iacobum patrum qui Gallorum partibus adhæserat aduersus patrem Petrum Regem Aragonum, Maioricarum regno priuauit. Quo regno positus expulso Iacobo, alteram Balearium insulam quæ minor appellatur, deuictis Mauris suæ ditioni subegit. Fuit præterea Rex Alphonfus vita cœlibe (nullam enim duxit uxorem) ideoque Castus fuit cognominatus. Qui cum grauius ægrotaret, sancti Francisci habitum accepit, quo indutus obiit Barcinonæ, anno millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, & ætatis suæ vigesimo septimo, iacetque Barcinonæ sepultus in ecclesia fratrum Minorum in tumulo matris. Atqui moriens hæredem instituerat Iacobum fratrem Siciliae Regem. Sic enim pater eius in testamento statutum reliquerat, ut & Iacobus etiam cum Rex esset Aragoniæ, Siciliae regnū 10 Federico fratri minori renunciaret.

De Iacobo Alphonfi fratre, Siciliae Rege, qui post fratris obitum, relicto Siciliae regno Federico fratri minori, fuit Rex Aragonum undecimus, & Barcinonæ Comes.

ARAGONIÆ regni Barcinonæque principatus, & Valentia nobiles, Alphonso Rege mortuo sine liberis, Ampuriarum Comitem cum testamenti Alphonfi Regis exemplo ad Iacobum Siciliae Regem legatum in Siciliam miserunt, ut ad Aragoniæ, Barcinonæ, & Valentia principatus capiendam possessionem statim 20 veniret. Qui cum primum legationem accepit de morte Regis Alphonfi, peractis exequiis, & Siciliae regno, prout pater in testamento statuerat, Federico fratri qui tunc erat in Sicilia, renunciato libereque relicto, multis Sicilia nobilibus comitatus cum triremibus octo Cæsaraugustam in Hispaniam venit, ubi, ut mos & consuetudo est Aragonum, sanctiones & priuilegia ciuitatis regnique iuratus, honorifice regni coronam accepit.

De eius uxoribus & liberis.

UXOREM duxit Mariam Castellæ Regis filiam, sororem suam patrualem, cum qua nondum deflorata diuortium fecit iussu Romani Pontificis, propter consanguinitatis gradum coniunctissimum. Hac igitur dimissa, Blancham duxit uxorem, Caroli Neapolitanorum Regis filiam. Cuius peracto matrimonio, Ludouicum & Robertum fratres uxoris, quos, ut supra demonstrauius, obsides pro Caroli liberatione diutius tenuerat, a custodia liberauit. Qui custodia soluti & liberationem nacti, ad Carolum patrem Neapolim statim se contulerunt, & Ludouicus qui maior erat, ad quæ Neapolis regni successio spectabat, viso patre, regnique successione renunciata, sancti Francisci ordinis religionem ingressus est, qui postea propter integerrimos mores & vitæ sanctitatem ad Tolosæ pontificatū fuit assumptus, ac post mortem in sanctorum numerū relatus. Huius frater Robertus in Neapolis regno, Carolo mortuo successit, & Violantam sororem Regis Iacobi duxit 40 uxorem: qua vita defuncta Sanctiam duxit Maioricarū Regis sororem, quæ Neapoli condidit ecclesiam sanctæ Claræ, & sanctæ Crucis, ordinis Minorum sancti Francisci obseruationis, in quo nunc sepulta iacet. Duxit præterea Rex Iacobus post Blanchæ mortem Elisendam Monticatinam, quæ monasterium condidit iuxta Barcinonam, quod Petras Albas appellant, ibique iacet.

De priuilegiis totius regni confirmatione eius & aliis rebus.

POSTVLANTIBVS multis Aragoniæ populis suorum priuilegiōrum confirmationē, omnibus assensus est, & liberaliter omnia compleuit. Qui ex uxore Blancha Caroli Neapolitanorū Regis filia filios quinque procreauit, Iacobum, qui cum Leonoram Castellæ Regis filiam duxisset uxorem, sine tactu pudoris illius, sancti Ioannis Hierosolymitani ordinis religionem fuit ingressus, & inde Montefani ordinis Magister electus. Post autem Iacobum natus est Alfonso, cui nupsit Tiresia 50 neptis

neptis Comitissæ Vergelli. Quo matrimonio hæreditario iure Comitatum nactus Vergelli, Sardos qui rebellauerant, ad officium & obsequium redire coegit. Petrus tertio loco natus est, qui primo fuit Comes Montium Pratiensium, & deinde Comes Ampuriarum. Quartus numero genitus est Raimūdu Berengarius, Pratarum Comes & Ribagorciæ. Postremo Ioannes fuit editus, qui fuit Archiepiscopus Toletanus, & postea Tarracoenfis & Alexandria Patriarcha. Filias progeniuit totidem, Constantiam quæ fuit vxor Emanuclis filii Regis Castellæ, Mariam etiam Petri Infantis Castellæ, Blancham quæ monialibus Xixenæ monasterii præfuit, Violantam quæ nupsit principi Tarentino, & Hisabellam quæ fuit vxor Ducis Austriae. Habuit præterea filium quendam nothum, & alteram filiam quæ puella ob- 10 iit. Filius autem nomine Iacobus Ioannam Lupi Lunæ filiam duxit in matrimonium, cum qua Comitatus Lunæ titulos accepit.

De pace inita inter Iacobum Regem Aragonum & Carolum socerum eius.

INIRO cum Blancha Caroli filia matrimonio, Romanus Pontifex Bonifacius egit cum eo, ut Carolo socero Siciliae regnum restitueret, eique summus Pontifex & antecessoribus eius omnes iniurias quas ecclesiæ multas & graues intulerant, remitteret. Ad hanc rem cum Iacobo Rege conficiendam quidam Cardinalis e 20 Roma missus, in Hispaniam cum venisset, nondum perfecta re discessit a vita. De cuius morte Pontifex a Carolo Rege certior factus, duos Archiepiscopos quibus eandem causam delegauit, in Hispaniam misit, qui pacem inter ipsos Reges confirmarent & publicis præconiis denunciarent, & Iacobum Regem Aragonum & omnes eius principatus populos & antecessores eius ab omnibus interdictis, censuris, & excommunicationibus absoluerent, & ecclesiæ reconciliarent. Quæ res fuit solenniter celebrata publicis præconiis, Gallis qui aderant exultantibus.

De oratorum Sicilia querelis apud Iacobum Regem.

CVM autem Rex Iacobus Siculorum legatos qui nuper ad eum venerant, accitos monuisset, ut ecclesiæ Caroloque parerent, & iam flentes consolari conaretur, illi diu lachrymabundi respondere vix poterant. Tandem post magnos fletus, eorum quidam vir non indoctus, Iacobe Rex, inquit, permultos populos a suis principibus defecisse multis in locis legimus, & oculi nostri sæpe viderunt, sed a suo Rege populos fuisse desertos nec vidimus quidem vnquam, nec audiuimus. Quapropter erit quidem nostra magis quam aliorum miseranda conditio, magisque deploranda calamitas. Tu siquidem spe patrocinioque destituti, quid omnes Siciliae populi facere debeant, te non ignorare credimus. Qui quodcumque mortis genus & omnes cruciatus perferrent potius, quam Gallis seruire queant, & cuiuscumque 40 vel barbari quidem principis imperium libentius patientur, quam insolentissimos Gallorum mores & indignissimum iugum seruitutis vno die tolerare velint. O decus Aragoniæ domus, & magnum pietatis exemplum, cur pateris inclytam tuam & maiorum tuorum famam hoc vno dumtaxat dedecore deformari? Cum præsertim qua nos tibi lege sumus astricti, eadem tu quoque nobis honeste deesse non possis. Quod si regia tua maiestate tuoque fauore Siculos qui volentes Aragoniæ domui se subiecerunt, indignos esse iudicās, & Siciliae regnum quod plurimi maximi principes concupiscunt, aspernaris, nobis saltem consilium non deneges, sed quem debeamus optare Regem nobis consulas. Tum Rex his legatorum verbis 50 & aliorum fletu commotus, ac dolore confectus, ingemens & obortis lachrymis, Ite, inquit, boni viri ad domus vestras, ubi Federicus frater meus vobis & Siculis omnibus liberius quam ego contulere poterit. Hoc responso accepto legati purpureas & sericas vestes, quibus exculti erant, a pectore sciendentes a Rege discesserunt, & in signum magni doloris malique futuri nigras sibi vestes & perlongas induerunt, atque triremium malos, antennas, & vela, quæ candida erant, in atrum colorem verterunt omnia. Cum his mœstissimis signis in Siciliam delatis,

totius regni conuocatis nobilibus, Federico, quæ frater eius Rex Aragonum de Sicilia regno cum Carolo pactus fuerat, retulerunt.

De pralio nauali quod gessit aduersus Federicum fratrem Regem Sicilia.

FEDERICVS autem legatis auditis, proceres qui aderat, & omnes equites oculis circumspiciat, Magna, inquit, liberalitate Rex Aragonum frater meus vsus est proceres, & summo quidem principe digna, sed inani tamen & profus inutili. Nam qui rem promittit alienam, aut certe delirat, aut iocatur & dandi voluntatem non habet. Is vero qui huiusmodi promissa munera se sperat habiturum, stultus & fatuus haberi debet. Iam scitis equites vestræ Siciliae & patriæ regnum nobis ab Alphonso patre testamento fuisse relictum, sicut & illud Aragonum fratri meo Iacobo. Non dedit ergo Rex Aragonum Carolo Siciliae regnum, quod dare non poterat. Ille igitur si munificus esse velit, Aragonum regnum suum cui velit renunciet: nos vero nostrum tutemur. Hæc cum dixisset, Siculos hortatus ad regni defensionem, cunctis exultantibus ab Episcopo Cephalensi statim coronatus, viros cogere, & arma parare cœpit, ac imprimis maritimas omnes ciuitates & totius insulæ portus munitionibus, tormentis, & aliis rebus ad belli usum necessariis prudentissime compleuit, & in Messanæ portu sexaginta triremes & alias naues armis & electis militibus onerauit. Iacobus vero interea Rex Aragonum ex Hispania simul cum Carolo socero & vxore sua Romam venerat. Vbi rogatus a Bonifacio Pontifice, vt Carolum in Siciliae regni possessionem, sicut promiserat, collocaret, cum ingenti classe & idem Carolus cum eo cæterique duces ex portu Neapolis in Siciliam soluerunt. Quibus appropinquantibus Federicus in mari quod est Siciliam versus, Nonis Quintilibus occurrens, prælium commisit. Vtrinque diutius & acerrime pugnatum est, plurimis hinc inde cadentibus, & paucis sine vulneribus, Rege etiam Aragonum grauius in pede sagitta percusso. Demum post longum certamen Siculi magnitudine nauium hostilium ac multitudine profligati, Messanam rediere, nonnullis triremibus amissis, & magno militum numero desiderato. Rex autem Aragonum cum triginta triremibus suis in Hispaniam remigrauit. Carolus vero cum reliquis ducibus primum Neapolim, & deinde Romam se contulit. Et Federicus Gallis gementibus & inuitis Siciliam retinuit.

De loco & tempore mortis eius.

POST naualem pugnam in Hispaniam reuersus, vt supra demonstrauimus, cum Valentia & Aragonia conuentus egisset, Barcinonam demum se recepit. Vbi aliquandiu commoratus, a vita discessit pridie Kalendas Nouembris, anno millesimo tricentesimo vicesimo septimo, ætatis vero suæ anno sexagesimo sexto, qui fuit sepultus in sanctarum crucum monasterio. Hæredem autem & successorem sibi filium reliquit Alphonsum, abdicato Iacobo maiore natu & primogenito, qui contra Sardos rebellantes & ad Pisanos deficientes in Sardiniam missus a patre, expeditionem Sardiniaque simul & regnorum successionem recusauit.

De Alphonso Iacobi filio cognomento Benigno, Aragonum Rege duodecimo & Barcinonæ Comite.

ALPHONSVS igitur magno cum exercitu Aragonum, multisque Cathalanis & Valentinis in Sardiniam profectus, breui tempore Sardos omnes patris imperio subegit: multis tamen habitis præliis, in quibus animi fortitudinem mirabilem, & rei militaris industriam, & officium magni ducis ostentauit, & præcipue in Callaris ciuitatis expugnatione, quam non minori constantia patientiaque laboris, quam viribus cepit post multas oppugnationes, ciuibus & Pisanorum multis equitibus qui pertinaciter propugnabant, occisis. Itaque magna cum victoria totius insulæ imperio, Sardis perdomitis & Pisanorum magnis copiis præliis fufis,

fufis; potius, ad patrem triumphanti persimilis in Hispaniam remeavit, quem patet ingenti lætitia plenus summis honoribus excepit. Et Iacobus frater eius honoribus inuidens, Leonora sponsa relicta quam (vt in vita patris Iacobi memorauimus) non vitiauerat, sancti Ioannis Hierosolymitani ordinis religioni se dicauit. Alphonfus igitur hæreditario iure paternoque testamento, mortuo patre, Cæsaraugustæ regni coronâ accepit, anno millesimo tricentesimo vigesimo septimo:

De vxoribus eius & liberis, & tempore mortis.

VXOREM, vt supra scripsimus, adhuc adolescens Tiresiam Dantensam duxit, Guillelmi Dantensii filiam, & Vrgelli Comitis neptem, cuius coniugio fuit Comes Vrgelli, & Vicecomes Agerensis. De qua quidem vxore filios duos pro genuit, Petrum qui ei successit in regno. Nam propter expeditionem patris contra Sardos, auo patreque viuentibus, hæres vt primogenitus fuit institutus. Pro genuit etiam Iacobum, cui dedit Vrgelli Comitatum. Item Federicum & Alphonsum, & duos alios, ac vnicam filiam Tiresia peperit, qui primis ætatis annis a vita migrarunt, & omnes Cæsaraugustæ iacent in ecclesia sancti Francisci ordinis Minorum, apud altare maius iuxta tumulum matris. Obiit autem Tiresia quinto Kalendas Nouembris, anno millesimo tricentesimo vicesimo septimo. Qua mortua nupsit Alphonso Regi Leonora Castellæ Regis filia quæ prius Iacobo desponsata fuerat, quæ peperit Ferdinandum Dertosa Marchionem. Qui, vt nonnulli volunt, iussu Petri Regis fratris eius fuit occisus in oppido Castellione apud Valentiam. Peperit etiam Ioannem qui apud auum in Castella obiit, & filiam Constantiam quæ fuit vxor Iacobi Maioricarum Regis vltimi. Rex autem Alphonfus obiit Barcinonæ, anno millesimo tricentesimo tricesimo sexto, qui iacet Ilerdæ in monasterio sancti Francisci ordinis Minoritarum. sic enim viuens testamento mandauerat. Sub idem tempus mortuus est etiam Federicus Rex Siciliae, tribus superstitibus filiis, Petro qui successit in Siciliae regno, Ioanne qui fuit Dux Athenarum, & alio qui iuuenis obiit sine titulo dignitatis.

De Petro cognomento Cerimonio, Rege Aragonum decimo tertio & Comite Barcinonæ.

PETRVS Alphonfi Regis filius, adolescens & annos natus fere septendecim, Leonoræ nouerçæ veritus insidias, quæ priuignum, vt quidam scripserunt, de medio tollere studebat, vt Ferdinandus eius filius post Alphonfi Regis obitum in regno succederet, a patris domo curiaque recedens, ad montes Pyrenæos se contulit, vbi magnis honoribus a Ceritanis & Ruffinonis populis receptus caute vixit multos annos, vsque ad tempus mortis patris Alphonfi. Mortuo autem patre regni gubernationem suscepit, & Ferdinandum fratrem qui multos Aragonia populos ad rebellionem concitauerat, occidit, ac nonnullos Aragonia nobiles qui Ferdinandi factionem secuti fuerant, Cæsaraugustæ capite puniuit, ibique priuilegium vnionis de regni voluntate coram plurimis nobilibus gladio suo tanta percitus ira celeritateque profecuit, vt sibi læuam manum percussisset.

De bello quod gessit contra Petrum Castellæ Regem.

QUI cum Henrico Trastamara Comiti, Castellæ Regis fratri, inuito Castellæ Rege faueret, commotus Petrus Castellæ Rex pacis fœdus quod antea confirmauerat, dissoluit, & cum magnis copiis Aragonia fines ingressus multa damna populis intulit, atque Boriam, Bilbilim quam Calataiutum vocat, Darocam, & Turolium expugnauit, Valentiaque prouinciam ingressus Saguntum cepit, quam Valentini Murum veterem dicunt, & Valentiam obsidione cinctâ, multis tormentis oppugnare cœperat. Ad quem Petrus Rex Aragonum cum magno equitum

peditumque numero profectus, ab obsidione fugauit, regni que sui finibus expulit, & Castellam ingressus Henricum iuuare non destitit. Cuius auxilio Henricus Petrum fratrem Castellæ Regem occidit qui fratre perempto Rex ab omnibus Castellanorum populis appellatus est. Cæterum Petrus Rex Aragonum Henrici virtute perspecta, filiam suam Leonoram Ioanni eius filio qui patri in Castellæ regno successurus erat, in matrimonium dedit.

De profectioe eius in Sardiniam & aliis rebus ab eo gestis.

REVs Aragoniæ regni iam compositis, in Sardiniam transit rebellantem. Cuius prouinciæ populis post multa prælia ad obsequium adductis, Ianuenses ad quos Sardi defecerant, multis cladibus affecit. Hinc in Hispaniam reuersus, Darocam, Turolium, Bilbilim, quæ prius oppida fuerant, ciuitatis titulis & insignibus ornauit. Iacobum autem Balearium Regem suæ sororis maritum, propterea quod ei denegauit obsequium, Maioricarum, Ruffinonis, & Ceritaniæ principibus quos nomine suo tenebat in feudo, spoliavit, quas prouincias Aragoniæ regno coniunxit. Iacobus autem Balearium Rex dum Maioricarum regnum armis defendere conaretur, a Ducibus Petri Regis occiditur. Cuius corpus iudem Duces Valentiam detulerunt, ubi iacet in ecclesia maiori.

De vxoribus eius & liberis.

VXORES plures accepit, Mariam Nauarræ Regis filiam, quæ filiam peperit Ioannam quæ fuit vxor Ampuriarum Comitis, & duas alias, quarum altera nupsit Federico Siculorum Regi Petri filio, & altera quæ paruula migravit a vita. Peperit & filium Petrum, qui natus paucis diebus obiit. Ioanna autem defuncta, Leonoram duxit Portugalliæ Regis filiam, quæ post confectas nuptias per breui spacio temporis obiit. Qua mortua, Leonoram duxit filiam Regis Siculorum, ex qua suscepit Ioannem & Martinum filios, quorum alter ei successit in regnis, & alter fuit Dux Montis albi. Genuit & filiam Leonoram, quæ, vt supra narrauimus, nupsit Ioanni Castellæ Regis filio. Leonora quoque defuncta Rex iam senio confectus, amore cuiusdam mulieris viduæ deperditus, hominis admodum pauperis filia, quæ Sibiliana Forciana vocabatur, propterea quod in oppido nomine Forcia in Ampuriarum prouincia nata fuerat, eam demum duxit vxorem, quæ filiam peperit vnicam nomine Hisabellam, quæ fuit vxor Iacobi Comitis Vrgelli & Vicecomitis Agereniis.

De eius indulgentia & obsequio erga Sibiliam Reginam.

CÆTERVM Petrus Aragonum Rex hac vxore suadente, cui omnibus in rebus nimis obsequabatur, & omnia indulgebat, a se multos ob res male gestas alienauit, multaque fecit graua & censura digna populari. Siquidem, vt Sibilie Regine morem gereret, Ioannem filium primogenitum abdicare conatus est. Quod quidem & sine vlla causa fecisset omnino, nisi regni nobiles populi que reclamassent. Et Ampuriarum Comitem generum suum quem oderat Regina, indignissime tractauit, multaque bonis & honoribus priuauit: ac Ioannam filiam pro Comite marito suo intercedentem Barcinonæ coram plurimis nobilibus aperta manu percussit in facie. Quæ nimia verecundia summoque dolore percussa cum domum suam contulisset, paucis diebus obiit.

De morositate eius & aliis rebus.

IN domus autem suæ familiarumque componendis ordinibus & viuendi nouis peruestigatis exemplis & domesticis officiis fuit adeo diligens ac morosus, vt non immento Cerimoniosus & superstitiosus fuerit appellatus. Qui tempore belli quod aduersus Regem Castellanorum gessit, Barcinonam vasis omnibus aureis & argenteis aliisque preciosis rebus euacuauit, & argentea quidem vasa cuncta conflauit in regales argenteos signo ciuitatis impressos: ex aureis vero florenos percussit cū signo

signo lili floris & imagine S. Ioannis, vt sunt aurei Florentinorum. Quod monetæ genus primum Barcinonæ cœptum, postea Valentia, Maioricis, & Perpignani fieri iussit. Valentia præterea sua arma cōcessit, quæ sunt in clypeo baculi crocei rubri, & corona desuper imposita.

De tempore mortis eius & ætate.

PRÆFIT autem regnis annos vnum & quinquaginta, qui discessit a vita Barcinonæ, anno millesimo tricentesimo octogesimo septimo, natus annos septuaginta duos, & primum iacuit Barcinonæ in ecclesia maiori quam Sedem Barcinonenses vocant, & deinde fuit delatus in monasterium Populeti.

De Ioanne Petri filio & successore, Aragonum Rege decimo quarto & Comite Barcinonæ.

IOANNES in regnis mortuo patri succedens, vxorem duxit Matthæam filiam Comitis Armeniacensis, ex qua filiam genuit nomine Ioannam, quæ nupsit Matthæo Foxæ Comiti. Cæterum Matthæa cum hanc filiam peperisset, breui tempore mortem obiit. Et Ioannes Rex duxit vxorem Violantam, filiam Ducis Ebaris, quæ peperit filium qui Cæsaraugustæ paruulus obiit, & Gerundæ Delfinus dicebatur. Peperit etiam Violantam filiam, quæ nupsit Ludouico Regi Neapolis & Andegauenfium Duci.

De morum eius varietate & indulgentia erga secundam vxorem.

FVIT autem Rex Ioannes Matthæa prima eius vxore viuente munificus, benignus, multisque virtutibus excellens, & omnibus regnorum suorum populis & nobilibus admodum charus, pacis studiosus, & Musicæ cultor insignis. Vbi vero Violantam duxit, eius voluntati nimis obsecutus & omnia indulgens, a se cunctorum fere nobilium & multorum populorum mentes & cultus auertit. Quod cum animaduertisset vxor Violanta, vt Aragoniæ nobiles & Barcinonæ principatus equites opprimeret, omniaque sola disponderet, & ad arbitrium suum administraret, Armeniacensem Comitem multosque Gallia proceres cum magna hominum multitudine, Rege consentiente, ad se, vt conuenirent, in Hispaniam vocauit. Quibus appropinquantibus, & iam ultra Gerundam ciuitatem transgressis, Martinus Ioannis Regis frater cum multis equitibus Aragonum, Cathalanis, & Valentinis occurrit, ac illorum multis occisis, reliquos ab Hispaniæ finibus expulit. Quo prælio Valentinarum multi qui suam illic virtutem militarem & inuictos erga regiam dignitatem animos viriliter ostentarunt, a Rege nobilitatis titulos & equestris ordinis dignitates acceperunt, ex quibus fuerunt inter alios quorum nomina mihi minus nota sunt, equites qui nunc a Villa noua cognominantur, & Scribarum domus, Corellarum genus, & familia Montagnis.

De rebus quæ tempore eius in suis principatibus acciderunt.

HOC Ioanne regnante, & in Augusta cæsarea commorante, nonis Augusti, anno millesimo tricentesimo nonagesimo primo, populi Barcinonæ principatus, Aragonum, Balearum, Valentini tumultuantes aduersus Iudæos insurrexerunt omnes, exceptis Cæsaraugustæ ciuibus quos Regis præsentia cōpescuit. Qua persecutione in Iudæorum perniciem violenter exacta, Rex nonnullos qui præcipua motus & seditionis causa fuerant, capite puniuit, & alios magna parte bonorum multauit. His exactis pœnis, ad Balearum cum Regina profectus, Maioricarum ciues, vt ducenta millia florenorum persoluerent, coegit.

De reditu eius in Hispaniam & morte repentina.

HINC in Tarraconensem prouinciam remeans, cum ventis reluctantibus Barcinonæ littus tenere non potuisset, in loco qui dicitur Caput Crucis apud

Ampurias expositus, in oppidum Castillonem se recepit. Vbi per aliquot dies commoratus, in saltus & montes propinquos cum multis equitibus venatum profectus cum lupum venatores occidissent, dum, si lupus an lupa esset, a venatoribus quæreret, repente mortuus e mula qua vehebatur, decidit. Cuius corpus Barcinonæ sepultum iacuit in ecclesia cathedrali, quod deinde iussu Martini fratris Populeti delatum fuit. Obiit autem quartodecimo Kalendas Iunias, anno millesimo tricentesimo nonagesimo sexto.

De duobus Martinis Regibus, patre & filio, altero Aragoniæ quintodecimo & Barcinonæ Comite, & altero Sicilia.

10

IMPERANTE in Aragonia Rege Ioanne, de quo proxime locuti sumus, Martinus eius frater dux Montis albi Mariam Lunæ Comitissæ filiam vxorem duxerat, ad quam mortuo patre sine filio successore Lunæ Comitatus iure deuenerat. Ex hac vxore filium suscepit nomine Martinum, qui Federici Siciliæ Regis filiam duxit vxorem, & Federico socero sine virili prole defuncto ratione matrimonii Siciliæ regni titulos & coronam accepit. Cuius pater Martinus cum de Ioannis Aragoniæ Regis sui fratris erga se voluntate dubitaret, quoniam eum a quibusdam de sua & Martini filii morte paranda sollicitari nonnullis cōiecturis animaduertent, cum filio & nuru paruisque copiis Cathalanorum, Aragonum, & Valentinarum in Sicilia traiecit, oblata vel honesta tunc occasione, propterea quod in Sicilia principibus, vt fieri solet, absentibus, magni tumultus & multæ seditiones erant. Vbi seditionibus compositis, sedatisque tumultibus, nurus & filii nomine Sicilia regno tantisper præfuit, donec legatos Aragonum de Regis Ioannis morte nuncios accepit. Ad quem mortuo Rege Ioanne suo fratre sine filio (sic enim Petrus eorum pater in testamento reliquerat) Aragoniæ regni successio spectabat.

20

De aduentu eius in Hispaniam & aliis rebus.

CELEBRATIS igitur in Sicilia tota Ioannis Regis exequiis, cum septem triremibus & aliis nauibus, multis Hispanis & Siculis comitatus equitibus, ad Mariæ portum delatus est. Hic dies quinque commoratus, Auinionem petiit, vbi tunc erat sedes Benedicti Lunæ summi Pontificis, a quo fuit exceptus honorificentissime. Hinc autem profectus in Hispaniam, primum Barcinonam, & deinde CæsarAugustam peruenit, vbi Rex salutatus ab omnibus, cum magna ciuium læticia coronatus est in ecclesia sancti Saluatoris, Idibus Maiis, anno millesimo tricentesimo nonagesimo octauo.

30

De morte Mariæ vxoris eius, & coniugio Margaritæ.

A coronatione eius anno fere nono Maria Regina multis corporis fatigata laboribus, & animi curis cōfecta migravit ab humanis in Villa Regali regni Valentiniæ. Qua mortua Martinus Rex habendorum liberorum cupidus, vxorem duxit Margaritam Pratarum Comitissæ filiam, Benedicto Luna summo Pontifice dispensante, propterea quod ei valde proximus cum illa cognationis gradus intercedebat. Cæterum natura minus eius desiderio satisfecit. Ex ea enim prolem nullam prorsus habuit.

40

De morte eius & Martini filii Sicilia Regis.

SVa idem tempus obiit etiam Martinus Rex Sicilia filius eius in ciuitate Callari, Sardis qui rebellauerant subactis, & in obsequium Martini patris eius adductis. Discessit autem a vita quinto Kalendas Sextilis, anno millesimo quadringentesimo nono, & iacet in ecclesia ciuitatis Callaris apud aram maiorem. Post mortem vero Martini Sicilia Regis superuixit Martinus pater eius Rex Aragonum menses ferme decem, qui discessit ab humanis prope Barcinonam in monasterio

50

monia-

monialium ordinis Cisterciensis, cui Vallis donzellæ nomen est, pridie Kalendas Iunias, anno millesimo quadringentesimo decimo. Hinc autem Barcinonam delatus, in ecclesia Pontificali quam Sedem Barcinonenses vocant, sepultus honorifice iacuit ad latus aræ maioris usque ad tempus Regis Alfonsi Ferdinandi sui successoris filii, a quo simul cum Violanta Regina fuit in Populeti monasterium collatus, vbi iacet cum reliquis Aragoniæ Regibus. Regnavit autem Martinus Rex Aragonum annos quatuordecim, qui moriens sine liberis Aragoniæ regnum ad patriam & bonorum regnicolarum iudicium reliquit, vt scilicet propinquiorem ac meliorem virum, & cui iustius regnum deberi videretur, ac tutius committi posset, eligerent.

10

De Ferdinando Ioannis Castellæ Regis filio, qui post Martini mortem Aragoniæ successit, Rege sextodecimo & Barcinonæ Comite.

CÆTERVM vt Ferdinandi ad Aragoniæ regnum successio referatur, pauca repetenda sunt prius, quibus non Ferdinandi solum successio, sed filiorum quoque eius paternum ac maternum genus agnosceretur. Ab Ioanne itaque Castellæ Rege, qui fuit Hisabellæ Reginæ nostri temporis Ferdinandi Regis vxoris paternus proauus, dicere in animo est. Ioannes Castellæ Rex, vt paulo ante in mentionem fecimus, Leonoram Petri Aragoniæ Regis filiam in matrimonium duxit, quæ duos peperit filios, Henricum qui ob infirmam corporis valetudinem Valetudinarius fuit appellatus, & Ferdinandum de quo loquimur. Ex quibus Ioannes pater Henricum maiorem natu Regem instituit, & Ferdinando quem propter eximiam eius corporis animique præstantiam plurimum diligebat, moriens magnam bonorum mobilium partem testamento reliquit. Henricus autem mortuo patre, quamuis minus prospera corporis valetudine, singulari tamen animi sapientia ceterisque virtutibus quæ ad bonum principem spectant, regnū sanctissime gubernauit, & Ferdinandum fratrem cuius erga se fidem cæterasque virtutes egregias in multis & magnis rebus perspexerat, summo semper amore dilexit. Cui præter multam pecuniam magnaque munera, multorum quoque oppidorum possessionem & cum omnibus iuribus proprietatem donauit, propterea quod eius animi gratitudinem prius in exiguo munere cognouerat. Quare non immemor fraternæ beneuolentiæ reginæque liberalitatis Ferdinandus, cum post fratris Henrici Regis mortem omnes fere Castellæ magnates Toletum Castellæ primariam ciuitatem conuenissent, vt quem essent habituri Regem cognoscerent, ipsumque Ferdinandum sese vehementer optare significarent, nulla quidem cunctatione nullaque dominandi cupiditate captus, Ioannem statim fratris Henrici filium admodum paruulum suo humero impositum cunctis astantibus ostendens, Rex, inquit, proceres hic est, Ioannes fratris mei filius, nobis omnibus legitime colendus. Ego autem tantisper eius nomine Castellæ regni gubernandi curam suscipiam, donec meus hic Ioannes ex fratre nepos adolescat. Huic igitur, vt nos ratio regni iura monent, obsequium præstemus, solenni que sacramento ritusque nostro seruato, nos Regem hunc habituros astringamus. O vocem diuinam & summis laudibus extollendam! quæ quidem naturam superauit humanam, quæ prorsus imbecilla est ad potentiam cōtemnendam. Hic igitur Ferdinandus cum maximis plurimisque virtutibus magnopere polleret, ab omnibus quidem totius Hispaniæ populis mirum in modum colebatur. Quapropter Martino Aragonum Rege auunculo suo mortuo, cum hæreditario iure (erat enim Leonoræ Martini sororis filius) tum eximio suarum virtutum splendore, ab Aragoniæ magnatibus ac populis ab Antiquera, quod est Batiçæ prouinciæ oppidum, per legatos accitus est, vt Aragoniæ Regis titulum, possessionem, & coronam acciperet: commonitis tamen & citatis prius omnibus eius competitoribus, scilicet Federico Comite Lunæ Sicilia Rege Martini Regis Aragoniæ nepote, Ludouico Rege Neapolis & Andegauensium Duce, Matthæo Comite Foxano, Alphonso Gandiæ Duce & Ribagorciæ Comite, & Iacobo cognomento Pratenfi. Quorum partim venerunt, partim procuratores miserunt. Cæterum cum

50

DD

super hoc dissensiones inter Aragonos, Valentinus, & Cathalanos oriretur, in quibus præter alios etiam Garfias Cæsarugustanus Archiepiscopus cum Antonio Luna liberius contendens occisus est, quoniam alii Ferdinandum, alii Iacobum Aragonum Vrgelli Comitem, alii Ludouicum Gandiæ Ducem Regem optabāt. Ut igitur maioribus malis occurrerent, & populorum accensos animos extinguerent, & furores compescerent, nouem uiris uirtute uitaq; probatissimis commissares est, quorum iudicio ac sententia Rex Aragonum futurus eligeretur. Fuerunt itaque huius rei iudices electi ex Aragonibus, Dominicus Ofctanus Episcopus, q; postea fuit Cardinalis, Berengarius Bardaxinus iureconsultus egregius, & Franciscus Aranditanus eques. Valentinorum nomine fuerūt, Vincentius Ferrariensis ordinis prædicatorum, qui post mortem nō sine multis magniq; miraculis sanctorum catalogo fuit ascriptus, Ludouicus Cartuxanus prædicti Vincentii frater, & Petrus Beltranus successor Generii Rabaci, qui eo tempore in insaniam incidit, quam (ut nonnulli uolunt) ne sententiam suam diceret, simulauit: tamen si mente captum fuisse certissimum constat. Pro Cathalanis uero Sagariga Tarraconensis Archiepiscopus, Guillelmus Valseca, & Bernardus Gualbes sententiā laturi erāt. Qui simul omnes hanc ob causam in Caspam Aragoniæ prouinciæ oppidum omnium consensu sese contulerunt, ubi complures dies commorantes, & ut ueriprudentes omnia quæ in posterum potuissent accidere cogitantes, tandem seruatim competitorum iuribus, & eorum perspectis moribus & rebus gestis, Ferdinandum cæteris prætulerunt. Quem quidem non immerito coronandum iure declararunt. Quorum iudicium, quoniam eorum sapientiam & uitæ sanctitatem satis perspexerant, omnes quidem partes dissentiente nullo tanquam Dei oraculum acceperunt, & cum ingenti omnium lætitia Ferdinandum confestim Regem appellauerūt. Qui cum in Castellæ regno, ut supra dictum est, magnum oppidorum numerum magnumq; patrimonium ab Henrico fratre relictum habuisset, Vrracam quæ mox Leonora nomen accepit, Alburquerqui Comitem admodum diuitem uxorem duxerat, cuius erant oppida quinque, & Castellæ principatus qui Hispanie dicitur Infantatus. Ex qua Ferdinando felicissima proles orta est. Quinque enim filii nati sunt omni naturæ munere præstantes, Alphonfus qui patri omnibus successit in regnis, suaq; uirtute proprioq; labore Neapolitanorū regnum adeptus est: Rex quidem vnus maximum fuit temporis omnium uirtutum ac præcipue liberalitatis exemplum. Fuit enim munificentissimus princeps. Quo factum est, ut omnium hominum gratiam facile promeruerit. Sed de hoc alias. Secundo autem loco natus est Ioannes, qui cum ex dote Blanchæ Regiæ Nauarræ, Regis Nauarræ nomen & coronam assumpsisset, deinde Alphonso fratre sine legitimis liberis & successoribus moriente Siculis & Aragonib. imperauit: de quo iam plenam confecimus historiam. Post Ioannem natus est Henricus, qui sancti Iacobi ordinis magister equitum fuit: deinde Sanctius qui Alcantaræ & Calatrauæ ordinis militiæ præfecturam gessit: postremo uero natus est Petrus qui Neapolitano bello perit. Filia quoq; duæ, Maria quæ nupsit Iohanni Regi Castellanorum, & Leonora quæ fuit uxor Regis Portugalliæ. Sed ad Ferdinandum redeo.

De eius aduentu in Aragoniam & coronatione.

IN Caspæ igitur oppido publice lata pro Ferdinando sententia coram Benedicto & Luna summo Pontifice, regni proceres oratores ad eū statim miserunt. Quibus accitus ad accipiendam Aragoniæ regni successionem, cum liberis & uxore multis Castellæ nobilibus comitatus, Cæsarugustam uenit, ubi in maximo populorum & equitum totius regni conuentu celebratis conditionibus & statutis, ac obseruandorum priuilegiorum facta confirmatione, fuit honorifice coronatus in ecclesia sancti Saluatoris, tertio Nonas Septembris, anno millesimo quadringentesimo duodecimo. Qui priusquam uocatus esset ad Aragoniæ regnum, ac re bellum Mauris Granatensibus intulerat, quos Antiquaria & aliis expugnatis oppidis, magnis cladibus affecerat.

De rebus

De rebus eius gestis post acceptum Aragoniæ regnum.

VBt uero Aragoniæ suscepit imperium, noui principatus rebus iam compositis, multa præclare gessit, & Iacobum Comitem Vrgelli qui cōtra eum rebelauerat, captum & bonis omnibus multatum, custodibus adhibitis in Castellam misit. Vnde mox in Xatiuæ castellum detrussit perpetuo carcere damnatum. In quo Comes angustiæ carceris impatiens breui tempore uitam finiuit.

De aduentu Sigismundi Imperatoris ad eum in Hispaniam.

ERAT hoc tempore Romæ lethiferum schisma, & ecclesiæ multorum annorum perniciofa diuisio. Tres enim Pontifices erant, quorum vnus Benedictus Hispani generis, qui ante pōtificatum Petrus Luna dicebatur, diuersarum factionum ueritus insidias in Hispaniam uenerat, qui, ut supra scripsimus, coronationi Ferdinandi Regis præfuerat. Cuius causa Rex Ferdinandus & Christianæ religionis amore commotus, legatos ad Imperatorem Sigismundum misit rogatum ut Nisam, quæ ciuitas est Galliarum maritima non longe ab Hispaniæ finibus, conuenirent, ut schisma iam diuturnum tollerent, & uniuersæ Christianitati & Dei ecclesiæ consulerent. Sigismundus autem Christianissimus Imperator, accepta legatione sanctoq; Ferdinandi Regis cognito desiderio, simul cum legatis eius iter ingressus Nisam uenit. Interim uero Ferdinandus etsi ualentis uide legatos ad Imperatorem miserat, grauissimo morbo decubuerat, triridem tamen ingressus e Valentia ad Colibritanum portum magno dolore fatigatus peruenit. Hinc lectica Russinonem oppidum quod Perpignanum uocāt, delatus, indies crescente morbo ultra progredi non ualuit. Quapropter de ualeudine eius certior factus Imperator, ad eum Russinonem uenit. Cui Ferdinandus in Hispaniam iam ingressus Alphonsum cum reliquis filiis magnoq; numero nobilium obuiam misit, & interea sancti Fracisci monasterium, propterea quod erat capacissima domus, hospitium parare iusserat. Ille autem cum uenisset, ubi paululum conqueiuit, Regem in lecto iacentem adiit, & honorificentissime receptus est, longoq; sermone utroq; habitu, demū familiaribus amotis, duo soli multa contulerunt. Hinc digressus Imperator ad Pontificem Benedictum, in oppidi arcem se cōtulit. A quo magnis honoribus exceptus, & eius pedes osculatus, Ferdinandi Regis & omnium Christianorum principum suoq; nomine multa uerba fecit, cui suam & aliorum uoluntatē apertissime declarauit (Nam ceteri Reges ad Imperatorem sua uota detulerant) & prudentissime supplicauit, ut quemadmodum Pontifices alii pro communi Christianorum salute & Dei cultu & honore facere parati erant, ipse quoq; pōtificatus onus & dignitatem deponeret. Benedictus autem quo magis ab Imperatore rogabatur, eo pertinacius in sua cōtumacia permanebat, affirmans unum se dumtaxat atq; uerum esse Pontificem. Tunc Imperator ad Ferdinandum Regem reuersus, ei Benedicti propositum retulit. Rex igitur & Imperator illi obsequium denegarūt, & ne quis eum Pontificem diceret, iusserūt. Quod ubi Benedictus intellexit, metuens ne uel captus pontificatum dimittere cogeretur, uel aliquod periculum subiret, noctu clam egressus ex oppido Colibrim se contulit, ac prima luce triridem quam ibi paratam cum aliis habebat, ascendit. De cuius discessu Rex Ferdinandus certior factus, equites ad eum statim misit supplicatū, ne discedere uellet, propterea quod apud se tutius esse posset, quam apud alium quenquam. Cui Benedictus per equites ad se missos hoc modo respondit: Mene qui te feci in desertum misisti? Alulit enim ad Regis coronationem cui Benedictus Pontifex, ut supra diximus, præfuerat, perinde ac si dixisset, ego te Regē feci, & tu vis me priuare pontificatu? Hoc responso dato remos impellens in Peninsulam, hoc est in insulam paruulam quæ Paniscula dicitur, apud Valeriam se recepit. Et Sigismundus Imperator ex Hispania discedēs ad imperium reuersus est. Rex uero Ferdinandus adhuc infirmus aduersa ualeudine Barcionam uenit. Hinc in Aragoniam proficiscens itinere labore defessus, in Equalato oppido recidit in grauiorem ualeudinem. Qua uictus decessit

DD ij

quarto Nonas Aprilis, anno millesimo quadringentesimo decimo sexto, ætatis vero suæ quadragesimo tertio. Aragoniæ autē regno præfuit annos quatuor & menses nouem. Qui sepultus est in monasterio Populeti. Cuius vxor Regina Leonora peractis exequiis in Castellam rediit, quæ in oppido Methymna cognomento Campo, fororum quæ Sanctimoniales dicuntur, monasterium condidit nomine Sancti Ioannis Dominarum. Ibi per sancte vixit annos nouendecim, & diem suū clausit Nonis Ianuariis, anno millesimo quadringentesimo trigesimo quinto.

De Alphonso Rege Ferdinandi filio cognomento Magnanimo, qui fuit Rex Aragonum decimus septimus, & viri usq; Sicilia, & Comes Barcinonæ.

AD magnam Ferdinandi Regis felicitatem & inclytam Aragoniæ Siciliæq; regni gloriam filius eius Alphonfus, ingens omnium virtutum cumulus, accessit. Cuius res magnifice strenueque gestas, quæ plurimæ sunt & immortalitate dignissimæ, ego consulto transeo. Eas enim Laurentius Vallenſis, & Bartholomæus Faccius, duo præstantissimi viri fideq; dignissimi, chartis nunquam perituris facundissime scriptas reliquerunt. Si quis igitur Alphonſi Regis virtutes & res fortissime gestas summis laudibus excultas cognoscere velit, & Laurentium legat & Faccium, qui de rebus gestis & virtutibus eius magnam & veram conferunt historiam. Cæterum Laurentianum de Regis Alphonſi rebus gestis opus, quod a multis asseritur ab eo editum fuisse, ego nondum vidi. Bartholomæi vero Faccii magnum volumen, & in decem libros diuisum, Neapoli perlegi nuper apud quendam Antonium siue Bernardinum, cui cognomento est Bononia, qui eos Venetorum legatis ad Ferdinandum Regem transcribendos commodauerat. Quibus certe libris & recentifama commotus, Alphonſi Regis multas & ingētes virtutes admiratus, illam demum Stoicorum comprobauit sententiam, quæ mihi perdifficilis hætenus videbatur, vt omnes illi virtutes inesse crederemus, in quo saltem earū vna esse videretur. Atq; adeo quidem Stoicorū nunc a me vetus confirmatur opinio, vt nullam prorsus litem deinceps illis intendam. Fuerunt enim in Alphonſo Rege virtutes tam cumulatae & perfectæ, quam multe. Quæ non modo magnis historiis ac fama circumferuntur, verum etiam multis adhuc viuentibus, & Hispanis equitibus & Siculis, qui rebus ab eo gestis interfuere, memorantur. Ipse quoq; memini post captam Neapolim quod Siculos maximis honoribus illustrauit, quibus amplissima munera tribuit, quorum domus & genus præclaris nobilitatis titulis ornauit, quos equestris ordinis dignitate censuq; donauit.

De eius eloquentia & eruditione.

CVIS ego virtutes & res gestas mecum cogitans, illud vnum quod rarissime contigit, nostris præsertim temporibus, persæpe mirari soleo, quod summus Princeps, & quinquagenarius, & maximis plurimisq; curis distractus, ad Latinas literas respexit, earumq; desiderio commotus & amore iā captus, a primis Grammaticæ rudimentis veluti puer omni cura solutus discere cœpit. In quibus Laurentio Valla & Antonio Panormita præceptoribus vsus, breui quidem tempore plurimum profecit. Hinc poetas & oratores omnes totius Italiæ atq; Siciliæ, quorum consuetudine mirum in modum delectabatur, mirifice iuuit & quam maxime coluit. Qui vbi scientiæ fructum gustare cœpit, amplissimam & pulcherrimam sibi suisq; literatis hominibus bibliothecam comparauit, libris quam plurimis conquisitis & emptis immenso precio. Quos autem venales inuenire non poterat, a publicis & priuatis bibliothecis commodato, dum transcriberentur, accepit, atq; multa Græcorum volumina cuiuscunq; scientiæ per viros eruditos & eloquentes in Latinum sermonem traducere diligentissime curauit. Cuius auspiciis & amplissima liberalitate nimirum, Latinæ literæ quæ iam pridem miserandam iacturā fecerant & penitus ad interitum peruenerāt, fuerunt ad pristinum statum & meliorem cultū restituta, in magnoq; precio ac veneratione habitæ. Floruerunt sub tanto principe

principe quidem non solum bellorum duces & in re militari fortissimi equites, sed etiam vates & rhetores omnes, in omni genere literarum indulgentia summi Regis excitati. Qui quanta & ipse claruit eloquentia, scripta quidem eius & orationes quædam facile declarant, quarum, quoniam de rebus eius gestis mentionem nullam sum facturus, aliquid hic apponere placuit, vt cæteri principes aut inuidia palleant, aut idem facere studeant diligenter.

De eius sermone consolatorio ad Gabrielem Surrentinum familiarem.

VT vales mi Gabriel! Medici quidem te extra mortis periculum esse affirmant, si modo illos obedienter audias. Quod vt facias, te hortor atq; etiam rogo, ne secus faciendū ipse tuæ mortis causa fuisse infameris. Et in medicis quidem haud paruum præsidium vitæ est, verum in Deo multo maius ac certius. Is enim non vitæ modo, sed mortis etiam sanitas & salus est. Illum ergo in primis ante oculos habes, illi tota cogitatione adhæreas, qui te fecit, qui te a morte moriens redemit, qui te iudicaturus est. Illum si quando offendisti, nunc contritione, oratione, confessione, & sacris mysteriis tibi places ac propitium reddas. Hæc cum feceris, & facies scio, & quidem deuotissime, si bene pietatem ac constantiam tuam noui, hæc (inquam) cum feceris, illius postea voluntati ac misericordię læto & forti animo te permittas. Sol enim, quid nobis profuturum, quid contra nociturum sit, prænotificat. Nec te timor aut potius opinio mortis offendat. Mors quippe bene pureque morientibus vita est. Hinc & dissolui cupiunt qui bene vixerunt, & esse cum Christo, vt bene actæ vitæ præmium consequantur, lumen æternum. Et profecto mors vitæ principium est, atq; eius vitæ quæ neq; doloribus, neq; metui, neque inuidiæ, neq; ærumnis vllis subiecta est, neq; ipsi quoq; morti quicquam obnoxia. Et si alius aliquanto repetamus, inueniemus, mortem nihil aliud esse quam peccandi finem. Nam cum Adam contra mandatum Dei in flagitium lapsus esset, ne viuendo culpa reuiuiceret, & in peccato peristeret, eius corpus e terra factum, terræ Deus reddidit, non vt creaturæ quam fecerat, sed vt peccato quod creatura ipsa commiserat, finem imponeret. Deus igitur & principium & finis, cum is vult, nascimur, cū vult, etiam morimur. Et sunt hæc prorsus quidem diuinitatis suæ, nihil ad nos pertinentia: illud vero tantummodo nostro reliquit arbitrio, vt bene recteq; viuendo bonum nasci ceremur finem. Hoc itaq; quod vnum nostrū est, id est vt in Christo domino moriamur, summa ope adniti debemus. Quod qui faciunt, nō plane moriuntur, sed transeunt a corruptione ad incorruptionem, a mortalitate ad immortalitatem, a perturbationibus ad tranquillitatem. Nō absurde fortassis quidā existimant mortem non modo malum non esse, sed bonorum omnium maximum. Verum enim uero quoniam euocationis diem neq; horam nobis scire datum est, perquam salubre fuerit nos præparatos esse cum Deo sentientes & mandatis eius obsequētes, nec diem differre tutum esse, sed insipienter factum potius existimandum. Plerosq; enim vidimus summa corporis incolumitate repente interceptos: contra nonnullos vsq; ad medicorum desperationem redactos conualuisse. Ego quidē in præsentia, vt vides, sanus, integer, & validus sum, adde & tot tantorumq; Rex regnorum, opibus, potentia, existimatione fortassis nō in postremis: sed nunquid profutura hæc mihi quicquam intelligam ad horam mortis dignoscendā? aut si intelligam, putem me vel temporis momento illi resistere, aut repugnare posse? Minime. Cum hæc igitur omnia in Dei tantum potestate sint, nihil nobis reliquum videtur, nisi cum Deo bene sentientes, eius præceptis (vt diximus) cum in omni vita, tum in vitæ termino maxime obediamus. Sed quoniam te verbis meis acriorem aliquanto factum intueor, pergam te monere, & tuis quidem monitis, quibus hæc breuis hora non modo sine metu, sed cum gaudio quoque transigenda videatur. Credimus firme omnes, quod Deus hominem fecerit ad imaginem & similitudinem sui: nec cum fecerit, credimus corpus fecisse sui simile, sed inflasse illi spiritum, id est animam, ad similitudinem sui. Id cum ita sit, quid nobis felicius potest accidere, quam dimittere luteum corpus, vitiofum sarcinam, & ad eum

euolantes redire, qui nos non dedignatus est ad similitudinem sui facere, quo spiritus noster diuino ipsius spiritu repletus, diuinitatis particeps, & foelicitatis eius agat æuam, perpetuo inter angelos & sanctorum choros? Et quoniam nos similes sui natura creauit, & simile appetat simile, oportebit nos legi naturæ parere, hoc est, ipsi Deo, vt nemo vnquam sapiens repugnauit. Natura ergo rapimur ad fruitionem Dei, ad quam ne id refugias, nisi morte migrandum est nemini. O ineffabilem Dei benignitatē! Dedit iis qui credunt in nomine eius vel Dei filios fieri posse, & adhuc veremur mori, atq; id statim facere, quod, velimus nolimus, quādoq; facturi sumus. Sane nisi Deus id expresse vetuisset, nō expectanda, sed consciscenda nobis mors esset, quo citius anima nostra perueniret ad patrem rerū omnium & factorem & dominum, quo simplicitatem, puritatem, æternitatem, atq; (vt ita dixerim) Deitatem recognosceret, & recuperaret suam in contemplatione rerum cœlestium & confortione sanctorum. Quid nos ita, non dicam amplius mors, sed agitatio mortis deterreat, a qua momento temporis absoluiur, & in qua, aut nullus est sensus, aut certe breuis quidam efflatus, & is quidem æquanimitate lenior ac facilior? Adeo ne molles aut insolentes erimus, vt quod omnibus prorsus subeundum est iter, nobis vnis haud esse subeundum arbitremur? Adeo ne stulti atq; dementes, vt nobis naturam, non naturæ nos parere debere cogitemus? Atqui viridior e vita ex eo in flore ætatis. Quid refert, obsecro, quam cito quis exeat, si semel exeundum? Nunquam ne animaduertisti, quod quo magis crescimus, eo magis decrescit vita? Quamquam per immortalē Deum quid in hac vita potest esse diu, cum ipsa etiam hominum longissima vita per breuis sit, & puncti instar iudicanda, si cum æternitate eam conferas? vt non temere fortassis credendum videatur, nō ex interuallo aliquo, sed vna eademq; hora homines mori & nasci omnes. Cæterum is mihi demum viuere videtur, & in ætate adhuc imperfecta vitam perfectam ducere, qui vsq; ad sapientiam, id est, vsq; ad cognitionē Dei vixit, qui conscientia sua fretus mortis fiduciam præ se ferens læto atq; hilari animo obeat aut abeat potius. Et si vis etiam, dinumerentur anni & seruetur ordo, vt libet, quid tibi paucorum annorum accessio boni potuisset afferre? aut quid non mali potius? Tibi summa nunc tui principis gratia, tibi fratres & parentes incolumes, tibi patriæ ipsius tuæ & haud paruus, ppter ea dominatus, tibi facultates & copiæ non mediocres, sed horum pleraq; fortunæ temeritate reguntur. Quæ certe nobis pro gratia inuidiā & malevolentiam subegerit, pro sanitate morbos & ægritudines, pro dominatu seruitutem & exilium, pro fluentia & diuitiis paupertatem & inopiam, pro bona ætate tædium atq; odium. Hi nimirum, hi fructus sunt quos præfens vita acerbissimos exornare consuevit, quos euitare & morte præcidere sapiens vir, si liceat, debet, & tunc secum bene foelicitatē actum esse existimare, si cū hæc fucata & fallaciā bona sibi arriserint, ea deserat. Nec vero te vlla de parentib. aut fratribus quos relicturus fortassis es, subeat sollicitudo. Eos quidem mihi cordi iam iamq; esse & fore scias, nō minus sane, ne quid ardentius dicam, quam te ipsum, in cuius recordationem Martinum fratrem & ipsum præclaræ spei adolescentulum in tuos honores, in tuas fortunas, & fortunarum spem protinus assumo. Tu vale æternum, & si mandatis meis impigre semper obtemperasti, nunc si a Deo Opt. Max. ac regū Rege tibi vitæ exitus denūciari videatur, lætus agensq; gratias pare & obtempera. Hac oratione confirmatus & erectus adolescens, paulo post hilariter & cum Dei mira cognitione migravit. Rex illi inferias magnifice perfoluit, & sepulchro huiusmodi distichon exculpi mandauit.

*Qui fuit Alphonsi quondam pars maxima Regis
Gabriel, hac modica nunc tumulatur humo.*

Oratio eius ad Ferdinandum filium contra Florentinos proficiscentem.

COMPVLSVS tandem Florentinorum iniuriis quas nobis ac Venetis sociis & amicis nostris quotidie inferre pergunt, constitui animo te quo nihil habeo in vita charius, aduersus eos cum hoc exercitu mittere, sperans Dei ope qui iustitiæ fauet, & tua atque horum militum virtute fore, vt acceptas iniurias vliciscamur,

scamur, simul vt cognoscant iniuste se fecisse, qui cum hostibus nostris fœdus atque amicitiam iunxerint, seq; in eo errasse, neq; satis recte eorum reipublicæ consuluisse. Et quo id alacriore animo suscipias agasq;, hosce veteranos commilitones meos mihi charissimos, quos tibi magnæ gloriæ, si iis vt sciueris, futuros reor, trado tuæq; fidei mando, quorū virtus ac fides multis meis magnis laboribus ac periculis superioribus bellis mihi nota & spectata est, quorum opera omneis ad hunc diem victorias & Neapolitanum hoc regnum triumphumq; adeptus sum, quibus deniq; adiutoribus ac bellicis magnam Italiæ partem maiorum nostrorum imperio & gloriæ adiecimus. Hos velim in primis ames charosq; habeas, putesq; nihil ne vitam quidem ipsam a me tibi commendari posse diligentius. Quod cum feceris, meam a te gloriam amari expetiq; tunc deniq; existimabo. Hos vide ne temere in discrimen mittas. Nec vero multum a te cohortandi aut oratione incitandi erunt, si quid periculi subeundum fuerit, magis a te reprimendus moderandusq;, quam verbis accendendus eorum animus erit. Tales tibi viros ad necessarios casus referues facito, in quibus scilicet de dignitate tua agatur aut fama. Nec vero apud me dubium relinquitur, quin eos ita habiturus sis, vt Imperatorem eundem habere se sentiant. Id autem te ante omnia mōnitum velim, ne tantum tuæ aut horum militum fortitudini fidas, vt arbitreris absq; diuina ope a te hostes superados. Victoria enim non ex hominum consiliis, sed ex summi Dei voluntate ac potestate proficiscitur. Tum deniq; tibi militares artes profuturas scito, cum Deum tibi pietate ac iustis factis propitium reddideris. Eum igitur, si vincere expetis, pure mente colito, spemq; omnem victoriæ in eo reponito. Et si quando, quod solet in bello contingere, tibi quidquam aduersi acciderit, quo existimare possis ipsum Deum tibi subiraum esse, vide ne ab eo per impatientiam aut animi perturbationē discedas, sed potius satisfaciendo ei reconciliari stude. Solet enim Deus quos diligit, interdum malis afficere, & quos constantes in aduersis videt, rursus in meliorem fortunam restituere. Existimationis diligentissima tibi ratio habenda erit, putandumq; nihil ea re in humanis rebus plus esse aut fieri debere: quippe cum victoria nonnunquam magis existimatione & fama, quam militum robore ac virtute comparetur. Et victoria quidem sæpe cladibus mutatur, at fama si cum probitate & fide coniuncta fuerit, & permanet & cum omni æuo perdurat. Honestati itaq; a te incumbendū erit, qua detracta, nec principi illi Deo placere, neq; apud mortales autoritatem vllam stabilem aut gloriam consequi possumus. Venetorum vero amicorum & sociorum nostrorum rempublicam nostram esse existimato, eamq; non minore studio ac diligentia quam statum nostrum defendito. Pro qua quidem conseruanda & amplificanda, nec sumptui nec militum labori parcas iubeo. Cum iis eo animo societatem iunxi, vt quādiu nobis vita contigerit, omnia eorum prospera & aduersa mihi communia habiturus sim. Nec te ab hoc proposito deterreat, aut pecuniæ, aut alius cuiuspiam rei indigentia. Namq; omnia quæ bello vsui fuerint, tibi a nobis abunde suppeditabuntur, & (vt vno verbo agam) non magis tibi quam mihi ipse defuturus sum, vt scias si modo tibi ipse non defueris, nihil tibi per nos defore. Illud postremo obseruato ac mandato memorix, in quo tua laus & gloria elucescet, si qui ex hostibus antequam oppugnentur in deditiōem veniant, eos benigne in fidem tuam recipias: ac si qui fortasse obstinatoribus animis diuturnam obsidionem pertulerint, cum in potestatem tuam venerint, clementiam potius quam illorum pertinaciam respicias, magisque quid te ac gente nostra quæ semper crudelitatem odio habuit, quam quid illis dignum fuerit cogites. Quæ si obseruaueris & nobis lætitiā & tibi gloriam paries.

Oratio Dominici Firmani Cardinalis ad eum pro Italia pace concilianda.

REM sane facilem & tibi vltro expetendam (vt pro omnibus his legatis verba faciam) a te Rex oratum venimus, pacem scilicet ac societatem tuam, quorum vtrumque & dare & accipere tuæ bonitatis est, præsertim hoc miserimo

tempore, quo vniuerso Christiano generi ac religioni nostræ sanctissimæ periculum ab exteris nationibus impendit. Quæ causâ imprimis hosce populos ac principes mouit, uti armis positis communi quieti consulerent. Nec vero putes ab hisce in agenda pace contemptui esse aut neglectui habitum, quod eam te inconfulto fecerint. ita enim fieri necesse fuit, quo facilius cõficeretur, quæ fortasse aliquãto plus difficultatis alioquin fuisset habitura. In ea enim haud præterita est honesta de tua dignitate mentio. Sed & tibi relictus & cõcessus eius ineundæ locus. Nec tu id in status tui detrimentum aut dedecus vllum factum arbitrere. Quod si te nõ alia ratio moueret, quã Italicæ quietis, quæ prouincia diutissime exagitata atq; in-
 10 testinis bellis vexata est, ita ut qui vicit, similior victo videatur, esse tamen & æquitate & humanitatis tuæ communem hanc pacem & societatem amplecti, ut tandem aliquando, quantum in te esset, quiesceret, atq; ut hanc ex ea pacata laudem gloriamq; tuarum laudum cumulo adiceres. At cum in præsentiarum non de ea pacanda, sed potius de tutanda & conseruanda agatur, multo magis debes communi huic fœderi & consentienti cæterorum populorum ac principum voluntati acquiescere. Imminet enim nobis bellũ & graue & periculosum, quale multis iam
 20 sæculis in Italia non auditũ. Agitur salus Italiæ, agitur salus totius Christianæ Reip. agitur salus sanctissimæ religionis nostræ. Mahometus atrocissimus Christiani nominis hostis non cõtentus capta Constantinopoli, quæ vrbs a Constantino potissimum aduersus Teucrorum impetus condita est, in cuius expugnatione, quas cę-
 20 des, quas incendia, quas rapinas, quos incestus, quas templorum violationes, quas sacrorum corporũ prophanationes, quæ Christi Dei nostri, quæ virginis sanctissimę ludibria commiserint, non es nescius: non contentus (inquam) Græcia oppressa, quæ aut iam omnis paret, aut metu eius contremiscit: nõ contentus deniq; finitimarum gentium obsequio, emergere iam e Græciæ claustris, atq; in Italiã erumpere, Romamq; caput ac sedem sacrosanctæ religionis nostræ petere velle munitur. Nec solum nullam accepit pro tantis sceleribus suis pœnam, sed tertium iam annum Thraciæ Græciæq; dominatur, omni interim post captã Constantinopolim tempore ad comparandos exercitus contrahendatq; vires ex quibuscunq; genibus collato. Persuasit sibi hostis callidissimus, si dissentientem Italiam inuenerit, ea
 30 se facile potiri posse: hac autem subacta, cæteros Christianos populos ac principes imperata facturos. Properat hostis acerbissimus, quo nos bello contendentes improuiso opprimat, nullũ tempus pestiferis consiliis eius exequendis aptius existimans. Nec fallent eum profecto cogitationes suæ, si ociosi illius conatus expectabimus, si nõ occurrerimus eius furori. Tanta est eius potentia, tanta auri atq; argenti vis, tanta classium molendarum opportunitas, tanta deniq; eius hominũ in bellum multitudo. Clausum est iam mare Ægæum nauibus nostris, nec amplius nisi plures simul onerariæ, cæq; magnæ, Ægæi maris insulas & orientales oras quibus in locis Christianis negociatoribus vberimus questus solebat esse, adire iam nõ possunt. Clausum est nobis mare Ponticũ, & ipsum generi nostro fructuosum, castel-
 40 lis transitũ impediens in ipso Bosporo Thracio ab utroq; littore excitatis. Habet præterea in bellum consentientes Scythas, genus hominum & multitudine, & corporum robore, & bellandi artibus formidabile, qui Christianorũ oppida quæ in Ponto sunt, aut breui oppriment, aut certe quæta esse non sinent. Diuisit iam in omnes partes Barbarorum & infidelium nationum oratores, ad eos maxime quos mari viciniore expeditioni suę prodesse posse intelligat, ut illorũ auxiliis atq; opibus suffultus incorruptissimam fidem nostram funditus euertere, ac sacrilegi illius Mahometi (quod Deus auerrat) nefandis legibus subiiciat. Nec dubium est quin & Syros, & Afros, & Mauros reges, & cæteros etiã a mari remotiores aduersus Christianos in belli societatem trahat. Mira est enim vis religionis, quæ etiam si mala ac
 50 detestabilis sit, tamẽ animis semel insita ac penitus impressa, inflammare homines & concitare ad sui timorẽ solet. Omnes enim quam ipsi colunt religionem, potiorẽ ac sanctiorẽ aliena putant. Hæc mala Italiæ atq; pericula sola pax atq; consensus vel tollere, vel subleuare potest. Tantũ enim est Italię in armis nomẽ, ut vel solo rumore cõfectę pacis ac publici fœderis possit insolentissimũ hostẽ a pernicioso conatibus

natibus suis abstertere. Sed nec hoc quoq; satis est. Duce enim & autore opus est, præsertim bello maritimo, in quo maxime victoria reposita videatur. Qui enim plus classe potuerit, faciliẽ profecto terrestris belli victoriã cæteris reliquerit. Nam quandiu mare illi tutum ac liberũ fuerit, nec commeatu nec milite propter vicinitatem terrę Asiæ ac paterni regni prohiberi poterit: quo commercio atq; opportunitate sublata, aut fame aut ferro vincatur necesse est. Te autem vno neminem aptiorem ad tantum imperium gerendũ arbitrantur, omnes ad te summo consensu hanc præfecturã deferunt, vident in te omnia abunde esse quibus eiusmodi Imperatorem præditum esse oportet, summam scilicet belli scientiã, egregiam virtutem, amplissimam autoritatem, maximam felicitatem. Quarum omnium rerũ
 10 mirifica exempla iis quæ gessisti bellis demonstrasti, Neapolitano, Marsiliensi, Hispaniensi, Africano. Vident etiã id quod maxime in huiusmodi bello requiritur, te maritimis copiis ac nauibus plurimũ posse, tantumq; Maiestati tuæ tribui, ut nulla Italiæ ciuitas, nulla classis futura sit, quæ tua signa non libens sequatur, quæq; mandatis tuis parendũ non existimet. Quæ res maxime in hac expeditione necessaria existimatur. cæteris enim æqualitas ipsa inuidiã excitat, nec alios aliis præesse patitur, tibi omnes promptissime absq; inuidia obtemperaturi sunt. Nec vero etsi antehac magna & præclara facinora gessisti, superiora bella tua cum hoc bello gloria comparãda sunt. Illa enim superiora habent fortasse aliquid quod nõ omnes pro-
 20 bent, quoniam non sicut Christianorũ sanguine confecta sunt. Hoc autẽ veram & solidam & constantẽ omnium opinione gloriã in te habet, quod contra Barbaras gentes, cõtra religionis persecutores atrocissimos suscipitur ac geritur, in quo qui interficit, magnũ pietatis locũ sibi apud Deum immortalẽ vendicat. Hoc tuũ factũ omnes vno ore laudabunt, & consentienti fauore prosequuntur, nec erit vllus tam iniquus rerũ æstimator, qui non illud omnibus rebus hac ætate nostra ab omnibus Regibus gestis merito antependũ iudicet. Hanc igitur prouinciã quo possis suscipere, communẽ hanc Italiæ pacem ac fœdus in eas oportet. Nã absq; hoc, nec Italiæ vires componi, nec magnũ aliquid mari geri potest, præsertim contra hostẽ potentissimũ. Qui postquã Constantinopoli potitus est, nihil omnino prætermisit
 30 temporis ad ædificandas classes, cuius rei magnã ei commoditatẽ præbet, & loci situs, & materiæ copia, quæ in ea regione permagna est. Hoc ut agas, a te petit vehementer Nicolaus Pontifex maximus, a quo ego legatus ad te venio, qui imminetibus periculis fidei ac reip. Christianæ obuiam iri quamprimũ expetit. Hoc te orãt hi legati clarissimi viri, hoc te omnis Italia, hoc te vniuersum Christianũ genus, ut te duce maritimi belli in cõmunibus periculis uti queat. Noli obsecro Italiæ deesse, Remp. Christianã, sanctissimam religionẽ nostram, quantum in te est, tuere ac serua, noli pati fidem nostram ruere in qua animarũ nostrarum salus consistit, occurre impendenti malo, noli expectare dum immanissimæ gentes Christiano nomini inimicissimæ ad tantũ bellum coeant, quod sustinere tota Europa nõ valeat.
 40 Nam quota pars orbis terrarum Europa est, cuius etiam magnam partẽ Scythæ tenent. Tantos possunt hæc gentes exercitus cõficere, ut illorum tantummodo aspectum Christiani ferre vix possint. At si maturabimus, omnia nobis secunda erunt. Recepta enim maris possessione, cũ in Græciã, Thraciam exercitus nostri transfugerint, Mahometi furor cohibebitur, & cæteræ gentes rei euentum tacite expectabunt. Caue Rex prætermittas hanc sempiternæ ac veræ gloriæ occasionẽ, quæ tibi a Deo immortalis permissa & parata est. Cogita quanta sit eorũ principum gloria, qui pro Christiano nomine vel amplificãdo vel conseruando aduersus hostes religionis nostræ bella gesserunt. Carolus ille Francorũ Rex qui Aquitaniã, & Galliam Togatã, & Thraciam, & alias quasdã gentes e manu barbarorũ ereptas ad fidẽ
 50 nostrã rededit, & Magni appellationẽ meruit, & quandiu orbis terrarũ stabit, ab omnibus mortalibus pleno ore laudabitur. Godfredi nomen qui Hierosolymas & Christi Dei nostri sacratissimum monumentũ eiectis Syris aliquando recepit, qui postea locus rursum in eorum potestate nostra negligentia recidit, in omnibus gentibus perquã illustre est. Sigismundi Imperatoris gloriã qui contra hosce Teucros sapius prospere pugnavit, nulla vnquam ætas conticecet. Ioannis Vaiuodæ qui

toties sua virtute atq; consilio huius Mahometi patrem prælio fudit ac vicit, multis Teucrorum millibus cæsis, quanta sit fama apud omnes vides. Sed nil te magis commouere debet, quam religionis nostræ sanctissimæ discrimen, in qua animarum nostrarum fœlicitas sempiterna continetur. Pro hac decertandum, pro hac fundendæ vires, pro hac deniq; vita ipsa exponenda est. Si tu pacem hanc & fœdus Italicum aspernabere, reliqua Italia obtorpescet, aut de bello intestino sollicita erit. Qua cessante aut de maritimis apparatus nihil cogitante, cæteri Christiani principes ac populi qui sibi remotiores ab hoc incendio videntur, & ipsi quoque ommissis belli curis domi se continebunt. Quapropter amplectere obsecro hanc communem pacem ac societatem, quæ communis non solum Italiæ salutis, sed & totius Christiani generis atque ordinis causa instituta est, teque ad bene merendum de toto genere Christiano, de Italia præsertim quæ te tanquam Ducem & Imperatorem suum respicit, natum esse ostendet. Pro qua quidem re componenda, in iis quæ æqua & honesta postulaueris, hosce legatos & eorum ciuitates ac principes eam ob rem ad te profectos, faciles reperies.

Responsio eius ad legatos.

NVNQVAM mihi adeo secundæ res aut domi aut belli fuere, quin si cum bello pacem commutare licuerit, bello pacem prætulero. Nec vero nisi aut lascivitas, aut pro focis ad hunc diem arma suscepti ac gessi. Nec me tam ratio vlla mouit imperii aut regni augendi, quod Dei munere iatis esse amplum atq; opulentum scio, quam meæ ac popularium meorum quietis ac tranquillitatis. Itq; semper finis consiliorum meorum fuit, vt absq; iniuria in pace viuerem. In bello pacem, nō in pace bellum querere soleo, & si quando a nobis hostis pacem petiit, nunquam eum aspernatus sum, nunquam reieci, sed honestis conditionibus petitis pacem dedi, proq; amico postea habitum passus regnorum meorū commercio perfrui. Hoc posterius bellum Florentinum, iam neminem nescire arbitror, Venetorum sociorum & amicorum causa, non vlla cupiditate mea a me susceptum esse. Quocumq; vrgeri premiq; ab hostibus cernerem, non fuit æquitatis meæ in tanto status discrimine destituere. Ita si a me esset petita pax, vt a Venetis, non fuisset profecto durior in ea concedenda, quam ipsi Veneti quorum gratia bellum susceperam. Nec debuit certe, vt Venetorum pace loquat, res tanta præsertim quæ mea tantopere referret, me in scio atq; incōsulto agi. Sed quæ acta sunt red argui magis, quam emendari queunt. Ego per me stare nolim, quin hæc pax atq; societas communis fiat. Nolo consentienti Italiæ deesse, potissimum cum hanc ipsam societate ac pacem, quemadmodum ipsi disseruistis, ad totius Christiani generis salutem & conseruationem pertinere agnoscam. Video enim quorsum tendant Mahometi huius insolentissimi conatus, video quid struat ac moliatu tantarum classium atq; exercituum apparatus, video quo spectet illius audacia, quove sit pertinacia & cupiditas eius euasura. Si fuisset bello vacuus, omnes profecto iam vires in eius perniciem conuertissem, nec essem passus quantum in me fuisset, eius furorem euagari latius. Sed bellum consilia mea conturbauit. Quo nunc liberatus, Deo volente, propositum meum prosequi potero. Ego enim labenti resp. Christianæ deesse, nec volo, nec possum, & vel dux vel comes huius gloriosissimæ expeditionis ire non recuso, tantumq; abest vt eam deferere in animo habeam, vt omnes copias ac facultates meas in eam rem collaturus sim, ne vitæ quidem patfurus. Statui enim pro illius religione defendenda vitam exponere, qui pro humano genere conseruando vitam exponere non dubitauit. Sic maiores mei, sic ego ab adolescentia institutus sum, vt diuinam religionem omnibus rebus antepo-
nam. Sed si honesta concedentur atq; postulabuntur, nec Pontificis maximi cuius
autoritatem plurimi facio, nec horum populorum ac principum voluntati refragabor, atq; huic necessariæ expeditioni seruiam.

Eius

Eius oratio ad Cardinales & Italiæ principes in expeditione contra Teucros.

SCIO plerofq; vestrum demirati, patres venerabiles & inclyti proceres, quod cum toties de expeditione in Teucros verba fecerimus, eamq; miro consensu omnes capeffendam censuerimus, cur illa hæctenus a me dilata ac pene derelicta videatur. Quod equidem nolim arbitremini, aut negligentia mea, aut pusillanimitate fortassis accidisse. Nam & bellum hoc nobis necessarium visum est, & vt-
cumq; tandem omnino suscipiendum. Verum dum alios Europæ principes respicio, ad quos huiuscemodi belli cura, vel autoritate, vel potentia, aut rerum peritia
magis pertinere videbatur, in hunc vsq; diem rem distulimus, certe ne insolentia
aut arrogantia argui possemus. In præsentia vero cum illorum neminem ad hanc
rem animum intendere animaduertam, ac propterea hostium animos indies magis
crescere atq; insolescere, statuo si id quoq; vobis visum fuerit, bellum in Christi
domini ac Christianorum hostes vltius non differre, non quod ad tantam belli
molem per me ipse satis omnino esse confidam, sed quod in Christo cuius res ma-
xime agitur, quam plurimum sperem. Hic enim & vires nobis, & opes, & industriam,
& deniq; victoriam suggeret. Nam si nunquam sperantes in seipsum dereliquit,
cur nos qui non in nostra potentia quæ nulla est, sed in eius brachio & benignitate
confidimus, destituat, præsertim eius ipsius iniurias viciscentes? Bellum
quidem contra eos suscepturi sumus qui Christi summi & singularis Dei templum
scædauerunt, Mariæ matris effigiem sagitta per ludibrium transfixerunt, sanctorum
martyrum reliquias partim igni, partim canibus edendas abiecerunt. Quo quidem
in bello si vicerimus, orbis terrarum præmium erit: si victi fuerimus, cœlum.
Vt cumq; igitur res cedat, magna nobis & immortalis gloria paratur. Verum ego
beneficia omnipotentis Dei nonnunquam mecum reputans, tria illa vel præcipue
commendare ac præferre soleo: primum, quod me non beluam, sed hominem,
hoc est animal ratione præditum, fecerit: alterum, quod Christianum: tertium,
quod tot tantorumq; regnorum Regem & dominum. Silco præter hæc plura. Sed
his tribus tantum Deo optimo ac benignissimo me obligatum & obnoxium sentio,
quibus mihi nisi mortalium ingraticissimus esse & haberi velim, haud amplius
oscitandum aut torpescendum sit, neq; expectandum an quid alii moliantur aut
parent, sed rumpenda potius mora classiq; habent immittendæ. Nam per immortalem
Iesum, quid est quod verear, quo minus bellum hoc honestissimum ac piissimum
amplectar: an ne corpusculum hoc, an ne regna & reliqua bona, an ne deniq;
animam ipsam amittam? Verum hæc omnia vt a Deo mihi concessa, ita ipsi
Deo tandem restituenda sunt, vt plane profitear, quicquid huic bello destinandum
sit, meum non esse, atq; ei cuius id est, iure ac merito reddi debere. Bellum
itaque nobis proponitur, in quo nihil quod nostrum sit perdere possumus, sed in
quo etiam perdendo vincamus perpetuamq; fœlicitatem adipiscamur. Sat munda
seruiuimus, sat voluptatibus concessimus, reliquum ætatis Deo dandum & cō-
fecrandum est. Victoriam olim de sæculari regno dimicantes consecuti sumus,
quid speramus fore si de Christo ac pro Christo pugnam omnium pulcherrimam
subierimus? Perpudeat iam Christianos & Christianorum principes tot populorum
a Mahometanis debellatorum, tot Regum procerumq; interemptorum, tot
hominum in seruitutem adductorum aut in Mahometanam perditissimam hæresin
redactorum, virginum stupratarum, Dei veri ac sanctorum imaginum subuerfarum,
atq; huiuscemodi prope innumerabilium contumeliarum. Etiam cogitemus capta
Constantinopoli, hoc est claustris Asiæ diffractis, nisi hostium conatibus statim
obstiterimus, de nobis deq; Christiana religione protinus actum esse. His atq;
aliis rationibus adducor, si vos item annueritis, bellum pro fide catholica
contra Teucrum, quod nobis atq; omni Christianæ reip. faustum, fœlix, & fortunatum sit,
confestim suscipere. Auctore.

De eius

De eius uxore & liberis, & loco & tempore mortis.

VXOREM duxit Alphonfus Mariam Henrici Castellæ Regis patruī sui filiam, ex qua prolem nullam suscepit: ex aliis tamen mulieribus Ferdinandum genuit filium, quem primum Calabriae Ducem, & deinde moriens Regem Neapolitanae, & Leonoram quæ nupsit filio Ducis Sueffani, cui dedit Rossani principatum: Aragonum vero & Siciliae regnū cæterosq; principatus reliquit Ioanni fratri Regi Nauarræ. sic enim Ferdinandus pater eius testamento mandauerat. Decessit autē Rex Alphonfus in Castro nouo ciuitatis Neapolis, quarto Kal. Iulii, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo, & ætatis suæ sexagesimo quinto.

LVCII MARINEI SICV-

LI DE REBUS HISPANIÆ

LIBER DVODECIMVS.

De Ioanne Aragonie Rege decimo octauo.

IOANNES secundus Ferdinandi Regis filius, Alphonso fratri qui sine legitima prole decessit, in Aragoniæ & Siciliae regno successit. De cuius vita rebusq; gestis, quæ multæ magnæq; fuerunt, quæ præcipua sunt, vt nobis moris est, breui volumine perstringemus.

De loco & tempore natiuitatis eius.

FVIT itaque Ioannes Aragoniæ & Siciliae Rex natus Methymnae, quæ Campus cognominatur, in ædibus paternis venali foro coniunctis, tertio Kalendas Iulias insigni die, quo Petri & Pauli Apostolorum Christi laudes & merita celebrantur, anno vero a partu virginis millesimo trecentesimo nonagesimo septimo. Est autem Methymna oppidum nobile Lusitaniæ prouinciæ, & quinque principum natale solum felix, & a scriptoribus memoratum. De quo nos etiam scripsimus alio loco. Vbi Ioannes Rex, de quo loquimur, non solum natus est, sed etiam cum reliquis fratribus, Alphonso scilicet, Henrico, Sanctio, & Petro diligenter educatus, & ab eisdem morum & literarum magistris institutus. Quam quidem patriam charissimam semper habuit, & eius habitatores suosque conterraneos mirifice dilexit.

De uxoribus eius & liberis.

ANNVM agens fere vigesimum Blancham Nauarræ Reginam Caroli Regis filiam duxit uxorem, ex qua filium progeniuit Carolum, qui fuit Vianæ princeps appellatus, de quo alio loco latius referemus. Progeniuit & filias duas, quarum altera Henrico Castellæ Regi nupsit, cum quo diuortium fecit, propter eius (vt ferunt) impotentiam defectumque naturæ: altera nupsit Gastonio Foxano Comiti, quæ filios peperit, de quibus alio loco scribemus. Cæterum Blancha Regina defuncta, Ioannam duxit uxorem Federici Almirantis Castellæ filiam, quæ peperit Ferdinandum Regem Catholicum, & Ioannam quæ fuit vxor Ferdinandi Neapolitanorum Regis. Peperit & aliam filiam nomine Marinam, quæ teneris annis obiit.

De sua-

De statura & forma corporis eius.

STATURA fuit mediocri, & omnibus membris a capite vsq; ad pedes totus æqualis & congruens, forma conspicua, aspectu graui, ore pulchro, colore candido, capillo plano & sufflauo, superciliis disiectis, oculis subnigris, dentibus raris, exiguis, & candidis, mento venerabili, voce virili plenaque, sed aliquanto retenta pressaq; propter nares angustas: cui præterea formosissimæ mulieres candidissimas manus inuidebant.

De valetudine & cultu corporis eius.

PER omnem vitam valetudine prospera vsus fuisse perhibetur, sed extremo tempore & iam octogenarius podagræ morbo laborauit, & oculorum luminibus per temporis interualla caruisse fertur. Eius autem per tot annos prosperæ valetudinis adiuuante natura causæ tres præcipue fuere, mundities scilicet, cuius studiosissimus erat, & abstinencia potus & cibi, a quorum satietate semper abhorruit, & laboris cuius patientissimus erat, vsus assiduus. Moderata siquidem corporis exercitatio valetudini plurimum confert. Arborum fructibus libentius vescabatur, quam carnibus & aliis ciborum generibus. Ficus virides & recentes appetebat, & eas maxime quas Aragoes Buriafotas appellant, & Latini Duricorias. In corporis autem cultu non minoris munditiæ fuit, & modo sericis, interdum aureis, nonnunquam purpureis vestibus induebatur. Collo prærumque torquem duntaxat ex auro, nonnunquam margaritis & aliis gemmis preciosissimis contentum gestare consuevit. Cultus denique corporis adeo fuit studiosus, vt omnes etiam domesticos vtriusque sexus & cuiuscunque ætatis non secus ac seipsum sapius induerit.

De ludis & venationibus eius.

FATIGATVM multis negociis animum magnisque laboribus, interdum spectaculis & voluptatibus honestis reficiebat: quippe fictis armorum certaminibus & equitum ludis, paribus hastis hinc inde concurrentiū, quod certamen canarum ludū vocant Hispani, delectabatur. Virorū præterea mulierumq; choreis libenter interfuit. Erat quoq; venationibus deditus, & ferarū magis quā volatiliū.

De dilectione eius erga suos, & eorum fide & obseruantia in eum.

EQUITES militesque suos tantopere dilexit, vt nulla in re alia sæuitia notatus vnquam fuerit, nisi suorum vlciscendis iniuriis. Necem duorum Ducum quos Gallia Rex in auxilium eius cum exercitu contra Gothalanos miserat, plurimorum iugulo qui cædis illorum autores fuerat, vltus est. Et in oppidulo nomine Momalone, quod est apud Barcinonam, ob vnum interfectum equitem a Momalonensibus qui venienti sibi portas clauserant, septendecim Momalonensium viros prope se strangulari iussit, spectauitque morientes. Plurimis delinquentibus vltimoque supplicio destinatis, quoniam eorum ope in defendenda sua dignitate vsus fuerat, facile pepercit. Quosdam etiam Balceares duarum factionum qui regiæ maiestatis læsæ crimen commiserant, eorum virtutis bellicæ memor, qui multos annos eum bellum gerentem secuti fuerant, admonitos vt sibi cauerent in posterum, neve iterum delinquerent, impune dimisit. Multos denique in bello peremptos, magno coactus dolore, collachrymatus est. Hac humanitate cunctos quidem sibi fideles ac deuotos faciebat. A beo enim Gothalanis deficientibus, præter omnes Aragoes, Siculos, & Valentinis equites, multi quoque Gothalanorum nobiles ad eum cum exercitibus & pecunia cæterisque rebus quæ ad bellum gerendum vsui erant, sponte venerunt, nec domum, nisi confectis bellis, redierunt.

De virtute bellica per eum culta & eiusdem militari eloquentia.

EE

VIRTUTIS bellicæ studiosissimus & amantissimus fuit. Milites enim quos in prælio fortes animosofque cognouerat, a pugna statim redeuntes amplissimis & honorificentissimis verbis collaudatos, equestris ordinis titulis & honoribus ornabat, ac plerumque secum discumbentes, modo socios, modo fratres appellabat. In eloquentia militari magis formæ suæ dignitate verborumque grauitate, quam dicendi arte cultuque sermonis milites ad sua vota perduxit. Apud Ampostam oppidum de quo alio loco dicemus, omnes fere milites, equites, ducesque nonnullos longo labore defessos & hyeme sæuiente a castris omnino discedere volentes, magna vi orationis retinuit: & apud Rubinatam longiori sermone milites hortatus, cum paruis copiis ingentem hostium multitudinem deleuit. 10

De eius clementia & humanitate.

NATURA lenissimus fuit, magnumque clementiæ nomen exhibuit. Per multos enim contra eum in virgences, in prælio victos & manu captos, ac de desperatis, humanitate misericordiaque commotus, seruauit incolumes. Ceruarix ciuibus qui sola fame coacti sese dederunt, quicquid cibariorum tunc habebat in castris, impartiuit. Ilerdensium quoque legatis, nomine ciuitatis veniam & impunitatem petentibus, inuito ac vociferanti exercitu qui prædam & spoliū ciuitatis affectabat, omnia concessit. Barcinonæ præterea ciuibus duntaxat pro vita 20 supplicantibus, non vitam solum & libertatem donauit, sed etiam bonorum omnium possessiones quas amiserant, restituit.

De liberalitate eius & audientia.

CVPIDITATIS & auitiæ per omnem vitam non modo nullum experimentum, sed ne coniecturam quidem vnquam præbuit. Immo si liberalitas eius ex animi potius magnitudine, quam ex fortunis & opibus existimetur, non immerito quidem inter munificentissimos principes annumerabitur. In multos enim viros qui liberaliter ei seruierant, ingentia munera & amplissima beneficia contulit. 30 De quibus multis omissis, per pauca quasi necessaria eius munificentiæ testimonia, referam. Rhodorico siquidem Rebolleto cuius militarem virtutem & erga se fidem cognouerat, die nuptiarum eius, aureorum quos florenos Aragonenses vocant, millia sexaginta tribuit. Ioanni Villamarino classis eius præfecto, qui terra marique multos annos ei magnosque labores impenderat, Bosam in Sardinia ciuitatem liberaliter in perpetuum dedit. Bellum gerens cum pecuniarum nihil penitus haberet, cuidam equiti pro vxore & liberis quos fames vrgebat, pecuniam petenti, sex argenti vasa quæ sibi sola ad mensæ vsum relicta erant, impartiuit. Vestem præterea nullam vnquam sibi induit, quam non eodem die petenti sub hac conditione concesserit, cum deposuero, cubicularioque iubebar, vt ei, quum aliam indueret, traderet. Denique nemo vnquam ab eo pecuniam petiuit, cui si plures non haberet, saltem centum nummos argenteos non dederit: qui denique si pares animo facultates habuisset, omnes principes munificentia superasset. Supplices autem & eum in omni genere negotiationis ad euntes benigne semper & patienter audiuit. 40

De beneuolentia & cultu eius erga uxores & liberos.

VTRAMQUE coniugem non solum mirifice dilexit, sed quoque studiosissime coluit, quibus & se facilem semper præbuit, & omnibus in rebus morem gessit, & inuitis nihil vnquam fecit. Erat enim cum vxoribus cæterisque sceminis natura benignus, ingenio facilis, consuetudine dulcis & placidus, atque moribus elegans. Eodem modo liberos etiam semper amauit, tametsi Carolum Principem Vianæ, posteaquam nonnullorum prauis consiliis deceptus paternam gratiã contempnit, non amore solito diligere videbatur, odisse tamen non poterat. Erga domesticos in super & familiares omnes lenis ac beneuolus semper extitit. 50

De cul-

De cultu eius circa parentes, & amore erga fratres quandiu vixerunt.

PARENTES quandiu vixerunt summa veneratione coluit, quorum animos non dicam re, sed ne leui quidem verbo vnquam offendisse perhibetur: & fratres quibus ipse charissimus erat, pariter omnes amabat, ac non modo Alphonso qui eum præcedebat ætate, sed reliquis quoque minoribus operam, labores, & quod signum maioris humanitatis erat, obsequium præstabat. Cunctos denique, tam parentes, quam fratres atque sorores, & viuos summo cultu semper amauit, & vita functos magnis honoribus, sacrificiis, & orationibus prosequutus est. Ipse 10 nanque defunctis omnibus superuixit.

De morte parentum, fratrum, & sororum eius.

SI QUIDEM post vtriusque parentis & duarum sororum obitum, primum Sanctium fratrem, & Petrum qui in obsidione Neapolis icu bombardæ percussus interiit: deinde Henricum, qui & ipse quoque apud Olimetum Castellæ oppidum de quo postea dicemus, ab hoste peracuto gladio in sinistra manu vulneratus infra paucos dies nimio dolore periit: postremo & Alphonsum Regem qui Neapoli vitam cum morte commutauit, amisit. 20

De eius in pulchras mulieres inclinatione.

IN Venerem natura pronum, & pulchrarum mulierum amatorem fuisse, quibusdam argumentis & rationibus constat. Nam & præter liberos quos (vt supra diximus) ex vxoribus habuit, alios etiam plures ex concubinis alioquin nobilissimis sceminis progeniuit. Habuit enim Ioannem Archiepiscopum Cæsaraugustanum, & Alphonsum ducem Villæ formosæ: quorum matres Castellanæ & generosæ fuerunt. In Nauarrâ quoque ex scemina genere nobilissima, de Ansatum familia, suscepit Ferdinandum & Mariam, qui puerilibus annis e vita migrarunt, & 30 Leonoram Lirini Comitum. Et Barcinonæ tempore iam extremo & annorum fere octoginta puellam forma præstantem, nomine Francinam Rosam, ad amauit. Verum cum hac, osculis duntaxat contentus, amoris opus non perfecit. Nam postea quum puella nupsisset sponso, a quo die nuptiarum virginitatis munerâ posebat, se quidem non violatam esse multarum mulierum testimonio probauit.

De habitationibus eius.

AETATE prima, sicut supra diximus, Methymnæ natali solo mirum in modum delectatus est. Hinc digressus in Aragoniam, Cæsaraugustam & Barcinonam 40 libenter incoluit, & nonnunquam Valentiam. Quarum etiã desiderio deinde ex Neapoli, Alphôso fratre relicto, cum Henrico altero fratre reuersus est in Hispaniã.

De clementia & seueritate eius erga reos.

REORVM pro criminis qualitate alios condemnabat, alios absoluebat. Erat enim in iudicando & administranda iustitia non minus clemens & facilis, quam seuerus & grauis: quippe qui Carolum filium qui ei patri bellum sapius intulit, ter in prælio vicit, & ter etiam captum liberauit. Gothalanorum præterea qui ab eo defecerant, multos ad eum reuertentes & veniam supplices deprecantes, 50 impune quidem benigneque recepit. Iacobum autem Aragonensem & Ioannem Montecatinum, nec non & complures alios in defectione pertinaces belloque victos, ultimo supplicio, sed lata prius sententia tamen, affecit. Plurisque reis etiam capitis, accusatione tamen cessante, non solum vitam concessit, sed etiam multam pœnamque fiscalem remisit.

EE ij

De fortitudine eius contra hostes.

ADVERSUS hostes animum fortem & inuictum, & in omnibus periculis admirabilem fortitudinem semper exhibuit. In expeditione enim Neapolitana fratrem Alphosum secutus, quum in Ligustico mari fratres eius & reliqui totius classis duces ab hostibus ob eorum nauium magnitudinem multitudinemque caperentur, solus ipse hostes acerrime præliantes, a sua nauis ingressu, milites suos hortatus & fortissime pugnans, prohibuit: nec eius nauim capere hostes, nisi ei & suis omnibus oblata libertate, potuerunt. Cæsaraugustæ quum & Henrici Castellæ Regis legati ei bellum indixissent, si Stellam & alia Nauarræ oppida, quorum census Rex Henricus pro pecuniis quas Carolo Vianæ Principi mutuauerat, sibi debere dicebat, restituere noller, se nihil Henrico debere legatis eius respōdit. Eodem tempore Ludouici quoque Regis Gallorum legati venientes, ab eo similia & eadē conditione petiuerunt, quibus & ipse eodē modo respōdit. Quum autē eius equites ei, qua fiducia duos potētissimos principes contra se venturos expectaret, dixissent, Multo minus, inquit, equites, hostes præsentēs quā absentes timēdi sunt.

De cultu Christianæ religionis & celebratione festorum & solemnium dierum.

CHRISTIANÆ religionis & catholicæ fidei festorumque dierum cultor semper diligentissimus extitit. Quotidie namque rebus diuinis & sacris officiis interfuit, omnium sanctorum dies festos, quū pridie deuote casteq; ieiunasset, summa veneratione celebravit. Die vero quo Christi natalis recolitur, humanæ salutis gratia, magnaque lætitia affectus, quotannis post nocturnas ceremonias & solennes celebrationes, omnes domesticos & complures etiam familiares conuiuari consuevit. Sed virginis Dei genitricis cui deuotissimus erat, omnia festa præcipue vigilatiusque colebat. Denique quadragesimas omniumque sanctorum vigilias, ab adulescentia & vigesimo suæ ætatis anno vsque ad septuagesimum, ieiunio & abstinentia carnis obseruauit.

De studio & diligentia eius circa cultum diuinum.

CIRCA cultum diuinum diligentiorē & Christiani nominis studiosiorem fuisse permultis constat argumentis. Quippe qui multorum sanctorum festa quæ negligentius colebantur, venerari multo solennius, diligentius & obseruari, indictis præconio pœnis contrarium facientibus, iussit. Mauros qui suæ ditionis erant, Mahometanum nomen inuocare vetuit, indignissimum facinus & maximum dedecus existimans, in terris Christianorum a perditissimis Mauris Mahometæ hominis improbissimi nomen tanquam Dei numen inuocari. Hac igitur inuocatione dimissa, statuit, ut quum Mauri conuocandi essent, vel tuba, vel tympano, vel buccina vocarentur. Item statuit ut die corporis Christi dum corpus Domini per vicus, ut fieri solet, deferretur, si quis vel Iudæus vel Maurus conspiceretur qui non statim detecto capite genua in terram defleceret, in carcerem coniectus ab ecclesiastico censore muldaretur. Festum quoque de Mariæ virginis conceptione, sicut & alia eius festa, celebrari summa cum veneratione præcepit, & ne quis virginem in peccato originali fuisse conceptam neque publice neque priuatim dicere auderet. Instituit etiam ut sancti Georgii festum vigilanter magnaque veneratione coleretur, eiusque dies non secus ac dominicus obseruaretur.

De cura & ordinatione eius in litibus abbreviandis.

REVS diuinis & humanis quoque negociis consulere cupiens, ne litigantibus, ut plerumque fieri solet, vires & res temporis interuallis & iudicium negligentia deficerent, totum anni tempus in agendis causis & expediendis negociis omnibus liberum esse statuit. Conuocatis. n. consiliariis & iureconsultis quibus iura populis administranda commiserat, Omnes, inquit, principes qui populorum suorum commo-

commodis & honoribus consulunt, cunctisque iustitiam sine dispendio temporis administrant, magnum quidem Deo Optimo Maximo sacrificium offerunt. Statuimus igitur, ut quocumque tempore causas agere, litigantes audire, ius dicere, & sententiam ferre nostrorum regnorū iudices possint, exceptis tamen diebus quos in honorem Dei & virginis eius genitricis omniumque sanctorum reuerenter colli sacrosancta præcepit ecclesia. Hos enim nos & venerari diligenter volumus, & omnis operis & forensis actionis vacuos esse iubemus, & eadem præterea solennitate ut sancti Thomæ, Iuliani, Martini, Laurētii, Sebastiani, Christophori, Braulii, Antonii, Blasii, item sanctæ Annæ, Catherinæ, Luciæ, Apolloniæ, Engratiæ, & Sanctæ Crucis, & cuiuscumque nostræ ciuitatis & oppidi conceptiua festa sacraque quotannis celebrentur.

De legibus & institutis per eum editis.

LEGES & sanctiones vel quum gubernator esset Aragoniæ, vel quū postea rex, multas & quidem peritiles edidit. Cæterum hæc etsi lectoribus valde profutura cognosco, quoniam tamen in Aragonum libris quos Aragoes suos Foros appellant, plene omnia descripta sunt, a me tanquam non necessaria huic operi nostro prætermittenda putauimus. Ad eorum tamen lectionem omnes homines hortamur, eos præsertim qui principatus & regnorum curam gerunt. Inuenient enim multa que vel ad rectam sanctamque gubernationem, vel ad bene beateque viuendum poterunt imitari. Bonus quippe rex & humanarum diuinarumque rerum studiosus non solum bona cuncta & honesta præcepit, verum etiam mala omnia & illicita prohibuit. Homines enim Christianos qui cum aliquo scœnore pecuniam mutuasent, & omnes lenocinium faciētes, amissis bonis infames esse iussit, & tanquam latrones & nefarios homicidas exterminauit. Illud etiam non honestum minus quam vile constituit, ut ne quis lugubres vestes a tergo longiores per terram traheret, sed æquales & ad talos vsque duntaxat: qui vero longiores indueret, & vestes amitteret, & solidos sexaginta pauperibus erogandos persolueret: totidemque sartores qui contra statutum vestes longiores fecissent, damnauit.

De militia eius & bellis per eum gestis.

REX Nauarræ tyrunculus adhuc & admodum iuuenis, militiæ manus cum Alfonso fratre in expeditione Neapolis exercere cœpit, in cuius urbis oppugnatione longaque obsidione terra marique fortissimi ducis experimentum præbuit, & laborum tolerantiam admirabilem. Ad quam expeditionem cum ingenti classe magnoque hominum numero electorum non Hispaniæ solum, sed etiam Siciliæ & Italiæ, ex littore Barcinonis anno a natali Christiano millesimo quadringentesimo trigésimo, Kalendis Augusti profecti fuere. Cæterum de hoc bello quod in obsidione Neapolitana per annos viginti gestum est Alfonsi Regis imperio, mihi scribendum non est. Nam etsi belli huius gloria magnæque victoriæ laudes non minus ad Ioannem Regem Nauarræ & reliquos fratres qui fortissime dimicauerunt, quam ad Alfonso pertinere non ignoramus, quia tamen Alfonso dux & autor huius expeditionis fuit, scriptores totius belli victoriam gloriæque tribuerunt. De rebus enim gestis Alfonsi regis, de dictis & factis memorabilibus Laurentius Vallenis & Bartholomæus Faccius eleganti stilo copioseque scripserunt. Hoc igitur bellum non nostri operis esse existimantes, transimus ad alia quæ Rex Ioannes per se gessit.

De rebus in Hispaniam, & de rebus gestis in ea.

QVI post expugnatam captamque Neapolim cum Henrico fratre reuersus est in Hispaniam, vbi & Nauarræ suo regno, & Aragoniæ rogatu Regis Alfonsi præfuit. Hinc autem multis equitibus Aragoniæ comitatus & Henrico fratre, in Castellam ad Ioannem fratrem suum patruelem Castellæ Regem, eum visendi &

salutandi gratia profectus est. Cuius aduentus cum Aluaro Lunæ molestus esset, Aluarus idem causa fuit, ut inter utrumque Regem graues inimicitia, magnæ discordia, mortale odium, & intestina bella orerentur, quibus utrinque non solum damna malaque, sed etiam cædes & mortes crudelissimæ cõsequutæ fuere. Sed hæc quoniam scripta fuerunt ab aliis magnis voluminibus, ego, sicut alia cõsueui, breuiter attingam. Aluarus itaque qui Ioãni Castellæ Regi charissimus erat, & omnium rerum regiaque domus curam gerebat, timens ne sibi Rex Castellæ fratres suos patruales Aragoniæ principes anteponeret, homo pollens ingenio & oratione facundus, omnibus modis & artibus nitebatur, ne favore sui Regis & autoritate qua plurimum valebat, priuaretur, utrumque Regem commisit. Sic est enim humana
 10 conditio, sic sunt hominum mores, ut non modo superiores, sed ne pares quidem ferre possint. Quapropter Aluarus Luna suis cõsiliis Aragonem in Castellæ Regis inuidiam adduxit, & persuasionibus effecit, ut Rex Castellæ Regem Nauarræ & reliquos Aragonem apud se cõmorari nullo modo pateretur: propterea quod honori suo regiaque dignitati non solum non honestum, sed etiam periculosissimum esse dicebat. A quo Rex iam multis persuasus argumentis & rationibus, etsi eos sine causa dimittere non audebat, se tamen ad euntes vultu minus familiari, quam cõsueuerat, excipiebat. Quod quum Ioannes Rex Nauarræ, eiusque frater Henricus, & Almiratus Castellæ Federicus qui tunc honore & bellica virtute omnes Hispaniæ primates anteibat, animaduertissent, nulloque modo tolerandum existimantes, sibi præter suos affines & propinquos qui plurimum poterant, alios etiam complures Castellæ magnates quibus Aluarus inuisus erat, adiunxerunt. Qui cum omnes vnum in locum conuenissent, statuerunt, ut Aluarum Lunam vel Regis Castellæ consuetudine colloquioque priuarent, vel si id facere non possent, quocumque modo de medio tollerent. Itaque Regem Castellæ simul ad euntes, ut eum dimitteret, a suaque regia summouerent, efflagitarunt. Quod si faceret, mirum in modum omnium tam Castellanorum, quam Aragonum nobilium quibus ille detrahebat, animos ad quæcumque vellet excitaret, semperque paratissimos haberet: sin autem facere nollit, & illum apud se tot nobilibus inuitis habere vellet, se quidem honorem & dignitatem suam non neglecturos esse dixerunt. Quibus Rex
 20 Castellæ qui Aluarum plurimum diligebat, ad hunc modum respondit: Bonorum principum moris esse, ut familiares & amicos qui bene fideliterque seruiissent, non inhoneste dimitterent, sed honorifice retinerent, non officiis & dignitate priuarent, sed commodis & honoribus augerent: idque omnes Castellæ Reges facere consueuissent. Quod igitur iniuste petebant, dixit se minime facturum, propterea quod Aluarum Lunam qui ei liberaliter & studiose plurimum annorum labores impenderat, honeste & sine causa turpiter eiicere non posset. Se præterea non ad aliorum præscriptum, sed ad suam voluntatem dixit esse victurum, ac si quid in Aluarum Lunam molirentur, illius quidem salutem & honorem sibi magnæ curæ fore significauit. Quibus verbis illorum indignantes animos a se multo quidem magis alienauit, & præcipue Ioannis Nauarræ Regis & eius fratris Hærici, qui quum
 30 Regis Castellæ fratres patruales essent, Aluarum præpositum sibi ferre nullo modo poterant. Tunc itaque Rex Nauarræ iam discessurus, indignatione dissimulata, ac pene subridens ad fratrem Henricum & alios qui cum eo venerant conuersus, Opime, inquit, equites, Rex Castellæ frater meus patruelis locutus est. Nã quod ipse pro nostra dignitate non fecerit, nos quidem ipsi qui nobis deesse non possumus, multo melius faciemus. Cũ suo igitur Aluaro permaneat, eiusque voluntati, ut solet, morem gerat. Hæc cum dixisset, statim discessit. Quem frater Henricus & frater Federicus ceterique proceres qui cum eo venerant, Castellanorum Rege pene solo relicto, consecuti fuere. Cæterum post hoc colloquium quo
 40 Regis utriusque voluntas patefacta est, Aluarus Luna sibi valde timere cœpit & diligenter cauere, qui nusquam, nisi vel simul cum Castellæ Rege, vel armatorum manu septus vsquam progrediebatur, singulisque noctibus apud se custodes & vigilantes armatos habebat. Quæ quidem res multo magis animos Aragonum irritauit, multorumque malorum initium fuit. Nam etsi Aluarus tuæ di se potius quam alios offendendi

offendendi causa secum milites ducebat armatos, eum tamen plures inimicis quos meruebat, minari existimabant. Hinc igitur inter Castellanos & Aragonem & utriusque Regis equites & familiares contentiones cœpæ fuerunt, hinc (ut supra diximus) magni totius Hispaniæ tumultus, & inter Hispanos Reges intestina bella orta sunt. Nam qui primum certare verbis & aduersarios laceßere cœperat, quum deinde ab illis in se dici quod nolebãt audiuißent, irascẽtes ad manus & arma deuenierunt. Hi quum sui Regis causam & honorem defenderent, ipsos etiam Reges ad bellum gerendum concitarunt, qui perturbatis animis & iam fraterni nominis & propinquitatis obliuio, diutius hostiliter dimicauerunt. Commemorare possem quod
 10 & quibus in locis sequissima prælia gesserent, quæ quidẽ eo crudeliora fuerunt, quod inter duos Reges fratres patruales & inter equites affines, cognatos & propinquos gesta sunt, & in quibus apud Methymnam Ioannes Castellanorum Rex, Aluarus Luna fugiente, a Rege Nauarræ captus est. Aliis deinde præliis multorum nobilium Regis utriusque non solum captiuitates, verum etiam crudelissimæ cædes & indignissimæ mortes cõsecutæ fuere. Cuius belli permultos varioque casus, & omnia quæ utriusque Regi grauius acciderunt, ego consulo transeo, tanquam minime necessaria, propterea quod ab aliis scriptoribus qui Ioannis Regis Castellæ vitam memoriæ prodiderunt, longa quidem historiæ serie iam pridem edita perlegi. Multis igitur omisissis certaminibus quibus Ioannes Castellanorum Rex
 20 mirum in modum fuit oppressus, ultimo demum magnoque prælio quod apud Olimetum oppidum gestum est, Aragonem a Castellanorum multitudine profligati fuere. Quo prælio præter alios Aragonem vulneratos & interfectos, etiam Henricus Nauarræ Regis frater, ut superius diximus, in læua manu lethale vulnus accepit: qui etsi nimio dolore vulneris conficiebatur, militibus tamen qui superati diffugerant, ad sua signa reuocatis, prælium redintegrare volebat, nisi eum Rex eius frater qui numerosam hostium multitudinem conspexerat, retinisset, & in tutiorem locum cum omnibus copiis adduxisset. Postero autem die quum vix Henricus dolori vulneris resisteret, & vitæ suæ anceps esset, Regem fratrem suum deprecatus est, ut in Aragoniam cum exercitu proficiscerentur: quoniam si sibi mori
 30 endum esset, multo quidem maiorem dolorem spiritus eius sentiret, si fratrem quem vehementer amabat, apud hostes & in alieno regno relinqueret. Cuius desiderio Rex morem gerere cupiens, Aragoniam versus eodem die cum omnibus instructis copiis discessit, & paucis diebus in oppidum Bilbilim quod Calataiutum vocant Aragonem, peruenerunt, ubi Henricus vulneris dolore cõfectus a vita discessit. Cuius obitus & Regis & omnium Aragonum mentes mirum in modum consternauit. Fuerat enim Henricus multis magnisque cum corporis, tum etiam animi virtutibus insignis, nec humanitate & clementia minus, quam generositate & excellẽtia clarus, in militaribus officiis æque consilio ac fortitudine pollens, moribus elegans, consuetudine facilis, ingenio perspicax, liberalitate splendidus, pietate benignus, diuinarum rerum & Christianæ religionis diligentissimus cultor:
 40 & in quo denique vno magno & spectato viro nimirum paternas omnes virtutes agnoscere facile poterat. Pudet igitur me tantum virum tanta virtute præditum, tantoque naturæ munere præstantem tam breui sermone referre. De cuius profecto virtutibus eximiis & rebus præclare magnificeque gestis non parua confici posset historia. Nam si quæ vel in Hispania, vel in Italia fortissime gessit, & quam laudem vel gloriam bello gerendo fuerit assecutus, delibare velim, longe quidem ab instituto meo digressus videri potero. Quapropter quæ de rebus eius gestis & meritis laudibus dicenda iure fuerant, silentio transeo, si prius eum dixero fere cunctis tam Hispanis quam Italis quam charissimum fuisse. Ideoque funus eius
 50 ab omnibus Aragoniæ & Siciliae populis, atque Castellanorum plurimis, summo mœrore multisque lachrymis celebratum est, sed ab illis præcipue nobilibus, a quibus non minori fletu quam pompa funerabatur. Ioannes vero Rex multis qui eum diligenter consolari conabantur, flendum esse respondit, se nanque non fratrem, sed vitæ suæ lumen, ac se ipsum potius perdidisse dicebat. Ille autem etsi dolore vulneris intolerabili torquebatur, patientia tamen admirabili summaque
 EE iij

constantia gemitum supprimebat, ne Regem qui prope eum lachrymabundus recumbebat, grauius afficeret. Defuncti corpus peractis exequiis in Populeti tēplum delatum est.

LVCII MARINEI SICVLI

LI DE REBUS HISPANIAE

LIBER XIII.

10

De bello quod cum Carolo filio gessit, & cum populis Barcinonae principatus.



VERSUS in Aragoniā, vt supra demonstrauius, & Henrici celebratis exequiis, cum in ciuitate Calataiuti conuentus ageret, populisque iura petentibus redderet, accepit, quod sibi praeter opinionem accidit, in Nauarra magnos tumultus & factiones esse duas: alteram scilicet Agramontanorum, qui Ioannam Reginam: & Lusitanorum alteram, qui Carolum Vianae principem sequebantur. Carolus enim cum Reginam quae Nauarrae regno voluntate Regis praerant, quod regnum materno iure hereditarium sibi deberi consultus & persuasus a multis crediderat, non aequis oculis intueretur (nā sibi magnum certamen parat, quisquis inducit filio nouerem) & more cupiditatis humanae regni Nauarrae imperio captus, omnium Lusitanorum quibus charissimus erat, coniurationem fecit, vt expulsa Regina Regem quoque a Nauarrae finibus inhiherent. Ceterum de hoc bello quod ego iustu Ferdinandi Regis scripturus sum, prius Hispano sermone scripserant equites duo: Gonfalus scilicet ab Auila cognominatus, & Ioannes Rochabertinus qui Castellanus Ampostae dicebatur, qui Regis castra sequebantur, & omnibus praesiliis ceterisque rebus interfuerunt. Quorum scripta vulgaria quasi commētaria mihi tradi iussit Rex Ferdināndus, quae partim ad verbum, partim ad sensum Latinitate donabo. Huius vero belli praecipuam causam primumque morum alii aliter ortum fuisse referunt. Ego autem quod ceteri senserint, aliorum iudicio relinquēs, tantorum malorum causam fuisse arbitror inconstantiam varietatemque fortunae. Quae cum Barcinonae ciuibus & cunctis eius prouinciāe populis maximos honores & opes amplissimas inuidisset, primum quosdam Nauarrae populos, & deinde Barcinonae principatus fere omnes in suum armauit exitium, filiumque contra patrem stimulauit. Quod, vt vnde digressus sum reuertar, cum Agramontani qui Regem vel absentem maxime colebant, sensissent, subito sese contra Lusitanos armarunt, & Reginam quae Stella commorabatur, enixissime defenderūt, Regemque per literas & nuncios hac de re certiore statim fecere. Qui comonitus de Reginae periculo, confestim qui aderant conuocatis equitibus, illo profectus est, multosque Nauarrae populos inuenit in armis esse. Ceterum monere nos hic locus & ratio videtur, vt qui Lusitani sint & Agramontani, propter absentes dicamus. Omnes igitur fere Nauarrae nobiles diuisi sunt in partes duas, quarum alii Lusam, alii Agramontem oppidum possident. Hi propter & oppidorum propinquitatem (spacio enim trium millium inter se distāt, & quae inter alia oppida duo sita sunt, alterum nomine sancti Ioannis Pedis portus, & alterum sancti Pelagii) & propter verus odium maiorū suorum, inter se fere semper armis & bellis praesiliisque contendunt. Ab Agramontem itaque Agramontani, & a Lusa Lusitani dicuntur. Haec autem & ad rem cognoscendam, & ad tollendam ambiguitatem scribenda perneceffarium fuisse duximus, ne quis hoc loco Lusitanos a Lusitania prouincia dictos forte putaret. Rex autem, vt ad inceptum redeamus, in Nauarram ingressus, cum Agramontanis apud Stellam (quae distat a Pompilone ciuitate Nauarrae primaria viginti millia passuum) se coniunxit, & ad Carolum legatos misit qui eum monerent, vt ab incepto tam

tam turpi falsoque desisteret, neque stultis Lusitanorum consiliis suam salutem & honorem crederet, quibus commotus tam vile nefas, tam execrabile scelus commisisset. Nam monstri quidem perfimile ducitur, si filius patrem, non dicam offenderit, sed offendere cogitauerit. Quod facinus indignissimum a se principe Christianissimo commissum eo foedius omnibus grauiusque videretur, quod ne Barbaris quidem vnquam & infidelibus accidisset. Quare ne comitteret, vt tam impium tamque immane sibi nomē obiici iure possit, ne Gallorum atque Aragonum Regum Christianissimorum genus huiusmodi turpitudine tantoque dedecore pollueret. Patrem ad filium legatos misisse, non quidem quod ab eo aliquid sibi periculum metueret, sed vt filius magnam infamiam fugeret. Quod si suū peractus errorem faceret, statim paternam gratiam & amorem in perpetuū facile recuperaret: sin autem in eo quod cepisset perseueraret, & inimicorum potius quā paterna cōsilia sequeretur, satis certo sciret se vel patri, vel Deo graues poenas esse daturum. Quod si sibi sua culpa prauisque consiliis acciderit, multo quidem grauius laturus esset: quod etiam effugere facile poterat, si patri, si rationi parere voluisset, propterea quod sibi vt cōsuleret, a patre pie sancteque monitus fueratque rogatus. Ne igitur & sibi & patri causa doloris esse velit. Eī nāque si mali quid accideret, maiorem Regi propter amorem paternum dolorem fore, quam sibi dixerunt. Haec cum audisset Carolus, et si ratione & oratione commotus errorem suū cognouit, eumque conatus & cepti statim poenituit, a Lusitanis tamen quibus cum coniurauerat, qua coniuratione sibi periculum a Rege metuebāt, ne desisteret ab incepto iam persuasus, se patris gratiam & auctoritatem plurimi facere respōdit, eiusque voluntati morem gerere paratissimum esse, iussaque & imperata omnia libentissime facturum, si tamen ab eo Nauarrae regni quod post suae matris obitum ad se iure pertinebat, sibi possessio relinquatur. Non decere patrem, filium quem amat, suo iure priuare: neque filium patri a quo suo regno spoliatur, obsequium praestare: neque vel indignum vel iniquum cuiquam videri debere, si quis sua regna vel alia bona defendat, vel ab iniuste possidentibus reposcat, quem aequius est credere deum hominesque iuuare. Quod si filium quod suū est a patre petere turpe videtur, patrem quidem rem filii contra ius fatque possidere neque honestum neque laudabile esse. Si autem patri filii sui rebus vti licet, & filius patrem suarum rerum vsu priuare non debet. vtatur regni nostri Nauarrae populis pater si velit, sed tanquam meis, non autem pro suis. Quod si me populisque meis inuitis alienum regnum possidere & vsurpare voluerit, ei referre & affirmare poteritis, nos regnū nostrum vel armis habituros, vel cum eo vitam simul amifuros. His cum responsis legatis ad Regem reuertentibus, Carolus omnes Nauarrae populos & equites nobiliores quorum erga se fidem & beneuolentiam multis in rebus cognouerat, ad se statim vndique conuocauit, & in armis esse iussit. His de rebus atque discordiis Henricus Castellae Rex certior factus, & iniuriarum quas ab Aragonum Rege superioribus diebus acceperat non oblitus, in auxilium Caroli cum equitum septem millibus venit, quibus Rex priusquam se cum Caroli copiis coniungeret, cum multis Aragonum equitibus occurrit. Quibus cum apud Vianam, quod est vltimum Nauarrae oppidum Castellam versus, praesilio committēs, omnes in fugā conuertit: quo tamen praesilio plures vtriusque partis equites periere. Rex autem, Castellanos copiis fufis & profligatis, Vianae, si forte redirent hostes, firmissimum praesidium relinquens (hac enim iter est in Nauarram) reuersus ad Carolum, multa post praesilia quae apud Stellam, Pompilonem, Olitum, & Ilumberrum gesta fuere, eum tandem apud Ayuarum montem, qui locus distat a Stella decem & octo millia passuum, praesilio vicit, & manu captum & incolumem in Monroi castello custodiendū reliquit: quem tamen paucos post dies amore paterno & clementia commotus a carceris custodia liberauit. Ceterum ne contra eum filius aliquid in posterum auderet, Ludouicum Beamontium eiusque quinque filios in septennium obsides accepit. Erat autem Ludouicus Lusitanae factionis fere princeps, & Nauarrae Comestabilis, atque Carolo ex genere materno sanguine coniunctus. A Regibus enim Gallorum genus & originem ducebat, habuitque filios omni

virtutum genere præclaros, Carolum, Tiuautum, Henricum, Philippum, & Ioannem qui nunc Nauarræ Comes stabilis est, & Leonoram Ioannis Regis Aragonum filiam habet uxorem, nostraque tempestate cum liberalitate cæterisque multis virtutibus, tum vero animi fortitudine & militari excellentia prælioque gerendo quam maxime pollet, & a Ferdinando Rege nostro Christianissimo & propter affinitatem (eius enim sororem Ioannis Aragonum Regis filiam, ut paulo superius ostendimus, in matrimonium accepit) & etiam propter suas excellentes multasque virtutes maxime diligitur. Hi autem quamuis pro Caroli liberatione manerent apud Regem, Carolus tamen cuius animus regnandi cupiditate semel incensus quiescere non poterat, nulla eorum ratione habita patri rursus bellum intulit, ac post multas pugnas demum apud Stellam suorum aliis occisis, pluribus captis, pene solus aufugit, ac plane deterritus & patris iram non iniustam & animaduersionem timens, Neapolim ad Alphōsum patrum Neapolitanorum Regem discessit. Quem rex Alphonsus etsi magnifice primum ac honorifice suscepit, mox tamē sui aduentus cognita causa, grauius inculcavit, quod patre viuente regnum affectasset, quod ei a quo genitus fuerat, inferre bellum ausus fuisset. Cūque eum patri reconciliare, paceque coniungere conaretur, nondum perfecta re, nec sine multorum iactura omniumque Christianorum lachrymis a vita discessit. Quo mortuo Carolus Neapolis regnū ab omnibus fere populis oblatum sibi non sine magno virtutis exemplo recusavit, pauloque post propter ingentes Italiae tumultus multasque seditiones quæ post Alphonsi Regis obitum mouebantur, in Siciliam traiecit, ubi summa veneratione & ingenti omnium Siculorum lætitia atque apparatu pene regali receptus est. Pro cuius aduentu patriſque regnorum acceptione, ad quem Alphōso fratre mortuo Aragoniæ Siciliaeque regnum iure deuenerat, per omnes fere Siciliae populos multis diebus ludi magnifici & spectacula varii generis edita & celebrata fuere. Deinde autem Carolus aliquandiu commoratus in Sicilia, se quidem Siculis omnibus indies multo chariorem faciebat. Tanta enim erat huius principis modestia, tanta morum elegantia & vitæ integritas, tanta liberalitas, tanta denique humanitas, ut nihil quidem quod ad recte sancteque viuendum & ad verum perfectumque principem pertineret, in eo desiderari potuerit: adeo ut nō modo summæ probitatis & omnis virtutis nomen sibi vëdicauerit, sed magnæ quoque sanctitatis exemplum haberetur. Quam ob rem non immerito quidem a Siculis omnibus & Italiae populis, Neapolitanis præsertim apud quos fuerat aliquot dies, non ut princeps solum, sed etiam tanquam numen ingenti veneratione colebatur. Qui legatis e Sicilia missis ad Regem, ut ei reconciliaretur, tandem cum per eos se in gratiam patris rediisse cognouit, multis Siciliae magnatibus comitatus in Hispaniam reuersus est, & Regis manus & pedes osculatus, Lufetanos omnesque Nauarræ populos qui ad eum defecerant, in patris obsequium redire coegit. Quare non parua lætitia Rex affectus ob reditum filii quem plurimum diligebat, Barcinonæ ubi tunc erant, magnos ac diuersos ludos ingenti pompa & apparatu magnisque sumptibus edidit, vrbe iam plena tum ciuibus & his qui Regem sequebantur, tum etiam totius prouinciæ maxima hominū multitudine, qui vel principis aduentu, vel fama quoque ludorum vndique conuenerant. Verum enim uero fortuna semper inconstans, cuius officium est gaudiis humanis & felicitatibus inuidere, & alta deprimere, & Regis ocio & honoribus & Barcinonæ opulentissimæ ciuitatis opibus inuidens, sicut olim Romanorum potentiam immensam dominamque terrarum per focerum ac generū ciuilibus bellis atque intestinis & armis illicitis attriuit, sic etiam, ut Barcinonæ vires & opes ingentes frangeret, filium contra patrem sæpius incitauit. Carolus namque peractis iam & celebratis spectaculis cum & omnium ciuium atque aliorum populorū animos erga se pro nos sibi que maxime deditos cognouisset, & superiorem pati durum & indignum secum existimauisset, paterni amoris & honoris penitus oblitus (tantum enim dominandi cupiditas potest) tertio iam contra eum experiri fortunam decreuit. Clā igitur omnes quibus plurimum confidebat, cum se adirent, sui consilii indignique perpetrandi facinoris participes fecit. Nonnulli etiam quibus bellum pace gratius

erat,

erat, gladioque magis quam honesto labore gaudebant victumque querebant, eū magis quotidie sollicitare. Ad eum præterea accedebant omnes qui scelera suorum conscientia vexabantur. Plures denique eo animo principem cum Rege armis contendere cupiebant, ut extincto Rege principem quoque de medio tollerent, omnique dominatu liberi essent. Laborabat enim fortuna, Barcinonæ omnino delere felicitatem, superbiamque deprimere, cuius opes & res admodū secunde per orbem terrarum mirabiles atque inuidiosæ nimium ferebantur. Erat enim ciuitas illustrissima, principibus, equitibus nobilissima, omnibus rebus quæ ad viuendi usum pertinent, ditissima, omnium fere ciuitatum terra marique potentissima, multis magnisque rebus domi forisque gestis clarissima, adeo ut eius nomen atque potentia non immerito Hispaniæ, Galliarum, Africae, cæterarumque nationum principibus timori vel maximo fuerit. Florebat enim non solum maximis opibus ac diuitiis, sed etiam plurimorum virorum prudentia singulari, optimis moribus & institutis. Ciues omnes in administranda republica atque ad augenda quasi veterum Romanorum ordinem moremque sequebantur, qui nihil unquam nimis, sed omnia tam publica quam priuata pro modo rationeque faciebant. Non igitur illorum diuitias resque familiares vllæ discordiæ, non lites, non iudicia, non iurgia, non seditiones, ut in plærisque sit, minuebant: quippe qui ratione potius naturaque quam legibus viuere malebant. Nobiles armis & equis officiiſque militaribus studebant, hisque sese exercebant, & aduersus hostes feroces erant. Mercatores honestissime commercia tractabant, in quibus exercendis non tam quæstus audi, quam veri, fideles, ac liberales erant. Sacerdotes & omnes qui rerum sacrarum curam gerebant, pie sancteque semper viuabant, summaque veneratione atque timore diuino cultui sacrisque rebus incumbere. Reliqui ciues cuiusque ætatis aut liberalibus, aut mechanicis artibus, quibus erat cultissima ciuitas, operam dare. In qua nemo circūforaneus, id est desidiosus & inanis erat, sed honesta alii alia negocia exercere. Itaque nemo malus, nemoque pauper, sed optimus quisque erat atque ditissimus. Hac fama ciuitatis non ex Hispania tota solum, sed ex aliis quoque multis nationibus homines huc vndique quotidie conueniebant, ciuitatemque libenter incolentes indies maiorem ditioemque faciebant. Hinc præterea multæ ciuitates ordinem moremque viuendi sanctissimum, hinc exempla Reip. gubernandæ pulcherrima, hinc cæteras bonas artes imitabantur. De cōditore tamen eius affirmare nihil ausim, siquidē omnium qui de ea scripserunt, de autore incerta opinio est. Nā quod nonnulli de Barca nona pueriliter fabulatur, ego quidē non minus falsum, quam ridiculū existimo. Cæterū fuit olim situ ciuitas admodū parua, & a litore maris vno fere stadio remota: pulchra tamen ædificiis, & altis tota mœnibus clausa. fuerunt & ciuitatis portæ numero quatuor, in totidē mundi partes vergentes, æquo fere omnes inter se spacio distantes, quæ adhuc extant, & in ipsius pene ciuitatis umbilico visuntur. Postea vero crescēte hominū multitudine bis vndique magnificis ædibus & cōspicuis sanctorum templis aucta, bis etiam præualidis muris superbisque turribus cincta est. Quæ quidem etsi magnitudine nonnullis vrbus cedit, ædificiorum tamen elegantia, littoris amœnitate, viarū munditie, vicorum rectitudine, æqualitate domorū, amœnissimis hortis quos variis arboribus & nonnullis palmis quæque domus cultissimos habet, forma denique rerum omnium & excellenti pulchritudine, meo quidem iudicio, cui absit inuidia, cunctis profecto ciuitatibus est anteposenda. Plura præterea de hac ciuitate memoratu digna narrare possemus, quæ ne longius ab incepto discedamus, omittimus. Redeo igitur ad Carolum, qui Barcinonensium consiliis & opibus fretus, tertio, sicuti supra demonstrauimus, aduersus Regem cui charissimus erat, fortunam voluit experiri. Cuius consilii Rex penitus ignarus, & a filio sibi cauendū nihil existimans, ex Barcinona Aragonem versus decedere statuit. Hinc itaque proficiscens ad delectus habendos, Aragones apud Fragam, quod oppidum est Aragoniæ primum, situm apud Cingam fluuiū, & Gothalanos Ilerdam, quæ ciuitas est in ripa Sicoris amnis, ad diem certum conuenire iussit, & Ilerdam die tertio peruenit. Postero die quoque in ciuitatem Carolus nō bonis auspiciis ingressus est. Nam dum hic Rex com-

moratur, donec, ut imperauerat, Gothalanorum equites & omnes nobiles ad delectum conuenirent, quidam de eo suspiciones, quidam prauas cogitationes, nonnulli conatus etiam impios ad Regem detulere. Quæ cum Rex ab aliis diligenter quærens, vera esse reperisset, non sine magno dolore & animi motu filium in femoram ædium partem accersitum huiusmodi verbis alloquitur. Inter omnes patres, immo omnes mortales, neminem infœliciores vnquam fuisse credo, filiorum causa, Carole fili mi, quam ego sum: propterea quod te talem filium genui, quem me genuisse pœniteat, & de quo vel inuitus vltimum sumere supplicium non humano solum, sed diuino quoque iure compellar. Tua enim superbia, tua crudelitate, nostra clementia, nostra pietas, nostra patientia victa est: sola iustitia nobis vtendum. Nam dum mea lenitas, dum amor paternus tuis peccatis & erroribus veniam tribuit, & indigno tibi vitam concessit, cum tam impie sæpius deliquisses, me quidem iniustitiæ nomen subire coegit, tibi que ad peccandum multo maiorem præbuit audaciam. Et dum timui vulgi sermones, dū odiū multitudinis vitare conatus sum, si de te, supplicium vel iustissime sumpsissem, te longe deteriore ego feci. Ideoque dum tuæ salutis rationem habere volui, tu me tanquam inimicum acerrimum omnibus modis perdere tentasti. Quam ob rem quid me nūc in te statuere oporteat, qua pœna tua crimina plecti debeāt, quod te subire supplicium pro tuis ausis æquum sit, diuina quidem & humana nos exempla cōmonent. Scimus enim angelum qui superbia tumescēs, in Aquilone sibi statuere sedem, & suo creatori similem se facere cogitauerat, Dei iustitia de cœlo fuisse deiectum. Multos præterea mortales fuisse legimus viros etiam sanctissimos, qui iubente lege de propriis filiis cum deliquissent, vltimum sumpserunt supplicium. Quod si Deus omnipotens, in quem passio cadere nulla potest, ut iustitiæ suæque voluntatis nobis præberet exemplum, ingrati tudinis & superbiæ crimē impunitum esse noluit, superboque de sede deposuit: si multi quoque parentes humanæ virtutis amore iustitiæque commoti, pro causis alienis in filios suos animaduertunt, quod ego te dignum supplicium inueniam, si me qui in te educando & boni patris, piæ quoque matris officio functus sum, tua immanitate nō modo de regno meo expellere, verum etiam vita spoliare sæpe conatus es? Tantum ne apud te regnādi cupidō, tantum inimicorum nostrorum sceleratissima cōsilia potuere, vt patris animam gladio perdere nullo Dei timore, nullo hominum iudicio, nulla impeditus verecundia tantopere laboraueris? O infœlicem illum semper & infaustum diem quo te genui! Alii enim principes alique patres omnes ad suam custodiam, ad suæ vitæ securitatem, ad suam gloriam filios progenere, quorū virtute, quorum laudibus, quorum rebus honeste magnificeque gestis magnopere perpetuoque gauderēt: me vero solum in orbe terrarum, nescio quo fato, filius meus in fidiis, odio, coniuurationibus, armis præliisque cōtinuo persequitur. Quod si vel ego tuis oculis tam inuisus fui, si te dominandi cupiditas tantopere vexabat, nonne tempus vel breuissimum expectare potuisti? nonne patris ætas iam præcipitata qui annum quintum & sexagesimum agebat, monere te debebat, ne paucorum annorum impatientia tantum nefas, tantum scelus, tantum dedecus admitteres? Ego nanque quæcunque mihi Deus nostrique maiores habenda & gubernanda tradiderunt, eodem Deo & natura iubente cum vita ipsa relicturus sum. Moriens enim mecum ferre non possum. Nec quenquam habebam præter te, ad quem nostra bona omnia hereditario iure pertinerent. Tu autem siue tuis siue aliorum consiliis deceptus, non solum regna paterna & maiorum nostrorum principatus, sed nostrā quoque gratiam in perpetuum amisisti, teque omni supplicio, iudicio omnium, dignum fecisti. Quapropter si quid in te grauius a nobis statutum fuerit, nemo quidem sine iustissima causa, nemo sine ratione factum cognoscat. Hæc locutus Rex, qui Carolum custodirent, & illius domus vbi tunc erat, exitu prohiberent, vocauit, adhibitisque custodibus eum respondere volentem reliquit, ac inde paulo digressus lachrymas & gemitus continere non potuit, tantum paterna pietate mouebatur. Carolus autem patris sententiam & indignationem timēs, quæ sibi mortem minabatur, multis profusus lachrymis & oppressus, maxima verecundia oculos attollēs & sursum aspiciens,

aspiciens, quasi Dei clementiam imploraturus, Væ, inquit, mihi misero, si neque clementiæ neque misericordiæ spes vlla relicta est. Quæ res vbi innotescere cepit, non paruo quidem dolore atque tristitia omnes affecit. Omnes enim tum regis domus equites, tum ciues tota nocte non sine gemitu casus huiusmodi magnum malum summumque dolorem allaturos querebantur. Præterea magnus erat in tota ciuitate tumultus. Omnes enim Ilerdæ ciues desiderabant Carolum e carceris custodia liberari. Captus fuit etiam cum eo Iohannes Beamontius, Ludouici quem supra memorauimus, frater. Hunc enim Carolus propter propinquitatem & assiduam fere consuetudinem plurimum diligebat, & eius consilium & autoritatem omnibus in rebus præcipue sequebatur. Hinc Rex cum Carolum Mirauetum sub custodibus mittere statuisset, multorum nobilium Aragoniæ precibus commotus, ad Iaffariam, quæ domus est apud Cæsaraugustam ciuitatem, missum custodire diligentissime iussit. Qua de re Gothalani certiores facti, qui res nouas & prauas belligerandi cogitationes animo conceperant, quo sibi libertatem vendicarent, ex totius prouinciæ nobilioribus legatos ad Regem quidem cum, qui scirent quam ob causam captus Carolus & in carcerem coniectus fuisset, statim miserunt. Hi cum Ilerdam ad Regem venissent, eorum quidam Petrus Vrreus Tarraconensis Archiepiscopus, qui vel eloquentia, vel dignitate cæteros antecederet, apud Regem orationem hanc habuisse fertur. Si leges & iustitia te cogunt, inuidiosissime Princeps, vt in Carolum filium tuum, ac potius in te ipsum grauius animaduertas, cum tu illum progenueris semperque plurimum dilexeris, nos tibi pro illius salute & incolumitate supplicare non necessarium ducimus. Nam etsi misericordia, pietate, & humanitate quam maxime mouemur, nos tamen ipsa ratio tuaque voluntas multo quidem magis conuincit. Præterea quis est tantum a ratione alienus, vt putet patrem pro filii vita qua nihil illi charius esse potest, aliorum precibus indigere? Quod tamen cum ita sit, summo quidem compulsi dolore causam scire desideramus, quæ res te de proprio tuo sanguine supplicium sumere coegit. Omnes enim non tui solum populi, verum etiam aliæ gentes quæ tuam clementiam & humanitatem non ignorant, non sine magno stupore admirantur, si nunc aliquid grauius in filium tuum statuendum censeas, cum cæteris delinquentibus ac inimicis, si nemo queratur, facillime parcere consueueris. Ea namque homines præcipue in magnam admirationem adducunt, quæ valde præter naturā fieri existimantur. Huc accedit, excellentissime Rex, quod sicuti quenquam sibi ipsi nocere difficile est, ita & post admissam culpā facile est suis erroribus ignoscere. Nos quem finem res hæc sit habitura, non possumus non magnopere timere. Mentis enim nostræ non nisi magnum dolorem affuturum nobis prædicant. Nec hæc tamen, quæ nos maxime cruciat, scire nobis licet, quæ nostræ huius infœlicitatis causa sit. Vna siquidem omnium voce clamatur, Carolum Vianæ principem ab omni culpa liberum esse. Præteritos enim errores omnes sciunt te filio tuo iam sponte remisisse. Quæ igitur nunc te causa mouerit, intelligere non possumus. Ad te itaque oratum venimus, clementissime Rex, vt & eius rei nos participes fieri velis, vt populis qui nos ad tuam Maiestatem miserunt, respondere & rationem reddere possimus, & Carolum ex te fuisse genitum memineris, & principatus tuos quos tibi maiores tui in pace tranquillissima reliquerunt, concordia prudentiaque conserues. Hæc cum dixisset Præsul, orationi suæ finem fecit. Cæterique legati flentes idem Regem deprecari silentium fecere. Quibus Rex pauca hæc verba respōdit. Nulla ira, nulla rerum præteritarum recordatione mouemur. Sed nuper quod in honorem nostrum atque salutem Carolum vester conatus est, nisi iusta animaduersione plectendum censeatur, me profecto non pium neque clementem, sed stultum potius ac demeritum iudicare omnes merito deberēt. Illum enim scimus rebus nouis studuisse, in patris perniciem plurimum vigilasse, falsa & iniqua regnandi dominandique cupiditate commotum, nostros me viuente principatus affectasse, nihil magis quam vitam patris odisse, cui nuper indignas tendebat insidias. Nulla enim te maiori dolore concutitur, quam propter patris fœlicitatem. Me namque vt opprimere deque medio tollere posset,

ab Henrico Castellæ Rege exercitus & auxilia petisse quis ignorat? Nihil denique non ausus est, nullo sceleris genere deterritus, ut nostram perderet senectutem. Ex quo & cogitare & intelligere possumus, aut illum diem sceleris non fuisse quo ex me conceptus est, aut bonum eius ingenium præter naturæ suæ bonitatem prauis aliorum consiliis fuisse conuictum. Quæ res multo quidem maiorem mihi affert quam cuiquam mortalium dolorem. Cogor enim iustas de filio vel inuitus exigere pœnas: cuius quidem supplicium nostram magis animam percutiet. Quod si pietas & amor paternus ignoscere filio velit, mihi tamen non licet. Illis enim veniam dari æquum est qui & imprudenter, & semel, & in re non magna deliquere, non autem eis qui scientes, qui pluries impia maximaque crimina committunt. Nam si quis, quod ei non liceat, semel commiserit in scitia, si quis etiam bis, excusari imprudentia potest: si quis vero tertio rediit ad crimen, aut demens est, aut obstinatus. Huic igitur si venia daretur, & impune peccare liceret, quæcunque mala committeret in posterum, non illi quidem, sed eis ascribenda viderentur qui eum vel punire vel prohibere poterant. Carolus itaque ea animaduersione pœnaque plectetur, ut cuiquam deinceps nocere non possit. Quia in re me iustissime statuisse viros bonos existimatos non dubito. Huic sententiæ legatis respondere non audentibus, Rex Fragam versus discessit, pauloque hic moratus Ilerdam reuersus est. Barcinonenses autem interim qui nouis rebus studentes magnos exercitus coegerant, & suæ ciuitatis imperio se potiri posse sibi falso persuaserant, sexaginta legatos cum aliis quindecim quos paulo ante memorauimus, ex potentissimis ciuitatis electos ad Regem miserunt. Ex quibus quendam virum Abbatem Ageræ hoc modo Regem allocutum ferunt. Illi principes, diuino & humano consensu, principatu populorumque suorum cultu & obsequio digni sunt, excellentissime Rex, qui & communes vilitates priuatis anteponunt, & in eo semper manent quod cum sui principatus populis fide & iureiurando statuere: ille autem qui omnia ad sua commoda, ad suam voluntatem metitur, & iusurandum fidemque violat, hic quidem & diuinam & humanam legem contemnens, sese & principatu & suorum obedientia manifeste facit indignum. Quod si ita est, quid nos facere debemus, si ius nostræ libertatis iustitiam clamat, si Vianæ principatus & omnestruorum regnorum populi non immerito Caroli nostri principis liberationem desiderant? Eadem fides & obseruantia quam tibi debemus, nos etiam illum defendere compellit. Quod ut faciamus, & ratio & fortuna ipsa nos vehementer hortantur, quæ non pedibus nos, sed alis perpetuo fouet, maximisque viribus excitat. Ideoque populorum motus & excitatos animos compefcere etsi vellemus, nobis tamen nullo modo liceret. Omnium mentes harum rerum infœlices euentus præfagire videntur. Quid enim boni ex tanto malo sperare licet? Fidem enim & obseruantiam quam tibi hætenus seruauimus & in perpetuum seruare iureiurando statuimus, si tua culpa semel amiseris, non facile quidem ad tuum reuocabis obsequium. Populi nanque qui iustam ob causam a suis principibus deficiunt, aut sero quidem ad eos, aut nunquam redire solent. In bellis opulentus & numero magnus exercitus, de paucis & omnium rerum penuria laborantibus facile victoriam consequitur. Duces nobis ac milites præter nostros auxiliares & stipendiarii non deerunt. Pecuniis enim quas bellorum neruos appellant, cæterisque rebus ad bellum gerendum necessariis abundamus. Vires iam & animos nostros, atque in re militari scientias, cum alii multi, tum vero Gallorum principes populique qui ferocissimi bellicosissimi que semper fuere, sunt experti. Qui olim cum magnos in Hispaniam duxissent exercitus, & Gerundam vsque peruenissent, quæ ciuitas prope centum & quinquaginta passuum millia Galliarum finibus distat, amisso Rege cum exercitu, per pauci quidem domum fugientes redierunt. Præterea nullæ gentes externæ, ne Hispanicæ quidem, nobis absque sua perniciose bellum intulere. Terra marique nostra plurimum valet ac timetur autoritas. Scimus enim nomen nostrum omnes formidare piratas. Ob rerum gestarum memoriam multasque nostras & insignes victorias Africæ quidem, & Europæ, atque Asiæ non paruo

paruo timori sumus. Hac etiam causa totius Hispaniæ principes gratiam & amicitiam nostram appetunt, colunt, & plurimi faciunt. Nostri maiores qui fortissimi iustissimi que fuere, non tam militum numero ac multitudine, quam virtute atque labore posteris imperium & rempublicam auctam reliquere. Omnes homines natura ad res magnas & amplissimos principatus aspirant, at tamen illi tantum sua vota consequuntur, & diutius parta tueri & conseruare solent, quos non temeritas, non praua regnandi cupiditas, non odiosa crudelitas, sed ratio, sed iuris ac virtutis amor, sed ipsa denique semper amabilis humanitas comitatur. Quod si ita est, quænam tibi tuorum regnorum spes habenda est? Quam ob rem noster erga te amor, fides, pietas & obseruantia, quæ tibi iure debentur a nobis, huiusmodi tempore nos Maiestatem tuam deprecaturum prope vere coegerunt, ut & salutem filii tui, & nostræ tuæque quieti atque honori mature consulas. Tum Rex conuersus ad proximos venerabili ac vere regia gravitate sic respondit. Quod ratio & iustitia monent, hoc facere statuimus. Nunquam enim, siue in nostris, siue in aliorum causis ac periculis sententiam laturos sumus, ab officio & ratione discedemus. Principes autem qui iustitiam exercent, & supplicii improbos afficiunt: & de bonis optime merentur, & hominum societatem conseruant, & Deum sibi tanquam maximis sacrificiis conciliant in perpetuum, propitiumque faciunt. Gloria autem & quicquid cum ea turpiter acquiritur, durable non est. Nos autem quod bonis clientibus ac populis in officio permanentibus præstare debemus, hoc quidem speramus a nobis neminem vnquam iuste desideraturum: quod nisi de fontibus etiam pœnas debitas exigerem, facere non possem. Præterea non est Ducis famam & victoriam quærentis, priusquam videantur pericula, timere, & illorum motus & defectionem sine causa sperare qui sibi semper fidelissimi fuerunt: qui tamen si temere tentare aliquid auderent, sibi pro sua dementia pœnas esse daturos. Hæc dum agebantur in aula, Rege veteri Gothalanorum fidei & amori plurimum confidente, illorum & magistratus & duces clam populis persuaserant, ut Rege capto, eius omnes consiliarios interficerent. Quod consilium & tam numerosæ multitudinis conspirationem, qui vel præmii spe, vel metu pœnæ ad Regem referret, nemo repertus est. Tantum enim rerum nouarum studium & belligerandi cupiditas omnium mentes inuaserat, tantusque furor principum oppresserat, ut non a Rege solum quem ardentissimo semper amore, & tanquam numen aliquod summa veneratione profecuti fuerant, verum etiam a seipsis alieni fuisse videri potuissent. Cæterum illis armiam capientibus, Rex per indicia rem cognoscens, suos clam in consilium conuocatos monuit, ut quid agendum foret, ex tempore consulere. Tum itaque Petrus Durreus hæc statim respondit. Vetus Gothalanorum fides, & virtus, atque amor erga suos principes (inquit) magnanime Rex, salutis & incolumitatis tuæ nobis spem certissimam pollicentur. Nos autem pro nostra pugnantibus omne periculum propellemus. Ideoque fortunæ cedendum non arbitror, ne forte hostibus mali futuri maiorem & optatam præbeamus occasionem. Hæc domus opportuna satis, & inexpugnabilis loci natura & ædificiorum munitione, certam nostræ salutis ostendit securitatem. Milites & multos & fortes habemus. Arma nobis non defunt. Bonorum omnium subsidia aduentura in auxilium nostrum dubitandum non est. Quicquid ergo hostes, si iam repugnare velint, facere decreuerint, expectandum censeo. Discedentes enim belli iam cæpti manifesta signa daremus. Abiitio præterea nostra fugæ persimilis omnibus videretur. Quæ res & regiam tuam autoritatem famamque minuere, & inimicorum audacem plurimum augere posset insaniam. Illi denique viri de suis hostibus victoriam consequuntur, qui se laboribus & periculis exponunt. Huic sententiæ cunctis assentientibus, Rex solus non acquieuit, qui diuino spiritu commouitus, Honorè, inquit, & salutem vestram, viri fortissimi, ego non secus ac vitam meam charam habeo. Ex duobus periculis quod magis obesse potest, hoc precare & effugere diligenter debemus. Scimus iam Gothalanos in armis esse. Qui si contra me belligerantes violata iam fide semel nos aggredi prælio cœperint, nisi penitus omni ratione careant, vitæ suæ spem omnem in nostra morte positam

esse putabunt. Hoc igitur evitare periculum prudentis ego, non autem timentis existimo. Facilius est enim apud populos honori consulere, quam fidem illorum per scelus amissam & voluntatem reconciliare. Quod si huiusmodi belli casus inuitabilis est, malo quidem hostibus in liberis occurrere campis, in quibus fortissimus quisque non sine spe suæ salutis pugnare & suis ut viribus possit, quam parietibus angustis inclusus cum paucis inermibus impetum armatæ multitudinis expectare, ubi nobis captiuorum more vel agnorum potius in cohorte clausorum pereundum esset, aliis aliorum mortem spectantibus. Hæc cum dixisset, de secunda vigilia equum ascendens, Bernardum Rocabertum cui plurimum confidebat, cum paucis armatis clam ciuitatis custodibus præmissum ad portam quæ prædicatorum dicitur, paruo comitatu subsecutus egressus est, ac nulla parte notis itinere intermisso, postero die Fragam, quæ distat ab Ilerda passuum fere millia viginti, peruenit. Nonnulli tamen cum cuniculis sub mœnibus actis egressum ferunt. De tertia autem vigilia & noctem paulo post mediam Franciscus Espila, Ioannes Agullon, & Graus Ceruellon præcipui coniurationis autores, & qui manus impias in regia sedare sanguine destinauerat, in Regis aulam venerunt. Vbi cum Regem non inuenissent, summa tristitia & dolore affecti, domum suam reuersi nouitate & magnitudine sceleris agitati, noctem totam insomnes transiere, magno tota ciuitate tumultu fluctuante. Quæ res summo dolore metuque legatos afficiebat. Perspiciebant enim viri prudentes nefarium hoc tanti sceleris initium, non nisi perniciosum & infelicem finem habiturum, timebantque ne quod insolentes homines ausi fuerant, Rex illorum consilio factum forte putaret. Die sequenti cum omnes cõurati magno cum exercitu Fragam proficisci statuisent, quorundam vti consiliiis hoc iter distulere: omnes tamen totius principatus populos in armis esse iusserunt, qui paucos post dies cum magnis copiis Ilerdam conuenere. Hic cum Regem Cæsaraugustam profectum accepissent, Fragam magnis itineribus contendunt, eamque ciuibus & magistratu consentientibus ingrediuntur. Sub idem tempus Regi nunciatum est, Castellæ Regem Henricum, pacis & amicitiae federe neglecto, in Aragonum fines cum magnis exercitibus aduentasse, magnumque equitum & peditum numerum ad oppugnandum Boriam misisse, quod oppidum distat a Cæsaraugusta passuum millia circiter triginta. Eodem tempore Valentini quoque Gothalanorum tumultu permoti, alii secreto, alii publice arma, equos, atque alia omnia quæ ad bellum gerendum necessaria videbantur, parare. Siculi præterea, Sardi, Baleares, & aliarum insularum populi omnes accipites, & in neutram partem declinantes, quid cæteri facerent, expectabant. Interim etiam Ludouicus Requiuentius qui Regi fidelissimus erat, Barcinonæ captus est, propterea quod Gothalanis quibus præerat, contra Regem conspirantibus assentiri noluerat. Et Lusitanis in Nauarra iterum bellum Agramontanis inferentibus, Hispania fere tota maximis perturbationibus vexabatur. Hic autem Rex prudentia singulari, ut & fortunæ conatibus occurreret, & populorum furores extingueret, Carolum statim e carcere liberauit. Quem Regina Barcinonam proficiscens usque ad Villam Francæ secum adduxit. Vbi Barcinonæ legati Reginam ab itinere prohibere, leges quasdam & conditiones petentes, quas non tam necessarias, neque tam iustas, quam ad culpam suam protegendam & excusandum errorem quem non leuem commiserant, excogitasse videbantur. Regina autem re non concessa (erat enim iniqua) Barcinonæ itinere dimisso Cæsaraugustam ad Regem reuersa est. Carolus autem Barcinonam profectus a ciuibus cæterisque prouinciæ populis, ut patri bellum inferret, assidue incitabatur. Quod cum audisset quidam Carolus Artheca cognominatus, Ilumberrum oppidum cui regio iussu diutius præfuerat, pro Carolo principe gubernare ac defendere cepit. Ad quem oppugnandum Alphonfus Aragonæus cum exercitu profectus, prope muros oppidi castra posuit. Cui Rex ut pro tempore opportunum mittere subsidium posset, cum Aragonum copiis Sangosam venit, quod oppidum abest ab eo passuum millibus octo. Cæterum cum hic Alphonfus Aragonæus propter eius in re militari præstantem & excellentem fortitudinem & rerum gestarum gloriam sit sæpius memorandus,

morandus, qui fuerit, hoc loco dicere per necessarium ducimus. Alioquin non dubito, omnes qui eius virtutes in rebus bellicis & præliis ab illo fortissime gestis legerint, illius genus & antecessores qui fuerunt scire desideraturos. Fuit itaque Regis Ioannis de quo scribimus, filius, non tamen ex legitimo matrimonio, & Villæ Formosæ Dux, qui paternam & omnium maiorum suorum in re militari prælioque gerendo virtutem non solum est imitatus & æquauit, sed longe quidem superauit. Quod & Rex ipse & Duces non Hispani solum, sed Galli quoque omnes vno ore prædicabant. Ego autem præter ea quæ ab eo gesta his commentariis scripturus sum, multa quoque alia commemorare possem, & quibus locis cum paucis equitibus magnas hostium copias fuderit, quot & quantas victorias præter omnium opinionem consecutus fuerit. A pueritia enim & teneris annis tanquam natus ad Martis opus se semper in armis exercuit. Nam & bellis quæ pater aduersus Reges Castellæ, & contra Gallos & Nauarræ populos atque Gothalanos reluctantes fortissime gessit, omnibus non interfuit solum, sed præfuit, & summam sibi laudem & gloriam comparauit: verum etiam deinde Ferdinandum Regem fratrem secutus aduersus Alphonsum Portugalliæ Regem & Mauros Granatenfes, famam Ducis & gloriam immortalē adeptus est. Vir fuit corpore magnus, sed animo multo maior, qui post multas & insignes victorias, denique in oppido Castellæ quod Linares appellant, vitam finiuit, reliquitque filium Alphosum qui sibi in Ducatū Villæ Formosæ successit. Reliquit & alios nothos multis virtutibus præclaros. Hoc igitur Alphonso filio & Ioanne Cæsaraugustæ Archiepiscopo altero filio, se non minus felicem Rex existimabat, quam reliquis quos ex legitimis nuptiis suscepit. Nam Ioannes quamuis religione magis quam re militari semper fuit occupatus, non paruum tamen laudem sibi gerendo prælio comparauit. Sed de his hæc pauca sufficiant. Nunc ad rem redeo. Carolus itaque Artheca cum se oppidum diutius defendere, non posse animaduertisset, ad Regem Castellæ legatum misit rogatum auxilium: quod nisi mature sibi succurrerit, se cum oppido in Regis Aragonum potestate venturum dicebat. Ad quæ Henricus, Aragonum Regi nocere desiderans, equites numero mille subsidio misit, quos Gonfaluū Saiauetram Alcantaræ ordinis militiae præfectum cum aliis copiis & Rhodoricum Marchenam subsequi iussit. Quod Rex cum animaduertisset, Duces & consiliarios omnes ad concilium conuocatos, quid agere deberet, statim consuluit. Tum Rhodoricus Rebolletus primus sententiā suam dixit. Etsi tuus exercitus virtute magnus est, fortissime Rex, numero tamē satis exiguus, adeo ut nisi diuino iuuetur auxilio, tantæ hostium multitudinis impetum sustinere nullo modo possit. Quare tuam salutem in tantum conferre discrimen, ego non fortitudinis esse, sed extremæ dementię iudicāre. Scimus enim Rex Castellæ quot armatorum millia conficere possit, Aragonum plures a te alienatos esse non ignoramus, Gothalanos in te refractarios ad tuam perniciem Principem Carolum incitasse nobis certissime constat. Hi si cum Castellano & aliorum copiis se forte coniuxerint, nobis quidem neque victoriæ, neque salutis nostræ vlla spes est. Nam quid paucis, quamuis fortibus, contra tot hostium millia sperare licet? Quod si viris fortibus & magnanimis pro virtute atque iustitia tuenda, pro honore vitæ profundere gloriosum videtur, nos tamen non nostra quidem, sed Reginæ, sed Ferdinandi filii tui causa, tuæ salutis habere rationem debemus. Nā si tibi, quod Deus auertat, grauius aliquid accideret, nobis iam victis, non dubium est quin veniret in hostium potestatem. Quare nec infelicius euenire nobis quidquam posset, nec contumeliosius. Hoc igitur tantum malum summumque dedecus ne nobis cõtingat, summo studio atque diligentia prospiciendum cauendumque est. Mea igitur sententia est, ut nos prælium committere & cum hostibus congregari & experiri fortunam permittas, teque tuto in loco contineas. Omnis enim & Reginæ & Ferdinandi filii tui, omniumque tuorum salus in tua ipsius salute posita est. Tu itaque dum fueris incolumis, vbi cumque fueris, etsi nos peiores fortunæ casus sequantur, nunquam tamen de nostra salute desperabimus. Huius opinioni Martinus Lanucius non assentiens, hoc modo locutus est. Ego Regis gloriam ducibus attribuendam non censo, cum præsertim sæpenumero Regis vel nomen vel aspectus in prælio causa

victoria fuerint, cuius fama sua regna turatur, augetque, atque cōseruat. Te igitur in agmine viso, fortissime Rex, tuosque inter pugnādū hortante, & hostiū frāgentur animi, & tuorū alii virtute, alii pudore coacti mortis omnia pericula contēnētes, acrius certe pugnabunt, quod in tua præsētia pugnantes tuos equites militesque sēpe fecisse, vocem tuam audientes experti sumus. Ideoque paruo cum exercitu plarunque ingentes hostium copias profligasti, de quibus præter tuam atque aliorum opinionē insperatam victoriam habuisti. Te igitur, inuicēssime Rex, præliis imminētibz interesse oportere arbitror, tuosque milites hortari & voce manuque iuuare, non autem quid alii fecerint expectare, vt si quid acceperint detrimēti, non absentiam tuam, sed vel fortunam, vel suam ipsorum culpam accusare iure possint. His consiliis nemine respondēte, Rex quoque cunctatus parumper ac si vtriusque iudicium perpenderet, tandem quasi Lanucii sentētiā comprobasset: Hactenus, inquit, non meminisse vos arbitror, proceres, Castellę Regē vnquam cū maioribus copiis aduersum me sine magna sua calamitate pugnasse. De quibus multas & insignes victorias me cōsecutum fuisse vobis commemorarem, nisi scirem vos & earum rerū memores esse, & participes honorifice fuisse. Quas res ego non fortunæ, non nostris viribus, vt multi faciūt, attribuo, sed Deo optimo maximo, qui semper pro iustitia virtuteque pugnātibus aspirat. Quare dū rectum sequar, & iustam causam habuero, neque præliis vnquam abstinēbo, neque de salute ac victoria desperabo. Hoc modo locutus, & concilio dimisso quieti se parumper dedit. Erat enim tempus noctem iam post mediam. De quarta autē vigilia conuocatos vndique milites armari, & pontem transire, & in vltiorem fluminis ripam conuenire iussit. Prima luce subsecutus cohortes, Alphōsum Aragoncum cuius supra mentionē fecimus, ab Ilumberri obsidione reuocatum cum exercitu secum coniunxit: & cū omnibus copiis Montem Regalem versus, qui locus abest a Sangosā passuum millia circiter viginti, signis militaribus erectis, & ingenti tubarum & tympanorum concētu proficiscitur. Huc cum exercitu bene instructo contendens, in itinere locum castris elegit montis natura satis commodum, & vbi perpauci contra multos pugnare tuto poterant. Hoc ideo fecit ne eius exercitus qui numero erat inferior, ab hostibus in loco facili circumueniri posset. Erat autē hęc loci natura, vt perpauci regii milites in summo iugo montis, hostes a tergo venientes propellere facile possent. Nam a latere nullus hostibus aditus patebat. tāta enim loci ex vtraque parte difficultas & asperitas erat. Vbi vero castra posita erāt, hic locus & ad planiciem quæ prope aderat, descensum, & ad castra regressum facilem præbebat. Hic itaque Rex & loci opportunitate & milium virtute nimium fretus, hostes expectare constituit, quibus Ilumberrum iturus hac commodius iter & expeditius erat. Cæterum cum hoc Regis consilium Castellānorum duces intellexissent, periculum metuētes, recto itinere omisso, per aliud obliquum Ilumberrum cum exercitu peruenerūt. Qua re cognita Rex Sangosam prope rediit. Hic aliquādiu commoratus cum hostes committere præliū recusassent, seq; in oppido continerent, Pōpiloniis, Lerinatibus, cæterisque Nauarrę populis Ioannē & Alphonsum Aragoncos Duces cū exercitu præsidio relinquens, Bilbilim (quod est oppidum Aragoniæ nobile magnūque, & Calataiutū vulgo appellatur) vt delectus haberet, profectus est. Hinc Regina ad Villam Francā reuerta, partem legū & conditionum quas petierant, Gothalanis concessit, vt in eos iura omnia & impērium Carolus haberet: Rex vero toto eorum principatu interdētus, Regis tantum nomen retineret. Hac impetrata & confecta re, Ludouicus Requistentius & Ioānes Beamontius, quos deprehensos fuisse demonstrauimus, e custodia statim liberati fuerunt. Cæterum paulo post Barcinonenses cū aliis prouincię populis, omnia quæ concupiuerant adepti, cum iam a Regis imperio ac iure liberi viderentur, pro sua libidine omnia facere, iustū atque iniustum sibi velle, ac pro virtute & æquo scelus & arrogantiam exercere, nemini ne principi quidem suo Carolo propter eius mansuetudinem & facilitatem parere. Quin etiam Carolus quotidie sollicitabatur ab illis, vt armis patrem persequeretur, vt concubinam legitimis sibi nuptiis vxorē cōfirmaret, quo filius in regno paterno sibi succedere posset. Illorū igitur Carolus insolentiam

insolentiam & immanitatem indignanter grauitate ferens, ex nimio dolore in grauissimam febrem incidit. Pro cuius salute Barcinonenses assidue pecunias ingentes profunderē, vota multa concipere, bona omnia promittere, Deo reliquisq; cœlitibus sacrificia præstare. Ille autem, vt erat princeps Christianissimus, vbi suæ animæ more nostræ Christianæ religionis consuluit, patris clementiam statim & misericordiam inuocauit, inimicis omnibus pepercit, suos ad bene viuendum & pro se orandum hortatus, paucis diebus Barcinonæ discessit a vita: cuius funus nō sine maximo mœrore & acerbissimo luctu ab Hispaniæ populis, & a Siculis omnibus celebratum est. Erat enim omnium virtutum splendore præclarus, moribus integerrimus, & iustitia, modestia, liberalitate, clementia, humanitate, cæterisque rebus quæ (vt ante diximus) ad optimum perfectumque principem pertinent, omnes quidem principes antecessit.

LVCII MARINEI SICVLI DE REBVS HISPANIÆ LIBER XIII.

De bello contra Gothalanos.



Vb idem tempus Vianæ ciues ad Castellę Regem defecerant: & Alphonsus Aragoncus quem Rex (vt supra diximus) Pompiloniis & aliis Nauarrę populis præsidio reliquerat, cum Castellānorum Ducibus & copiis ad Barzuciam oppidum quod a Viana non lōge distat, prælium commiserat, eosque profligauerat. Quo prælio ex Castellānis præter occisos ac vulneratos equites, etiam quadringenti cum equis & armis capti fuerunt. Tū itaque ne maiora sequerentur incommoda, Alphōsus Carillus Toletanæ sedis antistes, & Henricus Hispaniæ maris præses, quem Admirantem vocant Hispani, inter vtrumque Regem pacis auctores fuere. Ad cuius pacis & amicitia securitatem & confirmationem, alter Nauarrę oppida quatuor, quæ Raga, Gardia, Arcus, & aliud nomine sancti Vincentii, vocantur: alter vero duo, Lorça, quod oppidum est prouinciæ Carthaginensis, & Cornagum Cantabrię prope Numantiam, obsidū nomine tradiderunt. Cæterum Gothalani post Caroli obitum ad Regem cateruatim veniunt, Ferdinandumque Regis ex Ioanna vxore secunda filium, qui tum annum fere decimum agebat, in principem a Rege petiere: quem suum esse ac fore principem iureiurando, ritu, moreque patrio confirmarūt, & simul cum Regina Barcinonam proficiscentem comitantur. Verum enimvero cum hic Barcinonenses Reginam Principemque cernerent, & Regis aduentum maxime timerent, omnes qui antea deliquissent, coniurationisque conscii & participes fuissent, suorum errorum memoria & scelerum conscientia vexabantur. Timebant enim ne quandoque a Rege supplicii quibus se dignos putabant, afficerentur. Ideoque prius quam Rex aduenisset, tumultus ingentes inter eos nouæque seditiones ortæ fuere. Simularunt enim (tantum metus improbos coegit) animam Caroli Principis defuncti de patre deque nouerca noctu per vicos ciuitatis miserabiliter questam, multaque miracula fecisse: perinde ac si non morbo naturali que morte Carolus, sed aliqua re interceptus & sublatus fuisset. Sic itaque cum se animaduersione dignos agnoscerent, & pœnæ metu quiescere non possent, huius fictionis velamento rursus omnes in Regem conspirant, & quæ fixerant Caroli diuulgatis miraculis, totius prouincię populos in fanaticos impulere furores. Hac igitur coniuratione ac tumultu omnia quæ post longos magnosque labores quiescere vix cœperant, statim atque præter omnium bonorum opinionē vehementer perturbarunt, & in maximam sollicitudinē adduxerunt. Omnes enim Remen-

fax, Ruffinonis, & Ampurdaniæ prouinciæ populi (sic enim vulgo nominantur) feroces homines, & qui montana loca incolunt (quos Pageſſes vulgus pro Paganis appellat) ſumma dementia furentes ad Pallarienſi Comitem cõuenerant, eumq; ducem & totius exercitus principem eligunt. Qui cum obſtinatum ruſticorum furorem compeſcere debuiffet, dominandi cupiditate commotus & ſpe falſa deceptus, in maiorem potius inſaniam compulſit. Dum autem tam malæ mentis homines & rationis expertes vndique conueniunt, coniurant, arma parãt, homines & exercitus cogunt, & Gerundam verſus ire contendunt: Regina ex Barcinone cũ Ferdinando filio diſcedens, paucis comitantibus Gerundam venit Gerundẽſium precibus adducta, qui eius contra reſiſtentes auxilium implorauerant. Cuius diſceſſus Barcinonæ ciuibus moleſtiſſimus fuit. Nam quum iam penitus nulli regio imperio parere ſtatiſſent, quo ſibi facilius aſſerent libertatem, Regina cum filio de medio tollere cogitauerant. Ea itaque digreſſa, vt quæ mente praua conceperant, liberius citiusque perficere poſſent, e magiſtratibus alios in carcerem cõiecerunt, alios expulerunt a ciuitate, in exiliumque miſerunt, plures etiam occiderunt. tantum enim apud eos non libertatis amor, ſed ſupplicii pœnæque metus inualuit. Regina autem paucis Gerundæ commorata diebus, quo Gerundẽſium precibus adducta venerat, vt ſupra ſcripſimus, qui ad eam, vt ſibi contra Remenſanorum aliorumque repugnantium impetum ferret auxilium, legatos miſerant, eos indiciis percepit etiam ad tumultuantes ſecreto deſeciſſe. Cum igitur Comitem Pallarienſem cum magnis hoſtium copiis Gerundam oppugnatum venire animaduertiſſet, ad ciuitatis magiſtratus qui tum in concilium conuenerant, filiũ Ferdinandum admodum puerum ſua manu ducens, pedibus ſuis venit. Quibus primum labores quos tolerauerat, dum illos Regi reconciliaſſet, & concordia paceque coniunxiſſet, commemorauit. Deinde quantum libertatis, quã gratiæ impetraſſent a Rege ea deprecarice, Carolum principem bis e carcere liberatũ fuiſſe, ſeque ad eos veniſſe eorum precibus adductam, vt illis contra Remenſanos alioſque perfidos inimicos auxilio eſſet, in memoriam adduxit. Nullo etiam modo ſe credere potuiſſe dicebat, eos crudelitatis autores futuros quibus opem ferẽs tanto vel ſtudio vel amore venire curaiſſet. Item oſtendebat quam iuſtum & honeſtum viris claris & fortibus eſſet, in huiusmodi fortuna glorioſam potius oppetere mortem, quam vitam viuere non honeſtam: quod ſemper omnes Hiſpani nõ ſolum pro ſuis Regibus patriæq; ſuæ principibus, ſed etiam pro externis quos nunquam vidiſſent, facere conſueuerant. Quam laudem & maiorum gloriã, qui Regibus fideliffimi ſemper fuerunt, imitari conſeruareque debent, ne ſi quis ab officio diſcederet, nunc Hiſpania primum nouũ dedecus & inſignem ignominiam ſubiret. Poſtremo retulit quã fortes, quã fideles, quam boni viri iudicãtũ, quantãque de ſe vel famam vel gloriã ſibi facturi eſſent: item quã munera, quam gratiam ſperarent a Rege, ſi abſente eo principem vnicũ filiũ ab extremis periculis liberarent, & incolumẽ patri reſtituerent. Illis denique piiffimis precibus, nec ſine lachrymis, de manu Ferdinandum filium Principem tradidit, Veſtri Principis, dicens, optimi viri, non meam vobis commendo ſalutem & veſtræ fidei committo. Qui ſi virtutẽ fideque veſtra ſummum quod imminet ei periculum, euãſerit, non dubitare debetis, quin parentes eius dignum vobis veſtra virtute præmium perſoluant, quibus etiam Deus omnipotens multo quidem maiora melioraque dona retribuet, qui malis pœnas graues & æternas, bonis autem perpetuam largitur fœlicitatem. Hæc oratio prudentiffima mirum in modum omnium animos cõmouit, adeo vt non illi ſolum qui rectum virtutemque ſequebantur, ſed alii quoque qui contra regiam Maieltatẽ coniurauerant & clam ad hoſtes deſecerant, ſeſe aut Reginam & Principẽ deſenſuros, aut mortẽ pro eorũ ſalute ſubituros, iure iurando cõfirmauerint. Reginamq; obſecrãre ſtatim cõeperunt, vt & lachrymis parceret, & rogandi hortandique finem faceret, ac ſuæ ipſius & Principis ſalutis ſpẽ vel certiffimam haberet. Hæc cum omnes vna voce dixiſſent, conſeſtim, quoniam Comitis aduentus cum magnis inimicorum copiis appropinquare ferebatur, homines cogere, arma quærere, ciuitatem munire, omniaque ad propugnandũ neceſſaria

ceſſaria parare cõeperunt. Dum hæc in ciuitate patabantur, hoſtes cum exercitu ingenti propius acceſſiſſe nunciatum eſt. A quibus conſeſtim ciues occurrentes portarum ingreſſus male viris & armis præmunitos defendere vix potuerunt. Hoſtes tandem repulſi prope ciuitatem caſtra poſuere, tormentiſque muros oppugnare cõeperunt. Regina autem interim non ſine maximo labore atque periculo in arcẽ templi, quod ibi fortiſſimũ atque munitiffimum erat, ſe recepit. Vbi tamen ſubita magna que ciuitatis trepidatione, ſuorum equitum non occulto timore, matronarum virginumque miſerandis ſletibus, anxia Principis cura, & ſalutis deſperatione ſatis angebatur: maximum tamẽ & vere regium animum, ſupraque fœminei ſexus naturam fortiſſimum oſtendit. Non enim ceſſit timori, non eius virtus in tanto periculo deſecit, non virorum ſuffulta cohortationibus ſtetit, ſed ipſa omnes equites militeſque, qui eſti fortes erant, ſuis tamen ſingulos nominibus appellans hortanſque, multo quidem fortiores effecit. Apud quos in vnũ conuocatos hæc verba dixiſſe fertur. Illi viri perpetuo viuũt, fortiſſimi ac fideliffimi proceres, & cœleſti gloria perfruuntur, qui propter virtutem magnos adire labores ſeque periculis exponere, & quamuis charam profundere vitam non recuſarũt: qui vero contra rationem cauſam aliquam turpem ſequentes, ſp̄etis noſtræ religionis legibus indignum facinus ac ſcelus admittunt, illi quidem & ſuum poſteris nomen inuidioſum relinquunt, & perpetuos mœrores & horrendas inferorum tenebras patiuntur. Quam ob rem eſti de fide fortitudineque veſtra minime dubitãbã, vos tamen hoc tempore liberius admonere hortarique perneceſſariũ eſſe duxi, ne plus apud vos timor valeat, quam veſtra ſolita virtus, neue mortalem & breuem infamemque vitam cœleſti ac perpetuæ fœlicitati præponendam putetis. Quã varia, quam mutabilis, quam inconſtans, & in illis qui minimum poſſunt, & in hiſ etiam qui rerum potiuntur, fortuna ſit, hiſ quidem caſibus qui nobis nuper acciderunt, perſpicere faciliſime poſſumus. Hoc enim a nobis non alienis, ſed noſtris exemplis probari poteſt. Quod cum grauiffimum ſit, ſine ſummo quidem dolore, propter memoriam præteritæ fœlicitatis, cognoscere & ſentire non poſſumus, Deo tamẽ immortales gratias agimus, propterea quod vos viros fortes atque fideles in tantis periculis & laboribus mihi ſocios habere contigit, quorum fortitudine freta, eſti Rex abeſt, de victoria tamen contra refragantes deſperare non debeo. Capeſſite igitur arma viri fortiſſimi, & Ferdinandum Principem veſtrum, liberos, & vxores veſtras a perfidis, inimicis, ſæuiſque latronibus enixiffime defendite. Quorũ furor ac dementia, vt ſubitus eſt, & ſine cauſa & ratione ſuſceptus, ita breuis eſſe & extingui facile ſolet. Ignobiles enim multitudinis & popularium motus riuulis comparantur, qui cum pluuia conſuẽtibus aquis maxime tumefcunt, tum eorum impetus ceſſante pluuia ſtatim deſciant. Omnipotentis igitur auxilium inuocate, & qui ſitis ſemperque fueritis, hodie ſceleraſſimis hominibus oſtẽdite. Ego autem interea precibus & lachrymis apud virginem Dei genitricem pro victoria veſtra omniumque noſtrorum ſalute vigilabo. Hæc oratio fortes omnes multo fortiores & animoſos animoſiores fecit, adeo vt per paucos cum ingentibus hoſtiũ copiis pugnare non modo non recuſauerint, ſed etiam congredi vehemẽter optauerint. Incenderant enim mirum in modum cum ſermo Regiæ, tum Principis amor, fidelium ac nobilium animos, & equitum veteranorum fortiſſima pectora contra reſiſtentes ignobiles, qui cœci magno furore & inſania commoti aduerſum Regẽ ſuum arma temere aſſumpſerant. Omnes itaque ex communi cõſilio & autoritate, conſenſuque Regiæ, Puiccium qui tum Montefæ ordinis equitum magiſter erat, & rei militaris peritiſſimus, ducem delegerunt. Hic tamen dux electus cum propter hoſtium incurſionem & repẽtinum aduentum Reginam pluribus verbis alloqui non potuiſſet, eius tamen dexteram oſcularus, arcem ſtatim communiri, quo Regina ſe receperat, & armari milites & omnes equites imperauit. Quos & armatos, & in hoſtes qui iam per portarum ingreſſus cum ciuibus acriter pugnant, exire cupientes, tunc in arcẽ retinuit. Proſpexerat enim vir prudens Comitem hoſtium ducem qui iam ciuitatem irruerat, arcem oppugnatum ſtatim venturum, & Reginam & Principem Ferdinandum aut caperent, aut occiderẽt. Quẽ

nec sua quidem opinio fefellit: hostes enim Reginam in arcem se contulisse rati, propterea quod ibi tutior esse poterat, eo subito cum magnis copiis contenderunt. Aliis autem permultis apud diui Dominici ædem quam Prædicatorum vocant, relictis, & per omnes portarum exitus, ne effugere Regina posset, dispositis custodibus, prope arcem impiorum dux & in edito loco atque eminenti ligneam turrim erigi iussit, arcem templi, vbi Regina erat, æquantem. Hac ædificata, machinis & omnibus tormentorum generibus ædes Regine oppugnare hostes cœperunt. Regii milites interea contra hostium machinas & oppugnationes munimenta multa nouasq; defensiones ac propugnacula parauerant, quibus oppugnationibus hostium facile resistebant. Hostes primum protecti vineis in arcem, si muros ascendere possent, contenderunt. Qui cum scalis appositis ascendere cœpissent, & propugnantium saxa magni ponderis sustinere non potuissent, scalis relictis in munitionem suam sese receperunt. Deinde multis continuisque diebus arcem machinis & tormentis, quæ bombardæ vulgo dicuntur, aliisque variis armorum generibus oppugnare non destiterunt. Et ut quidam ex his qui arcem defenderunt, nobis retulerunt, orbicularium lapidum millia quinque vno die hostium tormentis excussa, in area domus Regine collecta fuere. Cæterum post multas & magnas oppugnationes cum hostes regine domus turres expugnare non potuissent, nouum & occultum ingrediendi iter excogitarunt. Cuniculis enim sub terram actis, in eam ædium partem plures hostium penetrarunt, a qua Regina cum omnibus matronis & puellis suis non procul aberat. Quæ propterea hostium manus effugerunt, quoniam hostes ingressi temperare & continere se non potuerunt, sed magnis vocibus exultantes, veluti iam victores, Comitibus Pallariensis & Barcinonæ nomen extollere statim cœperunt. Nam ad eorum exauditos clamores a Regine militibus multis ex partibus subito concursus est. Qui bipartiti, alii ingredientiis armis & ignibus regredi per cuniculos coegerunt, alii cum ingressis acerrime pugnantes eorum plures occiderunt, & nonnullos captos vinculis & cathenis astrinxerunt. Multi tamen e regis militibus, ita ut eis a Puiccio duce præceptum fuerat, turres & loca sibi commissa non deseruere, sed oppugnantibus resistebant. Verum enimvero dum ita pugnabatur, Regina & horrendis pugnantium vocibus & fletibus ac plangentium mulierum virginumque miserandis fletibus exterrita, de filii salute iam desperans quasi exanimis in terram concidit, a matronisque suscepta filium perquirens, atque huc illuc errans, omnia pericula negligebat. Principe tandem ad templi ostium reperto, & re bene gesta, victis iam hostibus equites eam consolati confirmare: quippe qui hostes iam victos esse dicebant, propterea quod eorum qui magis audaces & fortiores fuerant, partim occiderant, & partim captos habebant, seque minime dubitare, quin hac accepta clade Comes Pallariensis cum reliquis copiis ab obsidione discederet. Idem ciues quoque dixerunt, qui aduersantium qui ciuitatem fuerant ingressi, multis occisis & captis, a ciuitate reliquos expulerant. Tum Regina cum honorificis verbis gratias omnibus egisset, templum ingressa deo sacrificia multa vota que concepta persoluit. Hinc domum reuersa hostes occisos humari, & captos custodire iussit. Cæterum hanc victoriam Ioannes Pollas, Petrus Zapatta, & alius Petrus cui Sena cognomen erat, tres & armis & aliis virtutibus nobiles equites, minorem fecere, qui per ciuitatis moenia contra oppugnantibus acerrime propugnantes, multis hostium tormentis percussis ceciderunt. Quorum interitus summo quidem mœrore non Regine solum, sed omnium equitum mentes affecit. Ex repugnantibus quoque, præter interfectos & alios captos, etiam Sarrienses in Regine potestatem venerunt. Qui cum eam & eius filium Ferdinandum, quibus possent insidiis & proditiombus perdere conarentur, a ciuitatis magistratibus qui, ut eos caperent, ex consilio Regine se hostes esse simulauerant, decepti fuerunt. Ab his enim in ciuitatem clam nocturne recepti, in sancti Philippi templum sese receperunt, vbi a regis equitibus qui armati in templi sacrario se occultauerant, statim deprehensi fuere. Quibus captis & in carcerem ductis Regina custodes certos adhibuit. Quæ res etsi nocturno tempore magnoque silentio peracta fuerat & paucis nota, prima tamen luce palam per omnes ciuitatis vicos,

tis vicos, insidiatores insidiis & proditores proditiombus elusos fuisse, sermones ferebantur. Horum & Pallariensis Comitibus cum aliis aduersariorum ducibus consilium fuerat, ut ciuitatis magistratus omnesque Gerundæ ciues contra Regem multis commodis conditionibusque propositis concitarent, & captam Reginam, eius pudicitia multis prostrata, vel seruili more custodirent, vel cum Ferdinando filio simul occiderent, sibi que libertatem vendicarent. Cæterum malorum vindex & bonorum Deus protector prauum in auctores consilium vertit. Nam eodem die rumore de captis & compeditis Sarariensibus in hostium castra perlato, magna quidem tristitia subitoque metus & Pallariensis Comitibus & omnium resistendum animos mirum in modum perturbauit. Quibus præterea timorem auxit intra paucos dies inopinatus nuncius de aduentu Gallorum exercitus in Hispaniam, quos a Ludouico Gallie Rege propter Gothalanorum defectionem in auxilium Regis Aragonum missos, iam Pyrenæos montes transisse constabat. Cuius exercitus erant equites nobiliores & electi numero septingenti, quorum unusquisque secum tres alios equites habebat, & armigerum puerum qui domini hastam gerit, & e duobus equis alterum ducit. hic est enim mos equitum Gallorum. Horum omnium Gastonius Foxanus Comes, Regis Aragonum gener, præfectus erat. Qui simul ac ingressus est in Hispaniam cum exercitu, certior ilico factus est Ioannam Reginam Regis Aragonum coniugem cum Ferdinando filio Gerundæ a Gothalanis recalcitrantibus iam diu & acriter oppugnari, & ob Regis absentiam magno in periculo esse. Hoc nuncio Foxanus Comes vehementer commotus, ut maturius Regine subueniret, nihil commoratus ordinibus instructis, & propter hostium insidiarum suspicionem præmissis exploratoribus, Gerundam versus proficiscitur. Cuius aduentum Gothalani perfidi quos metus iam ceperat, formidantes, nocte motis castris & obsidione relicta, magno silentio discesserunt, & continuis itineribus in Ampurdanorum prouinciam, quem locum tutum fore putabant, sese receperunt. Regina autem post illorum discessum triduo Gerundæ commorata, dum quæ prouidenda erant confecit, die quarto cum suis copiis & multis Gerundæ ciuibus egressa, cum exercitu Gallorum qui superuenerant, prope ciuitatem se coniunxit. Et cum primum Gastonio illorum duci, deinde reliquis equitibus magnas gratias egisset, simul omnes magno cum exercitu Barcinonam versus proficiscuntur, atque in itinere multa oppida quæ defecerant, ad officium & Regis obsequium redire compulerunt. Tandem Moncatam oppidum quod a Barcinona circiter octo millia passuum, remotum est, peruenerunt. Hic autem quid facturi essent, consilium Regis expectare Regina decreuit. Rex autem cum esset in Celtiberia, de aduersariorum cõiurationibus & Regine laboribus ac periculis tandem certior factus, confestim Alphonsum Aragonem cum exercitu Laletaniam versus, hoc est in prouinciam quam vulgus Cataloniam vocat, præmisit, quem ipse non multo post subsequitur, & Thamaritum ingressus, quod est oppidum extremum Aragonum, hinc Bellagueram petens, quæ ciuitas in ripa Sicoris posita, distat ab Ilerda passuum millia circiter duodecim, ciuitatis magistratus obuiam sibi venientes audit. Hos cum Rege hoc modo locutos accepimus. Tui ciues Bellaguerenses excellentissime Rex, nobis tuo nomine iubentibus, ut apparatu regali solitoque more maiestati tue obuiam prodirent, parere noluerunt, immo tuum aduentum tanquam hostis admirantes, non sine magno tumultu nobis inhiuentibus arma temere sumpserunt. Quapropter cum nihil tua dignitate, nihil tua salute charius habeamus, tue maiestati supplicatum venimus, ut ingressum tuum in ciuitatem hanc paulum differri velis. Nos enim in ciuitatem reuersi, rationibus (ut speramus) indignantium popularium motus compescemus, & sedato populi furore cõpressoque tumultu ad te quamprimum reuertemur. Prudens atque fidele consilium Rex libere secutus, Thamaritum rediit. Postero die legati ciuitatis & magistratus reuertentes ei reclusas ciuitatis portas esse, sed nondum animos ciuium mitigari potuisse dixerunt. Tum secreto consultis a Rege ducibus & consiliariis quid factum opus esset, & aliis alia sentientibus, Bernardus quidam cognomine Rocabertus, huiusmodi sententiam protulit. In Gothalanos

imperium si tibi retinere tuisque posteris conseruare velis, inuictissime Rex, hoc quod modo nobis fortuna periculum obiicit, si cum aliis infortuniis quæ pertulimus, quæque nobis subeunda super sunt, compares, neque magnum quidem, neque graue nimis tibi videri debet: præsertim si hostes priusquam sibi socios alios asciscant & vires maiores colligant, inuaserimus. Illis enim mora subsidii, nobis vero multum detrimenti afferet. Quam ob rem huius fortunæ casus ego quamprimum experiendos esse puto, tamen si fieri sine periculo non posse prospicio. Stultus est enim, non solum imprudens, quisquis cum hoste prælio contendit, si velut exploratam sibi victoriam pollicetur. Nam dum se fore victorem falso putat, & negligentius sibi consulit, & ab hoste deceptus multo facilius opprimitur. Nos tamen non tam certa victoriæ spes, non hostibus cedere, quam honoris & dignitatis nostræ ratio monere ac vehementer hortari deberet, & te ipsum præsertim Rex inuictissime, qui & munere naturæ & ingenii præstatiā reliquos omnes principes antecedis, & cuius nomen fortitudinis & rerum gestarum fama mirabilis omnibus prædicatur in terris. Huic consilio cunctis assentientibus, Rex quoque multo libentius acquieuit, idemque sensisse Rocabertum respondit, quod ipse secum facere decreuerat. Omnibus igitur monitis, & in ordinem instructis equitibus, & magno tubarum & tympanorum sonitu Bellagueram proficiscuntur. Quibus appropinquantibus quidam nomine Toralla Regi fidelissimus, ciuitatis portas quæ clausæ fuerant, subito patefecit. Omnium primus Rex ingreditur. Cuius aspectum grauitatemque ciues intuentes, alii metu, alii fide & obsequio conuicti statim arma deposuere. Rex autem in arcem profectus inimicorum dolos & insidias non defuturas prudenter cogitans, vbique custodes & armatorum vigilias disposuit. Die autem sequenti compresso iam & extincto populi tumultu, ex Tarraca legati clam ad Regem venerunt, qui in fide & obsequio quo semper fuerant, se permanere dixerunt, atque si Rex proficisci Tarracam velit, se illum regio solitoque apparatu suscepturos, & quæcunque imperaret facturos esse polliciti fuere. Rex autem nunquam se de illorum fide vel amore dubitasse, & pergratum esse sibi quod pollicebantur, & se Tarracam iturum propediem respondit. Dimissis itaque legatis, & Ioanne Aragono cum paucis equitibus Bellagueræ relicto, Tarracam profectus est, hic, ut dignitas regia postulabat, honorificentissime susceptus. Eodem die populi motus secretosque sermones qui sibi summum periculum portendebant, intellexit. Tantus enim Tarracenses omnes perdendi Regem furor inuaserat, ut dissimulare quæ facere constituerant, nullo modo potuerint: sed alii verbis, alii vultu, alii incessu, quod in animo scelus haberent, significare. Noctem igitur quæ secuta est, Rex militibus armatis & circumpositis custodibus fere totam egit insomnem, atque prima luce antequam subsidia alii que tumultuantes quos Tarracenses expectabant, conuenissent, cum suis ex oppido diligenter egressus, Bellagueram reuersus est. Sed eo iam digressio inimici indignantes animo disrumpebantur, quod neque ingredientem Regem adorti fuissent, neque ad statutum tempus, quod facturi erant, celare poterant. Dum ita fremunt & alii alios increpant, magnus tūm finitimorum, tum aliorum quos ad scelus peragendum non sine magno stipendio sibi socios ascieuerant, superuenit exercitus. Hi erant numero fere mille, quos Ioannes Agullon cum multis equitibus peditibusque subsequēbatur. Tum vero Tarracenses cum omnibus fere finitimis populis sese contra Regem extulisse manifesta signa dedere. Sub idem tempus Barcinonenses quoque maius quidem crimen atque scelus admiserunt. Summa enim insolentia & immanitate furentes Regem publicis præconum vocibus hostem iudicauerunt. Quod cum Pratenfis Comes & Tarracensis Archiepiscopus audiissent, ad Regem statim cum suis omnibus copiis & facultatibus venerunt. Mathæus quoque & Petrus Monticatinus, Guillelmus Arnaus Cerbellon, Antonius Cardona, & alii complures nobiles quos virtus, fides, & amor erga Regem sollicitabat, idem fecere. Hi omnes summa veneratione flexisque genibus Regis dexteram osculati, verba hæc pauca dixerunt. Etsi quæ immanes atque intractabiles Gothalani in te facere ausi sunt, excellētissime Princeps, nobis

nobis dolorem vel maximum attulerunt, nos tamen in summa molestia consolari quidem multa videntur: primum quod in huiusmodi temporibus & rebus quæ tibi indignissime acciderunt, nostram & bonorum omnium erga te fidem & amorem experiri facillime poteris: deinde quod speramus fore, ut improbi populi qui dementia & insania furentes ab officio & obsequio discesserunt, tua prudentia & fortitudine singulari, atque tuorum equitum viribus quos tibi non defuturos certo scimus, oppressi, debitas tibi suorum scelerum poenas persoluant. Nos præterea pro salute tua vel honore contra hostes impios & immanes iuste legitimeque pugnantibus, si forte ceciderimus, tam honesta quidem morte pro Rege nostro perisse iuua-bit. Hoc enim ad te animo venimus, ut non faciamus solum fortia, sed etiā si necesse fuerit, patiamur. Tibi itaque præter bona nostra omnia, id est oppida, castella, pecunias, ipsam quoque animam pollicemur. Eorum voluntati ac virtuti Rex se satisfacturum respondens, in Gothalanos, quoniam iam ratione contineri & ad sanitatem redire non posse videbat, milites cogere, arma parare, & bellum meditari quamprimum cepit, auxiliisque contractis & rebus quæ ad bellum gerendum necessariae erant, comparatis, itineribus duobus & exercitu bipartito ad Ilerdam contendit. Hinc ex utraque parte depopulatis agris, & Ilerdæ ciuibus multis occisis, multisque captis, magnam prædā milites asportarunt. Hac re audita totius fere prouinciæ populi, nec tamen sine maximo timore, magis in Regem læuiter ceperunt, atque omnes quibus Regis salutem charam esse exiltimabant, inimiciter persequebantur. Itaque dum multis locis præliis certabant, præter damna multa malaque, pluri-mæ quoque mortes secutæ fuere. Rex iterum cum Tarracenses Ilerdæ subsidium missuros accepisset, ut eos impediret, priusquam venissent, & se cum aliis immigreris coniungerent, Ioannem Aragono cum exercitu Tarracam statim misit, ut Tarracenses non modo ab itinere prohiberet, sed etiam oppugnaret, & eorum agros igni ferroque vastaret. Is igitur illuc profectus, prope oppidum castra posuit, & Ignicum Berberanā cum multis equitibus omnes agros possessionesque Tarracensium depopulari iussit. Dum vastantur agri, interim equites ex oppido trecenti & quinquaginta totidemque pedites egrediuntur. Cum his Ioannes Aragono suis equitibus ab agrorum vastatione reuocatis, & tuba signo dato prælium commisit. Quo prælio ex hostibus centum capti, occisi septuaginta fuere, reliquis salutis fuit imber magnus subito exortus. Hoc prælio gesto & depopulatis agris, cum captiuus Ioannes Aragono ad Regem triumphanti similis rediit. Rex interea rursus ad Ilerdam venerat, apud eamque locum castris elegerat, & suos ad vastandum agros & quidquid in illis esset, miserat. Tum magnus equitum numerus cum peditibus plurimis e ciuitate profluens cum pontem transisset, constitit. Hi ut ulterius progredierentur, regii milites expectabant, quo facilius liberiori loco atque commo-diori cum eis pugnare possent. Verum enimvero cum Rex eos iam non prodire longius audere cognouisset, suis ut in eos impetum facerent, tuba signum dari iussit. Quod cum audissent, equites leuis armaturæ celeriter concurrentes illorum magnam partem occiderunt, multosque captos adduxerunt, nonnulli per hortos & sibi notiora loca fugientes euasere. Eodem temporis spacio tota fere Gothalanorum prouincia, castellorum & oppidorum oppugnationibus, rapinis, prædis, direptionibus, incendiis, atque cædibus quam maxime laborabat, adeo ut plures qui sua innocentia tranquillæ vitæ læti sibi vixisse videbantur, eorum qui ad huiusmodi tempora non peruenissent, per beatam vitam mortemque gloriosam fuisse dicerent: suam vero qui hanc lætitiā vidissent, infelicem esse gementes querebantur. Cæterum dum hæc apud Ilerdam gerebantur, ex Barcinona hominum millia fere decem, quibus præerat quidam nomine Marimon, Ilerdam versus magnis itineribus contendebant, ut Regem ubicunque esset, obsiderent. Rex vero illos aduentum paruifaciens ab Ilerdæ obsidione minime discessit: sed potius cum audisset Ioannem Agullonem cum alio exercitu aduentare, & inimicis auxilio venire, ciuitati propius accessit, & quasi prope moenia castra posuit, locaque omnia atque itinera recta transuersaque occupari & suos omnes in armis esse iussit. Hic paulo post certior factus Hugonem Cardonam villam quam vulgo Miralcampum vocant, obsedisse, sta-

tim castra mouens eo cum subsidio proficiscens, accepit in itinere Hugonem solis æstus impatientem ab obsidione discessisse. Dimisso igitur hoc itinere, in Alphon-darellam oppidum quod prope aderat, ingressus est. Ioannes autem Agullon in-terea cum magno hostium numero in oppidum quod castellum asinorum dicitur, se receperat: quem Alphonsus Aragonicus cum paucis equitibus obsidione cin-ctum detinebat, & veniente subsidio quod ab Rege missum expectabat, oppu-gnare quamprimum decreuerat. Hoc dum meditatur, Rex imperato aduenit, conuocatosq; duces & omnes equites huiusmodi verbis alloquitur. Perutile nobis esse cogitauit, idemq; vobis rectum videri non dubito, proceres, si quam-primum hostes oppugnare ceperimus. Illis enim spatium vires, nobis vero labo-res auget. Ne sinamus igitur vt alios quos expectant, recipiant, neue propugna-culis atq; aliis munitionibus quas assidue parant, se defendere tutariq; queant: sed eos dum sunt imparati dumq; trepidant, aggrediamur. Facile enim erit vobis vna cum Rege vestro pro libertate, pro iustitia, pro virtute, pro fide denique (nam qui contra Regem pugnant, Deum etiam abnegant) sceleratos & immanes vincere aduersarios. Qui cum mali sint & degeneres, bonorum ac nobilium viribus resi-tere vultumq; ferre nullo modo poterunt. Illos siquidem sui sceleris conscientia atq; perfidiæ recordatio timidos, vos autem virtutis & fidelitatis memoria multo faciet fortiores. Virtutis igitur hodie vestræ & honoris mementote, & ne vxores liberique vestri in prophanorum & immanium hostium potestatem deueniant, fortissime diligentissimeq; cauebitis. Quod per facile vobis fore certo scio, si vos nobiles, vos fortes, vos armorum pugnandiq; peritos, contra rusticos, contra igna-uos & rei militaris expertes, si vos denique fideles contra renitentes pugnare me-mineritis. Illud præterea vos hortari magnopere debet, quod si rem hodie bene fortiterq; gesseritis, laboribus omnino vestris optatum finem reperietis. Nam si, vt spero, de peruersis istis supplicium sumpserimus, non dubium est quin cæteri omnes confederati istorum exemplo perterriti quamprimum in deditioem veniant. Ego autem si res nobis ex sententia successerit, quod ita fore confido, & hostibus nefarii sceleris sui meritas pœnas, & vobis egregiæ vestræ virtutis ac fide-litatis præmia debita persoluam. Hac oratione habita omnes regiam voluntate-m, prudentissimum consilium, atque fortitudinem comprobantes, summa ala-critate cupiditateque pugnandi sese confestim armis & oppugnationibus accin-gunt, pugnamque deponunt. Tum Rex suos omnes ad pugnandum contra sce-leratos, paratissimos esse videns, nihil moratus, positis & communitis ante oppi-dum castris, equisque dimissis, acies instruxit, & Alphonso Aragonico primas oppugnationis partes assignauit. Hunc Comitem Foxanum generum sublequi, & Bernardum Rocabertum cum suis copiis monticulum qui oppido impendebat, ascendere iussit, vt multis partibus vno tempore signo dato, celeriter concurre-rent. Ipse autem Rex subsidia fessis, quocunque loco & tempore opus esset, sum-mitteret. Omnes itaque ordinatim dispositi, sicut a Rege præceptum erat, sum-ma pugnandi cupiditate signum dari sibi cupiebant. Hostes ad propugnandum muros ascenderant, paratique telis & saxis expectabant. Tum Rex primum ex tormentis iaci lapides plurimos in muros portasque iussit. Deinde nudatis ac de-fertis a defensoribus mœnibus, & contractis saxorum iectibus portis, suis vt cele-riter concurrerent, signum dedit. Qui nihil ad celeritatem relinquentes, repen-te oppidum ingressi, & per vicos cum hostibus acriter pugnantes, eorum mul-tos occiderunt, pluresque captos adduxerunt in castra, quorum, prolata sen-tentia, alii gladio, alii laqueo extincti fuerunt. Ioannes Agullon in arcem con-fugit, quem quidem secuti regii milites oppugnare strenue ceperunt, sed eos Rex ab ea oppugnatione reuocauit in castra, & amplissimis verbis col-laudatos quiescere, quique vulnera acceperant curari quam diligentissi-me iussit. Deinde propè solis occasum per totum fere oppidum flammis & ignes coniecerunt. Hostium magna pars in arcem se recepit, quam ægerime ea nocte ab incendiis & incursionibus militum regionum tutari potuere. De quar-ta autem vigilia post Luciferi ortu ad Regem de deditioe legatos misere, si Ioan-ni Agul-

ni Agulloni cæteri q; inimicorum ducibus parceret. Rex vero ne huiusmodi con-ditione gloriam & auctoritatem suam offenderet, & quia iustitiæ clementiæq; suæ præbere volebat exemplum, hanc sibi non placere, neq; iustam videri conditionē respondit. Cum hoc responso legatis reuertentibus, omnes hostes qui erant in ar-ce, & cum his etiam Ioannes Agullon, cum nullam penitus spem suæ salutis habe-rent, omnibus deditiois ommissis conditionibus, in Regis potestatem venerunt. Tum castello Ioanni Londonio, viro nobili atq; strenuo, Regiq; admodum fideli commissio, & hostib. in cathenas coniectis custodib. adhibitis, Ioannes Agullon magna stipa-tus multitudine Regem adiit, eiusq; pedes humiliter osculatus, huiusmodi ora-tionem habuit. Non quia me vel clementia vel vita dignum putauerim, ad te ve-nio, fortissime Rex. tanta est enim mei criminis magnitudo, vt mortem quidem multo iustius, quam vitam precari queam. Sed quia pœnitentia ductus, venerandam Maiestatem tuam quam summa semper pietate antea coluissim, videre prius quam a vita discederem, vehementer optabam, ad te veni. Quod illis accidere solet, qui cum hoste antiquo suadente Deum abnegassent, deinde legibus & iudiciis morti iam destinati, tum demum summo animi dolore suos errores intelligunt, atq; De-um quem contempserant, recognoscunt, & lachrymis perfusi & amare flentes eum complexi moriuntur, ipsamq; mortem qua se dignos cognoscunt, minime recu-santes. Ego itaq; si supplicii omnibus, si quouis genere mortis me dignum cogno-sco, non veniam quidem, sed pœnam finemq; vitæ depono. Ea namq; me commi-sisse confiteor, excellentissime Rex, ob quæ nulla mihi viuendi spes habenda sit. Ad-ductus enim regni cupiditate non te solum inclyte Rex, qui de me quamoptime meritis semper fuisti, sed Deum quoq; qui me de nihilo fecerat, imprudenter of-fendi. Quapropter nullam esse causam video, quæ possit tuam in me iustitiam & a-nimaduersionem retardare, nisi forte tua singulari prudentia videas me solum la-boribus tuis atq; periculis quibus es vndiq; circumuentus, finem daturum. Plures enim principes qui se suaq; prudentia & ratione conseruare voluerunt, illis causa suæ salutis plerumq; vitam concedunt, & magnas offensiones iniuriarq; remittunt, quos leges & iura mortuam destinauerant. Quia in re non illorum quidem, sed suæ vitæ rationem habuere. Potes tu igitur, prudentissime Rex, aliquandiu mortem no-stram differre, & vitam protrahere, si viuus ego tibi magis prodesse, quam mortuus satisfacere possum. Cupio itaq; quod me tibi præstare facile posse confido, te in tranquillum statum restituere. Coniuratorum enim mihi secreta omnia notissi-ma sunt, qui vt me autore contra Maiestatem tuam insurrexissent, sic etiã per me ab inceptis omnes facile desisterent. Oro te igitur magnanime Princeps, vt non meæ, sed tuæ saluti, ocio, quieti, vitæ, qua dignissimus es, tua sapientia consulas. Plura dicere conantè aliosq; hostes qui cum eo venerant, Rex amoueri iussit, mo-tisq; castris Bellagueram profectus est. Hic legibus inspectis, & pro iure sententia publice prolata, nonnulli hostium duces, ac præcipue coniurationis autores ne-cati fuere: aliorum autem qui sub illis aduersum regiam Maiestatem stipendio me-ruerant, eius mortis pœna plectendi veniebant. Rex tamen, paucis coniectis in car-cerem, aliis omnibus, & clementia & iustitia vsus, armis traditis, vitam libertatēq; concessit. Dum hæc gerebantur, interea Ioannes Sarabius Regis legatus cum paucis equitibus Ceruariæ oppidi, quod ab Ilerda distat spacio fere viginti milliū, depopulatus agros, inde magna cum præda & pecorum numero Rubinatum oppidum quod non longius aberat, se recepit. Hic cum postero die hostium millia quatuor, quibus Hugo Cardona, & Gofredus a Castro cognominatus, & Roge-rius Arillus præerant, ad se oppugnandum venire intellexisset, ad Regem confestim nuncium cum literis misit, quibus ostendebat quanto in periculo esset, quod nisi subsidiū ad tempus submitteretur, effugere non posset. Dimisso nuncio & appro-pinqnantibus hostibus, cum omnibus militibus quos secum habebat, in castellū quod ibi loci natura munitissimum est, se recepit. Hic etsi propter hostium nume-rosam multitudinem non paruo mortis metu premebatur, natura tamen arcis, & ædificio validissimo, atq; spe certa subsidii, se suosq; confirmare, totaq; nocte pro-pugnandi rationem & se tuendi modum cogitare, quæq; ad propugnandum vsu

erant præparare, arcemq; totam propugnaculis & armis munire. Die sequenti cum per turres defensiones & saxa disponerent quibus hostibus ascensum prohiberent, horam post meridiem fere tertiam longius hostium agmen & magnum equitum numerum atq; peditum aduentare prospiciunt. Horum qui primi aduenierant, nouissimos expectabant. Nam cum primum ad oppidum agmen appropinquasset, vltimum quatuor millium spacio longius aberat. Cum autem omnes conuenissent, dum castra ponunt, dumq; oppugnationis formam considerant, sol occidit. Nocte locis opportunis & electis, machinas & tormenta disponunt, quæq; ad oppugnandum necessaria erant comparant. Prima luce castellum multis tormentis oppugnant. Quibus vbi nihil obesse vident, & ex his qui arce continebantur, neminem conspicunt, tormentis omissis castello propius accedunt, & parietibus multis partibus appositis scalis, protecti vineis ac scutis ascendere conantur. Tum vero regii milites in eos ascendentes ex turribus repente tela saxaq; magni ponderis deiciunt. Quibus cum hostes resistere non possent, in castra statim reuerfi tormenta rursus exercere cœperunt. Cæterum cum nullam castelli partem promoueri, ac se frustra niti animaduertissent, vineas plures turreq; quibus tutius muros ascenderent, facere cœperunt. Quæ priusquam conscenderent, postero die Rex cum subsidio celeriq; cursu veniens impediuit. Hostes namq; Regem cum exercitu appropinquare cernentes, pugnandi consilium & rationem mutauere, & arcis oppugnatione dimissa, tametsi magno propter Regis aduentum timore premebantur, prælium tamen & pugnam expectare statuere, eorum ducibus copiarum numero qui maximus erat, confisis, & aliis omnibus certam victoriam pollicentibus. Quingentis igitur hominibus relictis atq; locis certis dispositis, ne regii milites qui castello clausi tenebantur, egredi possent, alii omnes iuga montis qui satis asper & ascensu difficilis aderat, occuparunt, locaq; omnia quæ ad eundem summitatem erat difficultas, compleverunt. Hic positis castris, alii tormenta disponunt, alii ea loca quæ facilem præbere aditum hostibus videbantur, saxis, lignis, & quasi muris impediunt. Deniq; munitionibus peractis & instructis ordinibus, pugnam expectantes huiusmodi verbis alii alios cohortantur. Hic est, hic dies nobis semper optatus, fortissimi viri, hic dies quotannis a nobis posteriq; nostris tanquam felicissimus & nostrum omnium dies natalis celebrabitur. Hoc enim die renascemur omnes, hoc die nostra erit redempta libertas, hodie nostri principatus populi omnes nostra virtute atq; fortitudine liberi dominatu tandem peroptato ocio & tranquillitate fruuntur. In nostris namq; manibus est victoria, quin etiam pauci qui Regem suum sequuntur, metu perterriti cum copiis nostris prælio contendere non audebunt. At si vel dementia vel aliquo scelere cæci congressi voluerint, cum perpauci sint, & contra libertatem seruitutem sequantur ac defendant, non dubitare quidem debemus, eos ad vnum perituros. Illis itaq; vel metu & cum ignominia fugientibus, vel prælio victis & occisis, nos oppido potiemur, & obsessi qui arce clausi tenentur, omnes in nostram venient potestatem. Tum quibus honoribus, quibus digni præmiis, quantaq; cum gloria nostra ad vxores & amicos reuertemur? Nos hodie seruitute, nos tyrannide patriam nostram liberabimus. Nos deniq; tam iniquis & iniustus bellis, nos tributis & indignis exactioibus quibus vexamur assidue, finem reperiemus. Absit igitur a nobis omnis timor, & animo forti magnoq; pugnam, ac potius victoriam expectemus. Non minus enim fortes qui expectant prælium, quam qui committunt, esse debent. Honestius quidem est atq; laudabilius viris fortibus pro libertate mortem subire, quam vitam viuere non honestam. Nos ratione, nos causa iustissima mouemur, nihil enim præter libertatem postulamus, pro qua fortissimus & optimus quisq; mori maluit, quam priuari. Hæc igitur hodie pro qua pericula omnia negligenda sunt, aut nobis vendicemus, aut pro ea gloriose omnes moriamur. In victoria vitæ nostræ omnis spes est. Nam victis neq; clementiam neq; misericordiam quidem nobis sperare licet. Cum autem animaduertisset Rex loci naturam vbi hostes constiterant, qui (vt supra demonstrauimus) altus erat & asper, ac si qua minus difficilis aditus hostibus, patere videbatur, huc ne possent equites Regis pertrāsire, lapides plurimos magnaq; trabes cœcecerant ab illo-

illorum castris circiter mille & quingentos passus castra locauit. Hic primum pueros, omnesq; sarcinas & impedimenta vnum in locum, vbi tuti esse possent, adduci & conferri singulari prudentia vsus imperauit. Hunc locum etiam milites qui defenderent, si opus esset, cum præsidio disposuit. Deinde instructas acies biduo continuit, atq; metum simulans fugæ signa plærumq; dedit. Quod hæc ratione faciebat, vt hostes id conspicati, forte spe & opinione falsa decepti, prælium quod expectabant, ipsi committerent, & a loco vbi vinci non facile poterant, paruas Regis copias contemnent, ad planitiem quæ proxima erat, descenderet. Quod si fecissent, multo facilius superari potuissent. Cæterum diem post tertium hostes ex loco tuto suisq; castris excedere nõ audentes, Rex suis obsessis subuenire & opem ferre percipiens, tandem vel in alieno ac difficili loco aggredi prælio statuit, conuocatoq; suos omnes talibus verbis hortatus est. Virtus fidesq; vestra, fortissimi viri, quas ego multis periculis & rebus difficilimis sæpe sum expertus, me quidem magna spe atq; fiducia vehementer hortantur, vt sine vlla dubitatione hostes armis aggrediamur, de quibus certam nobis victoriam pollicentur. Nam si quos in Hispania, quos in Italia, quos in aliis terris principes magnosq; duces atq; exercitus a vobis in prælio pugnando fuisse superatos memoria repetere volueritis, nemo profecto vestrum dubitare debet, quin de hostibus ac rusticis hominibus victoriam facilem consequamur. Nos enim non fortitudo solum & rei militaris vsus scientiaq; iuuabit, sed causa quoq; quam iustissimam & honestissimam sequimur. Nos ratio quæ iuste pugnantibus animos & vires auget, sed nos ipse deniq; bonorum protector Deus, qui iustos & innocentes in necessitatibus & periculis respicit, impiorum hostium manibus perire non sinet: qui non Regis modo sui nomen, sed Christi quoq; cultum maiestatemq; contemnere ac violare ausi, per seculum, velut olim Gigantes aduersum Iouem (vt aiunt) insania summa furentes ad regnum aspirant. Cuius incensi cupiditate Reginam & Principem vestrum Ferdinandum armis & insidiis stultissime perdere conati sunt, vitamq; iam indignissime spoliassent, nisi eorum innocentiam Deus respexisset omnipotens, & bonorum fideliumq; maxima virtus nobis absentibus defendisset. Hostium autem omnium qui sit finis futurus, ex hoc quidem nobis præcognoscere licet; quod temere sine causa, sine ratione contra nos arma sumpturunt: quod infano falsoq; consilio decepti, nostros principatus, bonos ac fideles omnes, suamq; patriam cuius quietem querere debebant, laboribus continuis, maximis incommodis, & cladibus indignissimis afficiunt: quod nos quibus amorem & obsequium præstare iustius potuere, quiescere non sinunt. Quos ego non vt subditos princeps malus vnquam tractaui, sed vt filios bonus pater summo semper amore dilexi: quos non illicitis vnquam tributis, non exactis iniuste vestigalibus vexaui, non vllis iniuriis affeci, sed bonis meis impartiui, muneribus & honoribus auxi. Nos eos liberalitate, beneficiis, amore: illi vero nos insidiis, proditiõibus, odiis, armis deniq; persequuntur. Quapropter hostes qui se crudelitati, superbiæ, ingratitude, coniurationibus atq; aliis permultis criminibus obnoxios fecerunt, quis dubitat & humanæ & diuinæ iustitiæ poenas esse duros? Non enim me solum Regem, vt supra memorauimus, sed Deum quoq; summa dementia furentes abnegarunt. Nõ pro nostro igitur honore solum, sed pro Christi quoq; cultu ac fide contra perfidos hostes bellum gerimus: quos eo timidiore in prælio fore certo scio, quo sine causa leuissime stultissimeq; defecerunt. Semper enim mali trepidant, nihilq; boni facere queunt qui suorum conscientia scelerum vexantur. Regem enim vel Imperatorem cuius vel auctoritate vel ductu excitentur, quem deniq; sequuntur, non habent. Omni deniq; gratia & auxilio diuino destituti sunt, a quo se iam alienos impie fecerunt, quum Regi, quum suæ patriæ bellum inferre statuerunt. Non ergo diutius hanc pugnam differre decreuimus. Vos itaq; moneo milites hortorq;, vt quisq; suæ virtutis & rerum gestarum hodie meminerit. Hic enim dies victis hostibus & oppressis, laboribus nostris finem faciet. In nostris siquidem manibus victoria est, quæ sumpto quidem de inimicis supplicio, pacem nobis & ocium præstabit. Ego autem & Regis & militis officio fungar. Semper enim & animo & corpore vobis adero, quippe qui

regnum conseruare statumq; desidero, quo pro meritis & laboribus vestris, & vobis ipsis, & liberis vestris satisfacere possim. Orationi finem faciens omniumq; animos ad pugnandum paratissimos esse videns, statim multos e militibus ad equestrum ordinem vocauit, quos titulis & honoribus ornauit, & multis muneribus auxit. Mox cum acies instruere cœpisset, a Ioanne Luna cui seruebat oppidū nomine Fœlix, viro clarissimo & rei militaris peritissimo remoratus est. Hic enim hoc Regi consilium dedit, vt in crastinum diem præliū differret, ita fore, vt hostes vincti multo facilius possent, si eos primo die a parte solis inuaderent. Non spreuit consilium Rex: nouit enim fuisse prudentis. Pugna igitur in sequentem lucem commissa, tota fere nocte, quo ordine acies ad hostes accessuræ erant, præliumq; committere deberent, considerauit, ordinariq; disposuit, vt a fronte cum parte equitatus Alphonsus Aragonæus primus hostes inuaderet, & Comes Pratenfis a latere dextro, Bernardus Rocabertus a sinistro iam pugnantes aggredierentur. His laborantibus Henricus Regis ex fratre nepos, qui etiam Infans fortuna dicitur, & Ioannes Aragonæus ad tempus cum equitibus leuis armaturæ succurrerent: quos ipse quoq; Rex statim recenti subsidio subsequeretur. Quem Carcoxana Regiæ cohortis primipilus, Petrus Vrrea, Mathæus & Petrus Monticatini, Ioannes Luna, quem supra memorauimus, Philippus Castrensis, Gomecius Suares Ficerora, Ioannes Dembus, Andreas Pinera, aliiq; nobiles plures sequerentur atq; protegerent. Omnibus itaq; cōmonitis, vt statutum ordinē seruarent, Rex de quarta vigilia magno silentio cum omnibus copiis versus hostes pedetentim proficiscitur, & antelucem propius accessit, ac priusquam eius aduentus hostibus cognitus esset, duces longiori circuitu iuga montis supra hostes ascendere iussit. Prima luce nondū exorto sole & quasi matutino crepusculo hostes copias Regis prope sua castra cernentes, clamorem magnum tollere cœperunt, metumq; dissimulantes & armis intenti pugnam deposcebant. Regii milites autem omnes eo ordine quo Rex imperauerat dispositi, cupidiq; pugnandi, signum quod tuba dandum erat, expectabāt. Quod cum exorto iam sole Rex dari iussisset, celeriter omnes in hostes impetum vno tempore maximum fecerunt, quem fortissime hostes exceperunt. Diu acriter vtrinq; pugnatum est, & æquo fere Marte. Horam autem diei circiter tertiam cum hostes solis radios & intuitum ac contrariorum armorum fulgorē oculis ferre non potuissent, cumq; Rege superueniente cum magno subsidio magis premerentur, iam vulneribus defessi pedem referre tergaq; vertere cœperunt. Quos fugientes Regis equites insecuti die toto, magnum eorum numerum occiderunt. Centum enim & triginta supra mille interfecti, totidemq; capti fuere. Reliquis etsi locorum asperitas profuit, nemo tamen eorum euadere potuisset, si quibusdam victoribus regiis non præda magis, quam honor cordi fuisset. Hi enim dum legendis spoliis seruandisq; prædis commorantur, fugientibus victis spacium dabant. De regiis autem militibus multi vulneribus affecti, desiderati vero pauci fuere. Iacturam tamen equorū magnam fecerunt, quorū præter multos vulneratos, mortui quoq; plures ceciderunt. Hostium enim nonnulli diffugientibus aliis siue pudore, siue victoriæ spe, siue quod eis fuisset erepta fugiendi facultas, ad suam internicionem in prælio pertinaces fuere. Hi cum viros armatos telis sagittisq; offendere non possent, omne telorum genus in equos conicere nitebantur. Illi autem qui castello fuerant oppositi, cum lociorū alios interfectos, alios captos, alios profligatos animaduertissent, ad Regem in deditionem venerunt. Idem & oppidani fecerunt. Sub vesperum Rex suos omnes in castra reduxit, omnibus etiam qui fugientes insecuti longius disceslerant, reuocatis, ad sepelienda suorum cadauera sanandaq; vulnera diligentem curam adhibuit.

LVCII

LVCII MARINEI SICV.

LI DE REBUS HISPANIÆ

LIBER XV.

De eodem bello.

10 **D**E sequenti cum in nonnullos captiuorum coniuratos animaduertisset, Tarracam versus, quæ villa inter Ilerdam & Ceruariam posita est, vbi Tarraconensis Archiepiscopus ab hostibus & Ilerdæ ciuibus obsidione premebatur, celeriter contendit. De cuius aduentu moniti hostes, alii Ceruariam, quod oppidum distat a Tarraca passuum millia quinque, alii Ilerdam statim obsidione relicta se receperunt, omnesque Tarracam destituere. Quæ timens ne sibi idem quod Rubinatibus accideret, supplex ad Regis obsequium properare rediit. Interim Alphonsus Aragonæus Villæ quæ Sancta Colomada dicitur, depopulatus agros, cum Ludouico quodam Gothalanorum duce qui Villæ subsidium ferens repente superuenerat, & cum oppidanis prælium committens, illorum centum interfecit, totidemque captos ad Regem misit. Cumque 20 Ioannes Aragonæus cum ducentis equitibus veniens, seque cum Alphonso fratre coniunxisset, & oppidum rursus oppugnare statuissent, hostibus pacem & Regis clementiam implorantibus facile pepercerunt: eorum tamen ad Regem magistratus miserunt. Hinc cum oppidum nomine Cereale quod prope erat, multis partibus acriter oppugnare cœpissent, omnes oppidanos ad deditionem venire breui coegerunt. Hac fama magno cum timore populi plures commoti ad Regem sponte venire, eiusque dexteram non sine lachrymis osculati, veniam vitamque deprecabantur. Hic Rex ad securitatem posteris temporis singulis oppidis singulos præfectos quibus plurimum confidebat, cum parte copiarum suarum reliquens, ad Reginam atque Principem filium Ferdinandum quorum maximo desiderio tenebatur, cum paucis equitibus Moncatam versus, quod oppidum distat a Barcelona passuum millia circiter octo, magnis itineribus contendit. Id oppidū, Rex cum venisset, Regina cum equitibus Galliæ septingentis quos Gallorum Rex ad eam Gerundam subsidio miserat, armis iam expugnauerat. Gallis autem equitibus Foxanus Comes præerat, qui, vti superiori libro scripsimus, apud Gerundam cum exercitu Regiæ se coniunxerat, & vterque coniunctus exercitus multos coniuratos oppresserat, multosque populos aut armis subegerant, aut ad Regis obsequium adduxerant. Vistiq; Monticatinis de oppugnanda Barcelona etiam consultum habebant. Quod consilium Rex etsi minime sequendū esse iam 40 secum cogitauerat (nam prius membra hostium quam caput, hoc est, oppida principatus quam ciuitates frangier oportere censēbat) ne tamen Regiæ & Foxani Cōmitis Gallorum equitum ducis consiliis repugnare aut cōtradidere videretur, eorum voluntatibus de oppugnandis Barcinonensibus assensus est. Verum enimvero nihil magis huic expeditioni quam tempus esse cōtrarium videbatur. Hyems enim maxime sæuiens impediēbat. Hęc enim Nonis Decembribus profectio cōtra Barcinonam decreta est. Cæterum Rex, vt supra diximus, Regiæ potius consiliis & Gallorum studiis assentiri maluit, quā vel seruire tempori, vel suū, quamuis multo melius, consilium sequi. Eo igitur assentiente cōfestim duo Gallorū duces cū multis equitibus, ad portā vsq; ciuitatis quæ noua dicitur, accesserunt. Itē alia ex 50 parte Foxanus Comes per Iuncheræ iter ad ædem S. Mariæ nomine Iesu cum ducentis aliis & magno equitum numero peruenit. Ciuitas autem portis præclusis, & armatorum milibus quinq; per muros dispositis, magno clamore Castellæ Regis vexilla simul & nomē extulere. Erat autem in ciuitate pugnantorum maxima multitudo, Regis vero vix erant hominum millia decem, & nihilominus intra mœnia ciues se cōtinebant. Ciuitas autem & loci natura & ædificiorū arte valde munitur.

GG iij

Hæc cum audisset Castellanos Rex, se quod petissent libenter facturū respondit, constituitque cum legatis, ut interpositis induciis cum Aragonum Rege, vnum in locum ipse cum Rege Gallorum ad colloquium conuenirent, ubi suas & Gothalanorum res cum Aragonum Rege pace componerēt, quod autore Rege Gallorum fieri facillime posset, atque tota diu iam armis & bellis vexata nimis pacaretur Hispania. Hoc responso accepto legati ad Regem Aragonum reuersi cum ei omnia retulissent, eum supplices deprecati sunt, ut eam conditionem pacis & componendarum rerum rationem quam Henricus Castellanos Rex constituerat, non renueret. Rex autem etsi Gothalanos ac Castellanos hostes armis potius opprimere quam pace sibi reconciliare volebat, quia tamē id sine Gallorum auxilio 10
facere nō poterat, quos sibi defuturos minime dubitabat, si Castellanos bello persequi vellet, quo plura mala maioraque discrimina vitaret, cum Castellanis & obstinatis pactus inducias, cum Gallorum ducibus de colloquio cum Ludouico Galliarum Rege constituit, ut & ipse illorum colloquio interesset. Mox Castellanis in Castellam, & Gallis in Nauarram proficiscentibus, Cæsaraugustam se cōtulit. Hic paucis commoratus diebus dum & equites quos expectabat conuenirent, & Galliam versus, ut cum Ludouico Rege colloqueretur, profectioē pararet, Castellanos Rex & Gallici maris princeps qui Almirantes vulgo dicitur, secretos cōferebant sermones, & remotis vtriusque familiaribus, quasi res magnas nouasque molirentur, clam soli nonnunquam colloquebantur. Quorum occulta consilia 20
multis male cogitandi causam dedere, qui sermones illorum clam omnibus nouo insolitoque more collatos, neque ad commodum, neque ad honorē Gallorum & Aragonum Regum pertinere suspicabantur. Hanc suspicionem crebri rumores affirmabant, qui eos in vtriusque Regis dedecus, neque sine fraude locutos fuisse vulgo ferebantur. Quæ res multorum quidem malorum materiam præbuit. Nam & ab vtroque Rege de colloquio consilium destitutum est, & bella quæ tunc interpositis induciis iam quiescere cœperant, redintegrata, multo magis accensa fuere. Siquidem violatis fœderis & induciarū iuribus, Montefani conuentus equites quorum Ascorna Regis Aragonum legatus præfectus erat, Dertosæ agros vndique vastare 30
cœperunt, & cum Dertosanis equitibus e ciuitate progressis prælium committentes, illorum multis occisis, alios omnes fere vulneribus confectos intra muros ciuitatis compulerunt. Hinc magna cum præda & nonnullis captiuis euertentes, oppidum Smertū, quod Castellani paucis ante diebus vi ceperant, magnoque præsidio tenebant, oppugnatum venerunt. In cuius expugnatione Dux Ascorna multis hostiū telis grauius vulneratus occidit: reliqui vero, Castellanis expulsis, oppidanos in fide Regis, ut ante fuerant, retinere. Eodem tempore multis in locis totius principatus bella gerebantur. Nam quidam vir in armis insignis & valde strenuus, Cardonæ Comitatus filius, cui & genus & nomen erat Spurius, cum oppidum cui nomen erat Gratia, quod a Rege defecerat, obsideret: Dertosanos quos ciuitas cum Castellanis quibusdam subsidio Gratianis mittebat, equestri prælio deuicit, omnesque 40
populos Pratarum prouinciæ qui iam nutare ac deficere cœperant, diligenter in amore Regis & obsequio continuit. Tum etiam Fernandus Angulus, & Ioannes a Toletis, qui iussu Regis Belagueræ præerant, Beltranum Almendarē cum exercitu sibi apud oppidum Lignolam occurrentem diuque pugnantem magno certamine profligarunt. Quo prælio plures equites peditesque vtriusque partis conciderunt. Biures quoque ordinis sancti Ioannis militiæ præfectus, cum exercitu paruum oppidum Azeniam quod defecerat, obsidione premebat. Sed Azeniensibus a Dertosanis qui nō longius aberant, auxilium petentibus, a ciuitate subsidio missus exercitus regios equites oppidū oppugnantes acriter inuasit. Hic diutius vtrinque 50
strenue & æquo Marte pugnatum est. Cæterum plurimis equitibus e ciuitate in auxilium hostium superuenientibus, Regis equites opprimebantur. E quibus acri longoque prælio iam defessis, præter vulneratos interfecti ducenti totidemque capti fuere, reliqui fuga magnoque labore, castris tamen amissis, euaserunt. Item Comes Treugnii, Burfaonensis & Tyrosionis Alcalam Aragoniæ oppidū oppugnantes, cum magnis copiis aggressus a tergo, eorum quadringentos occidit: Ferrandus cui

10
20
30
40
50
dus cui Camara cognomen erat, Cypranam & Caspen oppida, nonnullis interfectis oppidanis, expugnauit. Aluarus Mendosius Castellæ Regis legatus Borriddæ castellum, deceptis fraude custodibus, cepit, multaque damna populis propinquoque ribus intulit. Multa præterea tū prælia quæ comprehendere nequeunt, & aliis in locis principatus gesta fuere. Tota namque prouincia Tarraconensis oppugnationibus, præliis, & sæuis populationibus arsit. Tantus quippe furor Gothalanos omnes inuasit, tanta dementia vexabat, tanta mentis caligine ducebantur, ut nullis ammonitionibus, nullis minis, nullis denique cladibus ad pristinam sanitatem vniquam redire potuerint. Sed eorum viribus exhaustis, opibus quas multis annis magnisque laboribus terra marique parauerant, omnibus amissis, & propriæ salutis & honoris oblitivique ad mortem pertinaces erant. Hisigitur omittis, quoniam quæ nullo ordine gesta fuerunt, in ordinem redigere literisque mandare non facile est, ad Aragonum Regem reuertor, qui cum multis Aragoniæ nobilibus Cæsaraugusta proficiscens, in principatum perueniens, apud Ilerdam ciuitatem cum Pratarū Comite quem illic cum exercitu reliquerat, se coniunxit, & omnes equites qui diuersis locis aduersus hostes renitentes bella gerebant, ad se vndique conuocauit. Interim Tarraconensis Antistes multique magnates ad eum cum sua quisque familia sponte venerunt. Idem fecerunt & multi Siciliæ nobiles, qui Regi supplicias tulerunt cum pecuniis & equis. Itaque coniunctis omnibus copiis in hostes omnia signa 20
conferri iubet, submorisque Castellanis & Aragoniæ prouinciæ finibus expulsis, Gothalanos seditiosos magnis cladibus affecit, breui tempore multa oppida, depopulatis agris, expugnauit, multos populos metu perterritos ad obsequium redexit. Et collectis omnibus copiis, Kalendis Maiis Ilerdam quæ iterum defecerat, profectus, in hortis ciuitatis citra flumen Sicorim castra posuit, instructaque acie milites omnes in armis esse iussit. Erat enim in ciuitate magnus militū numerus quos Petrus Decius ciuitatis præfectus de Regis aduentu non ignarus, ex multis partibus euocauerat, qui Regis appropinquantibus copiis, equites & ciues omnes arma capere, & locis ciuitatis opportunitis tormenta quibus in oppugnantes uterentur, disponere iussit. Est autem Ilerda Hispaniæ ciuitas nobilis, inter Barcinonam 30
& Cæsaraugustam, quæ ab vtraque pari ferme distat interuallo, memorata Romanorum bellis ciuilibus. Hic enim Iulius Cæsar Magni Pompeii copias quibus Marcus Varro, Lucius Afranius, & Marcus Petreius præerant, superauit. In ripa Sicoris posita ciuitas in altiore collem consurgit, templis & aliis ædificiis, fructifero solo, & antiquissimo literarum gymnasio celebris: amnis præterea qui saxeo ponte trāsitur, & aquis & aureis arenis insignis. Ciuitatis etiam fines Vrgelli fertilissimos agros attingunt. Vna re tantum minus scilicet minusque salubris, quod hyeme nubiloso plerumque tegitur cælo. Sed hæc de ciuitate. Postero die Gothalanorum duces cum magno equitum peditumque numero flumen traiecerunt, & cum Regis exercitu qui ad pugnam paratus erat, prælium commiserunt. Acriter vtrinque 40
que primo cōgressu & viribus æquis pugnatum est. Deinde vero durante pugna, hostes qui minus labores & arma ferre consueuerant, longo iam defessi certamine pedes referentes in ciuitatem sese receperunt. Ex quibus interfecti pauci fuere: de Regis autem equitibus numero plures ceciderunt. Nam qui fugientes hostes ad muros usque ciuitatis persecuti fuerant, eorum multos ad sua castra redeuntes tormenta quæ ciues Ilerdæ iaciebant, interemerunt. Cum quibus & Ioannes Luna vir nobilis, & forma corporis & animi magnitudine præstantissimus, occubuit, cuius mortem magnus quidem Regis & totius exercitus mœror secutus est. Hoc tantum prælio regii milites, & profligatis hostibus in ciuitatemque compulsis, & capto diui Augustini templo, victores fuere. Multos dies deinde ac prope duos menses, modo equestri prælio, modo pedestri certamine, nec sine vtriusque partis cæde fusoque sanguine pugnatum est. Cæterum post multa variaque prælia longo iam labore defessi hostes, suburbium ciuitatis & omnes domos atque sanctorum cedes quæ extra muros ciuitatis erant, amiserunt. Est autem suburbium iuxta pontem quo transitur ad ciuitatem. Hoc suburbio capto, regiis militibus magna quidem spes expugnandæ ciuitatis accessit, & Ilerdenses nō paruus timor inuasit. Itaque Rex nocte que

secuta est, in suburbium castra transferri ac fossa valloque muniri, & tormenta locis ad oppugnandum tutis & opportunis locari iussit. Interea ciues eo loco qui medius inter pontem & muros ciuitatis erat, multo robore magnisque confixis trabibus præualidam sibi munitionem confecerant, & ab altera parte quæ ad pontem & Regis castra spectabat, usque ad utramque ripam fluminis aggeres fossamque perduxerant. Hoc materiæ munimentum & lignorum molem Rex prima luce multis tormentis oppugnare iubet. Vbi complures iacti lapides propugnantes hostes sum mouere, regii milites, capto ponte, cerratim & fossam lapidibus terraque completere, & confixas fudes trabiumque munimen euellere nitentur. Huc Ilerdæ ciues periculum sibi pertimentes vndique repente concurrunt, & in eos qui lignorum machinam eruere conabantur, tela conicientes acerrime pugnabant. Regis autem equites etsi numero pauciores erant, propter angustiam loci qui plures capere non poterat, hostium tamen numerosam multitudinem propellebant. Quorum Siculus quidam cui Ioannes Cilestrus erat nomen, saxo magni ponderis concussus, armatus in fossam quam transierat, in caput decidit, diuque capite solo affixo stetit & pedibus erectis, donec a sociis qui aderant, adiutus, ad pugnam rediit. Tum & Ferdinandus Rebolletus qui primus hostium phalanges perfrigerat, cum missilibus telis, armis quibus indurus erat perforatis, vulneratus in pectore ceciderat, a suis armigeris e solo statim sublatus, & commotus ut in castra reciperet, vulnusque medico curandum præberet. Prius, inquit, vulnus vlciscamur, postea curabimus. Hæc locutus in hostes conuersus violentius dimicauit. Acriter hic ab omnibus diuque pugnatum est. Nam defensis regii militibus alii recentiores succedebant. Denique compulsis intra muros ciuitatis hostibus, omnes Regis equites in sua castra victores redierunt. Quorum etsi multi vulnerati, nulli tamen desiderati fuere. Ex aliis vero præter vulneratos complures, nonnulli quoque ceciderunt. Cæterum dum hæc apud Ilerdam prælia gerebantur, Regina & Ferdinandus filius ex Cæsaraugusta cum duabus quingentariis cohortibus in auxiliū Regis venientes apud diui Francisci templum castra posuere. Nam ut in hunc locum copias adducerent, in itinere literis Regis & nunciis præmoniti fuerant, ut media ciuitas inter duos exercitus aut facilius expugnaretur, aut citius in deditio-

30 nem veniret. Quod quidem cōsiliū Regem minime fefellit. Ciues enim & longa fame languentes, qui iam diu ex lini semine panem comederant, multique inedia perierant, & omni subsidii spe destituti, post multa prælia quibus magnum vulnus acceperant, & quia præter vastatos agros omniaque bona consumpta se ipsos perditum iri cernebant, ne sua pertinacia interirent, ab Rege colloquium petierunt. Quorum legati cum supplices ad Regem venissent, nihil ab eo præter vitam deprecabantur. Quibus Rex non vitam solum & libertatem, sed omnia quoque bona concessit, idque fecit nonnullis equitibus suis quos iam prædæ cupiditas ceperat, inuitis. Demum clauibus acceptis, præcauens ne subsidium quod Barcinonæ parabatur, veniret, præmissis cum legatis multis armatis equitibus, ciuitatem maturius ingressus est, & cum eo Regina simul & Ferdinandus filius. Qui cum ciuitatis magistratibus quos a iureiurando quod pro conseruanda republica præstant, iuratos appellant, & cum aliis ciuitatis equitibus per vicus equitantes, miserabiles esurientium puerorum fletus & querulas voces hauriebant. Quorum matres passis crinibus misereque flentes ad Regem & Reginam cum venissent, dum eorum pedes osculabantur, multis etiam lachrymis irrigabāt: quarum præterea nonnullæ longo ieiunio deficientes in terram nimio languore cadebant. Virorum autem complures & promissa barba terribiles, & exangui macie pallentes, ut qui iam vultus humanos exuerant, vel montanas trucesque feras, vel mortuorum hominum effigies referebant. Quos miserata Regina, & præcipue pueros, ad sua castra con-

40 festim misit, & qui omnibus cibaria distribueret, imperauit. Hic dies octo Rex commoratus, dum & ciuitati quæ necessaria erant prouidit, & milites qui ex acceptis vulneribus ægrotauerant, conualescerent: tandē Nonis Quintilibus Alphonsum & Ioannem Aragonæos, Comitem Pratensem, & alios duces cū septem cohortibus Ceruariam versus præmisit, quos ipse ciuitatis arce Ioanni Lescano commissa,

missa, postero die cum reliquis copiis subsecutus est. Quod quum Barcinonenses animaduertissent, auxilio Castellatorū omniq; spe iam destituti, ad Petrum Portugalliæ Comitæ Vrgelli nepotem legatos miserunt, quibus omnem facultatem dederunt, ut ei nomine Gothalanorum omnium Barcinonam ciuitatem totumque principatum offerrent. Quod ille munus regnandi cupiditate captus minime recusauit, sed sua vndiq; conuocata familia multis equitibus comitatus, simul cum legatis Barcinonam profectus, apparatu pene regali magnoque gaudio totius ciuitatis excipitur, & vltro citroque iuratis ex compacto conditionibus & privilegiis, ingenti ciuium clamore Rex appellatus est. Hunc deinceps non Petrum Portugalliæ, neque Regem, sed dumtaxat Lusitanum denominabimus, a Lusitania vltioris Hispaniæ prouincia, vnde a Barcinonensium legatis accitus venerat. Est autem Lusitania inter Gallaciam & Beticam, quæ tribus vberimis fluminibus, Durio, Tago & Ana continetur, cuius prouinciæ pars vltima quæ vergit in solis occasum, ab incolis & recentioribus historicis Portugallia nuncupatur. Huius autem nominis etsi certam reddere rationem non possumus, nobis tamen opinari licet ex Gallia olim homines in huius regionis maritimam ciuitatem quæ Portus appellatur, ingressos, suæque patriæ nomen Gallia ciuitatis nomini, quod nonnunquam fieri solet, addidisse. Sicut & Celtiberia, quæ ab Ibero amne citerioris Hispaniæ & Celtis Gallorū populis nomen accepit. Sed ad Lusitanum redeo, qui etsi Rex electus in titulos illustres & magnos principatus honores assumptus fuerat, eius tamen animus non minorem quidem curam & sollicitudinem quā lætitiā sentiebat, propterea quod & alienum regnum ingressus erat, & Gothalanorum neque mores neque linguam satis intelligebat, & Aragonum Rex qui cum Ilerdam ciuitatem armis ceperat, cum exercitu victore propinquus erat. Ilerdensibus enim captis, & ciuitatis castello Ioanni Lescano cui plurimum Rex confidebat, ut supra memorauimus, commisso, duces quos cum copiis Ceruariam versus præmiserat, magno cum equitum numero subsequebatur. Ex Gothalanis interim perfidis quos aduentante Lusitano Comes Pallariensis & alii coniurationis autores acciuerant, multitudo magna conuenerant. Erant præterea in ciuitate nonnulli Castellani milites, quos a regiiis equitibus præliis ante gestis profligatos & in vltiorem proficiscentes Hispaniam Barcinonæ ciues apud se magnis precibus multaque pecunia retinuerant. Ex Lusitania quoque qui venerant, & aliarum nationum milites, Gothalanorum copias augebant. Præfectis igitur electis & ordinibus instructis, & Ceruariensium legatis auxiliā petentibus, Lusitanus cum omni exercitu coniunctisque copiis e Barcinona proficiscens, Equalatum peruenit, quod oppidum Ceruariam versus distat a Barcinona passuum millia circiter quadraginta. Huc speculatores quos e Barcinona Lusitanus exploratum res Aragonum miserat, redeūtes, multos principatus populos qui defecerant, post Ilerdam captam in Aragonum Regis obsequium & gratiam rediisse, & Tarraconenses cum Ceruariensibus metu perturbatis de deditio placandoque Regis animo consilium inisse dixerunt. Quorum delatis vulgatisque sermonibus, non paruus quidem timor hostes omnes inuasi, & Lusitani qui Ceruariensibus auxiliū implorantibus opem ferre statuerat, consilium & cogitationes impediuit. Nam etsi Ceruariensibus subuenire decreuerat, multis tamen quos metus ceperat, hortantibus, ut Barcinonem potius redire, quam Ceruariam proficisci vellet, ne muris illic & obsidione clausus exituque prohibitus, vel longa fame, vel expugnato oppido, in hostium potestatem venire cogeretur: diu cogitabundus, & ad deliberandum quid esset facturus anceps (nam & Barcinonam reuerti pudore, & Ceruariam ire metu prohibebatur) demum neque Barcinonam rediit, neque Ceruariam profectus est, sed itinere quod Ceruariam ducebat omisso, cum omnibus copiis transuersum iter ingressus, ad dexteram Montem Serratum relinquens, in Pratenis Comitatus terram peruenit. Quæ regio pars est prouinciæ Tarraconensis & Cathalonæ principatus, versus septentrionem, distatque a Barcinona passuum millia sexaginta. Hic oppida multa quæ defensoribus carebant, expugnauit, quorum agros igne ferroque vastabat. Hoc eo animo Lusitanus faciebat, ut Pratarum Comes qui Regis

Aragonum copiis præerat suis populis auxiliaturus, ab obsidione Tarracæ quæ acriter oppugnabat, discederet, & cum exercitu Pratas versus proficisceretur, cū eo Pratis egressus in itinere prælio decertaret, quo victo & militibus eius fufis, deinde Regis copias quas cum Comitis exercitu coniunctas plurimum posse cernebat, tutius inuaderet. Ideoq; quo maturius Comes venire, & suis auxilium implorantibus opem ferre cogeretur, violentius omnia vastare, crudelius in captiuos animaduertere, his præterea qui semel moniti iussa morarentur & serius portas patefacerent, horrendam & per multa tormentorum genera mortem minari. Quod ubi Rex qui Tarracæ tunc erat, a multis qui inde relictis omnibus rebus ad eum cōfugerant, accepit, tanta sæuitia commotus Pratarum Comitem ab obsidione Tarracæ reuocatum, cum aliis ducibus quos Ceruarienses oppugnatum miserat, cum exercitu contra Lusitanum celeriter ire iussit. Cui mox & Ferdinandum filiū quem multis nobilibus præfecerat, subsidio misit. Qui tamen puer ætate magis quam adolescens erat (annum enim quartum decimū agebat) magnopere tamen armis & equo gaudebat. Laudis igitur & belligerendi cupidus magna celeritate proficiscens, die quarto Comitem suos fines ingressum cōsequutus est. Cuius aduentus incredibili lætitia milites omnes affecit. Postero die cū omnibus coniunctis & instructis cohortibus, in oppidū Comitis quod Calafum vulgus appellat, & a Pratis quæ inde cernuntur, millia passuum fere quinque remotum est, Ferdinandus Princeps & duces omnes ingrediuntur, totaq; nocte propter propinquos hostes paratas & armis instructas acies habuere. Complures equites armati positos ex tempore tentoriis, extra muros oppidi pernoctarunt. Vbi dies illuxit exploratores nonnulliq; Pratenfes ad Ferdinandum Principem venerunt, & Lusitanum Pratis egressum Calafum versus cum maximis copiis & ordinibus instructis venire dixerunt, & iam signa eius & sublatus equorum pedibus puluis cōspiciebantur. Tum Ferdinandus omnes ex oppido copias eduxit, & ad exponendas cohortes locum considerauit. Oppidi situs & loci natura erat huiusmodi. In plano fere loco incipiebat, & in collem leuiter accliuem confurgens, in editorem planitiem definebat. Huc Ferdinandus copias adduxit, & milites omnes paratos & armis intentos esse iubens, venientes & iam appropinquantem hostes expectabat. Tum in acre ciconiarum repente densissimum agmen apparuit. Quod nouum genus augurii non paruum quidem multorum mentes perturbauit. Aues enim etsi neq; prodigiōsæ sunt, neq; humanis carnibus vescuntur, inter vtrumq; tamen gregatim volantes exercitum, multorum quidem futuram cædem significare videbantur. Interim Lusitanus quamuis eodē non nihil turbatus augurio, metu tamen dissimulato, milites quos propter inspectū prodigium non paruus timor inuaserat, hortatus, oppido propius accessit, & apud diui Iacobi templum quod a Calafō circiter mille passus aberat, copias continuit. Mediū inter vtrumq; exercitum spaciū maior erat planities, & opportunus ad pugnandū locus. Lusitanus instructa acie & exercitu tripartito, Gothalanis equitibus qui sibi primum prælium poposcerant, Petrum Decium præfecit. His omnes Burgundiæ milites, quorum magnum numerū habebat, subuenire iubet. Secundam aciem Nauarris & Castellanis compleuit, quibus Beltranum & Ioannem Almendaretem præposuit. Tertiā cuius ipse præfectus erat, ex Lusitanis & nonnullis Gothalanorum primariis equitibus instituit. Eius primipilus erat Laurentius Monticatinus: custodes autē Comes Pallariensis, Redæ Vicecomes, Graus Cerbellon, & Cruillæ dominus erant. Cohortibus hoc modo dispositis, longo sermone Gothalanos hortatus est, quibus primum maiorum suorum virtutes illustres & res terra mariq; magnifice gestas commemorauit: deinde omnes iniurias illis illatas a Rege Ioanne, crudelissimas cædes, bonorū amissiones, & agros igne ferroq; depopulatos repetens, quot oppida, quot ciuitates, quot castella tormentis cōcussa corruissent, quot viri fortes apud Rubinatum ceciderant, in memoriam adduxit. Barcinonæ principatū vel liberum esse debere, vel ad Vergelli Comitis hæredes pertinere, Barcinonensibus affirmabat. Qui si pristinae solitæq; virtutis in prælio gerendo eo die memores esse vellent, facile quidē & amissas omnium bonorum possessiones recuperarent, & ignominias quas indignissime perfer-

pererebant, vlciscerentur. Non esse dicebat de victoria dubitandum, propterea quod & virtute militum præstantiores erant, & numero plures. Quod etiam si numero plures essent, illa tamen ratio nobis perfacilem victoriam pollicetur, quoniā cum hominibus qui pueri iudicium in re militari sequuntur, cōgrediendum esset. Postremo vt pro honore, pro vita pugnarent, admonuit. A Gothalanis, ad Nauarros accedens, illis cum multa verba dixisset quibus illorum animos accendere facile poterat, demum Caroli Vianæ principis mortē memorauit. Castellanis bella quæ Ioannes Rex Aragonum tot annos aduersus Ioannem & Henricum Castellanorum Reges indigne gesserat, retulit. Deniq; Burgundiæ militibus atque reliquis qui stipendio & prædæ spe militabant, honores & comoda quæ victis hostibus victores consequi possent, & quam plena diuitiis & hostium spoliis manus quæ bene pugnasset, in castra rediret, ostendit. Dum Lusitanus oratione coniu-ratos hortabatur, interea Ferdinandus etsi corporis robore minus firmus, vt supra diximus, propter ætatem, animi tamen viribus fortis, ex colle vbi constiterat, exercitum ad planitiem deduxit, ibiq; ad hunc modum aciem instruxit, vt Pratarum Comes cum parte magna equitatus cum hostibus a fronte configeret, primaque prælia committeret, statimque Bernardus Roccabertinus a dextera, & Matthæus Monticatinus a sinistra pugnantes, hostes a lateribus opprimerent, Henricus Principis frater patruelis laboratibus, & quos hostium multitudo magis vrgeret, cum suis equitibus subsidium ferret. Bernardum vero Gastonem cum peditibus montem qui aderat, ascendere iussit, vt inde signo dato celeriter in hostes impetum facerent. Tarraconensis Archiepiscopus, Comes Modicensis, Ioannes Pratus cum equitibus suis peditibusq; oppidum castraq; tuerentur. Ipse autem cum primipilo Caraxona magnaq; parte nobilium quos salutis suæ causa custodes habebat, Pratensem Comitem & qui cum eo prima prælia commisissent, subsequeretur. Hoc modo ordinibus instructis, aduocatos duces & omnes equites his verbis alloquitur. Omnes homines quibus ætas & rerum experientia defunt, fortissimi viri, non dare quidem, sed accipere doctrinam & consilium docet. Ego itaq; qui sum & ætate puer, & in re militari tyrunculus, & minus expertus, vos omnes rogo obtestorq; vt si vobis ordines quos in instruenda acie consideravi, minime forte probantur, & aperte & statim mihi consilium vestrum & sententiam ostendatis, totamq; aciem & pugnandi rationem vobis mutare, vestroque iudicio liberius instruere liceat. Volo enim si quid vestræ virtuti & rebus inclyte gestis fortuna detraxerit, vt non me duces, sed ipsam possitis accusare fortunam. Nam quo statu simus, quo in loco sita sit nostra salus, omnes quidem mecum intelligere potestis. Rex noster abest, cuius nomen & præsentia nos hodie plurimum iuuare posset. Cæterum vestra virtus & rei militaris scientia, magnanimi proceres, me quidem patris aspectum desiderare non sinit. Mihi enim in huiusmodi fortunæ conditione prælioq; gerendo, quod aduersum tyrannum sceleratorum hostium duces paramus, etsi patris absentia, si meæ puerilis ætas, si denique rei militaris pugneq; nouitas, causæ non parui timoris esse debeant, plus me tamen proceres spes virtutis vestræ, plus animi fortitudo, plus ætas & rei militaris vsus hortantur. Me namque fortio-rem faciunt memoria victoriarum vestrarum, fama; præclara rerum quas fortissime semper gessistis. Quæ omnia mihi nō solum timorem minuunt, verum etiam desceleratissimis hostibus quam certissimam victoriam pollicentur. Quod si hostes hominum multitudine & exercitu numero plurimum posse videntur, non tamen timori nobis esse debent. Non est enim fortium virorum, si quando numero paucioribus contra plures pugnare contingat, de salute aut de victoria desperare. Nam Alphonsum patrum sapius audiui narrare solitum, quod mihi quoq; pater affirmauit, a vobis perpauca propter virtutem vestram, magnumque vsum rei militaris, innumeras hostium copias fuisse superatas. Mementote igitur hodie, viri fortes & amici mei, vestræ solitæ virtutis, vt honorem & gloriam quam vincendo vobis comparastis, & a maioribus vestris qui fortissimi fuerunt, accepistis, posteris sine aliquo dedecore relinquatis. Ego autem meorū more maiorum & in laboribus, & in periculis, a vobis nusquam abero. Sed iam more nostro pro-

ceres diuinum numen & auxilium conuocemus, & in prælio semper in ore Aragoniæ nomen & Dei sanctissimæ genitricis habeamus. Hac oratione habita primiduces, pugnandi ordines instructos a principe comprobantes, Principem primum obsecrant atq; monent, vt prælio abstineret, suosque pugnantes ex tuto loco cerneret. Aliis deinde ad alia respondere volentibus tempus defuit, propterea quod equites quos princeps ad explorandum locorum situs & accessus ad hostes paulo ante præmiserat, cum ad hostium castra propius accessissent, cum hostium equitibus e castris egressis prælio contendere cœperant, & ab illorum numerosa multitudine superati fugientes ad sua signa reuertebantur. Quod cum Princeps & eius duces animaduertissent, confestim canere tubas, & in hostes signa cœferri iubent. Idem Lusitanus fecit. Signis itaque datis vtrinque concurrunt. Comes Pratarum cum multis equitibus quos ex omni numero iussu Principis elegerat, in hostes ingressus, illorum multitudinē magno impetu perfregit. Bernardus Rocabertinus & Mathæus Montecatinus a lateribus, vt princeps instituerat, perturbatos hostes aggredientes, eorum multos occidunt. Hi tamē cum primo satis prospere pugnasent, paulo post labore magno defessi, vehementer a multitudine hostium qui suis subsidio veniebant, premebantur. Id cum animaduertisset Princeps, suis laborantibus Henricum subsidio cœfestim misit, & Bernardo Gastoni quem iugum montis cum peditibus ascendere iusserat, signum dedit. Ipse cū reliquis equitibus quos apud se retinuerat, & Carcaxona primipili centurione, Henricum subsequitur. Ita vno tempore, magnum omnes in aduersarios impetum fecerunt. Prælium ingressus Princeps, in exhortando duces multosque equites nominatim appellauit. Quem cum illi in prælio nec sine periculo versari vidissent, eius salutem pertimescentes acrius pugnare, & hostium non minus equos quam equites interficere. Hostes primo conflictu iam perturbati, alii labore defessi, alii vulneribus retardati, cum Principis equitibus amplius resistere non potuissent, terga vertentes ad sua signa ducemque Lusitanum qui nondum ex castris egressus erat, se recipere cœperunt. Hos insequentes victores a tergo, alios occidunt, alios vulnerant. non ab illis hortati prælium redintegrant, sed fuga simul cum aliis, qui subsidio veniebant, salutem querunt. Equites itaque per loca ad cursum expeditiora, pedites per asperiora montanaque timore perterriti nullo ordine turpiter diffugiunt. Complures inter fugiendum, quo celerius currerent, arma quæ deicere poterant, abiecerunt. Victores namque fugientium quoscunque consequentur, vt hostium multitudinem minuerent, omni neglecta redemptionis conditione, trucidabant. Lusitanus autem suos omnes magna cum strage profligatos esse videns, pauore magno concussus & anceps propriæ salutis, equo quo vehebatur dimisso, recentiore alium perniciosemque subito conscendit, & Regis dimissis insignibus, equitis habitus assumpsit, & nocte superueniente se victoribus immiscuit, quibuscum ad portas usque Pratarum peruenit, vbi milites nonnullos qui oppidum tuerentur, reliquerat. Hinc victoribus ad Principem Ferdinandum redeuntibus, admissis equo calcaribus ingressus est oppidum, quo deinde diffugientes exercitus eius reliquias sparsasque cohortes quæ siluis delituerant, flammaram signa prospicientes ad multam noctem sese receperunt. Cæterum Ferdinandi milites etsi primum nullis eorum qui fugiebant, hostibus parcebant, deinde tamē prædæ cupiditate capti, dum colligendis hostium spoliis incumbunt, & cadentibus arma & quidquid preciosum erat detrahunt, multis quos vel occidere, vel capere poterant, fugiendi locum spaciumque dederunt, minoremque victoriam fecere. In qua quidem duces & equites omnes Principis Ferdinandi suas vires & animi fortitudinem in officio rei militaris ostenderunt, & imprimis Bartholomæus cognomento Vius, vt alios omittam. Hic enim eques leuis armaturæ cum hoste validissimo cataphracto homine valentissimo, qui magnitudine corporis & virium magnus Burgundius vocabatur. Cui Bartholomæus occurrens lanceam per os emisit, & auulsa hasta ferrum quod ossibus infixerat, restitit. Quo vulnere accepto magnus Burgundius ex equo cadens efflauit animam. Ferdinandus autem post solis occasum, & iam discedente crepusculo luceque diei, multis hostium captis, pluribus occisis, & reliquis diffugientibus, insigni victoria

victoria potitus, apud Pratas, quo se recipiebant hostes, insidias veritus, suorum saluti consulens, receptui canere iussit, suasque cohortes quæ diffugientes adhuc hostes insequerentur, ad se reuocauit. Cuius iussu reuertentes equites, alii captiuos hostes secum duxerunt, alii magnas prædas & multa spolia signaque retulere. Lusitani quippe exercitus equites grauis armaturæ præter vulneratos interfecti quoque centum septuaginta, & capti ducenti fuere, quorum equi complures occisi, nonnulli simul cum equitibus & armis in victorum potestatem venerunt. Et quod magno opere mirandum fuit, lætoremque victoriam fecit, tanta hostium multitudine Ferdinandini, etsi per pauci vulnerati, desiderati tamen nulli fuere. Quæ quidem res Principi Ferdinando, cunctisque victoribus solidum & cumulatum gaudium, maioremque voluptatem præbuit, quam ipsa victoria. Ideoque princeps ea nocte copiis in oppidum reductis, & captiuis custodibus traditis, primum Deo pro parta victoria gratias egit, vota que persoluit: deinde vulneratos omnes reuisit, commendauitque medicis diligenter. Hinc ad castra reuersus, ad Regem Tarraconē de prælio gesto nuncios cum literis confestim misit. Qui nuncii de victoria peroptata incredibilem lætitiā Regi & Reginæ qui de filii salute valde solliciti erant, attulerunt, adeo vt Rex præ nimio gaudio oculorum visus quos amiserat, recuperauerit, & Regina vota quæ pro filii salute promiserat, Deo Optimo Maximo persoluit. Sed redeo ad Principem Ferdinandum, qui magna victoria potitus, vt erat magnanimus & humanissimus Princeps, vt animos omnium equitum suorum quos fortissimos cognouerat, ad maiora facinora concitaret, quum omnibus gratias egisset, & eorum fortitudinem collaudasset, paratis epulis magno lautoque conuiuio, cunctis ducibus & multis equitibus, vt vna secum & eadem mensa simul discumberent, familiariter imperauit. Inter cœnandum autem vnusquisque lætitiæ plenus & honoris quod in prælio fecerat, & quidquid sibi contigerat, Principi referabant. Princeps autem Ferdinandus cum pariter omnium virtutem & fortitudinem collaudasset, vnum ex captiuis adduci iussit. is erat ex Lusitanis. Qui a Principe Ferdinando, quot hominum millia Lusitanus ex Pratis secum duxisset, & quot illic reliquerat, interrogatus, habuisse Lusitanum dixit hominum millia septem, ex quibus Pratis quingentos qui oppidum tuerentur & conseruarent, reliquisse. Hoc in custodiam reducto, alius ex Castellanis adductus est. Hic eadem interrogatus, eodem modo respondit. Hac re gesta Ferdinandus certis equitibus imperauit, vt stationes omnes requirerent. Quod cum diligenter omnes fecissent, quiete se dederunt.

LVCII MARINEI SICVLI

LI DE REBUS HISPANIÆ

LIBER XVI.

De eodem bello.



OSTERO die Lusitanus ex Pratarum oppido, quo diffugerat, discedens, certis ducibus vsus per montes & inuia loca proficiscens, Manresam ciuitatem, quæ distat a Barcinona triginta millia passuum, peruenit, vnde paucis ante diebus magna cum spe habendæ victoriæ discesserat. Qua quidem spe frustratus eius animus & tristitia affectus quiescere non poterat, quippe qui desiderabat aduersam superare fortunam. Assiduis enim multorum vocibus & querelis offendebar, qui Calafetano prælio filios infelicitate amiserant. Mulierum quoque miserabiles questus quæ cum filiis etiam viros in bellis extinctos reperebant, molestissime ferebat. Ideoque Beltranum Almedaretem legatum cum exercitu Ceruariæ subsidio mittens, ipse cum reliquis copiis in Ampurdaniam prouinciam venit. Quæ regio est prouinciæ Tarraconensis

Galliam versus, multorum oppidorum & bellicosæ gentis, distatque a Barcinona quinquaginta millia passuum. Hic multis prouinciæ populis conuocatis, Besalonenfibus qui rerum omnium penuria laborabant, opem tulit. Est autem Besalon oppidum inter Gerundam & Barcinonam. Hac ope recreati Besalonenfes, sumptis armis cum eo simul proficiscuntur. Quorum virtute fretus Lusitanus (erant enim bellicosi & armis atq; præliis assueti) Turanam oppidum quod aberat a Besalone passuum millia triginta, cum magnis copiis oppugnatum venit, totumque oppidum, ne quis effugere posset, obsidione cinxit. Erant autem intus præter oppidanos, regii equites quadraginta, & oppidi præfectus qui dicebatur Baniolus. Hi cum neq; oppidum, neq; seiplos ab hostium machinis, tormentis, & oppugnationibus tueri possent, & nulla fugæ spes esset, conditione, vt pecunia redimerentur, sese dederunt. Quibus in deditionem acceptis, elatus ea victoria Lusitanus, Bisbalim oppidum versus quod non longius aberat, exercitum duxit. Cuius oppidi cultores admodum fideles, sub Regis imperio constantissime permanentes, aduersus hostes arma parauerant, & Petro Torrellæ Regis legato qui oppido præerat, sese aut Bisbalim patriam defensuros, aut ad vnum mortem propugnando subituros iureiurando confirmauerant. Lusitanus autem prope oppidum copias adduxit, & loco ad oppugnandum dum satis opportuno castra ponit, multis tormentis oppugnat. Conculsi iam muri disrumpebantur, & qua tormenta propugnatores submouebant, scalis & vineis ascendere conabantur. Regis autem legatus Petrus Torrella milites & oppidanos hortatus, in hostes e muris tela saxaq; cõiicere iubet. Tum omnes fortissime propugnantes hostium nonnullos occidunt, alios in castra reuerti compulerunt. Ex castris tormenta rursus exercent, & ex oppido item tormentis saxa iaciuntur. Interim Petrus Torrella qui Bisbalis tuendæ curam habebat, nuncium qui quanto in discrimine versarentur omnes qui oppidum defendebant, Regi denunciaret, properare iussit. Auditq; nuncio Rex cognitoq; suorum periculo, collectum pro tempore subsidium obsessis confestim misit, & duces qui tum Gerundæ præerant, missis nunciis huc quamprimum transire cū suis copiis imperauit. Hi dicto Regis audientes, omnes equites peditesq; sumptis armis festinare iubent, ac celeriter venientes, cum aliis qui regio iussu subsidio venerant, se coniungunt, & in Pabolitano castello, quod a Bisbali passuum millia quinque aberat, relictis omnibus impedimentis noctu magno silentio, præmissis nuncio qui oppidanos de aduëtu eorum certiores faceret, ad oppidum propius accedunt: in quod nondum orto sole portis reclusis recepti fuere. Lusitanus in tera & de illorū aduentu commonitus, & Calafetanæ fortunæ memor, castra duplici fossa muroq; muniti, magnisq; sudibus circumuallari iusserat, & locis quibus ad se oppugnandum facultas & opportunitas hostibus esse videbatur, machinas & multa tormenta collocauerat. Postero die regii duces ex oppido egressi instructas acies habuere, & si hostes e castris exirent, expectabant. Quos vbi iam diutius intra vallum se continere viderunt, propius accedunt, & in eos irrita tela coniciunt. Itaq; cum propter munitiones quas densissimis sudibus inexpugnabiles confecerant, eos offendere nullo modo potuissent, & ipsi illorum tormentis premerentur, inde discessere, & vt hostium vires frangerentur, Ampurdanorum partis aduersæ qui Lusitanum pecuniis & exercitu iuuabant, omnibus agris & possessionibus igne ferroque vastatis, in oppidum magna cum præda rediere. Interim Lusitanus oppidum tormentis oppugnat, & turrim quæ firmior erat, continuis & crebris ictibus concussam iam disiecerat. Ex oppido item regii saxa tormentis in hostes iaciebant. Atque ita pugnantes vtrinque multi perierunt, pluresque nobiles partim occisi, partim grauissime percussi concidebant. Die toto tormentis pugnatum est, noctis tenebræ pugnandi finem fecere. Cæterum Lusitanus potiundi oppido spe destitutus, timensq; ne obsessus in castris, comæatu quæ multis ex partibus expectabat, & subsidio prohiberetur, de tertia vigilia castra mouens, prima luce ad Pabolim quæ a Bisbali passuum millia quinque abesse supra demonstrauimus, cū exercitu peruenit, & iuxta oppidum positus castris, Ceruariensibus quorū agros Ferdinandus Regis filius depopulabatur, subsidium misit. Mox autem cū audisset Regis exercitum

exercitum Bisbali discessisse, super montem Rupiam qui aderat, copias adduxit, ibiq; castra ponit. Montis non difficilis erat ascensus, & ab Oriente planicies. Hac venientes equites regii prælium repente committunt. Acriter vtrinque pugnatum est. Primo prælio pauci cadunt, vulnerati plures fuere. Tandem Lusitani in castra sese receperunt, & in sequentes regios equites redire tormenta coegerunt. Post solis occasum omnes in castra recepti fuere. Lusitanus nocte fere tota magno silentio pugna sequentis diei ordinem & rationem considerans vigilanter instituit, vt cum primam illucesceret regia castra repente subitoq; cum omnibus copiis inuaderet, ita fore sperans, vt hostes ex improviso & inopinantes aggrediens, magno impetu valde perturbaret, & perturbatos ac impeditos multo facilius opprimeret. Quod consilium transfuga quidam siue pœnitentia ductus, siue diuinitus, noctu clam e Lusitani castris egressus, Alphonso Aragono qui ea nocte cum equitibus centum missus a Rege superuenerat, aliisque Regis ducebatur aperuit. Alphonfus itaq; Lusitani detecto consilio transfugam in suum tabernaculum adduxit, reliquosq; Regis duces equitesq; vocari confestim iussit. Quibus adhibitis, quas copias, quot equites, & quot pedites Lusitanus haberet, a transfuga diligentissime quæsuit. Is respondit in Lusitani castris esse hominū millia fere quinque, ex iis equites circiter mille, peditem qui armis erant assueti, numerum trium millium, denique pugnatōrum millia quatuor se cõnumerasse dicebat. Alphonfus hac re cognita & transfuga custodibus honorifice tradito, duces omnes & centuriones commonet, vt quilibet cohortis suæ milites ad tertiā usque vigiliam conuiescere sinat, deinde vero vnumquemque magno cum silentio diligenter in armis esse iubeat. Itaq; sedulo iuu quilibet fecit officium, aliquantoq; maturius quam dux Alphonfus imperauerat, intenti sumptis armis expectabant. Alphonfus autē vbi regios omnes equites atq; pedites ad pugnam paratissimos esse vidit, exercitus quadrifariā partitus est, vt in hostes alii a fronte, alii a lateribus, alii etiam a tergo dato signo celeriter imperum facerent, vt cum hostes in sua castra se recipere conarentur, minus facile reuerti possent. Itaq; castris bipartitis, & in medio castrorū ad currendū expeditissimo loco relicto, quasi magno vico ciuitatis, Alphonfus suorum alios ante castra venturis hostibus opposuit, ad sinistram alios, alios ad dexteram consistere iubet, ipse vero post castra cū suis equitibus constitit. Quos autem in fronte castrorum aduersos hostibus opposuit, monuerat, vt appropinquantibus hostibus per media castra simulata fuga quasi hostium perterriti multitudine, terga vertentes & equis ad motus calcaribus celeriter omnes concurrant, & relictis aliquantulum castris in hostes conuerterentur, fortissimeq; pugnent: alii simul ab utroque latere, simul a tergo omnes vno tempore pene circumuentos hostes opprimerent. Hac itaq; ratione modoq; regii exercitibus partitis, cohortibusq; dispositis, Lusitanus ita vti statuerat, suos hortatus, vix expectata luce diei, cum omnibus copiis e castris egressus, repente signa canere, & in Alphonfinos equites qui ante castra sese opposuerant, impetū fieri iubet. Omnes ingenti clamore tubarumq; clangore concurrunt. Iis propius accedentibus & pilis pene directis, equites regii, vt Alphonfus Aragonus imperauerat, simulato metu sese fugæ dederunt. Hos Lusitanos insequentes regie cohortes & a tergo simul & a lateribus inuadunt. Alphonfus Aragonus cum suis equitibus, & cum aliis qui fugam simulauerant reuertentibus, a fronte magnum celeriter in hostes impetum fieri iubens, in hostium agmen numerosæ multitudinis omnium primus ingressus est. Cuius audita vox & facies aspectu terribilis, hostium quidem mentes qui eum abesse crediderant, maiorem in modum perturbauit, atq; imperum viresque compressit: fortissime tamen ab omnibus ex ortu solis ad horam diei fere quintam pugnatum est. Vtrinque primo prælio plures concidere. Tandem circiter meridiem Lusitanorum alii laboribus defessi, alii retardati vulneribus, quum iam amplius & solis ardoribus gestum est enim hoc prælium Nonis Quintilibus) & regii militibus adhuc strenue pugnantibus resistere non potuissent, omnes quos non vires quidem, sed mortis potius metus adiuuabat, relictis castris terga verterunt. Quos diffugientes regii milites ad vnum quidem vel occidissent, vel ad Regem captos adduxissent, nisi & ipsos longissimæ pugnae maximus labor, & solis arden-

tissimus æstus iam defatigatos ab hostiū persecutione redire coegissent. Perierunt tamen hoc prælio Lusitanorum equites ducenti & sexaginta, pedites circiter mille, totidemq; capti fuere: reliquorum pauci sine vulneribus euaserunt. Ex regis pauci desiderati, vulnerati vero plures fuerunt. Hoc prælio gesto, & audita Lusitanorum strage, plures Ampurdaniæ prouinciæ populi metu percussi, legatos ad Regem Tarraconem miserunt, qui dicerent sese in officio semper & obsequio permansisse, neq; Lusitanum vnquam iuuisse, neq; cum aliis obstinatis coniurasse, sese omni tempore ad omnia quæ Rex imperaret, quam paratissimos esse semperq; fuisse dixerunt. Obsecratum nunc oratumq; Regiam maiestatem venisse, vt bonis eorum seq; ipsis vti vellet. Hos Rex & libenter audiuit, & eorum voluntatem sibi pergratam fuisse significauit, eisq; literas ad filium Alphonsum Aragoneū dedit, quib. eum rogabat, vt bonos viros omnes quam commendatissimos haberet, plurimi faceret, & magnis honorib. afficeret. Alphonsum Aragoneus interea nuncios de prælio gesto deq; captiuis ad Regem miserat, & copiis in castra reductis, dum sepelirentur occisi, vulneratos magna cura diligentiaq; curabat. Rex vbi deuictis hostib. & Alphonfi victoriâ ex nunciis accepit, Tarracone discedens Ceruariam versus cum paucis equitibus proficiscitur. Hic Ferdinandus Regis filius, vti supra demonsttrauimus, agros Ceruariensium populabatur. Huc Rex & Alphonsum filium cum copiis omnib. quas secum habebat, venire iubet. Quo etiam Regina quæ Videconates qui a Dertosa quatuor fere passuum millia distant, obsidio- 20 ne premebat, Regis nunciis accersita, cum multis equitib. & peditum septem cohortibus venit. Cum omnes vndiq; conuenissent, Rex oppugnare Ceruariam statuit. Cæterum propter magnam oppugnandi oppidi difficultatem Rex magnum tormentorum numerum multaq; machinas parari conferriq; iubet. Est enim oppidum non minus opere, quam loci natura munitum, in accliuo colle situm, muris ac turrib. egregie cinctum. Dum itaq; iussu Regis machinæ & tormenta parantur & conferuntur, Alphonsum Aragoneus Equalatum oppidū, quod abest a Ceruaria millia passuum circiter septemdecim, cum equitibus centū & quinquaginta totidemq; peditibus peropportune profectus est. Erant enim in hoc oppido due factiones, alii quippe reclusis portis ingenti tumultu Regem, alii Lusitanum expectabant. Cum igitur Alphonsum oppugnare oppidum cœpisset, regis factionis oppidani statim magno clamore Regem appellant, ac per vicos cum diuersæ factionis oppidanis qui portas Alphonso venienti clausurant, acriter pugnare cœpere. Quod cum audisset Alphonsum, equo descendens ipse scalas oppidi muris apposuit, & suorum militum alios muros ascendere, portas alios perfringere iubet. Dum milites Alphonfi iussa peragunt, in oppido toto non a viris modo, sed a mulierib. etiam, aliis de fenestris lapides in hostes deiicientibus, aliis gladiis telisq; per vicos pugnantes maritos adiuuantibus, acriter & ingenti clamore pugnatur. Alii quippe Regem, alii Lusitanum Barcinonemq; nominabant. Portis tandem perfractis ac diuulsis, Alphonsum cum equitibus ingreditur. Quem hostes cum vidissent, magno timore perterriti, celeriter domum suam se quisq; recepit. Vbi cum se tutari minus possent, Regis & Alphonfi nomē magna voce vocauerunt. Quibus Alphonsum veniam petentibus facile pepercit, mulieribus præsertim quæ miserabile flentes & sparsis crinibus eius pedes osculabantur, quas nemo quidem mortalis, nisi penitus humanitatis & rationis expers, sine lachrymis vel audire vel cernere potuisset. Aliæ enim maritos multis grauib. confectos vulneribus domum ægerrime reducebāt, interfectos aliæ tabulis impositos ferebant, aliæ viscera membræq; sparsa colligebant, nonnullæ suæ ipsæ vulnera patiebantur. Frangebant præterea hominum mentes, & omnibus lachrymas excutiebant puerorum ac puellarum miserabiles questus. Prouocabant etiam lachrymas & maximos fletus vicinorum, lanuæ, parietes humano cruore madentes. Alphonsum itaq; hostes non solum impune dimisit, sed etiā commotus humanitate multis verbis consolari conatus est. Aliis quoq; qui cæteris coniuratis in fide permanentes maximum fidelitatis argumentum & ingentem virtutem præ se tulerant, nō immerito quidem gratias egit. Cæterum qui deciderant sepulcris, postero die Ceruariâ ad Regem prope rediit.

Rex

Rex interea Ceruariam multis tormentis oppugnat, cuius muros ac turres indies minores tormenta faciebant. Ceruarienses Lusitani copias & subsidium expectantes, multis diebus e muris & propugnaculis oppidum maximis laborib. summissq; periculis tutari conabantur. Sed diuturna oppugnatione iam defessi, cum quati muros assiduis tormentorum ictibus & labare turres vidissent, & urgente fame coacti ac spe subsidii penitus destituti, Regi conditione sese dedere, vt in pristina fide ac libertate manerent. Rex conditionem nō renuit, quippe qui hostium penitentiam quam pœnam malebat. Portis igitur reclusis Alphonsum Aragoneum cum multis equitibus in oppidum præmittit, quem Regina & Ferdinandus Princeps cum primis ducib. consequuntur. Ipse multis relictis in castris equitib. paucis comitatus ingrediens, oppidanis & veniam petentibus facile concessit, & dexteram omnibus osculandam præbuit. Cumq; plures oppidanorum inedia longaque fame confectos oris squalore notasset, atq; pueros esurientes non sine lachrymis a parentibus panem miserimè petentes audisset, humanitate permotus quamprimum molita cibaria ex castris afferri iussit, allatumq; panem varii generis, id est militarem, specticum, hoc est subito confectum, nauticum, qui & bis coctus dicitur, focacium & cinericium viritim diuisit. Paucos hęc dies Rex commoratus, oppido Ioannem Carcaonam præfecit, quem & dum viueret arce oppidi cum iuribus & omni censu donauit. Hinc cum omnib. copiis oppidum Pratarū versus, 20 quo Lusitanus ab Alphonso Aragoneo profligatus suarū copiarū reliquias adduxerat, proficiscitur. Quod vbi Lusitanus intellexit, oppido deserto Barcinonē celeriter se recepit. Rex acceptis in deditioem Pratenisibus, dum Lusitanum persequitur, ex itinere oppidum Redonam, quod distat a Tarracone passuum millia septemdecim, aggressus est, biduoq; oppugnatum simul cum arce quæ cœculsa tormentis casum minari cœperat, in deditioem accepit. Hac ita re gesta omnes dicecensani Tarraconenses atq; Bernardini religiosi, qui diuo Bernardo templum dicatum quod Sanctas Cruces appellant, incolunt, ad Regem pacem & veniam petentes vndiq; nec sine muneribus conuenerunt. Quibus clementer acceptis & huius prouinciæ populis in potestatem reductis, Rex Ferdinandum principem & 30 Alphonsum Aragoneum aliosq; duces cum exercitu Dertosam versus præmittit. Quæ ciuitas ripe amnis Iberi apposita, Orientem versus a Tarracone passuum millia quinquaginta, remota est. Hos cum Regina reliquisq; ducibus atq; magno equitum numero in fluminis ripa commorantes apud Ampostam die quarto consecutus est. Quod oppidum in eiusdem amnis altera ripa situm est, inter Dertosam & Celtibericum mare, distatq; ab vtroq; loco spacio fere stadiorum quadraginta. Hic Regis copias aliquot dies amnis Iberus commoratus est, qui ex Cantabriæ montibus oriens, etsi modico fonte, largissimo tamen tractu fluens totaq; Celtiberorum prouincia lapsus, priusquam Cæsaraugustæ mœnia, vbi longo potite transitur, abluat, Salomē amnem & plures alios ad se recipit. Hinc etiam ad Dertosam præter Gallicum aliosque minores, Cingam atque Sicorim magnos amnes admittit. Tunc etiam pluuiialibus aquis & hybernis imbribus auctus ex vtraq; ripa campos inundauerat. Nullis igitur vadis repertis ad Cæsaraugustæ pontem, qui distat ab Amposta passuum millia centum & quinquaginta, Rex exercitum ducere longum nimis atque laboriosum existimans, ratibus ex tempore factis & connexis inuicem trabibus, paucis diebus exercitum traduxit. Plures tamen & fortiores equi quos in scaphas ingredi cogere non potuere, celeriter amnem tranauerunt. Hos tamen artis nauticæ peritiores e cymbis, longis habenis funibusque præuentes, ad alteram ripam fluminis traducebant. Omnibus tandem traductis copiis, Rex, qui apud Ampostam faciliores accessus & propinqua loca 50 cognoscerent, & commodum castris locum diligenter eligerent, misit. Hi locis omnibus vndique prudenter inspectis, & quibus tutius castra locari possent electis, ad Regem reuersi locorum situs, & vbi castra commodius esse possent, ostenderunt. Tum Rex instructas acies ad locum quem apud oppidum elegerant, adduxit, ibique positis castris, locis opportunis tormenta disponit. Cæterum & accessus ad oppidum propter flumen & proximas siluas difficilis

erat, & oppugnandi summa difficultas. Quæ quidem res spem nullam victoriæ potendiq; oppido regis equitibus dabat. Nam oppidum vel loci natura vel hominū industria munitum, sic se habet. Situm est (vt supra demonstrauimus) in ripa fluminis, cuius partes fere duas orientem versus Iberus amnis circumfluit. Tertia vero pars quæ ad occasum spectat, ex amne ab utroq; latere duplici fossa valloq; validissime cingitur. In medio porta tum arte tum etiam ædificio maximo valde munita, cum ponte ligneo, mobili tamen penduloq; vt pro tempore custodumq; voluntate demitti tolliq; facile citoq; posset. Et vterq; locus, vbi muri fossaq; flumini coniunguntur, duabus oppositis arcibus tutissimus. Arces quoq; vix expugnabiles, quarum fundamenta non in primo mobiliq; solo, sed in imis latomii, hoc est lapidinis, iacta firmaq; consurgūt. Hac igitur animaduersa munitione, Rex machinis & tormentis omnibus tripartitis, oppidi portam & vtramq; arcem die noctuq; acriter & incessanter oppugnari iubet. Cæterum iussu Regis oppugnantibus præter magnas oppidi munitiones & propugnantes hostes, magno quoq; anni tempore erat impedimento. Hyems enim horrida sæuiebat magnis & assiduis imbribus. Tanta enim illius hyemis magnitudo fuit, vt ingens variusq; serpētum numerus actus frigoribus, e proximis siluis & montibus egressus ad stationes & castra reperit. Serpentes autem quamuis admirabilis magnitudinis, innoxii tamē, in castris oppressi nimio frigore inter homines versabatur. Lupi quoq; gregatim milites e castris non procul egressos sæpius inuasere. Multorū præterea fontium quibus milites in castris utebantur, aquæ paludis & lacuum qui aderant, exhalatione corruptisq; vaporibus infectæ, nonnullis nobilib; inopinatæ mortis causa fuere. Postremo perhorrenda vox & humanæ per similes noctibus fere singulis audiri, quæ nihil præter horrorem celsitiamq; portendens, magnum quidem timorem viris etiam fortissimis incutiebat, adeo vt strenuissimus quisq; metu perterritus non nisi de discessu cogitauerit. Omnesq; discessissent omnino, nisi vel pudor, vel virtus, quæ cū timore pugnat, vel Regis autoritas & aspectus eos retinisset. Cæterū cum diutius magna pericula, summos labores, vim imbrium, & perhorrendam temporis sæuitiam tolerassent, demum longa vigilia & oppugnatione defessi nonnulliq; propugnantium telis percussi, iam minus strenue nec suo more solitaq; fortitudine oppugnare oppidum murosq; tormentis ferire videbantur, eorumq; multi fronte, nonnulli verbis, in castris & oppugnatione sese non sponte manere significabant. Plures præterea se quamprimum discessuros aperte dixerunt. Quod quum Rex animaduertisset, omnes ad se conuocatos huiusmodi verbis alloquitur. Quoties ego res a vobis multis in locis animose strenueq; gestas hæcenus memoria repetere solebā, fidissimi milites, quoties & insignes victorias vobis partas animo complexus sum, quoties deniq; fortitudinem vestram & facta præclara, quibus certe vos immortales fore cernebam, mecum considerare solebam, magnitudinem quidem vestræ virtutis admiratus, eos esse vobis animos, eas virtutis flammæ, eos laudis amores, mihi sine dubio persuaseram, quibus non hostis vllus, non vlla periculi magnitudo, non labor extremus, non deniq; mors ipsa timori esse vnquam posset. Quam quidem opinionem mihi de virtute vestra quam rectissime susceptā cum alia per multa, tum etiam hoc vnum periculum quod nuper fecimus, confirmabat, cum per pauci numero Bellagueram quæ nobis venientibus portas clauerat, vobis audentibus ingressi sumus, atq; numerosam ferocemq; hostium multitudinem virtute vestra facile compressimus. Verū enimvero nescio quæ res hoc tempore vestros adhuc inuictos animos percusserit. vos enim non hostes profecto (nam hostes timendi causa non est) sed fugere labores & temporis sæuitiæ cedere, quod nunquam futurum speraui, vehementer admiratus, ne frontibus quidem vestris negantibus animaduerto. Nam & oppugnationis retardatio & nonnullorum facies quam fractas & a castris alienas mentes habeatis ostendunt. Quamobrem vos ego milites non accusandi quidem, sed monendi gratia vocaui, pro vestra erga me fide proq; meo in vos liberorūq; vestros amore rogaturus, ne vestras insignes laudes, ne virtutes immortales, ne rerum gestarum famam qua cunctos mortales exceditis, ne victoriarum memoriam, ne vitam sine labe, sine vlllo dedecore actam, nunc pauco-

patiorum dierum laboris impatientia deformari patiamini. Hic enim labor qui per breuis est & iam finitus, a vobis quidem quamprimum recedet, & vestræ virtutis nomen æternum & clarum semper in posterū summis laudibus efferetur. Nam per Deum immortalem quid nobis laboris superest? Nonne hostes omnes compressimus? Scimus milites, homines qui sunt in Amposta, tum nostra oppugnatione, tum inedia & rerum omnium penuria coactos in nostram propediem potestatem esse venturos. Qui etiam rebus omnibus abundarent, nostram tamen obsidionē diutius ferre non possent. Dertosanorum quoq; legatos ad nos de deditioe missos in itinere esse mihi iam nunciatū est. Barcinonenses præterea qui soli fere debellandi super sunt, extrema laborantes egestate consumptis eorum opibus, fame iam & rerū omnium inopia compulsos, & subsidii spe penitus destitutos, atq; suorum errorum pœnitentia ductos, non solum de deditioe, sed de præsumptis etiam ciuitatis muris, vt nos, si voluerimus, alto curru triumphantes excipiant, statuisse compertū habeo. Quare vos ego rogo milites moneoq; (nam præcipere vobis nihil debeo) vt animos mihi vestros non infractos, vultus non demissos, sed fortitudinis & alacritatis plenos, vt consueuistis semper, ostendatis. Non ignoro milites vos honoris & amoris mei causa multa pericula & magnos labores pertulisse. Sed nunc scire debetis nostros iam labores omnes exhaustos. Ad belli quippe finē & peroptatam de hostibus victoriam peruenimus. Nolite igitur imitari segnes agricolas qui suorum laborum præmia & iam maturos fructus aliis per ignauiam & desidiam relinquunt. Erigite igitur animos vestros, optimi viri, & in sceleratos hostes qui nostrorum laborum causa fuere, totis viribus solitaq; fortitudine vestra confurgite. Hic enim nobis labor extremus qui omnibus vestris laboribus additus, vobis certe quietem, vobis ad domos vestras, ad coniuges, ad liberos reditum conficiet. Hic deniq; vobis magnam lætitiā, vestrisq; posteris ingentem gloriam afficiet. Quod si vel audita vox, vel serpentum multitudo, quasi mali quidquam futuri portendant, timorem vobis incutiunt, quis est tam rationis expertus qui vocem quā singulis noctibus audimus, hominis esse non sentiat? atq; eius quidem hominis qui propter metum quiescere non potest, sicuti pertimidi canes, qui nocte ad formidine vel latrant continue vel vulant. Serpentes autē sunt natura frigidiores, propterea quod terram quæ frigidissima est, toto corpore contingunt. Ideoq; si vrgente frigore homines adesse sentiunt, ad eos natura duce cōfugiunt, vt calefiant. Vox vero quam noctu percipimus, si diuinitus est emissa, quid aliud præcipere vel monere debet, nisi vt hostes suorum errorum pœniteat? qui etiam sui Regis amorem contempserint, Dei tamen omnipotentis iustitiam timere velint. Aduentus præterea serpentum qui nostra in castra reperunt, & innoxii nobiscum degunt, si nobis antiquorum more liceret ominari, quid portenderet, nisi hostes necessitate coactos & nostræ clementiæ spe permotos in deditioem esse venturos? Sed ego in milites hæc locutus sum, non vt eos qui propter id a me iam discedere volunt, amoto metu securos in castris retineam. nam si quis hoc metuit quod nocere non potest, multo quidem magis hostes timebit armatos. Discedant igitur omnes, si velint, apud quos plus metus potest quam virtus. Ego enim scio mihi milites & fortes viros non defuturos. Non enim me deserent fidelissimi proceres vel Hispani vel Siculi in Ampostæ oppugnatione, quæ per breuis est & iam finita, qui mecum & cum fratribus meis in obsidione Neapolis continuos viginti annorum labores & quęcunque mortales & viri fortes pati possunt, pertulerunt, & qui multis aliis in locis, vt sibi virtutis famam & laudis gloriam quærerent, non dicam maximos labores & quęcunque pericula, sed ne mortem quidem vnquam timuerunt. Quibus ego & hæcenus quoad potui satisfeci, & deinceps Deo iuuante, multo melius satisfacturus sum. Ignauos vero qui neque labores ferre possunt, neque virtutis præmia cognoscunt, non vt me sequantur, ad virtutes & laudes hortari volui, sed vt ducis officio fungar. Qui tamen si virtutis amore deinceps laborem ocio prætulert, apud me non minus quidem, quam cæteri quos charissimos habeo, valebunt. Hoc sermone Regis habito, milites obortis lachrymis gemitus continere vix poterant. Tum Scipio natione Siculus, cui

Patella cognomen erat, Quam de Siculis, inquit, qui tibi nunc militant, Rex, fiduciam habes, ea profecto te nunquam faller. Ego enim noui tum Siculorum, tum Aragonum omnium erga te voluntates, qui non modo hic te non deferent, sed hoc etiam peracto bello, quocumque iusseris, ire quam paratissimi sunt. Quin eundem esse reliquis omnibus animum dubitare quidem non possum. Nam quis est tam laboris impatiens, quis tam sui honoris oblitus, quis tam virtutis & officii militaris immemor, ut in fine iam bellorum Regem suum deserere turpiter audeat, cum praesertim quisque non magis imperio Regis, quam ex usu suo bellum gerat? Omnes enim hoc bello confecto & deuictis hostibus cum honore, cum Rege victore, cum gloria, ad lares nostros, ad coniuges, ad liberos, ad propinquos & amicos, 10 victoriam & nostrorum praemia laborum referentes alacres reuertemur. Nunc autem quis adeo vel impudens, vel imbellis, vel ignauus est, qui Rege deserto in patriam ad uxorem & liberos proficiscatur? Exhibunt enim obuiam redeunti, quamuis desertori, conciuēs & amici latantes. quid de suo Rege sciscitantibus respondebit? vel quo animo, quibus oculis in posterum commilitones & Regem suum quem bellum adhuc gerentem crudeliter in castris & oppugnatione deseruit, aspiciet? Quapropter, inuictissime Rex, ipse quidem qui tuorum militum animos iam pluribus annis expertus sum, etsi labor maximus & temporis saeuitia nonnullorum vires perfregit, me tamen vadem Regiae tuae maiestati praebere, eorum honori tuo neminem unquam defuturum, neminem discessurum ab officio, pro omnibus me 20 tibi sponsores offero. Quidquid enim de me ipso polliceri possum, de omnibus quidem aliis affirmare non vereor. Suum quippe Regem illi non relinquent, qui me & fratrem meum Franciscum Patellam caeterosque proceres non solum militarium officii & honoribus, sed etiam laboribus & periculis anteire contendunt. Quare fortissime Princeps, eorum militum qui te nondum finito bello deseruerint, non solum culpam, verum etiam poenas omnes ego praestabo. Quod si nostra nunc oppugnatione virtusque militaris tibi fortasse non tam vehemens quam superioribus diebus videtur, hoc quidem non est magnopere mirandum. nam etsi locorum difficultas, si labor assiduus, & temporis importunitas nostras minuere vires potuerunt, frangere tamen animos & voluntates mutare non valebunt. Haec locutus oculos 30 ad concionem militumque coronam conuertit, & exercitus omnium statim Regem conspicens dextris elatis quae Scipio dixisset, alacer comprobauit. Rex autem Scipionis verba sibi non ingrata fuisse serenitate vultus ostendit. Siquidem iram & sollicitudinem quam paulo ante loquendo praese tulerat, in lenitatem manifestamque latentiam commutans, omnes circumspiciens amore, verbisque non minus paternis, quam regii vel humane vel honorifice collaudauit. Concilioque dimisso, quicquid alimoniae tunc & comestus habebat in castris, conferri iubet, allatumque per stationes incedens ipse viritum diuisit. Mox duces omnes & complures milites alacriter dexteram Regis osculati, magno pugnae studio accensi festinato certatimque machinas commutant, & maiora tormenta per opportuniora loca disponunt, quibus expugna- 40 ri facilius oppidum posset. Quare perfecta, Rex oppugnandi formam & ordinem quem duces scite considerauerant, comprobans, ut cuiusque virtute magis accenderet, certum cuique locum descripsit, & quam unusquisque oppidi partem tormentis oppugnare deberet, praemonstrauit, ut cum caperetur oppidum, qui primi expugnationis auctores fuissent, scire posset. Ex arcibus igitur alteram Puiccium Moteseque militum ordinis praefectus, alteram Scipio Patella Siculus oppugnandum suscepit, alii portam: Villamarinus etiam & Aluarus Naua cum quatuordecim remibus, ut ex utraque parte fluminis, vel tutres tormentis, vel muros oppidi ferirent. Assignatis itaque locis & omnibus fortiter oppugnare cupientibus, quoniam tum sol inclinabat in vespere, Rex hanc in posterum diem oppugnationem distulit, & milites, quo fortiores ad opus mane consurgerent, ut laboribus abstinerent, & noctem fere totam conuiescerent, imperauit. Ipse quoque deinde filio suo Ioanne Aragono & Tarracoenensi Praefule, ut castrorum vigiles requirerent, & ad lustrandas diligenter stationes frequenter excitarent, praemonitis, quieti somnoque cenatus indulgit. Caeterum hostes interim oppugnatione cessante nimis insolenter exulabant, existimantes Regem cum

cum exercitu iam oppidi & victoriae desperatione discessurum. Rex tamen de ter-
tia vigilia duces & omnes milites in armis esse iussit. Et paulo ante solis exortum
vndique signo dato, magnis militum clamoribus & tubarum fonitu in omnes fe-
re oppidi partes maiora minoraque tormenta iaciuntur. Hostes autem ex turri-
bus & eminentioribus locis armis & tormentis uti, propugnare minus facile po-
terant, propterea quod illorum ex alto iacta tormenta neque castra Regis quae lo-
cis imis posita erant, neque pugnantibus milites attingebant. Hoc itaque cum ani-
maduertissent, tormentis dimissis, ingentia saxa manibus demittere ceperunt.
Quae cum suo impulsu pondere ad planitiem usque deuoluerentur, ad oppugnantes
deficiente motu non perueniebant. Suos nominatim Rex oppugnantes urget
hortaturque, & reciores defessis succedere iubet. Ita biduo vel incessanter acriter
omnibus tormentis & militum viribus oppugnatum est. Tertio die praecipua
oppidi turris multis crebrisque tormentorum ictibus concussa, ingenti fragore
neque sine magnis oppugnantium vocibus, praecipua ex alto ad flumen pene to-
ta corruit. Cuius casu repente maximus hostes timor inuasit, & regii militibus au-
ctus est animus, ac spes & alacritas omnibus oppidi capiendi maior accessit. Nam
eorum qui erant in arce quae cecidit, aliis oppressis & obrutis & ruina peremptis,
aliis cedentibus & perterritis, statim Franciscus Patella & Rocabertinus cum
pluribus Siculis & Aragonibus oppidi vallum fossamque transierunt, & qua tur-
ris lapsus accessum praebat arcem ingressi, tormentis & multis hostium rebus
potiti, magno clamore signa Regis extulerunt. Quibus inspectis, & Regis hortatione
omnes milites omnes qui propinquiores erant, subsecuti celeriter oppidum ingre-
diuntur. Rex ad eos hortandum qui portam oppugnabant, accurrit. Interim plu-
res ingressi milites, eos qui portam defendebant, telis paruulisque tormentis, quae
vulgo Spingardae dicuntur, a tergo vulnerabant. Quorum alii occisus, alii diffu-
gentibus, captam portam recludunt, & ponte qui sublatu ab oppidanis fuerat,
demisso, Rex multis equitibus & peditibus comitatus ingreditur. Oppidi praefectus
interca cui Planella nomen erat, & cum eo quinquaginta milites, in ar-
cem diui Ioannis templi quod erat proximum, sese receperant. Hinc veniam &
30 misericordiam supplices petentes, omnium Dertosanorum deditionem Regi
pollicebantur. Rex eorum precibus & mulierum quae pedes eius flentes oscula-
bantur, lachrymis suaque clementia commotus, de paucis exacto supplicio, cae-
teris facile pepercit. Hic autem paucis diebus propter militum fatigationem
commoratus, mox rebus quae necessariae erant comparatis, cum exercitu mul-
tisque balearibus qui comitatus & subsidium ferentes cum septem nauibus
paulo ante superuenerant, Dertosam versus proficiscitur, Alphonso tamen Ara-
gono cum equitibus quingentis & duobus millibus peditum praemisso, qui Der-
tosanorum agros igne ferroque vastaret. Quod quum Dertosae ciues rescissent,
appropinquanti Regi festinato quadraginta legatos primos totius ciuitatis obui-
40 am miserunt, quos cum eo ad hunc modum locutos accepimus. Nulla coacti
necessitate, nullo timore compulsi, sed duntaxat ratione commoti, excellentissi-
me Princeps, ad te venimus. Tuus exercitus nostros agros, praedia, vineas, hor-
tos, segetes, arbores, praeter hominum mores immanissime populantur. Nulla vir-
tute, nullis precibus hominum vincuntur, nullo denique Dei timore cohiben-
tur. O Rex quis furor hic? Quid sibi vult tanta crudelitas? Tu ne saeuitiam hanc
ferre potes? Nimirum quidem recens de Ampostanis victoria tuos milites extu-
lit, ideoque Dertosanorum pacem contemnunt, quam si deinceps iam nostris
depopulatis agris, ne concessis quidem quas volebamus conditionibus, petant,
minus assequetur. Inter Ampostam enim quorum oppidum & Dertosam magna
50 locupletemque ciuitatem plurimum interest. Quare si tuas Amposta vires tam
diu detinuit, quanam tibi de victoria Dertosanorum spes habenda est? Contra
nos igitur tui milites vires nostras experiri nolint. Siquidem fortuna cuius incerti
sunt euentus, mutabilis variaque saepius esse consuevit. Fama quoque magni
ducis & victoris exercitus absens quidem magis quam praesens terribilis est, &
nonnunquam deuicto qui timebatur, eius qui timebat gloria certe multo ma-
II

ior efficitur. Præterea qui pluries belli casus experiuntur, etsi sæpe victoriam consequuntur, eos tamen quandoque defessa fortuna destituit. Reuoca igitur ab agrorum nostrorum vastationibus milites tuos, neque ulterius ipse progredi velis. Bonum quippe consilium etiam si detur ab hoste, negligendum non est. Agrorum nostrorum vastationes etsi nobis plurimum damni, tibi tamen nulliusque militibus nihil utilitatis afferunt. Nos autem cum reliquos qui a te defecerunt, populos tuo sub imperio constitutos esse nouerimus, tibi quidem libentissime seruiemus, obsequiumque fidelissime præstabimus, quod tuæ maiestati vel ex hoc die non solum pollicemur, sed etiam iureiurando confirmamus. Ex hoc sermone Rex & timere Dertosanos, & animos improbos habere facile cognouit, 10 ideoque se melioribus populis dignum esse legatis respondit. Dertosani ciues an parere suo Regi, an eius experiri iustitiam malint, statim eligant. Hoc responso accepto legatis discesserunt. Qui cum Regis voluntatem verbaque ciuitati retulissent, ad eum postero die reuersi, Dertosæ ciues Regi fidem & obsequium præstare quam paratissimos esse dixerunt, si prius tamen conditiones quas ferebant, obtinerent. Rex autem etsi dolosus illorum animos prauaque consilia moleste ferebat, suam tamen iram temperans quasi subridens, Haud, inquit, ego Dertosanorum Rex essem, si iniustis eorum petitionibus & voluntati parerem. Scire se Dertosanos ea quæ virtute non fecerint, quamprimum metu coactos esse facturos. Qui si forte suæ ciuitatis vel magnitudine vel munitione confiderent, 20 quod expugnari non possent, propterea quod Amposta serius capta fuisset, eorum opinionem esse falsam. Nam quamuis illud oppidum vel natura vel arte munitissimum erat, captum tamen fuisse, etsi sero, non tamen munitionibus suis & propugnatorum viribus, sed exactæ potius hyemis intemperie, quæ nostros exercitus ab oppugnatione diutius abstinere coegit, & ex Idibus Nouembris ad Martias Nonas ex tentoriis egredi prohibuit. Cæterum mox imbrium cessante sæuitia oppidum nostrorum militum fortitudine biduo expugnatum fuisse. Hæc cum dixisset, legatis dimissis & Alphonso Aragonico cum exercitu quem secum duxerat, ab agrorum vastatione reuocato, mox ordinibus instructis, & præmissis qui locum castris eligerent, ciuitati propius accessit, & iuxta pontem castra posuit. Hic enim locus commodiorem præbebat oppugnandi facultatem. Nam reliquas Dertosæ partes gemini colles & amnis Iberus undique cingebant, & in altero colle castellum fossa valloque valde munitum, quod (vt multorum fert opinio) Romani quondam duce Iulio Cæsare condidere. Ciuitatis mœnia vel loci natura, vel ædificiis egregie muniuntur. Pons erat ligneus, magnis trabibus & tabulis latioribus contextus, atque suppositis nauibus clauis ferreis confixus, qui pro tempore cum ipso flumine deficientibus aquis deprimitur, & crescentibus attollitur. In extremis autem partibus faciles aditus & egressus præbebat iter magnis lapidibus stratum, quod ab vtraque parte in fluminis ripas desinit, vbi geminæ turres amplaque ædificia consurgunt, 40 quibus lignei pontis extrema nauesque coniunguntur, & anulis ferreis magnisque catenis connectuntur. Dertosani autem, quo vel facilius exercere tormenta, vel expeditius egredi reuertique possent in ciuitatem, suburbia & quæcumque domus extra muros ciuitatis erant, diruerant, soloque adæquauerant. Quæ res etiam regiis oppugnatoribus non parum expediebat. His enim collapsis ædificiis multo commodius in mœnia ciuitatis tormenta iaciebantur. Rex interim, vt tormentorum præfecti tutius oppugnarent, & minus ab hostium tormentis offendi possent, a fronte castrorum latitudine pedum viginti, & altitudine totidem vallum prima nocte confecit, foraminibus tamen relictis, vbi tormenta quibus oppugnanda ciuitas erat exponerentur, valloque recenti, quo propugnantium securius ictus exciperent, effossa terra magnos aggeres apposuit. Quibus instructis operibus mane ciuitatem maioribus tormentis acriter oppugnari iubet. Hostes e muris item propugnantes sua tormenta iaciebant. Ita tormentis vtrinque per dies quinque pugnatum est, quibus ex regiis equitibus Alphon- 50 sus Gastonius & nonnulli milites qui vallum transferant, pluresque ciuium percussi

cussi ceciderunt. Quo genere certaminis plures quidem crudeliter vtriusque partis occubissent, nisi tam sæuis oppugnationibus initis cædibusque nefandis diuinitus obuiatum fuisset. Tempus enim sub idem Petrus Lusitanus quem sibi Regem Barcinonenses, quemadmodum supra demonstrauimus, elegerant, cum ex Granoli oppido quod viginti millia passuum distat a Barcinone, parato iam subsidio, Dertosam versus proficisci vellet, subito morbo correptus, breui nec sine magna multorum admiratione diem suum clausit. Cuius auditis obitus cunctis hostibus, & præcipue Dertosanis magnæ quidem tristitiæ, magnique timoris, nec minoris dissensionis causa fuit. Qui vel illius morte consternati, vel sub- 10 fidii spe destituti, vel acri militum Regis oppugnatione qui crebris tormentorum ictibus validos ciuitatis muros iam prorumpere cœperant, pontique flammam iniecerant, perturbati supplices a Rege colloquium petierunt. Quo impetrato legati cum venissent, osculandam Regis dexteram veniamque nec sine multis lachrymis petentes, ei nomine totius ciuitatis obsequium simul & clauis obtulerunt. Quibus benigne susceptis continuo Rex in ciuitatem Ioannem Aragonicum & Archiepiscopum Tarraconensem cum ducentis equitibus magnoque peditum numero præmisit. Ipse postero die cum reliquis ducibus & ingenti armatorum multitudine iam ciuibus attonitis ingressus est. Reconciliatis autem & obsequentibus Regi Dertosanis Lusitanoque mortuo, magna inter Barcinonenses dissensio magnumque certamen, quod in multitudine sine duce viuenti 20 plarumque accidit, ortum est. Lusitani enim peractis exequiis, Barcinonensium alii nouum Regem eligere, alii libertatem asserere, nonnulli ad pristinum Regem a quo temere defecerant, redire cupiebant. Tandem vincentibus improbis Raenerium quendam, vel vt alii dicunt, Raenatum nomine, natione Gallum, tunc Massiliensium principem sibi Regem optauerunt. Hic autem Rex electus & per legatos accitus, quam sit omnium fere mortalium ad dominandum pronus animus ostendit. Nam etsi iam senex & Aragoniæ Regis amicus erat filioque carebat, alieni tamen regni cupiditate commotus, Ioannem nepotem suum Andegauiensium Ducem cum copiis quas ex tempore coegit, in Hispaniam confestim 30 præmittere statuit, exorato tamen prius Rege Gallorum quem ipse consanguinitatis gradu contingebat, vt illius voluntate per suos fines eius exercitus tuto transire posset. Dux itaque Ioannes per Galliam ducens exercitum, aciuuenter exultans, continuis itineribus paucis diebus in Hispaniam peruenit, & transfactis montibus Pyrenæis apud Manresam ciuitatem, quam supra demonstrauimus, cum magnis Gothalanorum copiis se coniunxit. Quorum aduentu Barcinonenses cæterique Gothalani coniurati, qui post Lusitani mortem Dertosanorumque deditionem Regis Ioannis a quo imprudenter defecerant, iram iustitiamque pertimescebant, animoque dimisso iam cecidisse videbantur, elati magno gaudio sese totius Hispaniæ citerioris principatu potiri posse sperabant. 40 Ideoque nouum ducem sequentes, primum multis Ruscinonensis prouinciæ populis qui nondum a Rege defecerant, vt rebellarent, persuaserunt. Deinde copiis auctis ad oppugnandam Gerundam ciuitatem quam frumento præsidioque carere plures affirmauerant, proficiscuntur. Præerat tamen Gerundæ ciuitati Petrus Rocabertinus cum admodum paucis militibus, hos tamen & ciues omnes ille hortatus multisque tormentis usus, ab hostium inuasionem ciuitatem eo usque propugnando defendit, donec missum a Rege subsidium superuenit. Nam Dertosæ Rex cum esset de Gallorum aduentu per nuncios certior factus, ad copias quas tunc secum habebat, alias ex Dertosanis, alias etiam ex Tarraconensibus adiunxerat, quibus Ferdinandum filium quamuis adhuc adolescentem præfecerat, & cum 50 multis ducibus quibus maxime confidebat, magnoque exercitu cõtra venientes hostes Gerundam versus proficisci iusserat. Magnoque tamen tunc dolore concussus, propterea quod ob præteritæ hyemis intemperiem quæ nuper, vt supra visum est, apud Ampostâ pertulerat, luminibus captus, exercitus ipse ducere tam necessario tempore non poterat. Ideoque omnibus ad se conuocatis ducibus, ingemēs & pene lachrymis obortis flentique similis, Graui cura, inquit, magnoque dolore confi-

cior, amantissimi proceres, quoniam vos hoc acerbissimo tempore, quos charissimos habeo, quos alloquor videoque, cernere non possum. Nam cum paulo ante Gallis in nostrum principatum temere venientibus occurrere statuissem, me visus tam necessario tempore defecit. Cæterum in summa solitudine maximoque dolore quem nunc ego non de Gallorum aduentu, sed de maximo nostræ profectiois impedimento capio, vester in honorem meum constantissimus amor, & perspectissima fides quam multis in rebus magnisque periculis expertus sum, me quidem non mediocriter consolantur. Non enim dubito, fortissimi proceres, vos vbiunque fueritis, imprimis & nostri nominis & vestri honoris rationem semper habituros. Scio præterea vos equites etiam me absente vestra virtute scientiaque 10 militari magnas sæpe de hostibus innumeris fortissimisque victorias consecutos. Hac itaque vestræ virtutis fiducia fretus, acerbissimam deficientis visus infelicitatem æquo animo ferens, vos nostris exercitibus præpono, vos omnibus bellis gerendis deinceps legatos instituo, copiisque nunc Gallorum qui secum hostibus nostris coniunxerunt, obuiam ire volo, spectatissimi proceres. Hac ego fiducia salutem meam & honorem omnem vobis, equites, credere non dubito. Hac denique Ferdinandum meum vnicum filium virtuti fideique vestræ committo. Quem ego nuper hac lege, proceres, vniuersis exercitibus præfeci, ut vobis vbi que me referens, nihil tamen in re militari sibi suo ductu sine consilio vestro faciendum putaret, quod aut sibi ipsi, de quo procul absente ac in bellorum discrimine versante non 20 potero non esse valde sollicitus, aut vobis charissimi socii, quorum ego salutem & honorem non minoris quidem facio quam meum, aliquid vel dedecoris vel detrimenti possit afferre. Quod nunc quoque propter eius ætatem quæ capiendi magis consilio quam dando est idonea, rursus propalam vobis præsentibus confirmo. Te igitur Ferdinandi filii charissime moneo, & pro eo quanti facis gratiam & salutem vtriusque parentis, obtestor, ut libenter omnibus in rebus bellicis & militaribus officiis nostrorum ducum & omnium equitum fidelissimis prudentissimisque consiliis obsequaris. Quorum virtutem & autoritatem si tanti feceris, quanti te facturum esse credo, non equidem dubito te cum illis vna magnam ad nos victoriam, deuictis & Gallis & Gothalanis, allaturum. Cæterum ego, generosi proceres, interim quem 30 admodum filium meum militaribus in rebus & bello deinceps gerendo me absente consiliis & autoritatibus vestris obsequi iubeo, ita quoque vos omnes hortor atque obsecro, non quod aut ita necesse sit, aut vestris ingenis quibus nihil vquam cognoui nobilius, diffidam, sed quia me paternus amor quo nihil est ardentius, omnino cogit, ut eius salutis in primis rationem habeatis. Cui si quid mali, quod Deus prohibeat, eueniret, profecto videtis quantum ex eo doloris tam vos ipsi, quam nos miseri parentes iure sentire possemus. Dabitur igitur operam viri fortissimi, ne nostris infelicibus oculis miseræque senectuti obscuriores tenebræ maioreque calamitates accedant. Quod etsi non potero absens non timere, proceres, me tamen, ut paulo ante dixi, vestra quidem virtus ac fides sanctaque iustitia quæ nos 40 comitatur, non parum consolari poterunt. Quæ nobis non dubiam profecto victoriæ spem de hostibus improbis & Gallis in prælio natura leuissimis pollicentur. Vos itaque quorum militarem virtutem & ingentem fortitudinem sæpe cognoui, fortissimi milites, hortari necesse non habeo. Ite igitur hilares viri præstantes, & me vbiunque fueritis, quamuis absentem, semper tamen ante oculos habere creditote. Ego enim etsi corpore vos subsequi non potero, animo tamen vobis semper adero, & auxilia cæteraque res quibus opus esse cognouero, quotidie submittam. Cæterum me rursus paterna pietas, equites, cogit, ut vobis iterum Ferdinandum principem commendem. Eius itaque salutem vos obsecro rebus omnibus anteponatis. Hæc locuto duces & omnes qui aderant milites, eius & dolorem & so-

curaret, nec quidquam de bello gerendo cogitaret. Se namque eo absente multo diligentiores, quam si adesset, fore dicebant. Nec de futura victoria dubitaret, quod ipse imperator & dux exercitus ire non posset. Nam & fideles ipsi contra hostes & in sua patria aduersus Gallos alienos fines ingressos armis aggressuri erant, & Ferdinando duce, qui etsi admodum esset adolescens, satis tamen eius industriam & militarem virtutem Calafetano prælio cognouerant. Hæc cum dixissent, Princeps Ferdinandum dexteram Regis osculari, in castra quæ post moenia ciuitatis erant, se contulit. Idem duces & equites omnes fecere. Postero autem die rebus ad proficiscendum comparatis, & exercitibus instructis, Gerundam versus magnis itineribus 10 contendunt. Tum vero Regina cuius animus ingenti cura magna que solitudine fluctuabat, diu quidem anceps, Principem ne sequeretur, an cum Rege maneret (nam hinc amore coniugali & orbitate Regis, inde materno agitabatur affectu) tandem materna pietate coacta atque suadente Rege, paucis equitibus comitata, die sequenti Principem consecuta est. Cuius aduentus non paruum quidem omnibus lætitiæ attulit. Magno enim in re militari & in instruenda acie consilio pollebat. Interim autem qui Gerundam præerant, de principis aduentu cum exercitu certiores fiunt, & alacriore animo propugnantes duos de Gallorum ducebus occidunt, quorum alteri Demetus, alteri Andreas Vallis erat nomen. Ideoque aduentante Principis exercitu, Gothalani alii que Gallorum duces a ciuitatis obsidione discesserunt, & Dematum, quod oppidum distat a Gerunda passuum milia viginti, celeriter se receperunt. Hic Ioannes Andegauensum Dux copiis relictis, solus fere per inuia deserta que loca Barcinonam venit, & Barcinonenses allocutus, ut sibi milites & auxilia in suppetias mitterent, ad exercitum Dematum clam reuersus est. Ferdinandus autem princeps interea Gerundam ingressus, cum ciuibus atque aliis qui ciuitatem propugnando defenderant, gratias egisset, postero die relicta Regina quæ eum postea cum Gerundensibus quibus tum longa propugnacione continua que vigilia defessis aliquos dies quiescendum erat, subsequeretur, cum suis copiis a ciuitate discedens, totius oræ maritimæ quam Ampuriam vocat, multa oppida multa que castella expugnauit, multa quoque sine oppugnacione in obsequium redegit. Sub idem tempus Ludouicus Galliarum Rex, federe 30 quod cum Ioanne Aragonum Rege paucos ante menses inierat, abrupto, magnam equitum peditumque numerum quibus Armaniensem Comitem præfecerat, Ioanni Andegauensum Duci & Gothalanis qui cum eo erant, subsidium misit. Armaniensem Comes cum venisset, Ducis Ioannis consilium & autoritatem secutus, post oppidi Demati muros castra posuit. Princeps autem Ferdinandus omnibus quæ inter Gerundam & Dematum erant, captis oppidis, pugnandi cupiditate nimis accensus, cum magno equitatu & instructis ordinibus ad hostium castra propius accessit. Quos cum conspexissent hostes qui iussu Ducis in armis erant, signo dato acriter alii a fronte, alii a lateribus inuasunt. Erant autem Galli 40 cum Gothalanis numero plures. Primo tamen congressu æquo Marte pugnatum est, & vtriusque partis multi conciderunt. Diutius vero durante prælio Ferdinandi Principis equites hostium numerosa multitudine pressi, cum suorum multos occisos, & nonnullos captos vidissent, ipsique multo pauciores ingenti multitudine resistere non possent, ac de Ferdinandi salute valde solliciti, fugam sese dederunt. Quos ne victores quidem hostes ad extremum iam defatigati persequerentur. Cæterum profligato Principis exercitu cunctisque diffugientibus, etsi defatigati omnes anhelare videbantur, Dux tamen Ioannes qui Gallis & Gothalanis præerat, Scitote, inquit, proceres, nihil hanc victoriam gaudii, nihil laudis nobis allaturam, nisi Ferdinandum Principem capiamus. Cuius vocem animique desiderium cum audissent equites eius leuis armaturæ, celeriter omnes in Ferdinandum oculis animisque sequebantur, quem defesso iam equo fugientem Dux ipse cum aliis permultis quorum equi velocius erant, consequebantur. Hoc cum Rhodoricus Rebolletus, qui de Ferdinandi principis vita valde sollicitus erat, quem custos eius salutis a tergo sequebatur, animaduertisset, inter currendum nonnullos equites hortatus, ut fugientem Principem comitarentur & diligen-

rer custodirent, reliquos in hostes conuertens, Hodie, inquit, equites nos omnes honeste pro virtute mori satius est, quam pati Principem nostrum Ferdinandum quem Rex, ut scitis, tam pie nobis commendauit, in hostium potestatem venire. Hodie cuiusque nostrum fides & amor erga nostros Principes agnosceretur. Cuius sermo tantum roboris omnium mentibus iniecit, ut quamuis per pauci essent, usque adeo tam omnium hostium impetum sustinere, donec Princeps ad tutum locum perueniens omne iam periculum euaserat, & ad Reginam quæ tunc ex Geruda cum subsidio valde sollicita venerat, se recepit. Demum defessis equis, & superuenientium hostium crescente numero, cum magnæ multitudinis viribus ultra resistere non possent, rursus terga vertentes omnes incolumes quasi diuinitus euaserunt, præter vnum Rhodoricum Rebolletum, qui hostium multitudine circumuentus, & ipse non interfectus tamen, sed quod magno opere mirandum fuit, illæsus ac sine vilo vulnere captus est, quem Dux Ioannes aliosque captiuos ad sua castra primum adduxit, deinde comitatos multis equitibus suis custodiendos Barcinonam misit. Cuius captiuitas non modo Regis & Principis animos vehementer perturbauit, sed etiam omnes proceres totumque exercitum magno dolore concussit. Erat enim non solum animo fortis, & genere nobilis, sed multis quoque virtutibus clarus, & in rei militaris scientia dandoque consilio magnus. Cæterum Ferdinandus Rebolletus eius nepos ex forore, cui charissimus erat, nunquam post auunculi captiuitatem quieuit, donec post multas repulsas & plurimis hostibus inuitis qui talem virum nullo precio liberandum esse censebant, eum tandem a Duce Ioanne decem millibus aureorum, quos florenos Aragoneos vocant, redemit. Cæterum hoc prælio plurimi quidem proceres tam de victoribus, quam de victis desiderati fuere. Nam Ferdinandi Principis equites etsi numero pauciores, pugnandi tamen usu peritiores erant, ideoque primo concursu non tam viribus, quam rei militaris scientia & pugnandi exercitatione plures hostium, cum prius eorum equos vulnerassent, occiderunt.

LVCII MARINEI SICV. 30

LI DE REBUS HISPANIE LIBER XVII.

NIE LIBER XVII.

De eodem bello.

REx autem cum primum de profligati Principis periculo certior fieret, quamuis oculorum cæcitate impediabatur, ingenii tamen acie omnia videns, ex Dertosa statim paruo nauigio per Iberum amnem celeriter in mare delatus est. Hinc magna classe quam paratam habebat, cum magno militum numero nauigans ad Ferdinandum in Ampuriam peruenit, cui apud Boraciam, quod est Ampuriæ oppidum, in littore exposito visus in lumina quasi diuinitus redierunt. Quæ res quantum sibi suisque omnibus lætitiæ, tantum quidem doloris atque tristitiæ cunctis hostibus attulit. Coniunctis igitur utriusque copiis & exercitibus auctis, in hostes villam Dematum versus proficiscuntur. Hos cum aduentare Ioannes Gallorum & Gothalanorum Dux intellexisset, quoniam prælio quod nuper prospere gesserat, Ferdinandi equitum maximam virtutem & pugnandi scientiam cognouerat, maioris exercitus vires & Regis auctoritatem pertimuit. Erat præterea de oppidanorum voluntatibus anceps, qui, ut solet vulgus, victoribus & his quorum fortuna melior est, semper adhærent. Hinc itaque castra mouens oppidoque Demato relicto, Perpignanum, quod erat oppidum maximum, & a Gallis præcipue cultum, suas copias adduxit. Quem Perpignanenses qui (ut supra diximus) omnes fere Galli erant, libenti animo magna que lætitia

lætitia exceperunt. Hic igitur velut in tutissimo loco relictis copiis, ipse paucis comitatus equitibus, ut suum auget exercitum, in Galliam profectus est, & cum a Ludouico Gallorum Rege hominum millia decem & magnam pecuniam impetrasset, Perpignanum rediit, ubi copiam quas reliquerat, hybernabant. Cæterum Rex interim oppida & castella quæ in ea erant, prouincia, omnia cepit, & apud Figueriam, quod oppidum distat a Perpignano passuum millia circiter viginti, castra posuit, & ex militibus alios in castris, alios in oppido manere iussit. Ipse vero modo oppidum, modo castra repetebat. Hic enim locus visus erat idoneus, ubi commode tutoque contineret exercitus, dum hyemis tempus quod prælio gerendo repugnabat, præteriret. Idem quoque consilium fuit hostibus qui Perpignani commorabantur, ut ibi per duos menses Martium & Aprilem, donec pabuli copia fieret, sese continerent. Kalendis igitur Maii Ioannes Gallorum Dux cum omnibus copiis egressus ex oppido Figueriam versus proficiscitur, & cum bidui viam pedetentim cum instructa acie processisset, tertio die locum castris idoneum elegit, & a Regis castris millia fere septem sua castra locauit. Hoc cum animaduertisset Rex, Figueriæ præsidio relicto reliquas omnes copias eduxit, & continuo castra mouens ordines instruxit, & oppidum nomine Peraltum, quod aberat a Figueria circiter quinque millia passuum, oppugnatum proficiscitur. Hic positis castris & dispositis tormentis multis ex partibus oppugnari oppidum iussit. Ad quod oppidum hostes post triduum, oppido nondum expugnato, noctu magno silentio, Regis excubiis ob nimiam vigiliam somno deuictis, propius accesserunt, & paulo ante solis exortum ex improviso magno impetu castra Regis inuadentes, cum paucis admodum Regis equitibus qui tunc in armis erant, acriter pugnare cœperunt. Reliqui nanque Regis equites quibus ad armandum se tempus defuit, inerme equos ascendentes sese fugæ dederunt. Item Rex admissio equo celeriter Figueriam rediens summum periculum euasit. Ex his autem qui armis lecti fortiter hostium impetum exceperant, nonnullis occisis, reliqui cum resistere hostium viribus & multitudi ni non possent, terga fugæ verterunt. Omnibus diffugientibus, pauci duraxat qui tormentis & armis præerant, subito nonnullis commutatis versisque contra castra tormentis, ab ingenti hostium multitudine Regis castra cæteraque omnia defenderunt. Hostes itaque cum propter tormeta neque oppidum ingredi, neque Regis castris potiri possent, defessi tandem ad sua castra pedes retulerunt. Hoc tamen prælio ex Gallis & Gothalanis per pauci, de Regis vero equitibus plures ceciderunt, in quibus Scipio Patella Siculus desideratus est, qui fugientibus cæteris undique circumuentus, ab hostibus, acriter pugnans multis demum confossus vulneribus occubuit. In quo tamen prælio & iniqua fortuna magnoque discrimine multi duces Regis & equites inuictos animos & magnas sui corporis vires fortissime pugnantes ostentarunt, ex quibus fuit vnus ex fortioribus Ioannes Gamboa natione Guipuzcanus, cuius in alio loco mentionem fecimus, qui solus impetum magnæ multitudinis hostium sustinuit, quorum strenuissime pugnans tres equites occidit, & alios multos vulneribus affecit, & amisso equo in suo corpore decem vulneribus acceptis, pedibus euasit. Et præter occisos ex Regis equitibus plures etiam capti fuere. Postero autem die Rex illuc cum omnibus copiis confestim rediit, & oppidum, oppugnatione non cessante, breuiter ad obsequium adduxit. Quod cum primum ingressus esset, hostibus si congregari vellent, pugnandi tempus denunciari iussit. Ioannes autem Gallorum Dux nihil respondens, die sequenti præter multorum opinionem castra mouit, & cum omnibus copiis Barcinonam versus proficiscens, ex itinere Gerundam quæ præsidio destituta erat, inuasit. Cui breuiter paruoque labore captæ Ioannem Sarrieram præficiens, ipse cum exercitu Barcinonam peruenit. Hic paucis commoratus diebus, dum auxilia contra heret, magna continuaque febre correptus, nono die valetudinis a vita discessit. Cæterum Rex interea ex Peralto oppido digressus, Castillonenses multa que propinqua oppida atque castella ad deditiōem compulerat. Hinc Figueriam reuersus Pratarum Comitem cum exercitu Perpignanum misit. Cuius exercitus fama perterriti Galli, cæterique milites aliarum nationum qui sub Duce Ioanne meruerant, desertis

quibus præpositi fuerant stationibus, per Pyrenæos montes domum suam reuertebantur. Quæ res non parui quidem timoris causa fuit cunctis hostibus. Ideoque plures eorum principes ad Regem vltro venientes, ei se suaque omnia oppida obtulerunt. Tunc etiam Ioannes Sarriera, Margaritus Petrus, Ioannes Ferrerius Gerundenſis Episcopus, & omnes Almendaretes cum aliis multis equitibus, præteriti temporis impunitatem affecuti, Gerundã ciuitatem totumque Capreræ Vicecomitatum Regis imperio subiecerunt. His demum reconciliatis populis & equitibus Rex cum suis copiis Montem Serratum versus proficiscens, ad leuam Barcinone relicta, Martoreliam venit, quod oppidum distat a Barcinona passuum milia decem & octo. Hoc atque aliis omnibus captis oppidis quæ inter Barcinonam & Montem Serratum erant, Rex Alphonsum Aragoneum & Pratarum Comitem cum magno equitatu & peditum millibus quinque contra Barcinonenses misit. Ipse vero cum reliquis copiis in Ampuriam reuersus, infra paucos dies Sanfelienses, Palamosenses, Vergenses, cum aliis omnibus eius provinciarum populis, veniam petentes sine vlla conditione perbenigne recepit. Sub idem tempus Gastonius Regis gener, & Foxanus Comes magno cum exercitu in Nauarram, cuius possessionem post obitum Caroli Vianæ principis ad se iure hæreditario pertinere dicebat, ingressus, cum Lusitanorum factionibus adiutus magnam totius regni partem cepisset, Tutelã ciuitatē quæ sub imperio Regis erat, obsidione premebat. Quod ubi Rex intellexit, cum omnibus copiis quas tum paratas habebat, in Nauarram, ut maturius obsessis Tutelæ ciuibus subueniret, celeriter contendit. Cuius aduentus cum Nauarræ populis nunciaretur, plures Lusitanæ factionis equites Comitē monere hortarique ceperunt, ut a Tutelæ ciuitatis oppugnatione desisteret, propterea quod si cum exercitu quem ducebat Rex Aragonum, in Nauarram semel ingrederetur, non dubium quidem esse dicebant, quin facile subitoque regno potiretur. Quod etiam neque sine magnis cladibus, neque sine Comitæ maximo dedecore ac periculo fieri posset. Nam & secum magnas copias ducere Regem Aragonum, & ei præterea in Nauarra factionem Agramontanorum, quæ magna totius regni pars erat, non defuturam scire se dicebāt. Nos autem etsi tibi expeditionem istam dissuademus, te tamen de nostra in te fide dubitare nolumus, quippe qui te quacunque fortuna sequi quam paratissimi sumus. Verum neque fortis ducis neque prudentis esse ducimus, vbi nulla victoriæ spes est, fortunæ casus experi ri velle. Quod si Rex Aragonum regnum Nauarræ suis liberis relinquere vellet, tū vero Comiti pro suo regno mori satius esse, quam regno cum honore simul amisso perpetuo merore vitam ducere. Sed Regis hanc esse constantissimam voluntatem, ut post eius obitum statim Nauarræ regnum tibi restitueretur. Regem præterea iam octogenarium esse atque mortalem. Melius igitur ac sine periculo moram perbreuis temporis ferre, quam paucorum dierum impatientia & importuna regnandi cupiditate regnum quod partum esset, amittere. Illorū itaque Comes verbis & rationibus adductus exercitum ab oppugnatione reuocauit, & suo toriusque regni nomine legatos ad Regem misit, qui cum eo pepigerūt, ut ex arbitrio suo diuineret, Nauarræ regno, quemadmodum Regina Blanca priusquam a vita discederet, instituerat, vteretur: moriens autem Foxæ Comiti liberam eiusdem regni possessionem relinqueret. Hac igitur re perfecta & legatis honorifice dimissis, Rex ab itinere rediens, Tarraconem, quo Regina Ioanna coniux & Ferdinandus filius paucis ante diebus venerat, profectus est. Hic per dies commoratus circiter octo, cum Barcinonam versus præmissas cohortes subsequi vellet, Regina subita grauique febre correpta eius profectiōne distulit. Cuius spiritus multis & magnis confectus curis, continuaque ægrotatione laborans, infra paucos dies afflictum corpus assiduus laboribus & supra mulieris naturam defatigatū destituit. Cuius inopinatus decessus, incredibile dictū est, quanto dolore non Regem solum & Ferdinandum filium, sed etiam Tarraconēses omnes ciues & exercitum totum consternauerit. Obiit non minori fortitudine atque prudentia, quam vixerat. Nam cum valetudine biduo fatigata decubisset, die tertio & se morituram cognouit, & mortem animose sancteque subiuit. Die siquidem suæ valetudinis quarto cum accito

accito sacerdoti Christi vicario diligenter exactæ vitæ rationem retulisset, omnia primum Christianæ religionis & ecclesiæ sacra mysteria quam deuotissime petita recepit. Deinde vocatis simul cum Rege nonnullis magnatibus & Archiepiscopo Tarraconensi testamentum prudentissime condidit. Postero die consalutata reuerenter a pluribus intromissis equitibus, ab viroque latere duabus innixa matronis paululum caput extulit, & omnes qui aderant circumspiciens tenui voce & iam prope languenti, Quantum charissimi proceres, inquit, Rex & ego vobis pro vestra singulari virtute & erga nos probatissima fide deberemus, non immemores quidem laborum vestrorum si quādo noster animus a magnis curis & assiduis cogitationibus quiescebat, inuicem loquebamur. Siquidem vos quam dignissimos esse iam diu cognouimus, quibus iure quodam præmioque virtutis plurimum debemus, & id ipsum, si grati esse volumus, ingenue profitemur. Nā quod tot immanes cōiuratos oppressimus, quod hostes externos deuicimus, quod non amissimus principatum, quod honorem & regiarum dignitatis decus retinemus, quod denique sumus incolumes vobis prorsus acceptū referimus fidelissimi proceres. Sed quoniam his miseris temporibus hætenus officio vestro satisfacere nostræ facultatis non fuit, vobis, ut scitis, equites quod potuimus, quotidie gratias agebamus, re satisfacturi cum quietiore vita & feliciori status conditione fruere, tamen si meritis vestris dignum referri nihil vnquam poterit. Nunc autē quia mihi vitæ mortalibus cuius apud dominum rationem sumus redditura, dies vltimus adest, & Rex meū erga vos officium vicemque suscepit, si minus officio virtutisque vestræ satisfieret, a præsentibus vobis & absentibus vniuersis, quibus me multum debere cognosco, rerum omnium veniam & debitorum remissionem peto, & quoniam vos vel meritis vestris, vel nostra commendatione Regi vestro Ioanni & Ferdinando Principi quam charissimos fore minime dubito, nobilissimi proceres, ipsum Regem senem & Ferdinandum filium adolescentem supremo nunc spiritu laborantis animæ vobis in perpetuum commendo. Hæc locuta statim caput & languentia membra reiecit. Tum vero per omnium ora manantibus lachrymis, ne Rex quidem oculis temperare potuit. Cæterum compresso tandem gemitu, Tarraconensis Præfulesciti spondã cui Rex adhærebat, propius accedens, Deus, inquit, te Regina Christianissima largitor omnium bonorum in pristinam valetudinem restituet. Deus enim multorum hominum precibus, & populorum tuorū supplicationibus orationibusque commotus te Regi, te Ferdinando Principi, te nobis ipsis reddet incolumē. Siquidem magna est misericordia eius, qui iustas hominū voces & orationes exaudit. Omnes tui populi, omnes innocentes pueri, omnes puellæ virgines ad Deum pro salute regiarum tuarum maiestatis continuas preces effundunt. Cura igitur ut valeas, & omnes cogitationes istas quæ non infirmis modo, sed etiam bene valentibus maxime nocere solent, deponere. Nam & tu quidē Regina nihil nobis, & nos omnia tuæ maiestati debemus. Omnes enim principes de suis militibus & populis satis bene merentur, cumulateque satisfaciunt, quibus & bene consulunt, & sua defendunt, & iniuriam fieri non sinunt. Quod officium a regia tua maiestate nemo certe vnquam desiderauit. Nos vero & pro Deo, si necesse fuerit, & pro Principibus nostris, & pro nobis ipsis moriemur. Quare si nobis idem nunc est animus excellentissima Regina, qui semper fuit, non equidem dubitare debes maximæ nobis curæ semper fore Regem & Ferdinandum Principem nostrum. Quibus & nobis omnibus nihil optatius, nihil gratius hoc tēpore præstare potes, quam si omnibus reiectis curis tuæ valetudini consuleris. Tunc oculis vultuque quasi reuiuiscens, & gratum sibi Præfulesciti fuisse sermonem præ se tulit, & reliquis equitibus quæ Præfulesciti pollicitus esset, se facturos affirmantibus, gratias egit, & omnibus dimissis equitibus Regem retinuit, quicum etiam cubiculariis mulieribus amotis, multa inuicem cōtulerunt. Cæterum paulo post a medicis qui cum equitibus discesserant, reuersis, si melius valeret interrogata, certe respondit, adest vitæ mex finis. Nam & grauiori nunc totius corporis dolore conficior, & perustū omnia partum fastidit. Ea enim quæ gustui grata esse solebant, nihil præter amaritudinem sapiunt. Quare salutis potius animæ multo quidem melius quam corporis consu-

lere possumus, Magna omnes, & præcipue Regem, tristitia, cum hoc dixisset, affectu, qui de salute eius iam desperantes continere gemitum vix poterant. At illam quidem non minor animi dolor, quam valetudo corporis angebat. Eius enim corpus grauis infirmitas, spiritum vero continua cogitatio defatigabat. Siquidem bellis quæ contra hostes gerebantur, nondum confectis, & Regiam seni, & Ferdinando filio adolescenti maxime timebat, filio præsertim cuius tunc absentis incredibili desiderio tenebatur. Ille namque paucis ante diebus in Castellam profectus erat, ut cum Isabella Ioannis Castellæ Regis filia connubium quod per legatos pactum fuerat, celebraret: tamen mihi quidam eques illius temporis dixit, Ferdinandum tempore quo Regina mater eius e vita migravit, non in Castellam fuisse, sed Cæsaraugustæ, quem videre Regina priusquam discederet a vita, maiorem in modum desiderabat. Ferdinandum siquidem siue cum Rege, siue cum alio loquebatur, tertio quoque verbo nominabat. Hac igitur animi sollicitudine corpus quod longo dolore magna que febre grauiter ægrotabat, magis in horas debilitabatur. Ea tamen etsi non minus anxietate animi, quam corporis dolore se confici sentiebat, a se tamen curas & cogitationes auertere nullo modo poterat. Ceterum cum laborare animam sensisset, ut a defessis iam corporis vinculis solueretur, vocatis quibus in sacris rebus & diuinis officiis uti consueuerat sacerdotibus, læta voce & imperfecta, Orate patres, inquit, generis humani redemptorem pro animæ nostræ salute. Hæc dicentem & Christi crucifixi simulachrum amplexam spiritus defecit. Et statim solutis quæ iam diu compressæ fuerant, vocibus, lamentis, ac planctibus tota domus personabat. Omnes enim cuiusque ætatis ac sexus homines ita voces lachrymasque fundebant, ut inter se quandam mœroris contentionem edere viderentur. Mox ut voces comprimerent, a Rege commoniti, dum matronæ puellæque tristi silentio mutos questus animo voluunt, pueri nobiles quos illa tanquam filios educauerat, doloris magnitudine grauique vulnere percussi, neque gemitus quos emittere semel cœperant, suppresserunt, neque se plorantes propter iussum Regis intra domum regiam continere potuerunt: sed foras egressi maiores questus, & quales tunc illis recens dolor suggererat, fundentes, totam ciuitatem magno mœrore tristisque luctu complerunt. Tum & omnium Tarraconensium fletus, & militum qui extra muros ciuitatis erant in castris, miserabiles questus exaudiebantur, quorum alii prouidam matrem, alii prudenter sceminam, mitem alii dominam, alii fortem Reginam viraginemque vocabant. Denique moriens incredibili sui desiderio cunctos affectu, & præcipue Regem, qui non amantiissimam solum conjugem, sed etiam fidissimam comitem, & præstantissimam bellorum sociam, laborumque patientissimam perdidit. Cuius obitum etiam moderate ferre, quia prudens erat, omnibus videbatur, incredibilem tamen eius animus, & multo quidem maiorem, quam vultu præ se ferebat, dolorem sentiebat. Nam cum laborantem animam proximæque mortis certa signa vidisset, summoque dolori par esse resistere que non posset, multis perfusus lachrymis oculos auertens, in aliud quod proximum erat cubiculum secessit, animo consternatus. Huc ingrediens ianitori cubicularioque præcepit, ne quis ingrederetur cubiculum, nisi præmonitus, ne eum consolari conaretur. Tum vestes quibus indutus erat, exutus, lugubres accepit, & obuoluto capite diu lachrymis indulsit: a quibus tamen, ut facilius multorum nobilium qui ad eum veniebant, tristes animos & iustum dolorem leniret, abstinent, atque multis gementibus qui recenti resistere dolori nullo modo poterant, si Reginam Ioannam quam amissimus, inquit, proceres, lachrymis a morte redimere possemus, non equidem dubito quin eam mihi restituerent oculi vestri. Sed quoniam lachrymæ nec illi mortuæ, nec vobis proficiunt, cauendum quidem nobis est, ne dum lachrymas inanes fundimus, diuinæ voluntati naturæque repugnare videamur. Hæc locutus omnium singultus compressit & gemitus, Præsulique Tarraconensi qui sibi aderat, curam funeris & ordinem commendauit. Postero die & in omnibus ciuitatis ecclesiis & in regia domo peractis exequiis, corpus aromatibus & opobalsamo Regum more perunctum, plures & Tarraconenses, & domus Regiæ sacerdotes cum multis equitibus & Tarraconis antistite duce Populetum detulerunt,

detulerunt, quoniam sic testamento statutum fuerat. Est enim Populetum templum maxime venerationis, diuque Bernardo dicatum, quod a Barcinona passuum millia quinquaginta abest, a Tarracone vero distat quatuor & viginti, in quo multorum Aragoniæ Regum monumenta sepulchraque marmorea cernuntur. His autem qui sepeliendum cadauer deferebant, abeuntibus, Rex alios duces ac milites omnes commonuit, ut in tertium diem profectionem pararent. Biduo igitur absumpto cum omnibus copiis quæ Tarraconæ tunc erant, Barcinonem versus proficiscens ad Alphonsum Aragonem & Pratarum Comitem, quos, ut supra demonstrauius, cum exercitu contra Barcinonenses miserat, die tertio peruenit. Sed nunc ordo rerum a longa digressionem me reuocat. Ad Alphonsum igitur Aragonem & Pratarum Comitem redeo. Ab his enim calamus sermoque diuertit. Qui ex oppido Sancugato, quod abest a Barcinone fere decem millia passuum, aduersus Barcinonenses a Rege missi, cis flumen Beson quod est prope ciuitatem, castra posuerunt. Hinc primum magnis & crebris incurSIONIBUS ad portas usque ciuitatis omnes agros igni ferroque quotidie depopulabatur. Deinde castellum quod in altiori loco supra fluminis ripam propugnatoribus & ædificio valde munitum erat, acriter oppugnare cœperunt. Quod cum Iacobus Galeotus qui ciuitatis & exercitus præfectus erat, animaduertisset, ne deses in magno ciuitatis & obsessorum discrimine videretur, magno cum equitatu & peditum quatuor millibus, ut obsessis in castello maturius subueniret, egreditur. Et instructa acie, cohortibus electis quibus initium committendi prælii commiserat, Dionysium Portugalliæ præfecit: alariis vero Menautus & Gratianus Aguerrius præerant: ipse vero Galeotus duces & milites omnes hortatus regiis equitibus, si prælium committere velent, signum dedit. Alphonsum autem Aragonem interea relictis qui castellum oppugnabant, cum reliquis omnibus copiis flumen traiecerat, & instructis ordinibus Gilium Erediam, Ioannem Pratarum, Martinum Lanucium, & Ioannem Dembum præposuerat. Hos paucis verbis hortatus, & in hostes impetum facere volentes continuit, donec propius accederent, ut procul a muris ciuitatis prælium committerent. In eos ergo propius accedentes, magno tubarum & tympanorum concentu signo dato, duces & omnes equites Alphonsum Aragonem secuti magnum impetum fecerunt. Quibus hostes cum turbati primo prælio resistere non possent, in ciuitatem celeri fuga sese recipere cœperunt. Qui cum portis ciuitatis ingredi simul nequirent, eorum a regiis equitibus occisi quingenti, capta vero tria millia fuere, & in his Galeotus & Dionysius Portugalliæ non solum capti, sed etiam grauius vulnerati. Nonnulli autem qui præuiderant ingressus difficultatem, non ad ciuitatem, sed ad proximos montes & siluas fugientes periculum mortis euaserunt. Multi victores in ciuitatem fugientes hostes insecuti, per portam quam Nouam Barcinonenses vocant, in ciuitatem ingressi cum ciues nonnullos occidissent, mox tamen saxi quæ de fenestris præcipitata cadebant, periculo cedere regredi que contacti fuere. Ex quibus graue vulnus accepit Artalis Cardona Gubiani Comes. His egressis & ciuitatis portis conclusis, Alphonsum Aragonem receptum canere iussit, & exercitus omnes in columnas in castra reduxit. Hoc prælio quantum tanto vulnere percussa & iam consternata ciuitas lugebat, templa omnia, quo mulieres cum pueris & puellis confugerant, lamentis & miserandis vocibus personabant, omnes totius principatus coniurati metu perterriti, sese Regiæ clementiæ dederant: Barcinonensem tamen animi non minus quam antea fuerant, pertinaces erant. Alphonsum autem Aragonem ingenti potius victoria superuenientem Regem etiam propter obitum Regiæ intestino recentique dolore consternatum, productis tamen triumphantis more captiuus, non parua lætitia, & quam ille dissimulare vix poterat, affectu. Hæc enim victoria, multis hostium captis principibus, & totius ciuitatis deditionem, & omnium laborum finem polliceri videbatur. Hinc igitur Rex ad locum ciuitati proximum cunctas omnes copias adduxit, & capto suburbio quod Petralba tum dicebatur, ibi castra posuit, expugnatique omnibus quæ ciuitati aderant, castellis & turribus, vndique terra marique ciuitatis muros maioribus minoribusque tormentis oppugnari iussit. Nam præter campestres exercitus, erant

etiã in mari triremes viginti, sedecimque naues oneratiã, quibus Bernardus Villamarinus alique duces non ignobiles cum magno pugnatorũ numero præerãt. Ciues itaque tum longa fame, tum acri continuaque oppugnatione compulsi atq; omni victoriã subsidiique spe destituti, per triduũ impetratis induciis legatos ad Regem primos ciuitatis de deditioe miserunt. Quorum vnũ cui Ludouicus Sclantinus erat nomen, a Florentia Tusciã prouinciã ciuitate oriundus, in hunc modum Regem allocutum fuisse ferunt. Quemadmodum, clemẽtissime Rex, liberalis magnanimitateque virtus illustrior est, multoque tunc excellentior habetur, quum is qui præter opinionem meritaque sua munus aliquod magnum recipit, & omni beneficii spe destitutus, & extrema rei necessariã coactus egestate, miseram animam inopemque vitam ducebat: sic & omnis clemẽtia maioris est gloriã, quum crimen eius cui remittitur est grauius, nullamque veniam meretur. Ingrati Barcinonã ciues omni quidẽ vel humano vel diuino supplicio digni sunt, nisi forte quod eos sui conatus factique maxime pœnitet, tuam nunc clemẽtiam Dei que misericordiam mereantur. Angeli quorum natura, nostra, id est humana, multo præstantior est, ingratitude criminis & elationis in Deum creatorem suum cuius fieri similes affectabant, iniquissime commiserunt: qui tamen de cœlo nunquam cecidissent (tanta quippe est clementia Dei) si quum deliquerunt, non ipsi sibi defuissent, suamque culpam pœnitentia ducti cognouissent. Fortuna semper inconstans, nobis inuidens, vel nostra potius imprudẽtia, & humanitatis infirmitas opes nostras omnes maximis laboribus terra marique partas euertit, honores in contumelias & opprobrium, libertatem in seruitutem mutauit, nobis denique sensus omnes eripuit, nihilque præter miseris animas reliquit. De quibus si supplicium, quamuis iustissimum, sum pferis, cum præsertim tuã solitã clemenciã nos tradere non dubitemus, magnum quidem pietatis & humanitatis nomẽ quo nihil laudabilius est in Principibus, a te profecto longe recedet: si vero Barcinonẽ ciuibus qui mortem merentur, vitam pietate concesseris, quod & sine vlla reprehensione & tua magna cum laude facere potes, sanctissimum quidem clemenciã tuã nomen & immortalẽ gloriã consequeris, tuasque virtutes omnis admirata posteritas tibi sanctoque tuo & vere regio nomini benedicent. Sed ego dum pro Barcinonensibus oro, mitissime Rex, & oratoris officio fungor, non ignoro tamen quam vel iniuste vel impudenter faciam, qui eorum salutem peto, qui non clemenciã quidem tuã, sed animaduersione & quouis genere mortis digni sunt, qui diuinã & regiam tuã maiestatem grauius & indigne læserunt. Non igitur vitam quam sumus indigni, sperare, non veniam quam non meremur, petere, non tanti criminis impunitatem deprecari, sed dignum nostra culpa iudiciũ, meritaque pœnas deprecari debemus. Quare ne nostrã precem iniustã tuas aures magis offendant, excellentissime Princeps, accipe clauẽ tuã ciuitatis, & quoniam a te Rege patreque nostro sine causa defecimus, impieque deliquimus, quodcũque supplicium mortisque genus in corpora nostra statueris, certe non recusabimus. Nostris enim cognitis erroribus, a tua maiestate quam crudeliter offendimus, nõ minus iudicium precamur, quam misericordiã petimus. Quod si nos vt meremur subire iusseris, vna quidem nobis non paruo solatio futura res est. Siquidem nostros cognoscentes errores, pro culpa supplicium, non coacti, non pertinaces, sed volentes vltroque patiemur. Pœnitentibus enim & suam culpam cognoscentibus, pœnas & cruciatus omnes quibus iure plectuntur, non dolori quidem, sed voluptati potius esse solẽt, his præsertim qui vel in Deum, vel in Regem, sicut nos, vel in parentes temere se deliquisse cognoscunt. Hęc locutus osculatus & lachrymis aspersas clauẽs obtulit. Rex autem pietate commotus, non sine lachrymis acceptis clauibus, huic ceterisque flentibus legatis & osculandam dexteram supplicantibus liberaliter præter multorum opinionem præbuit, & Barcinonensibus cunctisque hostibus non vitam solum & criminis impunitatem, verũ etiam pristinã libertatem & bonorum omnium restitutionem & integritatem pariter concessit. Et legatis dimissis, postero die Barcinonã portis reclusis, & obuiam ciuibus pene omnibus egressis, triumphali curru quem ciuitas obtulerat recusato, candido veſtus equo, per portam quam

tam quam diu Antonii Barcinonenses vocãt, ingressus est. Et cum per omnes fere ciuitatis vicos familiariter equitasset, ciues penuriam victus & famẽ pati squallore vultus & corporũ macie facile cognouit. Quapropter ædibus in regis expositis inopia panis & ciuitatis inedia permotus, Barcinonã statim cõuocatis magistratibus alimoniam rei; frumentariẽ consuluit. Hoc bello confecto quod annos decẽ & menses quatuor perdurauerat, & Barcinonensibus in Regis fidẽ gratiãque reuerſis, omnes totius principatus populi vota quã pacis & quietis percupidĩ promiserant, magnis & multorum dierũ supplicationibus persoluerunt. Idẽ Aragones, Valentini, & Siculi omnes fecerunt, quorum plurimi nobiles, & præcipue Siculi, non sine magnis muneribus ad Regem statim gratulatum conuenerũt. Quos Rex honorifice susceptos militaribus titulis & præclaris insignibus ornauit, omnibus gratias agens, seq; simul excusans, si propter temporum conditionem, vt eius animus optabat, referre non posset: quippe qui totius principatus reconciliatis populis, & præsertim Barcinonensibus quorum recuperationem iam desperauerat, finitisque laboribus, ingentem lætitiã quam animo conceperat, oculis vultuque præse ferens, bonis omnibus per quos dignitatem & salutem suã defenderat, satiffacere quam maxime studebat, Deoque optimo maximoque cuius auxilio perpaucis adiutus equitibus, non solum Gothalanos, verum etiam hostes externos oppresserat, gratulabatur. Omnes enim Gothalanorum populi, paucis exceptis nobilibus, & cum his Belaguerensibus & Gerundinis & Montis Albi municipibus, a Rege defecerant, tamen Gerundã nonnulli ciues ad Palariensium Comitem declinauerant, quos tamen Regina Ioanna, vt latius in alio loco scripsimus, ad fidem & sanitatem magno sermone reuocauit. Belaguerã quoque populares tumultuari cœperunt, quos & eorum magistratus, & Regis ingredientis aspectus compeſcuit. Nũc autem etsi nonnullorum qui Regi fideles fuerunt, meminisse velim, nõ audeo tamen quos posseẽ nominare. Aliis enim, si quos mihi ignotos sua laude fraudarem silentioque præterirem, fortasse quidem non paruam inuidiam facerem. Viris igitur omiſſis de nonnullis fidelissimis constantissimisque mulieribus breui sermone referam. Quarum vna Barcinonensis nomine Carthellana, magnã probitatis atque constantiã femina, vt Regi fidem seruaret, primum se magnis opibus, deinde domo patriãque, nec non propinquis omnibus & affinis priuari passa est. His enim relictis omnibus, cum aliorum conatus immanes ferre non posset, a ciuitate discessit. Magnum nimirum & rarum muliebri sexus exemplum fortitudinis exhibuit. Mirabile quoque suã virtutis robur, & erga Regem sincerã fidei firmamentum cuiusdam puellã cui Capatera fuit nomẽ, animus significauit. Quã cum suã domus omnes a Rege defecissent, a sponso suo qui cum aliis defecerat, interrogata quem erga Regem animum haberet: Ego, respondit, & vnũ Deum colo qui in cœlis est, & vnũ Regem Ioannem in terris. Mortuo deinde in defectione sponso tunc eius interesse noluit, & sibi lugubres vestes ab affinis oblatas non induit. Illud etiam quod Isabella Mõtania cognominata fecit, magnã quidem fidelitatis nec minoris fortitudinis extitit argumentum. Hęc enim cum Barcinonã magnis opibus multisque vel animi vel corporis virtutibus maxime polleret (erat siquidem admodum diues, & forma insignis) & a cunctis ciuibus vt in Regem coniu-raret, cogeretur, ne coniurationis crimen subiret, clam noctu Pobolim oppidum suum in quo præmunitam arcẽ habebat, paruo comitatu se recepit. Hic paulo post a socero diutiꝰ armis obsessã, nec oppugnatione, nec minis vnquã cessit, sed tã diu castellũ seq; propugnando defendit, donec missum a Rege subsidiũ quod aduocauerat sibi, superuenit. Nam cum primũ Rex intellexisset Isabellam mulierẽ sibi quam deuotissimã ab hostibus oppugnari, & obsidione premi, statim Petrum Torrellam cum exercitu & auxilio Pobolim misit. Qui celeriter illuc profectus, breui hostibus profligatis & Isabellam Montaniã seruauit incolumem, & oppidanos omnes qui metu perterriti iam cogitare de deditioe cœperant, tutos in fide retinuit. Verum enim uero, quod admirabilius fuit, in tanta mulierum multitudine, tres quos modo memorauĩ, duntaxat in officio permanserunt. Quã quidem quo pauciores, & virtute atque fide pares fuerunt, eo profecto maiorem laudem

& Regis gratiam meruerunt. Nunc autem de præliis & oppugnationibus quæ sub idem tempus multis in locis acciderunt, non dubito quin aliquid, immo multa prætermiserim. Sunt enim nonnulla quæ cum aliis contexere vix potuimus, nec tamen erant silentio digna, in quibus multorum quidem ducum atque equitum virtus non solum magna fuit perspecta, sed etiam admirabilis, præsertim in Ampuriarum ciuitate, vbi centum & quinquaginta Regis equites & pauci admodum pedites quibus Petrus Torrella præerat, ab ingenti Gallorum multitudine multisque tormentis oblecti, prope duos menses acriter propugnantes ciuitatem defenderunt. Quos non hostium vires, non multa tormenta quibus acriter offendebantur, sed sola quidē fames equis absumptis ad cibum, deserere ciuitatem coegit. Fuit hic tamen interfectus eques quidam nobilis nomine Saura: percussus vero grauiter Raimundus Lauianus Gasparis Lauiani filius, Martinus Garaus Cruillas, Sarrera, Petrus Michael qui fuerat Regis Alphonfi Vicecancellarius, Zapata eques ordinis Montefani, Ioannes Valconcharius, Ioanchius Mesquitanus, Aluarus Astorga, & Ioannes Garrus. In eo præterea prælio quod apud oppidum Dematum gestum fuisse demonstrauius, præter Rhodoricum Rebolletum, capti quoque fuere Ioannes Cardona Comestabilis, Dominus Monialini Siculus, Puccius ordinis Montefani præfectus, Raimundus Labianus, Ferdinandus Osorius, Ioannes Lanucius. Desideratus autem duntaxat Petrus Nignus, nec hic quidem ab hostibus, sed per errorem, quasi Gallus esset, a sociis occisus. Item apud oppidum Peraltum multorum quidem virtus admirabilis extitit. Perpauci quippe nobiles aduersus ingentem hostium multitudinem acerrime pugnantes, ne Rex ab hostibus caperetur, effecerunt. Cuius quidem rei præcipuam laudem omnes qui prælio interfuerunt, Scipioni Patellæ libenter ascripserunt. Plures tamen & hic capti fuere, ex quibus Ludouicus Mudarra cum in arce quadam sub custodia maneret, post mediam noctem deceptis custodibus ex alta turri desiluit, & extra vallum arcis egressus, inspectus a vigilibus & quisnam esset interrogatus, Mudarra statim respondit intrepidus, qui a vobis recedit. Sed redeo ad Regem.

LVCII MARINEI SICVLI

DE REBUS HISPANIÆ

LIBER XVIII.

De Perpignani obsidione.

VI fatali ratione, vt plures arbitrabantur, ad labores natus continuos, post tot vel externa vel domestica bella, senio iam confectus aliud etiam & inopinatum cum Ludouico Rege Gallorum bellum gessit. Huius autē belli præcipua causa fuit pecuniæ quam Rex Galliarum Ioanni Aragonum Regi mutuauerat, repetitio. De quo mutuo etiam supra fufius scripsimus, breuiter tamen hoc loco repetemus. Deficientibus igitur Gothalanis Ioannes Aragonum Rex a Ludouico Rege Gallorum trecenta millia aurorum quos Galli coronas vocant, mutuatus, ei donec mutuū persolueret, oppidum Perpignanum totamque prouinciam Roscinonis oppigneravit. Cæterū Gothalanico bello confecto, Perpignani ciues aliique populi finitimi qui Gallorum mores & imperiū molestissime ferebant, quotidie nec sine tumultu suū Aragonum Regem conuocabant. Hoc admonitus Ludouicus ab illis quos Perpignanensibus cæterisque populis præfecerat, metuens ne si Perpignanenses ad Aragonum Regem deficerent, & oppidorum possessionem & pecuniam quam mutuauerat, amitteret, legatos ad Regem Ioannem misit, qui cum eo de recuperandis pecuniis diligenter agerent. Quas si Rex Aragonum soluere nollet, aut non posset, oppidorum quæ pignerauerat,

generauerat, sibi proprietatis omnia iura cederet. Quod si minus hoc facere vellet, de reddendo mutuo comprædes & sponsores in Gallia præstaret. Hæc cum legati retulissent, Rex hoc modo respondit. Si mutuū quod a me Regi vestro debetur, soluendo nunc essem, profecto & vos exigendæ pecuniæ labore, & me ipsum reddendæ cura qua maxime premor, quamprimum liberarem. Nihil est enim quod hoc tempore me magis fatigat, quam hæc æris alieni sollicitudo, nihil quod magis optem, quam Galliarum Regi qui nos tam necessariis temporibus, si verum fieri volumus, & pecuniis & militibus plurimum iuuat, satisficere, nostris præsertim redemptis oppidis. Sed huic animo desiderioque nostro vires & facultates desunt. Siquidem bella quæ tot annos, vt scitis, gessimus, nihil nobis auri, nihil argenti, nihil denique rerum omnium mobilium reliquerunt. Quicquid præterea preciosum nostri proceres & familiares tam Siculi, quam Aragonenses habebant, diuturnitate belli consumptum est. Regem igitur Ludouicum magno opere rogamus, vt hæc mutui repetitionem tam diu differre velit, donec vel ex paruis vectigalibus nostris, vel ex vltimo censu oppidorum nostrorum quæ possidet, sibi satisficiat. Nam ius proprietatis quod ille petit, alienare non possum. Vades autem quos dari sibi poscit in Gallia, necessarios non esse iam cognoscit. Multos enim acutos habet fideiuflores, dum tot populis nostris quibus imperat, vtitur. Quod si defectionem eorum timet, dummodo non aliquam patientur iniuriam, illorum ego fidem & officium præstabo. Ad cuius rei securitatem sponsores me præbeo. Et quoniam mihi Rex Ludouicus nouis conditionibus quas postulat, & virtuti populorum nostrorum quos ipse pro pecuniâ quæ sibi debetur, possidet, & amicitia nostræ diffidere visus est, eo diligentius operam dabo, quo minus expostulare mecum iure possit. Cum hoc responso legatis in Galliam reuersis, & oppigneratis populis imperium Gallorum tumultuosius recusantibus, Rex Galliarum rursus & amissionem pecuniæ, & Perpignanensium defectionem veritus, vndique more suo conuocatis equitibus, magno cum exercitu duces electos, vt Perpignani ciues & reliquos totius eius prouinciæ populos armis & oppugnationibus opprimerent, in Hispaniam misit. Qui dicto Regis audientes per montes Pyrenæos in Hispaniam ingressi, Perpignanum versus proficiscuntur. Horum aduentum cum Perpignani ciues intellexissent, statim nuncios cum literis ad Regem Barcinonensem miserunt, quibus eum deprecabantur, vt si eorum vitam charam haberet, & Perpignani possessionem in perpetuum amittere nollet, ad eos cum subsidio celeriter conueniret. Sese compertum habere confirmabant Gallorum Regem magno cum exercitu Perpignanum propediem venturum, ac de omnibus Perpignanensibus & eorum finitimis populis vltimum sumpturū esse supplicium. Perpignanenses autem omnes decreuissent potius ad vnum velle mori, quam illius vel aduentū vel imperiū ferre. Cum his mandatis nunciis discedentibus, arma quibus aduenientes Gallos a ciuitatis ingressu inhiherent, indignantes parare cœperunt. Quod cum Galli qui in oppido commorabantur, animaduertissent, sibi mortē timētes, in arcē quam Galliarum Regis præfectus tenebat, sese receperunt. Cuius arcis ædificiū sic vel arte, vel operis magnitudine præmunitū erat, vt nisi propter famē a custodibus deseratur, nullis hostium viribus, nullis ingenii expugnari possit. Arcis autē præfectus & omnes custodes subito certis locis munitiones & propugnacula disponentes, oppidanos oppugnantes ingredi que conantes acriter depellebant. Interim vero Rex ex Barcinona cum paucis equitibus adueniens, oppidum ingreditur, & oppidanos ab arcis oppugnatione magno labore reuocatos, & adhuc maxime tumultuantes ægerrime compescuit. Composito tandem tumultu, cum eos moneret, vt Gallorum Regi tantisper parerent, donec illi mutuū persolueretur, statim conclamant omnes, vt eos aut morti traderet, aut ab imperio Gallorum liberaret. Senamque vel sub Aragonum Rege viuere, vel mortem subire, vel longius commigrare, sibi que nouū domicilium querere statuisse dixerunt. Quos cum Rex in eo quod dicebant, obstinatos esse, & neque pudorē, neque metum sentire cognouisset, mulcere maluit quam irritare. Quod igitur illis expediret, se facturū esse respondit. Interea Gallis qui Perpignani propinquas arces oppugnabant, Regem Aragonum Perpi-

gnanum venisse & arcis custodes oppugnare nunciatum est. Qui vehementer hoc nuncio commoti, relictis quæ oppugnabant proximis castellis, celeriter Perpignanum cū omnibus copiis conuenerunt, & positis castris, multis tormentis oppidi portas ac muros oppugnare cœperunt. Est autem Perpignanum oppidum nobile magnique incolatus inter Gerundam Hispaniæ & Narbonam Galliæ ciuitatem ab vtraque æquo fere spacio remotum. Tum itaque Rex Aragonum etsi pacem magis optabat quam bellum, admiratus tamen insolentiam Gallorū & repentinum furorem, qui eius voluntatis ignari, nulla ratione ducti oppidum quod possidebant, oppugnare cœpissent, oppidanos quos antea reprimere conabatur, vt acriter propugnaret hortatus est. Quod ille sine vlla quidem hortatione strenue faciebant. Cæterū Gallorum erat oppugnatio duplex. Nam propugnantes oppidanos magis quidem arcis custodes, quam ex castris Gallorū oppugnantes saugabāt. Ab illis enim tormentis a tergo feriebātur. Ideoq; Rex post mediam noctem quæ secuta est, omnia loca in quibus propugnantes ab arcis præfectis offendi poterāt, magnis multisq; confixis trabibus iniecta que terra muniri iussit. Quod vt citius ac melius fieret, ipse quidem tota nocte eque militis atq; Regis officio vsus est. Prima luce munitione peracta, omnes vigilia noctis ac labore operis defessos, vt conquiescerent, commonuit, aliosq; recentiores qui vicissim propugnarent, hortatus est. Oppidani vero omnes & regii milites, quibus etiam mulieres ac pueri arma ministrabant, cum Gallorum magnus exercitus vndique oppidum circumplexus oppugnaret, eo acrius vltro propugnantes hostes a muris propellebant, quod minime dubitabant, quin si in illorum potestatem venient, vltimo iam supplicio plesterentur. Omnes igitur sibi mortis periculum timentes propugnando fortiores erant, & magnos labores continuasque vigilias tolerabant, ideoque ab ingenti hostium multitudine longaq; obsidione sese incredibili virtute defendebant. Erāt enim in castris Gallorum qui sunt in oppugnationibus ferocissimi, hominum milia quadraginta. Quos acriter oppugnantes, ac nonnunquam scalis muris appositis ascendere certatim conantes, Perpignani ciues tum sua virtute, tum Regis hortatu fortissime repulerunt, & quatuor pene menses, præter maximos labores, etiam famem multarumque rerum inopiam pertulerunt. Nam sub idem tempus Ferdinandus Regis filius ex Castella, vbi Regis Henrici sororem Helisaben, vt superius demonstrauius, in matrimonium duxerat, obseffo patri subuenire desiderans, paucis comitatus equitibus in citeriorem transit Hispaniam, & auxiliis in itinere contractis Barcinonem peruenit. Hic etiam & Gerundæ copiis auctis, Perpignanum versus proficiscitur. Cuius aduentus expectatio terribilis admodum in castris Gallorū ferebatur. Omnes enim & vltioris & citerioris Hispaniæ proceres cum magno equitum & peditum numero secum ducere Ferdinandum, multi Gallorum ducibus falso nunciabant. Nam & equites valde pauci cum Ferdinando veniebant, & peditum quoque paruus erat exercitus. Galli tamen crebris falsisq; rumoribus perterriti, prima nocte taciti discessum parare cœperunt, & de secunda vigilia magno silentio castra mouentes, obsidione relicta, clam discesserunt, totaque nocte continenter euntes, in Galliæ fines ante diem peruenerunt. Quorum fugam cum vigilis ciuitatis nondum exorto sole, nihil in locis vbi Gallorum castra fuerant concernentes, animaduertissent, affecti magno gaudio ad Regem certatim concurrunt propter hostium discessum præmia petentes. His abitionem Gallorum nunciatis, incredibilis omnibus lætitia, sed maior oppidanis orta est, a quibus exultantibus maximus exortus est clamor. Rex autem cuius animus & omnis mentis affectus erat in filio Ferdinando, suspicari statim vereriq; cœpit aduersus eū Gallos esse profectos. Ideoq; nonnullis confestim præmissis pueris velocissimis, ipse mox cum multis equitibus & magna Perpignanensium multitudine de filii salute valde sollicitus ex oppido profectus est. Cumq; non longius profectus esset, ei & filium cū exercitu iam aduentare, & hostes in Galliam ingressos esse, & Narbonam ciuitatē versus proficisci nunciatum est. De quibus rebus etsi minime Rex dubitabat, certissimis nunciis affirmantibus, tamē non tam anceps quam videndi filiū percupidus ad eū pergere statuit. Signa cuius & armorū fulgores vbi millium

millium septē iter confecit, plane prospexit, & multos a Ferdinando missos nuncios accepit, ac ingentes lætantiū militum voces audiuit. Ferdinandus interea & de Gallorum discessu, & de patris aduentu certior factus, cū equitibus leuis armaturæ Regi celerius obuiam venit, a quo non minus honorifice quam lætanter acceptus est. Et post gratissimos amplexus, dum milites vtriusq; conuenirēt, longos sermones inuicem contulerunt. Demum Perpignanū simul eodem die sese receperunt. Hic dies prope viginti, dum Ferdinandus & eius milites longi itineris laboribus defessi conuiescerēt, Rex cōmoratus, interim conuocatos omnes oppidanos iterum commonuit, vt Ludouico Gallorum Regi cuius amicitiam cōseruare volebat, breui tempore parerent, donec mutuū quod illi iure debebat, persolueretur. Ad hæc verba Regis ex oppidanis vir quidam non ignobilis hoc modo respondit. Quod ex me audies, inuictissime Princeps, hoc nimirū est insitum mentibus omniū qui Perpignani ciuitatem & totam eius prouinciam colunt. Vnus. n. ex paucis ego sum, ne dicam solus, quos tuus hic populus omnibus in rebus & publicis & priuatis negociis semper consulere consuevit. Quapropter nemo quidē est in hoc oppido, cuius ego mores & ingenium ignorē. In hac autem re quam nūc a tua maiestate iubemur, iam pridem voluntates & animos omniū sum expertus. Quibus omnino decretum est, quoduis mortis genus potius perferre, quam diem vnum Gallorum mores & imperiū subire. Assueti quippe tecum viuere benignissimo Principe, barbaros quidem aliorum mores & insolitam seruitutem tolerare non possumus. Quare si tu, magnanime Rex, quod non credimus, Galliæ Regis amicitiam pluris facis quā amorem nostrū quo te prosequimur, tibiq; libet illi huius oppidi liberam possessionem relinquere, hoc est quod nos tuam maiestatem supplices deprecamur, vt nobis aut ipse alium colēdum quemuis locū concedas, aut nos ipsos pro liberis nostris & vxoribus aliud quærere domiciliū permittas. Quod si hinc abire tibi in animo est, & huc iterum contra nos reuersuros Gallorum exercitus suspicaris, nullum nobis maius beneficium cōferre potes, quam si te laboribus & periculis eripiens aliquem tutū in locum contuleris. Nos. n. te vel absente semper honorem tuum, nos domos nostras, liberos & vxores, præsertim contra Gallos, facile defendemus. Quapropter etsi monitis eius obsequi nolle videbantur, eos tamen quia sibi quam deuotissimos esse cognouerat, consolari maluit quam accusare. Quibus, quoniā ex oppido iam discedere statuerat, Ludouicum Requisiteum præfecit, & cum eo multos nobiles & equites regnorū suorū quorum multos paucis ante diebus militaribus donis & insignibus ornauerat, manere iussit. Quorū nomina pauca hæc occurrūt: Spurius Cardona, Martinus Angulus, Ludouicus Mudarra, Ioannes Clauerius, Michael Ioannes Gralla. His omnibus vbi quid facere deberent imperauit, postero die militibus Castellæ qui cum Ferdinando venerant, veniam & missionem flagitantibus, & annona quam in oppido relinquere volebat, iam deficiente, cū filio Ferdinando & eius exercitu Barcinonam versus proficiscitur, septimoque die postquam discesserant, in ciuitatem peruenerunt. Hic cum dies quinque Ferdinandus commoratus esset, etsi cum patre manere diutius optabat, suę tamē vxoris Helisabes Castellæ Regiæ nunciis & literis vrgētibus, ad eam demū cum suis copiis, patre suadente, discessit. Cuius discessu cum primū Galli, qui Perpignani arcē tenebant, intellexerunt, ad Ludouicū Regē in Galliā nuncios & literas miserūt, quibus eū de Ioannis Aragonū Regis absentia, & eius filii Ferdinandi in Castellā recessu certiorē faciebant. Ideoq; si duces cum exercitu redirent, oppidū capere facile possent. Sin autem eius expeditionem negligeret, & serius exercitum mitteret, sese cum arce simul in hostium potestatem venturos esse dicebant. Nec dubium esse, quin paucis diebus aut oppugnatione aut fame deuicti manus hostibus darent, propterea quod equites & oppidani posteaquam eos Rex Aragonum deseruerat, incessanter nos in arce multis tormentis acrius oppugnabant, seque nunc longis vigiliis & magnis laboribus iā defessos, vix posse pedibus insistere. Periculis igitur illorū Rex Ludouicus commotus, ac secum reputans incommodum & iniuriam quæ eum maneret in posterum, ducibus qui cum copiis apud Narbonam ciuitatem constiterant, im-

peravit, ut ad obsidendum rursus Perpignanenses statim festinarēt, donec his expugnatis totam eorum provinciam deuastarent. Quos etiam monuit, ut si inde sine suo iussu recederent, scirent se grauiore ei pœnas esse daturos quam hostibus, si in eorum potestatem venirēt. Duces ergo Gallorum quos ab obsidione discessisse grauius pœnitebat, cognita Regis voluntate, non tātum minis eius & imperio, quantum verecundia commoti, quamprimum conuocatis militibus qui per oppida vagabantur, ad obsidendum oppidum statim conuenerunt, quod magna festinatione locatis castris dispositisque tormentis acriter oppugnare cœperunt, existimantes oppidanos a ducibus & Rege destitutos aut metu percussos in dedicationem esse v̄turos, aut paucis diebus oppugnatione deuictos iam manu capiendos. Sed tamen eos longe nimirum sua fefellit opinio. Perpignanenses enim qui dum Rex aderat, in patrię defensione magnam laudem promeruerant, Rege quidem absente multo fortiores erant, acriusque propugnabant. Nec se diutius intra muros continere poterant, sed odio magno quo Gallos inimiciter prosequerantur, & pugnandi desiderio conflagrantes, inter diu nonnunquam noctu portis oppidi reclusis, in castra hostium erumpentes, illorum multis occisis & nonnullis captis in oppidum summa celeritate sese recipiebant, ac potius oppugnatores quam propugnatores erant, donec attoniti Gallorum duces & iam desersi non solum ab oppugnatione cessabant, sed urgente quoque metu de discessu plerumque cogitauerunt. Formidabāt enim non modo bellicosissimos viros, sed armatas quoque mulieres fortissime pugnantibus. Quapropter etsi sui Regis indignationis & irę memores ab obsidione recedere non audebant, affecti tamen multis magnisque cladibus & de victoria iam desperantes prorsus abiissent, nisi defecisse comœtus obsessis & omne cibariorū genus intellexissent. Qui menses ab obsidionis initio circiter octo non solum cibariis humanis, sed omnibus etiam consumptis animalibus & herbis diuturna fame languentes, dum propugnabāt, suo ipsorum motu concidebant. Intoleranda quippe fame vix credibile est quam patientes erant. Omnes enim multis diebus nihil præter mures ac feles & domesticos canes, quos mulieres per vicinos oppidi linteis & longis latisque palliis venabantur, comanducauerunt. Quibus etiam deficientibus extrema iam necessitate laborātes, non solum in carnes Gallorum quos occiderant, dentes intulerunt, sed in suorum quoque cadauera morsus iniecerunt. Nonnullę mulieres cum peperissent, rabie famis agitate vterō suo continuo fœtus reddiderunt. Alię præterea matres inedia stimulis actę non equidem maternę pietatis oblitę, sed famis imperio conuictę suos filios siue fame siue alio casu peremptos, lamentatione miserabili propriisque lachrymis aspersos comederunt. O rem admirabilem, & cibi genus infandum! O rarum famis & extremę necessitatis exemplum! Quod in Hispania tamen tertio nunc accidit. Bis enim antea contigerat, & Numantinis a Romanis obsessis, & Saguntinis a Carthaginensibus. Sed Perpignanensium fuit tolerantia maior, qui cum tot mala & suprema pericula suo etiam Rege monente vitare potuissent, noluerunt. Ob ingentem hominum & admirandam in laboribus & periculis perseverantiam! Vtique adeo nanque Perpignani ciues in patrię defensione pertinaces fuerūt, vsque adeo Gallos oderunt, ut ne illorum imperium subirent, omnia malorum genera perferre maluerint. Magna tamen eorum virtus, magna fides & fortitudo laudabilis. Sed equitum quos illic Rex cum præsidio reliquerat, constantia laudabilior, propterea quod a Rege sepius admoniti per literas, ut exirent ex oppido, quoniam eis comœtum & subsidium mittere non posset, illi tamen ne ciues quos fortissimos agnouerant, desererent, cum eis permanere & extrema pati decreuerāt. Cæterum cum fames indies magis vrgeret, & neque subsidii, neque vitę vlla spes esset, honestas a Gallorum ducibus oblatas de pace conditiones, ut & ciues honorifice benigneque tractarentur, & equites cum armis & equis discederent, acceperunt. Galli igitur portis iam reclusis, multis in oppidum ad explendam famem & ciuium mulcēdos animos præmissis cibariis, ingressi tandem & suis & aliorum laboribus finem fecere. Equites vero regii, quoniam pro cibis equos omnes absumpserant, armis etiam quę ferre non poterant, relictis, pedibus iter facientes ad Regem Barci-

Barcinonem petuenerunt. Quos Rex omnes amplexus magnis honoribus excepit, & eorum fide fortitudineque mirifice laudata, pro tempore quibus potuit muneribus profecutus est, excusata pecunię & rei familiaris tenuitate.

De morte eius & gestis in ea.

OMNIBVS confectis & extinctis bellis reliquum vitę suę tempus Barcinonę transegit. Vbi demum labore senioque pene consumptus, vitali iam deficiente virtute, febre defatigari cœpit. Cū igitur lecto triduo decubisset, ut erat semper homo cautus & prudens, iam se moriturum cognoscens, accersito animę medico de omnibus exactę vitę noxiis Christianorum more gemēs, & magno cum dolore cōfessus est. Allatum mox sacramentū quod auidissime petierat, lachrymabundus deuotissime recepit. Vbi vero animę saluti consuluit, testamētum deinde condidit, & Ferdinādum filium hæredem successoremque legitimum instituit. Ad quem in Castella tunc commorantem nuncios & hanc misit epistolam. Satis me diuque vixisse cognosco, Ferdinande fili charissime, & ideo quoniam & diutius, & ut opinor, bene & cū honore vixerim, magnas immortalī Deo gratias ago. Nunc autem iam tempus est, ut naturę debitum persoluam, cui ego iam citatus, quoniam sic necesse est, parere minime recuso. Arbitror itaque me propediē ab hac vita mortali discessurum. Continua siquidem febre quinque dierum meū pene defatigatum corpus & ætate confectū in horas magis debilitari sentio, & cū spe vitę simul deficere. Quapropter vbi nostrorum maiorum more & Christianę religionis instituto diuinis & humanis rebus satisfeci, mihi æquū atque per necessarium visum est, ut te quem priusquam discedam videre non poterō, de valetudine mea vel emigratione potius per literas & nuncios certior facerem. Mitto igitur tibi simul & Isabellę tuę præstantissimę coniugi salutem & paternam benedictionem. Et quia de rebus a me nuper institutis quid tu Ferdinande fili pro nostra & aliorū salute sis factururus, ex testamento nostro plane omniā cognosces, hac epistola vos (nam tecum etiam Isabella filia charissima loquor) pro meo erga vos amore, & item pro vestra in me pietate moneo, rogo, & obtestor, ut omnibus rebus humanis diuinis antepōnatis. Nihil vobis vnquam sit charius Dei cultu, nihil virtute præstantius. Nihil præterea sine bonorum virorum consilio faciatis. Memento quæso semper istius nostrę monitionis, quæ vos ab amore paterno missa profecto nunquam fallat. Ego vobis & labores & æmulos non defuturos prospicio. Sed vos si meis monitis parueritis, nullis vnquam victi cedetis aduersariis, nullis defatigati laboribus succumbetis. Equites insuper vobis & populos omnes vestri principatus & regiam demum dignitatem plurimum commēdo. Valete & absentiam nostram fertore moderare. Cum his literis nunciis ad Ferdinandum filium missis, omnes qui aderant, quoniam tristitiam quandam præ se ferre videbantur, consolari cœpit, ut vim necessitatis æquo animo ferrent, omnibus moriendum esse dicens, neque tamen eos mori posse qui bene vixissent. Bonis hominibus & virtutem colentibus auxilium diuinum nō defuturum, quod sibi multis in rerum & fortunę varietatibus nūquam defuisset. Hęc cum dixisset, remotis omnibus contemplationi deditus aliquandiu cōquieuit. Mox autem vbi vitę spe minus habere cœpit, admissos equites & familiares per humane singulos amplexatus, suppliciter ab omnibus veniam petiuit, si quem forte grauius offendisset, si cui non pro meritis satisfecisset. Interea medici quo diutius eius mortem differrent, ex margaritis & auro cæterisque gemmis admodum preciosis & simul contritis confectos cibos ei propinabant. Quibus aliquanto suffultus tam diu vitam produxit, donec quæ voluit, effecit, dixitque omnia. Nullum doloris signum, nullam mentis perturbationem, nullum denique mortis metum præ se ferens, sed aduersus eam fortis & constans, omnium præteritarum rerum memor, & præsentibus diligenter instituit, & de futuris prudenter religioseque consuluit. Pridie vero quam naturę satisfaceret, cum se grauius afflicti sensisset, extremum ecclesię petiit olei sacramentum. Quo solenniter perunctus, laborantis & iam demigrantis animę spiritū ma-

gno labore ducens, a sacerdotibus Euangelicam lectionem recitari qua Christi cruciatus referuntur, obsecrat, & pœnitentiarum psalmos. His orantibus aures dū præbet attentiores, subito nimioque languore defessus totus pene concidit, adeo ut conclusis iam luminibus & manibus frigidis a nonnullis efflasse animam crederetur. Verum mox respirans & iam reclusis oculis omnes qui aderant, aspiciens, O vanas, inquit, hominū cogitationes! O miseros omnes qui ad principatus aspirant, qui diuitias, opēs, & nimios honores affectant! O felicem pauperum conditionem, & illorum securam vitam atque beatam, qui panem comedūt cum sudore sui vultus, qui viuūt labore manuum suarum! Nam mihi misero quid regnum, quid honores, quid obsequia plurimorum contulerunt? Quid labores scilicet magnos & multa corporis & animæ pericula, nec vnquam ætate tam longa potui mihi dies aliquos videre bonos. O me miserum & infelicem qui tam sero fallacē mundum cognosco! qui vitam certe vixissem multo meliorem, si non Rex, sed pauperis agri cultor fuisset. Hæc magno cum animi dolore ferebat, Alphōsi fratris, vt arbitror, recordatus atque secutus exemplum, qui Neapoli olim moriens eadem protulisse verba memoratur. Cæterum cum hæc dixisset, imaginem Christi crucifixi quæ iuxta eum erat, defixis oculis intuens: O conditor, ait, mūdi Deus omnipotens, & hominum pietissime redemptor, parce mihi indignissimo seruo tuo, miserere mei clementissime Iesu, & a peccatis meis auerte faciem tuam, non meis meritis domine, quæ nulla sunt, sed illa tua ineffabili pietate & infinita misericordia qua motus, vt homines a morte redimeres, crucis mortem subire voluisti. Hæc locutus voce iam deficiente Christi patibulum sæpius osculatus expirauit.

De atate eius, & tempore mortis, & exequiis.

DECESSIT Barcinone decimoquarto Kalendas Februarii, post partum virginis anno millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, ætatis vero sue octogesimo quarto, mensibus quinque minus & decem diebus. Aragoniæ autem regno præfuit annos viginti. Cuius funus maximis honoribus & ingenti solennitate celebratum est, sed multo maiore omnium mœnore atque fletu deploratū, tota ciuitate summo dolore concussa, adeo vt mœstissimis lamentis quæ que Barcinonæ domus funestata videretur. Vbi que nāque luctus, vbi que gemitus, vbi que denique miserabilis fletus audiebatur. Cum primum egit animam, præter multas hominum querelas & vberimos fletus, venaticos etiā canes quibus persequi feras consueuerat, tristes vlulatus emittentes mirabiliter fleuisse, complures nobis viri nobiles affirmarunt. Aragones præterea omnes, Gothalani, Siculi, Valentini vexilla magno gemitu per terram trahentes, in signum magni doloris etiam clypeos confregerunt. Huius siquidem Principis mortem incredibiles hominum lamentationes secutæ sunt, quæ nondum etiam post triginta annos a multorum pectoribus exciderunt. Plures enim qui cum eo vixerunt, sæpe mecum sermones conferentes, eum sine gemitu lachrymisque nominare vix possunt. Peractis exequiis, defuncti corpus preciosis vnguentis balsamoque perunctum ex Barcinone magnus sacerdotum numerus & ingens nobilium multitudo Populetum derulerunt. sic enim testamento statutum fuerat. De cæteris autem rebus in testamento relictis nihil compertum habui, nisi quod a Ioanne Coloma secretario eius accepi, de sacrificiis quibusdam & rebus diuinis pro illorum salute quotannis celebrandis, qui sub eius imperio militantes in præliis occubissent.

LVCII

LVCII MARINEI SICV-
LI DE REBUS HISPANICÆ LIBER XIX.

De Rege Ferdinando & Isabella Regina Catholicis Principibus.



10 **E**TSI de rebus quas Rex Ferdinandus & Isabella Regina gesserunt numero multas & magnitudine mirabiles, historiam recentem adhuc & vix absolutam publicare non licet, tamen Carolo Regi Cæsarique nostro qui fortasse virtutes auitas & præclaras actiones ignorat, rem pergratam faciemus, si pleniorum historiam magnumque volumen in annum quinquagesimum differentes, summam quandam & quasi breuiarium rerum quas animose sancteque gesserunt, in lucem proferemus. In quo multis etiam Hispaniæ nobilibus atque Sicilia, quorum parentes pro regia dignitate magnos labores multaque pericula passi, magnam laudem perpetuamque memoriæ meruere, gratificabimur. Cæterum priusquam de rebus, quas principes catholici 20 gesserunt, quicquam dicamus, more nostro de vtriusque natiuitate breui sermone referemus, & primo de Rege Ferdinando.

De loco & tempore conceptionis & natiuitate eius.

GENITVS fuit Rex Ferdinandus in Aragoniæ pago quem Aragonenses Fresinum vocant, & distat a Calataiuto passuum millia circiter duodecim. Locus est autem, quamuis parvus, aquis tamen, hortulis, arboribus amœnus, & agris fertilis, vbi Ferdinandi parentes dies aliquot commorantes eum genuerunt, anno supra mille & quadringentos quadragesimo nono, circiter Idus Iunias. In hoc autem 30 paruulo pago & cuiusdam agricolæ pauperis hospicio genitum fuisse Regem Ferdinandum, nobis quidem multis rationibus constat. Nam cum Rex Ioannes pater eius hinc discedens, Valentiam versus profectus esset, vt illic equitum quorundam perniciosas factiones & magnos populorum tumultus compesceret, Regina Ioanna quæ remanserat in Fresino, post Idus Iulias cessantibus naturæ menstruis se grauidam esse cognouit, cuius rei nuncium cum literis ad Regem destinauit. Quem nuncium postero die Ioannes Pietas Regis hospes cum aliis Regiæ literis subsequutus, magnis a Rege muneribus & omnis immunitatis priuilegio donatus est, atque etiam vt omnes patriæ suæ qui fere omnes agri cultores erant, honore præcederet. Rex præterea Ferdinandus cum hac transiret, Isabella Regina 40 me præsentem suum genitale solum ostendens, Ecce, inquit, locus, ecce domus, in qua me parentes genuerunt. Erat autem domus admodum parua, cuius parietes non marmorei, non lapidibus extructi, sed qui ex compressa terra vix manebant, quos cum Carolo Imperatore Cæsaraugustam proficiscentes, quia Ioannes Pietas & eius vnicus filius e vita migrauerant, cum Ioāne Ruffo Archiepiscopo Consentino legato summi Pontificis sine cultore vidimus & sine recto. Hinc Regina discedens Kalendis Octobris vtero iam tumescenti & per Nauarræ principatum proficiscentes, Sangosæ constitit, vbi propter absentiam Regis ipsa simul cum Carolo priuigno, consiliariis & iustitiæ præfectis adhibitis, omnibus Nauarræ & Aragoniæ populis iura prudenter administravit. Cumque parienti tempus instare 50 sensisset, & infans ex vtero matris egredi conaretur, etsi tunc temporis imbrium tempestas erat horribilis: vt tamen in Aragonia pareret, lecticam statim conscendens Sosium, quod erat Aragoniæ oppidum Nauarræ propinquius, deserti se prope iussit. Huc dum vehitur, itinere toto per passuum millia fere septemdecim, quamuis magnis continuisque partus doloribus afficiebatur, tamen vt erat fortis & prudens & suæ dignitatis atque salutis non oblita, dolores quibus maxime tor-

quebatur, supprimens ac dissimulans, Deo preces & orationes fundere nūquam destitit. Vbi tandem Sosium peruenit, Dei auxilio & nomine Mariæ Virginis inuocato, & adiuta diligentis obstetricis officio, filium peperit Ferdinandum sexto Idus Martias, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo.

De signis & iudiciis prospera natiuitatis eius.

QVO quidem nato magna repente serenitas orta est, & sol qui die toto vix apparuerat, multo clarior quam solebat, effulsit. In æthere præterea corona variis ornata coloribus & iridi similis visa est. Quæ signa nimirum multis qui aderant, ostendere videbantur, ut puer qui proximo partu natus esset, clarissimus inter homines erat futurus. De cuius etiam natalicia felicitate multi viri sapientes & astronomi, non præsentibus modo qui eum natum viderunt, sed absentibus quoque longè distantes multa magnaque prædixere. Siquidem Neapoli eo die quo natus est puer, vir quidam religiosus ordinis Carmelitarum, homo literis & moribus insignis ad Alphonsum Regem in castellum nouum veniens, Hodie, inquit, Rex in Hispania citeriori puer tui generis natus est, qui maximus olim inter Christianos Principes nominabitur, quippe qui res magnas, multas, & sanctas domi forisque geret, quibus fidem, nostram religionem Christianam, & Hispaniæ nomen altius attollet. Cuius verbis & vaticinio Rex, quoniam vir sanctus a multis qui mores eius & vitam nouerant, habebatur, & multa quæ antea prædixisset, verissima reperiebat, magnam fidem adhibuit. Quam non multo post cum de Ioanne Reginæ partu nuncium accepisset, affectus lætitia confirmauit. Carolus etiam princeps Vianæ, frater eius ex patre, qui fuit virtute præclarus & diuini cultus admodum studiosus, cum ad se prædixentem Ferdinandus admodum puer & annorum fere quinque venire nunciaretur, ei confestim surgens obuiam descendit, & suis quibusdam dicentibus ut eum, quoniam puer erat, expectaret in mensa: Nescitis, inquit, quæ causa vel quæ ratio potius me mouet, ut puerum hunc plurimum diligam & magnificiam, profecto non solum quia frater meus est, sed quod eum sine dubio prospicio Principes omnes quos Hispania nostra peperit, omni genere virtutum superaturum. Alia præterea multi viri non indocti multa prædixerunt, qui suis opinionibus & iudiciis decepti minime fuerunt. Asserebant enim puerum adolescentemque labores magnos multaque passurum pericula, postea vero de multis hostibus & aduersariis victorias habiturum triumphales, & ex tenuissima fortuna ad honores amplissimos venturum & altissima rerum fastigia. Quæ quidem omnia suum effectum sortita iam vidimus. Cæterum Ferdinandus in Fresino genitus & in Sosio natus, ut erat in omnes Princeps humanus & benignus, vtriusque loci memor vtrumque populum maxime coluit & memorabilem fecit.

Descriptio Sosii & laudes.

NUNC autem quoniam de Fresino supra mentionem fecimus, æquum videtur, ut de Sosio quoque pauca dicamus. Est itaque Sosium quod indigenæ Sos appellant, oppidum Celtiberiæ quæ nunc Aragonia dicitur, primum quod ex Navarra venientibus occurrit, in edito loco positum. Quæ res causa est magnæ salubritatis. Geminos colles amplectitur, ex quibus descensus est & ad eundem planities & agros admodum fertiles, multumque frugiferos. Multis rebus ad humanæ vitæ usum necessariis abundans: felix præterea claris alumnorum ingenii, & equitibus nobile. Quorum præter alios qui militari virtute ac eruditione laude magna digni fuere, duo præcipue viri recentiores & nostri temporis nobis occurrunt merito nominandi, Iacobus scilicet Fontius & Martinus Ampius, moribus & literis insignes.

De pueritia

De pueritia eius & educatione.

NUNC autem digressio nostra finem habeat, & ad Ferdinandum reuertatur oratio. De cuius infantia quod scribam nihil habeo, nisi quod cum esset forma conspicuus, in se omnium oculos conuertens, parentibus magnam spem probitatis magnæque virtutis promittere videbatur. Cum autem septimum ægeret annum, quo iam ætas discere literas admonet, excellentis ingenii magnæque memoriæ signa dedit. Sed iniquitas temporum fortunæque læuientis inuidia magnam Principis ingenium quod erat ad literas capeffendas aptissimum, a bonarum artium studiis retraxit. Nam cum Hispano more legendi scribendique ordinem didicisset, & iam Grammaticæ præceptis incumbere vellet, exorto bello quod Carolus a quibusdam male persuasus patri suo crudeliter intulit, puer a literarum studio reuocatus, arma cum vix annum decimum compleuisset, tractare cœpit, & aurigis ac pueris a pedibus adiutus equum ascendere & agitare didicit. Qui cum propter ætatem sine vilo dignitatis titulo parum autoritatis haberet, ut & honore aliquo gauderet, & ab aliis diligentius obseruaretur, Montis Albi Dux a patre creatus est. Educatus autem inter equites armatos & adultus, cum literis vacare non potuisset, eruditione caruit: tamen magnis ingenii viribus adiutus, & consuetudine sapientum non minus prudens euasit ac sapiens, quam si fuisset doctissimis præceptoribus eruditus. Sed de virtutibus eius & aliis rebus alias. Nunc enim quoniam quantam fortitudinem adolescens in officio rei militaris ostendit, quantamque meruit laudem multas adeptus victorias, & quas res vsque ad tempus quo duxit uxorem, gessit, in patris eius historia demonstraui mus: cum de Isabellæ Reginæ die natali pauca dixerimus, ad ea quæ matrimonio coniuncti simul gesserunt, summam referenda veniemus.

De Isabella Regina progenitoribus.

ET SI de Castellæ Regibus & Isabellæ Reginæ prosapia longam mentionem fecimus, nunc tamen aliquid repetere per necessarium ducimus, ut qui fuerint eius proavi scire volentibus gratificantes, quam recta linea, quamque legitimo iure in Castellæ regno successerit Isabella post mortem Henrici fratris, ostendamus. Ab Alphonso itaque, reliquis omissis, initium sumemus. Qui cum clementissimus & humanissimus fuisset, Petrum genuit sibi que successorem instituit, qui crudelitate infamiam subiit, unde cognomen accepit. Quapropter ab Henrico fratre suo notho iure cæsus existimatur. Quo de medio sublato complures Hispaniæ procures quibus illius immanitas formidolosa fuerat, ad Henricum gratulatum conuenientes, eum statim Regem appellauerunt. Hic Castellæ nobilium & omnium populorum voce Rex electus, humanissime gubernauit. Cui mortuo Ioannes filius successit, qui filium genuit Henricum, cui Ioannes filius in Castellæ regno succedens Henricum filium habuit, qui propter aduersam corporis valetudinem Valerudinarius fuit appellatus. Ex quo natus est Ioannes cognomento secundus. Hic in Tauro ciuitate natus adhuc infantulus patrem amisit. Ideoque patruus eius Ferdinandus quasi tutor, Castellæ regni curam suscepit, & iustissime fidelissimeque gubernauit, vsque ad tempus quo puer diligenter educatus & adultus ad ætatem peruenit, qua potuit gubernare. De cuius electione & iurisdictione quo Hispaniæ nobiles & ciuitates Regi suo quasi pignus fidelitatis præstare solent, & Ferdinandi patri eius admirabili virtute animoque magno & excellenti latius alibi scripsimus. Illud autem hoc loco admonere volumus, quod vulgo fertur & in multorum mentibus insitum est. Dicunt enim Ferdinandum in Toleti templo maiori, quo magnates & ciuitatum procuratores conuenerant, ut qui Rex erat futurus post Henrici mortem intelligeretur, Ioannem fratris filium paruulum circumstantibus ostendisse suis humeris impositum. Quod alii minime probant, propterea quod eo tempore puerum Segouici fuisse dicunt, nec Toletum delatum fuisse propter imbecillam ætatem. Quapropter absens Rex fuit appellatus. Qui pro-

cedente tempore diligenter educatus cum ad ætatem peruenisset, qua iam curatorem non egebat, multis instructus lectionibus & sapientum virorum consiliis adiutus, regni sui curam suscepit, & annos prope quinquaginta regnavit. De cuius administratione rebusque gestis historia prægrædis & capitulosa satis circumfertur. Hic Rex uxorem duxit Mariam Ferdinandi patris sui filiam, quæ primum filias peperit duas, quæ teneris annis a vita migrarunt, & deinde peperit Henricum, qui fuit huius nominis numero quartus. Cuius matre defuncta, pater Isabella duxit uxorem Ioannis Portugallie Regis ex filio neptem, ex qua illi Isabella nata est, de qua nobis est sermo futurus, & Alphonfus, qui annum agens fere decimum quartum sublatus est. De cuius genere mortis quod homines opinantur, ego quidem nec affirmo nec inficio. Extinctum enim suspicantur non sine veneni suspitione. quod si fuit datum, quod ego non arbitror, profecto nequaquam gustasset, si que de quibusdam qui regni patrimonium occupantes res novas moliebantur, sentiebat, dissimulando tacuisset. Deceptus est enim puer, propterea quod nec eius animus excellens, generosus, & vere regius quæ fieri contra suam dignitatem videbat, tacere potuit, nec ætas puerilis hominum mores & insidias nouerat. Nunc autem quoniã de rebus gestis Henrici Regis, de moribus, de duabus uxoribus, quarum, quia natura mollis erat, neutram deflorauit, ab aliis autoribus multa narratur, & nos etiã aliis in locis pleniorẽ fecimus mentionem, ad Isabellã iam nostra reuertatur oratio.

De loco & tempore natiuitatis eius & aliis rebus.

NATA est Isabella Regina in oppido Matricali, quod a Salmantica ciuitate distat passuum millia circiter quinquaginta, albi vini copia & bonitate nominatum, anno supra millesimum quadringentesimo quadagesimo nono. Quæ post obitum patris cum mater mariti desiderio nimium flens in grauissimam non solum corporis valetudinem, sed etiam mentis ægritudinem incidisset, Henricusque frater eius quem pater moriens Regem instituerat, omnia possideret, educata est modicis opibus tenuique fortuna, sine fastu, sine deliciis, sine mendaciis, sine adulationibus, sine vllis illecebris, quibus omnes fere magnorum Principum liberi delicatiores educari solent. Quam adultam sine vlla vel parentum vel aliorum indulgentia, sine multis epulis, quæ plerumque bonos mores & clara corrumpunt ingenia, Castellæ regni proceres fere omnes multi que pontifices qui vxoris secundæ Regis Henrici partum non legitimum fuisse opinabantur, Henrici fratris heredem futuram legitimeque successuram iureiurando constituerat. Quæ res Hispaniæ populis & ciuitatibus denunciata literis, & præconum vocibus fama que late fusa, multos Christianorum Principes, ut eius coniugium peterent, excitauit. Nam præter alios qui clandestino secretoque modo nuptias illius affectabant, tres præcipui certatim magnoque studio competeabant: Alphonfus scilicet Rex Portugallie, cuius vxor a vita decesserat, Carolus Dux Guianæ Ludouici Gallorum Regis frater, & Ferdinandus Aragoniæ Princeps, quem parentes hanc ob causam paulo ante Siciliæ Regem instituerant. A Portugallie Rege missus venit orator Vlyssiponenfis Archiepiscopus, & a Ludouico Rege Francorum Cardinalis Albinus, Ferdinandi vero causam suscepit Alphonfus Carrillus Toletanus antistes. Quibus Isabella etsi diu cunctabunda magna que verecundia suffusa, sicut in huiusmodi re puellarum mos est, nihil respondit, sæpe tamen ac sæpius requisita cum Dei multis orationibus inuocasset auxilium, rem tulit ad consiliarios & regni proceres atque pontifices, quos sibi beneuolos fidelesque cognouerat. Qui prudenter omnia cogitantes, demum pensitatis omnibus competitorum partibus, & regni paci, quietique futuræ consulentes, Isabellæ consortium Ferdinandi Siciliæ Regis maxime conuenire dixerunt. Quorum fidelissimis & amantissimis consiliis admonita & iam persuasa, domesticorumque suorum quos honoris sui studiosissimos cognouerat, votis & precibus adducta, cum Portugallie Franciæque legatos honorifice dimississet, cum Ferdinando desponsata est Siciliæ Rege. Qui quidem tunc erat impubes & annorum fere decem & nouem, quem sponsa mensibus

mensibus vnde decem tredecimque diebus antecedebat. Iuncti sunt itaque pares ætate, pares etiam forma, pares corporis statura, pares ingenio, pares moribus, pares fortitudine, pares generis antiquitate, propinquis & affinibus. Ex fratribus enim patruelibus, geniti coniunctissimo gradu consanguinitatis Hispaniæ primates omnes pariter contingebant. De quorum contracto matrimonio cum parentes & cognatili teras & nuncios accepissent, affecti sunt gaudio magno, omnesque Castellæ, Aragoniæ, Siciliæque ciuitates sacerdotisque psalmum Te Deum laudamus concinentes gratulationes magnas egerunt. Verum enimvero cum fortuna semper bonis aduerferet, non defuit hominum malorum dolor & alienæ felicitatis inuidia, quorum prauis consiliis Rex Henricus persuasus ac potius stimulis agitur, cum conubio sororis & honore gaudere debuisset, eam primum dispositis insidiis capere tentauit, & custodibus tradere. Deinde cum neque capere neque nuptias eius dirimere potuisset, omnium rerum & oppidorum quæ pater illi testamento reliquerat, possessione spoliavit. Nec eo contentus, armis a regno depellere conatus est. Cuius iræ vel cæcam potius animi caliginem cum Ferdinandus & Isabella neque literis deprecatoriis, neque legatis, neque rationibus vllis placare potuissent, inter eos magnæ discordiæ crudelesque factiones ortæ sunt, & ea mala secuta quæ semper in regni diuisione solent accidere. Nam cum regni proceres alii Regis Henrici, alii Ferdinandi & Isabellæ factionibus adhererent, Hispania tota multos annos durante discordia sine gubernatione, sine iustitia, sine pace, sine quiete, magnis continuisque flagrauit incendiis, & genus omne malorum perpeffa est usque ad Henrici Regis obitum, qui mortuus est in oppido Maiorito, anno septuagesimo quarto supra mille & quadringentos, tertio Idus Decembris, hora noctis fere septima. Obiit autem intestatus, vel quia (ut quidam dixerunt) se tunc moriturum non putauit, vel quia (quod verius est) ut fuit in vita negligens & improvidus semper, sic fuit etiam in morte. Qui laboras in vltimis & articulo mortis, ea quæ ad animæ suæ salutem pertinebant, Hispaniæ Cardinali & aliis quibusdam primatibus commendauit, ex quorum numero fere Rhodoricus Comes Beneuentanus, Marchio Santillanensis Cardinalis frater, Castellæ Comestabilis, Dux Areuali, Marchio Villenæ. Ex quibus peractis Henrici Regis exequiis, alii ad Isabellam Reginam quæ Segouia tunc erat, alii domum suam se conculere. Rex quoque Ferdinandus de Regis Henrici morte certior factus, ex Casar Augusta Segouiam magnis itineribus ad Isabellam venit vxorem, quæ iam Regi Castellæ & Legionis nomen & titulum sibi vendicauerat, & cum multis curiæ suæ nobilibus & ciuitatis magnoque numero sacerdotum Regis Henrici sui fratris funus solènter celebrabat. Hic Segouia ciues ingenti lætitia regiis sublati vexillis, Ferdinandum Regem & Isabellam Reginam Castellæ & Legionis altis vocibus appellauerunt, vtriusque manus humiliter osculantes, quod etiam iureiurando confirmarunt. Idem regni proceres fecerunt, & omnes Curie magnates, scilicet Petrus Gonsalus Mendozius Hispaniæ Cardinalis, Alphonfus Carrillus Archiepiscopus Toletanus, Iacobus Mendozius, Marchio Santillanus, Garfias Aluara Toletanus Dux Albanus, Alphonfus Henricus Hispani maris Almirantes maximus Ferdinandi Regis auunculus, Petrus Fernandus Velasus magnus Castellæ Comestabilis, Beltranus Cuiuanus Dux Albutquerquitanus, Petrus Manthicus Comes Triuignianus, multi præterea viri nobiles multi que pontifices, atque alii quorum qui venire non poterant, procuratores mittebant, qui suo nomine quod ipsi præstare tenebantur, officio fungerentur. Idem faciebant aliarum ciuitates lætantes & populi congaudentes. Quidam vero qui nouas condiciones & res iniustas competeabant, non modo non venerunt ipsi, sed ne procuratores quidem miserunt, qui rebus nouis studentes, & suis Principibus & sibi ipsis multorum laborum magnorumque malorum causa fuere. Rex autem & Regina cum multis equitibus & ciuitatum populorumque procuratoribus officia & priuilegia quæ iure petebantur, concessissent & confirmassent, iustitiam quæ iam venerat in obliuionem, reuocare ac exercere ceperunt, & ad ciuitates populosque rectores miserunt. Cum autem gubernandi rationem modumque statuere vellent, dubitatio quedam magnatibus & consiliariis incidit, de qua nobis aliquid scribere necesse est.

De procerum & consiliariorum conuentu & dissectione super Castellæ regni successione & gubernatione.

Hic ubi magnates, ut supra dictum est, catholicis principibus obedientiam & iusurandum præstiterunt, subinde difficilis inter eos quæstio magnaque contentio orta est, propterea quod Castellæ regni successione & gubernationem alii ad Regem, alii ad Reginam pertinere contendebant. Qui Regis causam susceperant, iis nitentibus argumentis, quod Castellæ regnum Henrico Rege mortuo sine liberis ad Ioannem Regem Aragonum Ferdinandi patrem legitimum successorem pertinebat, vel quia Ferdinandi Regis Aragonum filius & Ioannis Regis Castellæ nepos esset, vel etiam ratione sexus, quia vir erat & fœminæ præferre-
 10
 20
 30
 40
 50
 60
 70
 80
 90
 100
 110
 120
 130
 140
 150
 160
 170
 180
 190
 200
 210
 220
 230
 240
 250
 260
 270
 280
 290
 300
 310
 320
 330
 340
 350
 360
 370
 380
 390
 400
 410
 420
 430
 440
 450
 460
 470
 480
 490
 500
 510
 520
 530
 540
 550
 560
 570
 580
 590
 600
 610
 620
 630
 640
 650
 660
 670
 680
 690
 700
 710
 720
 730
 740
 750
 760
 770
 780
 790
 800
 810
 820
 830
 840
 850
 860
 870
 880
 890
 900
 910
 920
 930
 940
 950
 960
 970
 980
 990
 1000
 1010
 1020
 1030
 1040
 1050
 1060
 1070
 1080
 1090
 1100
 1110
 1120
 1130
 1140
 1150
 1160
 1170
 1180
 1190
 1200
 1210
 1220
 1230
 1240
 1250
 1260
 1270
 1280
 1290
 1300
 1310
 1320
 1330
 1340
 1350
 1360
 1370
 1380
 1390
 1400
 1410
 1420
 1430
 1440
 1450
 1460
 1470
 1480
 1490
 1500
 1510
 1520
 1530
 1540
 1550
 1560
 1570
 1580
 1590
 1600
 1610
 1620
 1630
 1640
 1650
 1660
 1670
 1680
 1690
 1700
 1710
 1720
 1730
 1740
 1750
 1760
 1770
 1780
 1790
 1800
 1810
 1820
 1830
 1840
 1850
 1860
 1870
 1880
 1890
 1900
 1910
 1920
 1930
 1940
 1950
 1960
 1970
 1980
 1990
 2000
 2010
 2020
 2030
 2040
 2050
 2060
 2070
 2080
 2090
 2100
 2110
 2120
 2130
 2140
 2150
 2160
 2170
 2180
 2190
 2200
 2210
 2220
 2230
 2240
 2250
 2260
 2270
 2280
 2290
 2300
 2310
 2320
 2330
 2340
 2350
 2360
 2370
 2380
 2390
 2400
 2410
 2420
 2430
 2440
 2450
 2460
 2470
 2480
 2490
 2500
 2510
 2520
 2530
 2540
 2550
 2560
 2570
 2580
 2590
 2600
 2610
 2620
 2630
 2640
 2650
 2660
 2670
 2680
 2690
 2700
 2710
 2720
 2730
 2740
 2750
 2760
 2770
 2780
 2790
 2800
 2810
 2820
 2830
 2840
 2850
 2860
 2870
 2880
 2890
 2900
 2910
 2920
 2930
 2940
 2950
 2960
 2970
 2980
 2990
 3000
 3010
 3020
 3030
 3040
 3050
 3060
 3070
 3080
 3090
 3100
 3110
 3120
 3130
 3140
 3150
 3160
 3170
 3180
 3190
 3200
 3210
 3220
 3230
 3240
 3250
 3260
 3270
 3280
 3290
 3300
 3310
 3320
 3330
 3340
 3350
 3360
 3370
 3380
 3390
 3400
 3410
 3420
 3430
 3440
 3450
 3460
 3470
 3480
 3490
 3500
 3510
 3520
 3530
 3540
 3550
 3560
 3570
 3580
 3590
 3600
 3610
 3620
 3630
 3640
 3650
 3660
 3670
 3680
 3690
 3700
 3710
 3720
 3730
 3740
 3750
 3760
 3770
 3780
 3790
 3800
 3810
 3820
 3830
 3840
 3850
 3860
 3870
 3880
 3890
 3900
 3910
 3920
 3930
 3940
 3950
 3960
 3970
 3980
 3990
 4000
 4010
 4020
 4030
 4040
 4050
 4060
 4070
 4080
 4090
 4100
 4110
 4120
 4130
 4140
 4150
 4160
 4170
 4180
 4190
 4200
 4210
 4220
 4230
 4240
 4250
 4260
 4270
 4280
 4290
 4300
 4310
 4320
 4330
 4340
 4350
 4360
 4370
 4380
 4390
 4400
 4410
 4420
 4430
 4440
 4450
 4460
 4470
 4480
 4490
 4500
 4510
 4520
 4530
 4540
 4550
 4560
 4570
 4580
 4590
 4600
 4610
 4620
 4630
 4640
 4650
 4660
 4670
 4680
 4690
 4700
 4710
 4720
 4730
 4740
 4750
 4760
 4770
 4780
 4790
 4800
 4810
 4820
 4830
 4840
 4850
 4860
 4870
 4880
 4890
 4900
 4910
 4920
 4930
 4940
 4950
 4960
 4970
 4980
 4990
 5000
 5010
 5020
 5030
 5040
 5050
 5060
 5070
 5080
 5090
 5100
 5110
 5120
 5130
 5140
 5150
 5160
 5170
 5180
 5190
 5200
 5210
 5220
 5230
 5240
 5250
 5260
 5270
 5280
 5290
 5300
 5310
 5320
 5330
 5340
 5350
 5360
 5370
 5380
 5390
 5400
 5410
 5420
 5430
 5440
 5450
 5460
 5470
 5480
 5490
 5500
 5510
 5520
 5530
 5540
 5550
 5560
 5570
 5580
 5590
 5600
 5610
 5620
 5630
 5640
 5650
 5660
 5670
 5680
 5690
 5700
 5710
 5720
 5730
 5740
 5750
 5760
 5770
 5780
 5790
 5800
 5810
 5820
 5830
 5840
 5850
 5860
 5870
 5880
 5890
 5900
 5910
 5920
 5930
 5940
 5950
 5960
 5970
 5980
 5990
 6000
 6010
 6020
 6030
 6040
 6050
 6060
 6070
 6080
 6090
 6100
 6110
 6120
 6130
 6140
 6150
 6160
 6170
 6180
 6190
 6200
 6210
 6220
 6230
 6240
 6250
 6260
 6270
 6280
 6290
 6300
 6310
 6320
 6330
 6340
 6350
 6360
 6370
 6380
 6390
 6400
 6410
 6420
 6430
 6440
 6450
 6460
 6470
 6480
 6490
 6500
 6510
 6520
 6530
 6540
 6550
 6560
 6570
 6580
 6590
 6600
 6610
 6620
 6630
 6640
 6650
 6660
 6670
 6680
 6690
 6700
 6710
 6720
 6730
 6740
 6750
 6760
 6770
 6780
 6790
 6800
 6810
 6820
 6830
 6840
 6850
 6860
 6870
 6880
 6890
 6900
 6910
 6920
 6930
 6940
 6950
 6960
 6970
 6980
 6990
 7000
 7010
 7020
 7030
 7040
 7050
 7060
 7070
 7080
 7090
 7100
 7110
 7120
 7130
 7140
 7150
 7160
 7170
 7180
 7190
 7200
 7210
 7220
 7230
 7240
 7250
 7260
 7270
 7280
 7290
 7300
 7310
 7320
 7330
 7340
 7350
 7360
 7370
 7380
 7390
 7400
 7410
 7420
 7430
 7440
 7450
 7460
 7470
 7480
 7490
 7500
 7510
 7520
 7530
 7540
 7550
 7560
 7570
 7580
 7590
 7600
 7610
 7620
 7630
 7640
 7650
 7660
 7670
 7680
 7690
 7700
 7710
 7720
 7730
 7740
 7750
 7760
 7770
 7780
 7790
 7800
 7810
 7820
 7830
 7840
 7850
 7860
 7870
 7880
 7890
 7900
 7910
 7920
 7930
 7940
 7950
 7960
 7970
 7980
 7990
 8000
 8010
 8020
 8030
 8040
 8050
 8060
 8070
 8080
 8090
 8100
 8110
 8120
 8130
 8140
 8150
 8160
 8170
 8180
 8190
 8200
 8210
 8220
 8230
 8240
 8250
 8260
 8270
 8280
 8290
 8300
 8310
 8320
 8330
 8340
 8350
 8360
 8370
 8380
 8390
 8400
 8410
 8420
 8430
 8440
 8450
 8460
 8470
 8480
 8490
 8500
 8510
 8520
 8530
 8540
 8550
 8560
 8570
 8580
 8590
 8600
 8610
 8620
 8630
 8640
 8650
 8660
 8670
 8680
 8690
 8700
 8710
 8720
 8730
 8740
 8750
 8760
 8770
 8780
 8790
 8800
 8810
 8820
 8830
 8840
 8850
 8860
 8870
 8880
 8890
 8900
 8910
 8920
 8930
 8940
 8950
 8960
 8970
 8980
 8990
 9000
 9010
 9020
 9030
 9040
 9050
 9060
 9070
 9080
 9090
 9100
 9110
 9120
 9130
 9140
 9150
 9160
 9170
 9180
 9190
 9200
 9210
 9220
 9230
 9240
 9250
 9260
 9270
 9280
 9290
 9300
 9310
 9320
 9330
 9340
 9350
 9360
 9370
 9380
 9390
 9400
 9410
 9420
 9430
 9440
 9450
 9460
 9470
 9480
 9490
 9500
 9510
 9520
 9530
 9540
 9550
 9560
 9570
 9580
 9590
 9600
 9610
 9620
 9630
 9640
 9650
 9660
 9670
 9680
 9690
 9700
 9710
 9720
 9730
 9740
 9750
 9760
 9770
 9780
 9790
 9800
 9810
 9820
 9830
 9840
 9850
 9860
 9870
 9880
 9890
 9900
 9910
 9920
 9930
 9940
 9950
 9960
 9970
 9980
 9990
 10000

post obitum hac ratione, qua vir fœminæ & maritus vxori præcederet, regni proprietatem gubernationemque sibi vindicare perfacile posset. Sunt præterea tibi fratres patruales, sunt & amitini complures, quorum quidem vnusquisque nostris successoribus litem posset intendere. Qui si forte vel contra nos vel contra successores nostros aliquid agere conabuntur, hoc quidem iure quod modo repertum est & statutum, facile repellentur. Vides igitur quam commode quam prudenter & nobis & nostris hæredibus consultum sit. Quandoquidem nisi Dei benignitate res acta sic esset, existimare atque scire possemus nepotes nostros quos nobis gratias acturos sperare possumus, negligentiam nostram apud Deum & homines accusaturos. Nunc autem nihil esse video quod timere debeamus, nihil quod nos sollicitare possit, præsertim si non ingrati ad Deum res nostras & omnia vota referemus, cuius gratiam & auxilium spero nobis nunquam defuturum. Hæc cum Regina dixisset, eius prudentiam Rex admiratus primum procerum consilium laudauit, deinde Regine sermonem sibi gratissimum fuisse respondit, postremo dignam esse Reginam & satis idoneam quæ non modo Hispaniam, sed etiam quæ totius orbis imperium regeret. Et eodem die hac de re silentio iusso statuerunt, ut in literis omnibus & priuilegiis quibus negocia expedirentur, vtriusque nomen scriberetur hoc modo: *Nos Ferdinandus & Isabella Dei gratia Rex & Regina*: literæque sigillo premerentur castella, leones, baculos, & aquilas continente, quæ sunt regnorum quatuor insignia. De quibus suo loco plura scribemus. In aurea quoque moneta quam cudi iusserunt, vtriusque nomen imprimi voluere, sicut in literis cum signis eisdem & præterea facies capitibus coronatis. Qui deinde multos annos & quam diu vixerunt, multa regna magnoque principatus quam sanctissime gubernauerunt, admirabili iustitia, magna fide, summaque concordia. Nam etsi non defuerunt homines malæ mentis qui dissensiones inter eos molirentur, qui rem suam augere procurantes in triticum zizaniam spargerent, tanta tamen fuit vtriusque prudentia, tanta constantia, tanta fides, tanta vitæ morumque similitudo, tanta denique voluntatis æqualitas & animorum concordia, ut humanam conditionem atque naturam, quæ quidem in regni gubernatione societatem ferre vix potest, facile superauerint. Cuius quidem rei causa fuit, quod omnibus in rebus tam diuinis quam humanis nihil alter egit vnquam sine alterius vel consilio vel assensu. Nihil alter faciendum sibi putauit, quod alterius vel dignitatem vel animum potuisset offendere, nihil alter ab altero petere ausus est, quod honestum non fuisset vel negari iure potuisset. Erant enim vnanimis & se mutuis affectibus amabant, & alter alterum non ut coniugem, & dignitate parem, sed tanquam superiorem maxime timebat & reuerenter obseruabat. His naturæ dotibus ornati, his pares virtutibus, nimirum sub eodem sydere nati fuisse videbantur. Quibus idem velle fuit semper & idem nolle, quibus Deus propitius fuit semper adiutor & protector, cuius auxilio res magnas gesserunt, suos principatus non modo defenderunt & conseruauerunt, sed auxerunt etiam mirum in modum, & suis virtutibus & rebus gestis illustrarunt, & immortalē famam perpetuamque memoriam reliquere, perpeffi tamē labores innumeros & maxima pericula. Nam cum post Regis Henrici mortem ei legitime successissent, & autoritate regia multis malis occurrentes iustitiam in multifariam delinquentes exercere cœpissent, idem illi qui Regis Henrici partes susceperant, timentes ne rerum quas iniuste possidebant, possessiones amitterent, Alphonso Portugalliæ Regi persuaserunt, ut Castellæ regnum repeteret, quod sibi ratione matrimonii quod cum Ioanna quam Regis Henrici filiam esse iurauerant, contrahere volebat, iure deberi contendebant. Qui malignis illorum consiliis impulsus, suoque iudicio deceptus, & alieni regni cupiditate captus, magnos coegit exercitus, & cum equitum quinque millibus & peditum quindecim in Castellæ regnum ingredi statuit: tamen non defuere suæ domus tunc temporis viri prudentes & consilarii qui eum a proposito reuocare conabantur, quorum vnus suo & aliorum nomine sermonem huiusmodi habuit.

Consilium quod dederunt Regi Portugallia sui familiares.

NOSTRA erga te fides & obseruantia quam tibi debemus, Rex excellens, nos maxime cogunt & sanctissime monent, vt ea quæ de belli huius expeditione quam aliorum consiliis iam persuasus parari iubes, prospicere videmur, tibi non ignota esse patiamur: quando quidem nisi nos animi nostri fallunt, huiusmodi belli motus & apparatus multa nobis magnaq; mala portedere videntur. Magna namque res est expeditio belli, & quæ bonis magis consiliis quam magnis viribus eget. Ideoq; viri prudentes & magni duces non tam principiis rerum quas aggrediuntur, quæ plarumq; maligne prospera se offerunt, confidere, quam qui sit futurus finis, prospicere solent. Quod quidem consequi atq; præscire facile est hominibus qui genus causæ quam suscipiunt, non ignorant, & suas vires cum aduersariorum viribus conferunt. Nam quum magnis de rebus decertatur armis, eos ratione fouente victores fore sperandum est, quorum causa iustior est & maior potentia. Duo nunc igitur tibi præcipua præter alia multa consideranda sunt, magne Princeps, primum iustam an iniustam belli gerendi causam habeas, deinde vires tuas cum aduersariorum viribus conferre debebis. Hæc enim duo si prudenter animo tecum volutaueris, & si rationi magis quam hominum qui res nouas moliantur, consiliis parere volueris, bellum profecto quod tibi gerendum putas, consilio nostro non incipies, propterea quod causa nostra, si verum dicerelicet, non modo iusta non est, sed ne honesta quidem. Quam si defendendam susceperis, domus tuæ nimirum dedecus, de quo nunc siletur, per vniuersum terrarum orbem circumferretur. Henrico namq; Regi Castellæ genitiuam virtutem defuisse, non solum eius vxoris primæ Regis Nauarræ filia duodecim annorum contubernio & continua consuetudine compertum est, sed etiam aliarum mulierum quæ die noctuq; cubiculum regium frequentabant, testimonio constat. Quod si tibi in animo est bellum gerere, vt sorori tuæ famam & honorem restituas, cum diuinum ius & humanum violaueris, & Deum grauiter offenderis, nulla profecto ratio est, nullam causam videmus, qua victoriam sperare possimus aut debeamus. Quid præterea futurum putamus, si vires & facultates nostras cæteraq; res ad bellum visum necessarias cum aduersariorum nostrorum copiis & aliis rebus cõtulerimus? Facile quidem, si nobis blandiri nolumus, quanto rebus omnibus inferiores sumus, iudicabimus. Scimus enim quanta sit Hispaniæ magnitudo. Cuius tibi quota pars obtigit: aduersarii vero Hispaniam iam totam possident. Quocirca si nos hominum millia decem coegerimus, illi, si res postulauerit, armatorum millia centum facile cõficiant. Quippe qui dominantur non solum multis magnisq; Lusitaniæ prouinciæ populis, sed etiam Bæticis, Carthaginensibus, Saguntinis, Tarraconensibus, Laletanis, Aragonibus, Celtiberis, Valconibus, Cantabris, Asturibus & Callecis, quibus non modo tuos exercitus a suis finibus prohibere, sed omnes etiam Barbaricas gentes debellare facile possent. Quid præterea Siculos referemus, quid Sardos & Baleares? qui cum maximis diuitiis & opibus abundant, Siculi præsertim quorum tellus admodum frugifera est, & equorum alumna, quantum copiis, armis, nauibus, equis, com meatibus & pecuniis suos principes quos maxime colunt, adiuuare poterunt, hinc iam facile prospicimus. Rex autem Siciliæ Ferdinandus, quem tibi puerum esse dicunt, etsi paruus est ætate, satis tamen magnus est ingenio, & in bello prudens, acer, & quod experientia iam cognouimus, fortunatus, qui admodum puer magnas, vt scimus, victorias est adeptus. Vicit enim non sine magna admiratione Petrum nostrum Portugalliæ strenuum virum, quem Barcinonenses sibi Regem elegerant, vicit & Ioannem Andegauensum Ducem, virum in re militari satis expertum, qui veniens ex Gallia cum magnis Gallorum copiis, cum Gothalanis & Barcinonensium copiis se coniunxerat. Quid igitur eum posthac facturum arbitramur, cum sit & experientia doctior, & corpore firmior, & copiis multo potentior? Qui nunc Castellæ Rex appellatus omnes Hispaniæ viros primarios, affines, & propinquos habet, cui pater adest Aragoniæ Rex & frater Alphonsus Aragoneus, ambo duces in bello fortes officioq; rei militaris insignes, qui sæpe

sæpe paruis copiis magnos Gallorum exercitus profligarunt. Cui præterea deesse non poterit, si necesse fuerit, & Rex Neapolis Ferdinandus eius frater patruelis, cuius filius Alphonsus Dux Calabriæ totius Italiæ populis imperat. Quæ sint igitur aduersariorum vires iam vides, Rex prudentissime. Nos autem in vltimo Lusitaniæ prouinciæ angulo conclusi sumus, & quasi pisces vndiq; retibus circumuenti. Vnde si semel egressi fuerimus, redite fortasse nobis non erit integrum. Tecum prius igitur omnia prudenter cogita, magnanime Princeps, ne tam faciles Castellæ verbis qui tibi sese offerunt, aures præbeas, ne te viris ignotis temere committas, non omnibus confidas. Nam qui nunc a suis principibus iniuste deficiunt, te nimirum cum primum belli fortunâ ad hostes tuos inclinatum viderint, continuo deserent. Facient enim sicut delphini facere solent, qui cum thynnos ad piscatorum retia perducunt, sibi solis exitum salutemq; reperiunt.

Responsum Regis contra sententiam aliorum.

HOC sermone habito subinde Rex, Enimvero, inquit, de periculo cogitare quod incertum est, & mortem timere quæ nullam secum turpitudinem afferat, non tam strenui ducis est & animi fortis quam defidis hominis & ignaui. Causa nostra quæ nobis tacenda magis quam defendenda videtur, iusta sit an iniusta, solus quidem Deus cui nihil est occultum, scire potest. Res enim quæ non oculis hominum cernuntur, humano censeris iudicio non debent. Scimus namq; quæ sint hominum ingenia, qui sint mores, quanta sit honoris ambitio, quanta regnandi cupiditas. Quibus quidem rebus homines improbi qui Deum non colunt, neq; timent, confluentes & inuidiæ stimulis acti, plarumq; bonos & innocentes insimulant, calumniantur, infamant, & si possunt etiam de medio tollunt. His enim rebus accensus Abelum fratrem suum Cainus crudeliter occidit, Remum Romulus interfecit, & Iulius Cæsar Pompeium generum cui multum debebat, ad mortem compulit, & Romam patriam suam sibi seruire coegit, pro cuius incolumitate multi ciues mortem subire non recusarunt. Tantum enim potest regnandi cupiditas. Non igitur facile credere debemus vera esse quæ nunc aduersarii de Regis Henrici defectu naturæ mendacia constringunt, propterea quod hanc solam sibi causam reperiunt qua regno Castellæ potiri queant. Quam quidem causam, si vera esset, Henricus Rex sui ipsius conscius & homo Christianissimus, si forte viuens vel pudore, vel metu, ne regno priuaretur, occultauerat, moriens tamen nequaquam tacuisset. Quoniam igitur hoc nobis incertum est, & me multi Castellæ proceres vltro vocant, qui profecto se periculis non exponerent, si dei iustitia nostra & victoria dubitarent, & honori meo ipse deesse neq; possum neq; debeo, belli casus, si bello inquam opus fuerit, & fortunam experiri iam mihi decretum est. Nam quod inimicorum copias & numerosos exercitus nostris facultatibus maiores fore putatis, non adeo tam inopes neq; tam miseri sumus, vt ab hostibus aut diuitiis aut liberalitate vincamur. Pecuniis enim quibus præcipue bella geruntur, abundamus. Equites nobis & milites non deerunt. Nam præter nostræ nationis homines qui fortissimi sunt, plurimi quoq; vel Castellani vel aliarum nationum quos fideles & constantes fore non dubito, nobis quam libentissime militabunt. Quod autem multos aduersarii propinquos & affines habeant, non sunt nobis propterea formidolosi. Nos enim non ex filice nati sumus, sed cognatos habemus etiam, liberos, & amicos. Habemus præterea pecunias, quæ quidem sunt omnibus amicis & propinquis fideliores. Erit insuper nobis pro iustitia virtuteq; pugnantibus Deus propitius, cuius præsidio muniti clypeoq; protecti nihil timebimus, & inimicorum copias quamuis numerosas vincere atq; delere facile poterimus. Vos igitur qui siue metu siue alia causa tantopere contrariorum nostrorum vires extollitis, admoneo, ne posthac, si vobis nostra gratia chara est, aut nostris viribus diffidere, aut de victoria desperare videamini.

De legatione quam Rex Portugallie misit ad Reges Catholicos.

HÆc cum dixisset, postero die Castellæ Regis & Legionis nomen accepit, & Royfium Sofam suæ domus equitem cui maxime confidebat, ad principes catholicos cum mandatis legatum misit, quibus non dubitare se dicebat, quin Ioanna quam foror eius peperisset, ex Henrico Rege Castellæ genita fuisset, ad quam patre mortuo Castellæ & Legionis regnum iure pertinebat, propterea quod in bonis paternis hæres legitima sola succedebat. Quod autem Regis Henrici filia esset, testes erant multi regni proceres, multaq; ciuitates & populi, qui priusquam Rex Henricus diem suum obiisset, filiam eius Ioannam post obitum patris Reginam fore iureiurando confirmauerant. Quam Reginam quoniam sibi matrimonio iungere decreuerat, & ad regnum suum iam hæres legitimus venire volebat, eos rogabat ac monebat, ut sibi regni sui quod iniuste possidebant, possessionem liberam expeditamq; relinquerent. Ad quod regnum si quid habere se iuris arbitrarerentur, ex eo donec in iudicio causa cognosceretur, exiret. Quod si facere vellent, ipse quoque, ne malorum causam dedisse videretur, aduentum suum libentissime differret: sin autem discedere nollent, & in alieno regno contra diuinum ius & humanum permanere vellent, ille Deo iuuante cum omnibus copiis quas paratas & magnas habebat, in regnum suum propediem venturus esset. Et omnium malorum quæ solent in bellis accidere, causam se non fuisse Deum testabatur & homines.

De Catholicorum Principum responso.

Rex autem Ferdinandus & Isabella Regina cum Portugallie Regis oratorem audiissent, suæ curiæ magnatibus & consiliariis consultis hoc modo respondere. Non sine magna causa miramur Alphonsum Portugallie Regem, Principem multis (vt fama refert) decoratum virtutibus, magnoq; ingenio præditum, ad nos huiusmodi misisse legationem. In qua nimirum eius & prudentiam & constantiam requirimus, quippe qui Ioannam sororis suæ filiam nihil ad Castellæ regnum iuris habere non ignarus, sine vlla ratione, sine vlllo iustitiæ fundamento res a nobis petere videtur, non iniustas modo & penitus indebitas, verum etiam propter honestatem subticendas & occultandas. Quas quidem res siue armis habere velit, siue legibus, neq; iuste nobiscum bellum geret, neq; honeste & sine suspitione cupiditatis litigabit. Qui nunc prauis adductus consiliis, eam ducat vxorem sororis suæ filiam regni cupiditate captus, cuius antea nuptias ab Henrico Rege rogatus cum regni successione recufauit, non aliam ob causam, nisi quia regnum sibi dari iure non posse reperiebat. Quem quoniam falso persuasum videmus atq; deceptum, pro necessitudine qua nobis cõiunctus est, admonemus atq; rogamus, ut inanem suam cogitationem & opinionem falsam deponat, ut ab instituto quod in suam molitur perniciem, discedat, ut magnam infamiam qua suum genus & virtutes omnes deformabit, nisi sibi prospiciat melius, effugiat, ut illis deniq; suum honorem & salutem non committat, qui sua commoda procurantes neq; ei neq; nobis seruire student. Idem ipsi nanq; fuerunt & eorum parêtes nouarum rerum molitores, qui proximis annis augere sua patrimonia cupientes, inter duos fratres Castellæ principes zizaniam venenumq; sparferunt, atq; per Hispaniam totã & vltra iureiurando publicauerunt, Henricum Regem neq; genuisse filiam, neq; habere potuisse. Quamobrem & Alphonsum fratrem eius Regem eligentes alterum cum altero commiserunt, multorumq; malorum causa fuere. Qui modo sine vlla verecundia, sine vlllo Dei timore, quod tunc iure vereq; negauerunt, falso nunc affirmare conantur. Quorum diabolicas suggestiones & mentes dolis instructas, si Rex Portugallie prudenter & animo libero considerare voluerit, profecto nec fide nec sua gratia dignas esse facile iudicabit, & amicitiam nostram quam cæteri Christianorum Principes magnificiunt, perniciosius aliorum mendacis falsisq; consiliis anteponet. Quod si fecerit, ut volumus & speramus, Christiani Principis atq; prudentis officio functus, multos hominũ interitus & omnia malorũ genera quæ bella secũ ferre solent, equitabit: sin vero præter ingenium suũ & regio mores necessitudinẽ nostram

nostram & amorem quod non putamus futurum, contempserit, & peruersis potius aliorum studiis obsequi, quam fidelissimis nostris & amantissimis monitis acquiescere maluerit, ac nos vel ad iudicium vel ad arma prouocauerit, nos quidẽ ei Deũ testem cõuocantes, & in foro libenter & in campo respondere parati sumus.

De Portugallie Regis ingressu in regnum Castella.

CVM hoc responsum Portugallie Rex accepisset, indignatus & alieni regni cupiditate captus, cum omnibus copiis quas ante diximus, in Castellæ regnum ingressus, cum Castellanis suæ factionis a quibus accitus fuerat, se cõiunxit, & oppida multa nonnulla q; ciuitates occupauit. Qui cum Ferdinandus & Isabella prælia multa gesserunt. Ex quibus cum alia, tum vero illud vnum prælium quod inter duas ciuitates, Zamoram scilicet & Taurum, apud amnem Durium, quem locum nonnulli campum Gothorum dicunt, gestum est, quoniam fuit maxime memorabile, pluribus verbis alio loco longiori; narratione scripsimus. Hoc enim prælio Reges ambo & eorum duces & omnes equites maximas vires & fortissimos animos ostentarunt. Acriter enim vtrinq; pugnatum est ab hora fere dici nona vsque ad solis occasum, æquo Marte, & victoria in neutram declinante partem. Demum multis vtriusque partis occisis, multisq; grauius vulneratis, cum Portugallie Regis equites longo defessi certamine magnaue pluuia retardati, pugnare vix possent, terga vertere cõeperunt, & fuga salutem querere. Quos equites Ferdinandi iam victores insequentes, in amnem Durium compulerunt, in quo demersi complures & aquas haurientes animas exhalabant, quorum multos amnis impetus ad Zamorã vsq; mœnia deuoluit. Alphonsum autem Rex multis de numero suorum captis, & octo signis amissis & etiã suo, pene solus effugit, & beneficio superuenientis noctis euasit. Gestum fuit hoc prælium die Veneris Kal. Martii anno septuagesimo sexto supra mille & quadringentos. Subidem tempus Gallorum Rex Ludouicus magnus in Hispaniam misit exercitũ, propterea quod Isabella Carolo Guianensi Duci cuius coniugium recufauerat, Ferdinandũ Siciliæ Regem prætulisset.

Cuius exercitus oppidum maritimum quod indigenæ Fontem Rabiam vocant, acriter oppugnabant. Quo Rex Ferdinandus magno cum subsidio profectus, hostes ab obsidione submouit, & in Galliam redire coegit. Hinc propulsis hostibus, & oppidanis & multis equitibus & præcipue Iacobo Sarmiento Comite Salinarũ, qui priusquam Rex aduentasset, suis conuocatis equitibus & opopiis, quos suis pecuniis coegerat, hostibus occurrerat, qui contra Gallos fortissime propugnauerant, honorifice collaudatis, ad Isabellam per Cantabriæ populos & Asturiæ cõtra multos qui grauius deliquerant, iustitiam exercens in Turrem Syllanam reuersus est. Nunc autem præsentibus hoc epitomate summaq; breui quam in principio polliciti sumus, satisfaciens, alias res omnes quas posthac vsque ad tempus vtriusque mortis Catholici principes animose sancteque gesserunt, in maiori volumine posteris legendas relinquimus. Historia enim non viuentibus qui rebus gestis interfuerunt & earum auctores nouerunt, sed nepotibus scribitur & nascituris. Res igitur Ferdinandi Regis & Isabellæ memorabiles quas in lucem nunc proferre nõ possumus, admirata quidem vehementer posteritas leget. Admirabitur siquidem quicumque legerit Fernandinas & Isabellicas virtutes, & res diuino potius quam humano consilio gestas. Admirabitur eorum coniugium fœlicissimum, cuius non regnorum, sed virtutum dotes existimari debent. Siquidem non ad voluptates, non ad delicias, non humanis auspiciis, sed ad opera sanctissima, ad multorum malorum remedia maxime necessaria fuit institutum diuinitus, ut scilicet Catholici principes quasi Dei gubernatores iustitiæq; ministri magnos Hispaniæ tumultus, factiones, simultates, seditiones compescerent: ut multorum superbiam, sæuitiam, audaciam, furorẽ, temeritatem, arrogantiam, immanitatẽ, insolentiam infrenarent: ut latrocinia, furta, rapinas, violẽtias, & grassatorum crudeles impetus opprimerent: ut iniurias, contumelias, mortes, parricidia, sacrilegia, virginum raptus, & sacrarũ mulierum cũ viris commercium suspectamq; cõsuetudinem prohiberent.

vt ad pacem, ad securitatem, ad concordiam, ad tranquillitatem, ad bene beateq;
 viuendum leges & iura componerent. Mirabitur & mutuum inter eos beneuo-
 lentiam, fidem, obseruantiam, cōcordiam, morum similitudinem, pares animos,
 eadem studia, dignitatem Regis & Reginae venustatem, & vtriusque formam præ-
 stantem maiestatemque venerandam. Mirabitur longissimā rerum gestarum se-
 rriem, præclara virtutum exempla, sanctorum operum mirabilia monumenta, stu-
 dium erga Dei cultum vigilantissimum, & curam maximam summamq; diligen-
 tiam. Mirabitur tormenta, pœnas, & supplicia quibus merito plecebantur homi-
 nes in Christiana fide vel titubantes vel male sentientes. Mirabitur exterminatos
 ex Hispania Siciliaque fuisse, qui sceleratissimi Mahumeti nefandissimum nomen
 adorabāt, omnesq; Sabbatarios adhuc eius aduentum quem crucifixerant, expe-
 ctantes. Mirabuntur omnes gentes bella fortissime sanctissimeq; gesta, victoriasq;
 triumphales, quas & de barbaricis gentibus habuerunt, & de Christianis potentis-
 simis principibus atq; ditissimis. A quibus non sua quidem, sed illorum culpa sæpe
 recusantes ad arma prouocati fuere. A quibus præterea principes Hispaniæ futu-
 ri cognoscent multarum rerum possessiones fuisse repetitas & sine mora recupera-
 ratas, quas antecessores negligenter amiserāt, a quibusdam multos annos vsurpa-
 tas, multosq; principatus videbūt, alios vltro restitutos, alios armis acquisitos. Mi-
 rabūtur & multas ac sanctas expeditiones, atq; longissimas ad aurifodinas nauiga-
 tiones, apud Antipodas quos Indos appellant. Legent enim lætantes sui clarissimi
 generis originem summamq; nobilitatem repetentes, quam ducunt a summis Im-
 peratoribus & omnium Christianorum Regibus primariis, quibus Ferdinandi &
 Isabellæ filia nuptæ fuere. Inuenient denique magni principes & imitari virtutis
 æmuli studebunt Ferdinandi Regis humanitatem, clementiam, fortitudinē, pru-
 dentiam, & Isabellæ multifarias virtutes. Quæ quidem si fuit, quemadmodum vo-
 cabatur, alta, tamen erat mitis, humilis & affabilis: si mulier animosa, virago, fortis
 & constans: si potens, recta iustitiæ cultrix & continua comes: si diues, non parca,
 non diuitiarum custos & auida, sed munifica, splendida, liberalis & magnanima: si
 Regina multis & magnis occupata negociis, religiofissima sacerdos, & Dei, Mariæ
 virginis, & omnium sanctorum maxima cultrix, quibus non horarium modo sa-
 cerdotum more, sed etiam vt Christianæ religionis obseruantissima, multo plures
 & votiuas orationes quotidie persoluebat. Erat enim diuinarum rerum quam hu-
 manarum multo studiosior. Quibus quidem orationibus atq; sanctis operibus &
 meritis Dei benignitas fidelium suorum mentes & res Hispaniæ respexit, defendit,
 iuuit, amplificauit, & altius extulit, & ex tenuissima fortuna principes Catholicos
 & fideles ad honores amplissimos & ad summum rerū fastigium sublimauit, sibiq;
 propius adiunxit. Vnde non immerito datum est illis nomen altitudinis, quoniam
 Deo qui solus est altissimus, solus maximus, solus optimus, solus omnipotens, mi-
 rabilia eius opera & immensa beneficia contemplantes & assidue gratias agentes,
 proximi semper adiunctique fuere. Quibus res diuinas semper humanis præfe-
 rentibus omnia prospere succedebant. Dedit enim Deus illis præter alia bona nō
 solum viros magnos in consiliis capiendis scientiæ plenos & fidei, sed etiam stre-
 nuos equites in bellis gerendis, & duces fortes & illustres. Ex quibus aliquos & eos
 præsertim quorum maxima virtus & constantissima fides erga suos principes in
 multis magnisque laboribus & periculis in officio permansit, breui nomenclatu-
 ra recensere. Sunt itaque viri memorabiles & summa laude dignissimi, qui suis
 principibus officium præstiterunt, qui sequuntur: Petrus Gonfalus Mendozius Si-
 guntinus Episcopus, qui fuit Archiepiscopus Toletanus & Hispaniæ Cardinalis,
 Alphonfus Aragonens, Petrus Ferdinandus Phari Comes & Castellæ Comesta-
 bilis, Alphonfus Henricus Hispani maris Admirantes Ferdinandi Regis auuncu-
 lus, & eius fratres Franciscus & Henricus, Gaspar Aluarus a Toledo Dux Alba-
 nus, & eius filius Federicus, Rodoricus Pimentellus Comes Beneuentanus, Hen-
 ricus Gothomanus Dux Methymnæ Sidoniæ, Rodoricus Manricus Comes Pa-
 retanus Sancti Iacobi militiæ præfectus, & Georgius eius filius, Iacobus Men-
 dozius Dux Infantatus, & Inicus eius filius, Aluarus Mendozius Comes Castren-
 sis, Ia-

sis, Iacobus a Corduba Comes Caprensis & eius filius Rodoricus, Ioannes Silua
 Comes Cisfontanus, Ioannes Ribera dominus Montis maioris & Ferdinandi Re-
 gis custos, Rodoricus Henricus Comes Alualistensis Admirantis Alphonfi filius,
 Rodoricus Leo Dux Gaditanus, Alphonfus Cardinas Sancti Iacobi militiæ præ-
 fectus, Inicus Lopez Mendozius Comes Tendilianus, Alphonfus Fonsecus Coc-
 censium dominus & Alahegiorum, Alphonfus Arellanus Comes Aquilaris, Iaco-
 bus Lupus Aiala, Laurentius Suares Mendozius Comes Coruniæ, Petrus Men-
 dozius Comes Montifacuti, Petrus Aluarus Oforius Astoricæ Marchio, Iacobus
 Sarmentus Comes Salinarum, Ioannes Manricus Comes Castagnæ, Gabriel
 Manricus Comes Oforius, Petrus Manricus Comes Triuigni, Petrus Acugnus
 Comes Bondianus, & eius filii Ferdinandus & Ludouicus Sanctus a Castella, Fe-
 dericus Manricus, Laurentius Suares Ficarao Comes Ferianus, Gasto Cerdanius
 Dux Methymnæ cœli, Alphonfus Solisus Episcopus Gaditanus, Alphonfus Fon-
 secus Archiepiscopus Palentius, Andreas Caprerius Marchio Moianus, Ignicus
 Manricus Episcopus Caurensis, Petrus Siluius Episcopus Pacensis, Petrus Ribera
 principis Alphonfi nutricius, Iacobus Hurratus Mendozius Episcopus Palētinus,
 Petrus Anies Fasiardus Murciae præfectus. Hi fuerunt itaq; Castellæ viri generosi
 iustitiæ cultores & fidei. Quibus adiuti Ferdinandus & Isabella catholici principes
 omnes aduersarios oppresserunt, & validissimos hostes debellarunt, & suos prin-
 cipatus non solum defenderunt & conseruarunt, sed etiam maiorem in modum
 amplificauerunt, aliaque regna multa consecuti fuere. Tales igitur viros illustres &
 memorabiles nominatos, quamuis longa nomenclatura, recensuimus, vt præsen-
 tes Hispaniæ principes, illorum filios, & futuri, nepotes successoresq; cognoscant,
 vt par est, ament & magnificent.

De nouo genere iustitiæ quod Catholici Principes in delinquentes excogitarunt.

DVM Rex Ferdinandus & Isabella Regina duos magnos Portugalliæ Franciæq;
 Regis exercitus e suis finibus arcebant & propulsabant, complures Hispaniæ
 ciuitates & populi quamplurimis sæuissimis latronibus, homicidis, raptoribus, sa-
 crilegis, grassatoribus, adulteris, temerariis, innumeris insultibus, & omni genere
 delinquentium crudelissime vexabantur, a quibus neque Reges neque Deum ti-
 mentibus non modo fortunæ suas & patrimonia defendere non poterant, sed ne
 filias quidem & vxores. Erat enim sceleratorum hominum maxima multitu-
 do, quorum alii leges humanas diuinasque contemnerent, magistratus omnes
 insolenter vsurpabant: alii ventri somnoque dediti vim palam nuptis, virginibus,
 & sacris mulieribus inferentes, libidinem & incestum turpiter exercebant: alii
 mercatores itinerantes & ad nundinas proficiscentes, omnesque viatores crude-
 liter occidebant & spoliabant: alii quibus maiores vires erant maiorq; dementia,
 populorum possessiones & regias arces occupabant, ex quib. violenter egredien-
 tes omnium finitimorum agros populantes, non solum greges armenta; & omnia
 bona prædabantur, sed homines etiam secū ducebant captiuos, quos deinde cog-
 nati & affines pecunia redimere cogebantur. Tot igitur tantisq; malis atq; pericu-
 lis Rex & Regina desiderantes occurrere, nouum iustitiæ genus remediumq; pro-
 ficuum, quod Hermandatū, vel (vt alii volunt) Hermanarum dicitur, inuenunt,
 quo facilius improbi capi puniriq; possent. Conuocatis itaq; ciuitatibus & popu-
 lis eorumq; procuratoribus statuerunt, vt aduersus delinquentes & homines scele-
 ratos vnusquisq; pecunias contribueret. Quod omnes contradicente nullo liben-
 tissime fecere. Ex collatis itaq; pecuniis exercitus equitum duorum millium ma-
 gnusq; peditum numerus comparatus est, quibus Alphonsum Aragonem Villæ
 Formosæ Ducem præfecerunt, qui breui tēpore multos rebelles & grassatores oēs
 deleuit, castella multa recuperauit, populosq; qui Regē & Reginā contempserant,
 omnes imperio regio subegit. In ciuitatibus præterea populisq; iustitiæ præfe-
 ctos, iudices, & satellites extraordinarios cōstituere, qui miserabiles accusatorum
 querelas audirēt, & reos cuiusq; criminis fugiētes persequerētur, atq; deprehēso-
 palis in campo defixis alligatos sagittariis interficiendos exponerent. Persecutorū

autem tanta erat diligentia contra peruersos homines & immanes, tantaque per omnes vias festinatio, vt euadere delinquentium nemo posset. Quæ res bonis omnibus magnam spem securitatis attulit, & malis fuit maximo timori.

De Canariis insulis acquisitis.

VICTIS iam & propulsatis hostibus externis, catholici principes in rebelles & omnes improbos animaduertentes cum multis ciuitates & populos multaq; castella recuperassent, magnâ deinde classem ad Canarias insulas misere, multaq; nauas armis, equis, com meatibus & rebus omnibus ad nauigandum & bellum gerendum necessariis onustas, quibus præfecerunt Petrum cognomento Veram, virum sane fortem & in officio rei militaris expertum, qui triennium fere cū Barbaris Canariæ bellum gessit difficilimum. Canarii enim etsi armis ferroque carebant, telis tamen utebantur ex arborum ramis, quæ petris acuebant tenuissimis, quibus quasi iaculis ferreis & peracutis clypeos scutaque facile perforabant. Lapides præterea fortissime iaculabantur, quippe qui sunt homines lacertosi magnarumque virium, pugnaces & animosi, qui ex antris quæ plurima sunt apud eos, veluti ex arcibus, ferocissime propugnabant. Victi tandem subactique catholicis principibus paruere. Quibus vinci multo quidem fuit vtilius, quã si vicissent, propterea quod antea ferarum more viuebant, nunc autem cultum humanum diuinumque cognoscunt, & Christi numen adorant. Quorum tellus est calidior multumque frugifera, pecoribus & præsertim domesticis abundans. Mellis multarumque rerum ad humanæ vitæ vsum magna illic est copia. Homines colore neque candido sunt neque nigro, naso plano latoque, acri ingenio, qui non lana, non lino, sed dumtaxat ex animalium pellibus vestiebantur, & herbarum radicibus, caprarum lacte vescebantur & carne, arborum præterea terræque fructibus. Domos habebant ex arborum ramis contextas & speluncas, quibus solis æstus & pluuias arcebant. Terram colebant bouinis cornibus, & labore maiori quam cultura multum colligebant fructum. Deum vnicum adorabāt sublatris ad cælum manibus. Orandi locum habebant certum statutumque, quem locum quotidie caprino lacte spargebant, & capras quarum lacte hoc faciebant, seletas habebant, quas sancta vocabant animalia. Lingua utebantur barbara, sibi que solis intelligibili. Quapropter catholici principes ad eos Hispanorum colonias miserunt, & sacerdotes virosque sapientes, vt eos instruerent, & ad religionem Christianam fidemque catholicam conuerterent. Cæterum sunt in Atlantico mari insulæ quas Plinius & alii scriptores Fortunatas appellant, numero septem, quas rem non ingrati facturus videor, si nominatim recēsero: Obrion, quam Plinius vocat Ombrion, sine vllis ædificiorum vestigiis, que stagnum habet in montibus, & arbores ferulæ similes, ex quibus aqua exprimitur, ex nigris amara, ex candidis dulcis potuique iucunda: Lunonia, in qua erat ædicula lapidibus extructa: Pluuialia, que non habet aquas nisi ex pluuiis & imbribus: Capraria, quæ est lacertis grandibus referta: Planaria, quæ planicies habet & conualles: Niuaria, quam Plinius appellat Ningariam a perpetua niue nebulaque. Huic proxima est Canaria, que sic nominatur a multitudine canum & magnitudine, quæ cum aliæ omnes copia pomorum & auium omnis generis abundant, vna palmetis caryotas ferentibus gloriatur. Abundat præterea nuce pinca & mellis copia. Siluros etiam pisces & papyrum gignit in amnibus.

De aliis insulis ab Hemisphærio nostro remotis, quas Indicas appellant.

SVBACTIS autem Canariis & ad cultum Christianæ religionis allectis, catholici principes ad alias multo maiores insulas & aurifodinas non magis auri causa, quod inde plurimum optimumque defertur, quam salutis animarum rationem habentes, Petrum Colonum cum triginta quinque nauibus quas carauellas appellant, & hominum magno numero misere. Qui cum dies prope sexaginta nauigassent, ad terras tandem peruenerunt ab orbe nostro remotissimas, in quibus antipodas esse sub

esse sub hemisphærio nostro commorantes, omnes qui inde venerunt, affirmant, & regiones esse tantæ magnitudinis, vt continentes terræ potius quam insulæ videantur. De quibus quoniam multi multa scripserunt, & alij Hispano sermone, alij Latino magnas confecerunt historias, me scribere necesse non est. Vnum tamen hoc loco, quod est maxime memorabile scituque dignissimum, non præteribo silentio, cū præsertim fuerit ab aliis, vt arbitror, qui scribere prætermisum. In vna siquidem regione quæ continentis esse dicitur, cuius erat episcopus Ioannes Quiuetus ordinis Minorum, ab hominibus qui auri quærendi gratia terras effodiebāt, numisma repertum est nomine Cæsaris Augusti & imagine signatum. Quod nauis Ioannes Ruffus Archiepiscopus Cosentinus quasi quid admirabile Romam misit ad summū Pontificem. Quæ res nimirum nostri temporis nauigantibus, qui se prius quam alios illuc nauigasse iactabant, gloriam eripuit, quandoquidem numismatis huius argumento iam constat ad Indos olim peruensse Romanos.

De magna classe quam contra Turcas in Italiam miserunt.

EODEM tempore magnus Teucrorum exercitus in Europam veniens Odruntum, quod est Appuliæ oppidum maritimum, vi cepit. In quo capto Teucrorum princeps præsidium magnum relinquens & defensorum numerum, in Asiam reuersus est eo animo, vt cum maioribus copiis rediret, & omnes Italiæ principatus occuparet, Romaque capta sacerdotes omnes & Christianum nomen extingueret. Quæ de re catholici principes admoniti per literas & nuncios Ferdinandi Neapolitanorum Regis, cuius erat oppidum, quod Teucricum tenebant, Italiæ Siciliæque periculis imminentibus volentes occurrere, mature subsidium mittere statuerunt. Conuocatis itaque totius Hispaniæ viris qui nauigandi artem vsumque callebant, septuaginta naues armatarum plenas, quibus Franciscus Henricus Admirantis Alphonsi frater & Ferdinandi Regis auunculus præerat, in Italiam & Siciliam velis remisque festinare iusserunt. Quarum alia statim ex Lauretano, alia ex Gaditano portu soluentes, omnes apud Carthaginem nouam conuenerunt. Hinc spirante Zephyro paucis diebus alia Neapolis, alia Panormi littoribus appulere. Quod cum Teucricum præsidio tenebant, audiissent, magno timore percussi, subsidii que spe destituti, propterea quod eorum princeps mortuus erat, ab Odrunto discesserunt. Et Franciscus Henricus paucos dies Neapoli cum Ferdinando Rege Ioannaque Regina suæ sororis filia commoratus, cum classe deinde com meatibus & aliis onusta rebus quasi victor in Hispaniam remeavit.

De titulis, sigillis, & insignibus Principum Catholicorum.

IOANNE Aragoniæ Rege Ferdinandi patre mortuo, & illius regni omniumque suorum principatuum possessionibus acceptis, quibus titulis & quo ordine vti deberent in literarum & priuilegiorum expeditionibus, ad proceres consiliariosque suos retulerunt. Quorum cum plures eos Hispaniæ cuius maiorem partem possidebant, principes appellandos censuissent, hoc ambitionis & arrogantia nomen esse existimantes, ne Portugalliæ Navarraque Regibus iniuriam facerent, admittere noluerunt, sibi que titulos quibus honestius vterentur, hoc modo statuere, vt scilicet Castellæ nomen Legioni præponeretur, Legionis Aragoniæ, Aragoniæ Sicilia, & Sicilia reliquis, hoc modo: Ferdinandus & Isabella Dei beniginitate Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragoniæ, Sicilia, Toleti, Valentia, Galleciæ, Maioricarum, Hispalis, Sardinia, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Iacenis, Algarbiorum, Algeciræ, Gibraltaris, Comitès Barcinonæ, Domini Vizcaia & Molinæ, Duces Athenarum & Neupatriæ, Comites Russinonis & Cerdaniæ, Duces Oristani & Gotiani. Sigilla autem quibus literæ priuilegiaque signantur & imprimuntur, item clypeos, stratoria, pannosque cæteros quibus magna palatia regia que domus exornari solent, castellis, leonibus, aquilis, & baculis insigniri iusserunt, in Castellæ, Legionis, Aragoniæ, & Sicilia memoriam & honorem.

IN Gallacia provincia bellicosa gentes & indomita iam multos annos non modo non soluebant suis principibus quae iure debebant, sed ne patebant quidem. In montanis enim locis & asperis habitantes, neque superiorem cognoscebant, neque Regum iustitiam formidabant. Cuius equites inter se longa bellagerentes, qui potentiores & victores erant, inferiores ac victos tributa quae principibus debebantur, omnia sibi persolvere ferocissimis ministri tyrannorum more cogebant, qui sine vilo Dei timore, sine reverentia legum non solum vectigalia, principum census, magistratus & officia, sed etiam ecclesiarum reditus, res sacras, & omnia sacerdotia crudeliter vsurpabant, arces sibi novas & magnas turres aedificantes: in quibus latrones, homicidas, sacrilegos, & delinquentes omnes atque prophanos homines tanquam in alylo recipiebant: ex quibus exeuntes omne scelus in proximos & humanum genus exercebant, & omne crimen. Quos antea nullus Hispaniae princeps effrenare, vel a suis moribus & maleficiis poterat coercere, ne Romanus quidem populus qui totum orbem terrarum suo quondam subegit imperio. Quapropter cum Rex & Regina multorum hominum huius provinciae magnas iustitiae querelas audivissent, & illuc ire propter negocia multa non possent, querentium iniurias & calamitates miserantes, in Galliciam Ferdinandum Acugnium Comitis Bondiani filium, virum fortem iustitiaeque studiosum, & Garciam Lopez Chinchillanum iureconsultum, hominem literis & ingenio magnum, cum exercitu mittere statuere, quibus literas suas & integram facultatem dederunt, ut Galliciae regnum gubernarent, & in delinquentes omnes servatus legibus animaduertent, & omne iustitiae genus exercebant. Qui cum exercitu per provinciam ingressi, Compostellam venere, quae civitas est totius provinciae caput, & aliarum civitatum metropolis sanctique Iacobi nomine nuncupata. Hic omnium populorum procuratoribus accitis & cunctis iniuriam passis ad petendum iustitiam commonitis & requisitis, cum sui adventus causam dixissent, & officium literaque regias ostendissent, subinde multorum querelis auditis, in improbos & omnes qui deliquerant, animaduertere ceperunt, & contra tyrannorum minas feroces omne iustitiae genus exercebant: quippe qui multos captos immanissimos latrones, homicidas, grassatores, sacrilegos & raptos ad mortem lata more iudicium sententia damnauerunt, & praeter alios, duos equites, quorum alter Petrus Mirandianus, & alter Petrus Pardus Mariscalis nomen habebat. Quos quidem non aurum quod multum pro gerendo bello contra Mauros offerebant, a mortis periculo liberavit, quoniam crimina multa magnaque perpetraverant. Quae quidem res mirum in modum cunctos delictorum suorum conscios deterruit, quorum maxima multitudo ac fere millenarius & quingentorum numerus effugit. Ferdinandus autem Acugna & Garcias Lopez a Chinchilla Galliciae regni iam gubernatores ex Callicis qui deliquerant, quos capere potuerunt, affectis ultimo supplicio, qui fugerant ad iudicium publicis praconum vocibus appellatis, primum diligenter effecerunt, ut ecclesiis, monasteriis, & vnicuique bona quae perdidierant, restituerentur: deinde Regibus vectigalia quae latrones & tyranni multos annos vsurpauerant, omnia persolverentur: postremo castella prope quinquaginta quae sibi delinquentes causa suae defensionis aedificauerant, omnia diruere. Hac re sic gesta omnes totius provinciae populi qui iam iustitiae spem & libertatis amiserant, velut diuturna captivitate redempti, catholicorum principum virtutem collaudantes, immortales Deo gratias agebant. Gubernatores autem laudem magnam metuere, qui gentem Callicam prius indomitam prudentia magis & animi fortitudine, quam viribus & armis subiugarunt, Isabellae Reginae magnum & animosum sequentes exemplum. Illa siquidem priusquam eos in Galliciam misisset, Hispaniam Cordubamque venerat, & utrobique saevissimas oppresserat factiones, quibus Hispani Henricus Gothomanus Methymnae Sidoniae Dux & Rhodoricus Pontius Leo Marchio Gaditanus armis quotidie praesertim contendebant. Similiter & Cordubae Iacobus Fernandus Comes Crapensis & Alphonfus Aquilaris Dominus

minus Montilianus digladiabantur. Quos Isabellae Reginae formidolosa virtus magnaue fortitudo depositis armis ad obsequium officiumque reduxit. Deinde cum in delinquentes animaduertere coepisset, hominum millia circiter octo quos scelerum suorum conscientia vexabat, ex utraque civitate discesserunt. Quos, ut prudens, ne suis relictis domibus ad aliorum regna transfirent, & aduersarios adiuuarent, restitutis rebus quas occupauerant, in commune omnibus ignoscens in patriam redire concessit, & multis recuperatis oppidis & arcibus quas latrones & delinquentes occupauerant, omnes totius Beticae provinciae populos a malis omnibus vitae & periculis defendit, bonisque quietem, vitam securam, libertatemque restituit. Hac fortitudinis & iustitiae fama bonos omnes alliciebat, & in sui amorem cultumque concitabat, malos autem & hostes maxime deterrebat. Erat enim Isabella Regina fortissima mulier, & iustitiae maxima cultrix, quae non solum Christianis fortissimis principibus, sed etiam cunctis barbaris gentibus quibuscum bella gessit, fuit admodum formidabilis. De cuius virtutibus & ingenii naturaeque dotibus alio loco dicemus.

Hispalis & Corduba descriptiones & laudes.

Nunc autem quoniam Hispalis Cordubaeque supra mentionem fecimus, quae sit utraque civitas & ubi, propter absentes paucis verbis ostendemus. Sunt itaque Beticae provinciae civitates in ripa Bætis fluminis expositae, quarum Hispalis aliquanto maioris est incolatus. Hanc ab Hispano Herculis nepote conditam fuisse vulgus asserit. Cuius ego sententiae nec accedo, nec refragor. Incertum est enim quod nec autore, nec ratione probatur. Verum enimvero cuiuscumque sit opus, urbs est maxima & opulentissima, meoque iudicio multis Hispaniae civitatibus, ne dicam omnibus, anteponenda. Est enim ambitu magna, forma rotunda, visu pulchra, templis celebris, sacerdotibus exulta, multis equitibus nobilis, civibus plena, domibus insignis, plateis & vicis hilaris, hortis & fontibus amena, tuta propugnaculis, mœnibus cincta, defensa portis & turribus, campis iucunda, agrorum frugibus abundans, oliuetis & magnis oliuis & oleo foelix, mercatorum commercii diues, artibus adornata mechaniciis, & liberalibus studiis illustris, plena multis piscium generibus & magnis ostreis, palmetis & palmulis & arborum fructibus exuberans, ostio maris & navigabili flumine ligneoque ponte quem parva navigia catenis compactum sustinent, admodum delectabilis. Quapropter verum est illud adagium quod vulgo dici solet, Hominiibus quos Deus amat, Hispali domum largitur & victum. In ea siquidem multo melius vivitur & abundantius quam in alia, quantumlibet urbe ditissima totius orbis. De cuius templo maximo & nauigiorum numero scriptissimum alio loco. Cuius urbis nomen barbarae Mauritaniae gentes deformarunt, quoniam plura carebant, eius loco b posuerunt, & caeteris commutatis literis Sibiliam dixerunt. Haec de civitatis Hispalensis foelicitate sufficiant. Nunc autem cum de Corduba quaedam dixerimus, ad diuerticulum statim rediemus. Est itaque Corduba civitas antiquissima populosissimaque, in Bætis etiam fluminis ripa sita, magni testimonio Strabonis & insigne Marcelli Romanorum ducis aedificium, & patriciorum colonia, dicente Plinio, cognominata. Hanc scribit Iulius Caesar in Commentariis, & provinciae suae caput, & de populo Romano semper fuisse bene meritam. Quae quidem & magna rei militaris gloria & praeclearis virorum ingenii est maxime celebrata. De cuius alumnis & viris illustribus in armis & doctrinis excellentibus alio loco plene scripsimus. Habet etiam Corduba praeter alia multa bona fertilissimos agros. Quapropter haud immerito Silius Italicus Cordubae solum vocavit aureum. Ait enim, *Nec decus aurifera cessavit Corduba terra.* Estigitur Corduba multis magnisque rebus admodum foelix & cum Hispali merito conferenda. Sunt praeterea duae civitates Hispalis & Corduba multis magnisque suae provinciae populis illustres. Habet enim Betica provincia, teste Plinio naturalis historiae, populos insignes & oppida memorabilia numero centum septuaginta duo, de quibus alio loco diximus.

De animaduersione in heresim eorum qui cum Iudæi fuissent & ad religionem Christianam conuersi, postea rursus in occulto Iudaicum ritum seruabant.

ANNO a virginis partu supra mille & quadringētos octogesimo, catholici principes a sacerdotibus quibusdam & a nonnullis aliis viris Christianæ religionis & catholicæ fidei studiosis, & præcipue a Priore Sanctæ Crucis & Petro Martino Camagno secretario regio admoniti fuere, in Hispania fere tota quamplurimos homines esse de genere Iudæorum, qui Christianum nomen & doctrinam execrantes, Hebræorumque more viuentes, in suis domibus clam Christianis veterem legem ritumque Iudaicum repetebant & obseruabant, Christianorum ceremonias contemnescentes: a quibus, nisi prudenter matureque in eos animaduerrere iuberent, magnum sine dubio periculum propter eorum multitudinem Christianæ religioni fideique catholicæ posset accidere. Quorum peruersitas & error impius ac detestabilis nimirum catholicis principibus fuit quam molestissimus, quippe qui grauissime ferebant, quod essent apud se & in suis ciuitatibus & populis homines de Christiana fide male sentientes, ideoque statim re communicata cum Petro Gonfalo Mendozio, qui tum temporis erat Hispalensis Archiepiscopus & Hispaniæ Cardinalis, & cum aliis viris sapientibus & literatis, Christi nostri redemptoris honori suoque mature consulere statuere. Cæterum nunc antequam de rebus quæ in hac causa secutæ fuerunt, aliquid dicamus, duo præponenda nobis occurrunt: vnum de Iudæorum moribus & ritu, alterum de causâ conuersionis eorundem ad Christianam religionem in Hispania. Tria præcipua sunt in quibus Iudaicæ religionis documenta consistunt, vt scilicet sabbato quiescerent ab opere cessantes, circumciderentur, & a suillis carnibus abstinerent. Quæ quidem præcepta Moses a Deo accepta Iudæis tradidit, sed in alio sensu quam ipsi acceperunt. Sabbatum seruabant Iudæi, sed superstitione nimia. Ideoque non immerito die Saturni, vt Frontinus scribit, quo capere arma non audebant, vt præceptum seruarent, a Vespasiano debellati fuere. Qui iræ & inuidiæ pleni, vt ait Lactantius, Christum accusabant, quod legem Dei per Mosē datam solueret, quod sabbato non vacaret operans hominum salutē, quod cæcos sanaret, quod circumcisionem vacuefaceret, quod abstinentiam suillæ carnis auferret. Illud autem de Iudæorum turpitudine quamuis obscenū non omittam. Siquidem interrogati Iudæi quidnam sabbato facerent ociosi, animum, respondebant, sabbato nihil agentes digitis purgamus. O gentis ignauæ fœdissimam turpitudinem! respondeant hic mihi Iudæi sapientiores summiq; sacerdotes, nonne die festo melius est hominum curare salutem, & cæcos sanare, quam in tam fœdam corporis partem digitos immittere? Cum autem Deus a carne suilla Iudæos abstinerere iussit, id illis potissimum significauit, vt a peccatis & immunditiis abstinerent, propterea quod sus animal est lutulentum & immundum, quod cælum nunquam suspicit, sed in terra toto corpore proiectum & somno ventriq; semper seruiens, nec vllū dum viuit, vsum præstet hominibus, sicut cætera præstant animalia. Interdixit ergo ne porcina carne vescerentur, id est ne porcorum vitam imitarentur, qui ad solam mortem nutriuntur. Figura vero circumcisionis fuit, vt scribit Lactantius, vt significaretur nudandum esse hominum peccatus, vt aperto simpliciq; corde viueremus. Illa enim corporis pars quæ circumciditur, quandam habet similitudinem cordis humani. Quam ob rem nudari Deus eam iussit, vt hoc argumento nos admoneret, ne tectū & inuolutum peccatus haberemus, neue quod pudendum facinus intra conscientię nostrę secreta teneremus. Deus ergo circumcisionem a carne mortali ad animam transtulit immortalem, quæ mansura semper est. Colunt aut Iudæi nubes & cæli numen, propterea quod Mosi Deus apparuit in nebula torum Sinai montem cooperiēte per sex dies, qui die septimo ex medio caliginis Mosē vocauit, & ingressus per medium nebule Mosē montē ascendit. Vbi commoratus est quadraginta diebus & quadraginta noctibus, ibiq; tabulas a Deo lapideas accepit, legē & mandata quę scripsit Deus, vt doceret filios Israel. Vnde dixit in psalterio Dauid: Inuocabant dominum & ipse exaudivat eos, & de columna nubis loquebatur ad eos, Item,

Item, Inclinauit cælos & descendit, & caligo sub pedibus eius. Adorabant ergo Iudæi nubes, quia Deus illis in nubibus semper apparuit. Vnum tamen Deum colebant, quem sempiternum esse dicebant & immutabilem. Vnde legitur in diuinis scripturis, Vnus Deus est Hebræorum, qui creauit omnia, terram stabiluit, mariaque fundauit. Seruant arcano modo Iudæi pentateuchum, id est volumina quinque veteris Testamenti quæ Mosēs conscripsit, scilicet Genesim, Exodum, Leuiticum, Numeros, & Deuteronomion.

[REDACTED]

Apud Athenienses autem piaculum erat erranti nō monstrare viam. Carmen est enim apud ipsos, quod publicis cantabatur in sacris, eos impios esse & execrabiles, qui viam non monstrarent erranti. Nunc autem quoniam de Iudæorum moribus iam diximus, causam conuersionis eorum paucis verbis explicabimus. Fuit in Hispania superioribus annis sæculo nostro vir quidam nomine Vincentius Ferrerius ordinis Prædicatorum, theologus celebris, orator vehemens, vita probus & moribus integer, patria Valentinus. Qui quidem dum vixit, Christi cultum fidemq; catholicam publice concionando, docendo, admonendo, hortando, persuadendo nō modo sermonibus & doctrina, sed etiam moribus, exemplis, & proficuis lectionibus illustrare nunquam destitit, quæ Calixtus tertius maximus Pontifex, quoniam Deus qui bonis & sui cultoribus pro meritis præmia retribuit, in morte eius & post mortem miracula demonstrauit, in sanctorum numerū retulit. Hic itaque cum vita sanctus esset, & eloquentia magna que doctrina maxime polerent, Iudæis errores omnes in quibus admodum cæci versabantur, validissimis argumentis & euentissimis rationibus ostendens, eorum quamplurimos ad Christi cultum fidemq; catholicam conuertit. Qui quum Christianam religionem fidemq; nostram veram sanctamq; esse comprobassent, lauacro sancti baptismatis & aliis omnibus ecclesiæ sacramentis acceptis, Christianorum moribus & sacris viuere libentissime cœpere. Deinde vero siue suggestionē malorum dæmonum, siue Iudæorum consuetudine, siue quod difficile est assueta relinquere, propterea quod hominum natura mutari nesciens, si quando sua delicta cognoscens ad virtutem melioremque viam se conuertit, mox tamen inconstans ad sinistros mores solitoq; facile reuertitur: Christum non fuisse quem a Deo mittendum expectabant, opinātes, in occultis ædium suarum locis, Christiana religione neglecta, barbarios ritus & Iudaicas ceremonias repetentes, noctu synagogam ingredientes, sua sacrificia, festa paschalia, & aiorum memoriam quotannis nudis pedibus celebrabant. Qui clam Christianis hæc impune sese facturos arbitrabantur. Verum enimvero nihil est imprudentius, nihil stultius, nihil dementius his qui cum peccant, mala quæ committunt, neminem resciturum esse falso sibi persuadent. Nihil est enim tam occultum, nihil fieri potest tam secretum, quod scire nemo possit, in magnis præsertim rebus. Nam quo maiora delicta sunt, eo certe citius deteguntur. Non igitur quum peccant homines, existimare debent quæ fecerint, fore semper occulta. Nulla quidem res est, quam non longa dies reuelet. Est enim veritas

temporis filia. Reuelauit itaque tempus, vel potius iustitia Dei, catholicis principibus Manichæos in tenebris noctis & occulto delinquentes, nec impune diutius peccare permittit. Quorum maleficiis & erroribus catholici principes obuiantes, consilio Cardinalis quem supra memorauimus, primum sacerdotibus & viris religiosus in omnibus ciuitatibus & populis iusserunt, vt omnes qui nuper ad religionem Christianam conuersi fuissent, tum concionibus publicis, tum priuatis sermonibus diligenter inuenerent, intruerent in omnibus ecclesiæ sacramentis, & in canonicis de reuincendis sacra-
 10
 20
 30
 40
 50
 60
 70
 80
 90
 100
 110
 120
 130
 140
 150
 160
 170
 180
 190
 200
 210
 220
 230
 240
 250
 260
 270
 280
 290
 300
 310
 320
 330
 340
 350
 360
 370
 380
 390
 400
 410
 420
 430
 440
 450
 460
 470
 480
 490
 500
 510
 520
 530
 540
 550
 560
 570
 580
 590
 600
 610
 620
 630
 640
 650
 660
 670
 680
 690
 700
 710
 720
 730
 740
 750
 760
 770
 780
 790
 800
 810
 820
 830
 840
 850
 860
 870
 880
 890
 900
 910
 920
 930
 940
 950
 960
 970
 980
 990
 1000
 1010
 1020
 1030
 1040
 1050
 1060
 1070
 1080
 1090
 1100
 1110
 1120
 1130
 1140
 1150
 1160
 1170
 1180
 1190
 1200
 1210
 1220
 1230
 1240
 1250
 1260
 1270
 1280
 1290
 1300
 1310
 1320
 1330
 1340
 1350
 1360
 1370
 1380
 1390
 1400
 1410
 1420
 1430
 1440
 1450
 1460
 1470
 1480
 1490
 1500
 1510
 1520
 1530
 1540
 1550
 1560
 1570
 1580
 1590
 1600
 1610
 1620
 1630
 1640
 1650
 1660
 1670
 1680
 1690
 1700
 1710
 1720
 1730
 1740
 1750
 1760
 1770
 1780
 1790
 1800
 1810
 1820
 1830
 1840
 1850
 1860
 1870
 1880
 1890
 1900
 1910
 1920
 1930
 1940
 1950
 1960
 1970
 1980
 1990
 2000
 2010
 2020
 2030
 2040
 2050
 2060
 2070
 2080
 2090
 2100
 2110
 2120
 2130
 2140
 2150
 2160
 2170
 2180
 2190
 2200
 2210
 2220
 2230
 2240
 2250
 2260
 2270
 2280
 2290
 2300
 2310
 2320
 2330
 2340
 2350
 2360
 2370
 2380
 2390
 2400
 2410
 2420
 2430
 2440
 2450
 2460
 2470
 2480
 2490
 2500
 2510
 2520
 2530
 2540
 2550
 2560
 2570
 2580
 2590
 2600
 2610
 2620
 2630
 2640
 2650
 2660
 2670
 2680
 2690
 2700
 2710
 2720
 2730
 2740
 2750
 2760
 2770
 2780
 2790
 2800
 2810
 2820
 2830
 2840
 2850
 2860
 2870
 2880
 2890
 2900
 2910
 2920
 2930
 2940
 2950
 2960
 2970
 2980
 2990
 3000
 3010
 3020
 3030
 3040
 3050
 3060
 3070
 3080
 3090
 3100
 3110
 3120
 3130
 3140
 3150
 3160
 3170
 3180
 3190
 3200
 3210
 3220
 3230
 3240
 3250
 3260
 3270
 3280
 3290
 3300
 3310
 3320
 3330
 3340
 3350
 3360
 3370
 3380
 3390
 3400
 3410
 3420
 3430
 3440
 3450
 3460
 3470
 3480
 3490
 3500
 3510
 3520
 3530
 3540
 3550
 3560
 3570
 3580
 3590
 3600
 3610
 3620
 3630
 3640
 3650
 3660
 3670
 3680
 3690
 3700
 3710
 3720
 3730
 3740
 3750
 3760
 3770
 3780
 3790
 3800
 3810
 3820
 3830
 3840
 3850
 3860
 3870
 3880
 3890
 3900
 3910
 3920
 3930
 3940
 3950
 3960
 3970
 3980
 3990
 4000
 4010
 4020
 4030
 4040
 4050
 4060
 4070
 4080
 4090
 4100
 4110
 4120
 4130
 4140
 4150
 4160
 4170
 4180
 4190
 4200
 4210
 4220
 4230
 4240
 4250
 4260
 4270
 4280
 4290
 4300
 4310
 4320
 4330
 4340
 4350
 4360
 4370
 4380
 4390
 4400
 4410
 4420
 4430
 4440
 4450
 4460
 4470
 4480
 4490
 4500
 4510
 4520
 4530
 4540
 4550
 4560
 4570
 4580
 4590
 4600
 4610
 4620
 4630
 4640
 4650
 4660
 4670
 4680
 4690
 4700
 4710
 4720
 4730
 4740
 4750
 4760
 4770
 4780
 4790
 4800
 4810
 4820
 4830
 4840
 4850
 4860
 4870
 4880
 4890
 4900
 4910
 4920
 4930
 4940
 4950
 4960
 4970
 4980
 4990
 5000
 5010
 5020
 5030
 5040
 5050
 5060
 5070
 5080
 5090
 5100
 5110
 5120
 5130
 5140
 5150
 5160
 5170
 5180
 5190
 5200
 5210
 5220
 5230
 5240
 5250
 5260
 5270
 5280
 5290
 5300
 5310
 5320
 5330
 5340
 5350
 5360
 5370
 5380
 5390
 5400
 5410
 5420
 5430
 5440
 5450
 5460
 5470
 5480
 5490
 5500
 5510
 5520
 5530
 5540
 5550
 5560
 5570
 5580
 5590
 5600
 5610
 5620
 5630
 5640
 5650
 5660
 5670
 5680
 5690
 5700
 5710
 5720
 5730
 5740
 5750
 5760
 5770
 5780
 5790
 5800
 5810
 5820
 5830
 5840
 5850
 5860
 5870
 5880
 5890
 5900
 5910
 5920
 5930
 5940
 5950
 5960
 5970
 5980
 5990
 6000
 6010
 6020
 6030
 6040
 6050
 6060
 6070
 6080
 6090
 6100
 6110
 6120
 6130
 6140
 6150
 6160
 6170
 6180
 6190
 6200
 6210
 6220
 6230
 6240
 6250
 6260
 6270
 6280
 6290
 6300
 6310
 6320
 6330
 6340
 6350
 6360
 6370
 6380
 6390
 6400
 6410
 6420
 6430
 6440
 6450
 6460
 6470
 6480
 6490
 6500
 6510
 6520
 6530
 6540
 6550
 6560
 6570
 6580
 6590
 6600
 6610
 6620
 6630
 6640
 6650
 6660
 6670
 6680
 6690
 6700
 6710
 6720
 6730
 6740
 6750
 6760
 6770
 6780
 6790
 6800
 6810
 6820
 6830
 6840
 6850
 6860
 6870
 6880
 6890
 6900
 6910
 6920
 6930
 6940
 6950
 6960
 6970
 6980
 6990
 7000
 7010
 7020
 7030
 7040
 7050
 7060
 7070
 7080
 7090
 7100
 7110
 7120
 7130
 7140
 7150
 7160
 7170
 7180
 7190
 7200
 7210
 7220
 7230
 7240
 7250
 7260
 7270
 7280
 7290
 7300
 7310
 7320
 7330
 7340
 7350
 7360
 7370
 7380
 7390
 7400
 7410
 7420
 7430
 7440
 7450
 7460
 7470
 7480
 7490
 7500
 7510
 7520
 7530
 7540
 7550
 7560
 7570
 7580
 7590
 7600
 7610
 7620
 7630
 7640
 7650
 7660
 7670
 7680
 7690
 7700
 7710
 7720
 7730
 7740
 7750
 7760
 7770
 7780
 7790
 7800
 7810
 7820
 7830
 7840
 7850
 7860
 7870
 7880
 7890
 7900
 7910
 7920
 7930
 7940
 7950
 7960
 7970
 7980
 7990
 8000
 8010
 8020
 8030
 8040
 8050
 8060
 8070
 8080
 8090
 8100
 8110
 8120
 8130
 8140
 8150
 8160
 8170
 8180
 8190
 8200
 8210
 8220
 8230
 8240
 8250
 8260
 8270
 8280
 8290
 8300
 8310
 8320
 8330
 8340
 8350
 8360
 8370
 8380
 8390
 8400
 8410
 8420
 8430
 8440
 8450
 8460
 8470
 8480
 8490
 8500
 8510
 8520
 8530
 8540
 8550
 8560
 8570
 8580
 8590
 8600
 8610
 8620
 8630
 8640
 8650
 8660
 8670
 8680
 8690
 8700
 8710
 8720
 8730
 8740
 8750
 8760
 8770
 8780
 8790
 8800
 8810
 8820
 8830
 8840
 8850
 8860
 8870
 8880
 8890
 8900
 8910
 8920
 8930
 8940
 8950
 8960
 8970
 8980
 8990
 9000
 9010
 9020
 9030
 9040
 9050
 9060
 9070
 9080
 9090
 9100
 9110
 9120
 9130
 9140
 9150
 9160
 9170
 9180
 9190
 9200
 9210
 9220
 9230
 9240
 9250
 9260
 9270
 9280
 9290
 9300
 9310
 9320
 9330
 9340
 9350
 9360
 9370
 9380
 9390
 9400
 9410
 9420
 9430
 9440
 9450
 9460
 9470
 9480
 9490
 9500
 9510
 9520
 9530
 9540
 9550
 9560
 9570
 9580
 9590
 9600
 9610
 9620
 9630
 9640
 9650
 9660
 9670
 9680
 9690
 9700
 9710
 9720
 9730
 9740
 9750
 9760
 9770
 9780
 9790
 9800
 9810
 9820
 9830
 9840
 9850
 9860
 9870
 9880
 9890
 9900
 9910
 9920
 9930
 9940
 9950
 9960
 9970
 9980
 9990
 10000

Fama

Fama fuit etiam quosdam seniores in lienis, & vetulas in vuluis multas asportasse pecunias, tanquam in loculis.

De sacerdotibus & vtriusque sexus religiosi ad honestiorem vitam & officium reformatis.

QVANTÆ autem nostris principibus omnis virtus & omnis honestas curæ fuerit, non in humanis solum rebus, sed in diuinis etiam officiis ad religionis nostræ cultum spectantibus facile perspeximus. Quippe qui non minus diuinarum rerum cultores, non morum censores minus, & omnium virtutum professores, quam regnorum suorum gubernatores erant. Nec Reges magis videbatur, quam sacerdotes sanctique pontifices & humani diuinique iuris & sanctissimarum legum conditores, custodes, & conservatores, Dei semper nomen exaltantes, & hominibus iustitiam, pacem, quietemque, & salutem procurantes. Quam ob rem cum vidissent religiosos omnium ordinum, & præcipue Minores & Prædicatores, alios honestius & præcepta suæ religionis obseruantes, alios liberius ac dissolutius viuentes, nec ordini suæ professionis nec superioribus obsequentes, omnes qui Claustrales dicuntur & libere vagabantur, ad obseruantium normam & honestiorem vitam compulere. Etiam femine sexus sacerdotum & laeras virgines quas moniales appellant, quæ licentius vagari consueverant, a virorum qui suscipi videbantur, consuetudine, secreto colloquio, & monasteriorum suorum exitu prohibere. Præterea iuuenibus adulescentibus, aliis cunctis, & qui literarum studijs & bonis artibus operam dabat, vsum longarum & sericarum vestrum promissorumque capillorum, quibus nonnulli maxime studebant, ademerunt. His rebus & a studiosis omnibus colebantur, & a virtutibus alienis timebantur.

De ludorum & blasphemiarum prohibitione atque lusorum penis.

PROHIBERENT & ludos, aleæ præcipue atque chartarum, ex quibus multa quotidie malorum genera nascebantur. Sunt enim ludi, de quibus alibi plene scripsimus, persimiles meretricibus, qui voluptate quadam non solum vulgares homines & insipientes, sed etiam nobiles equites virosque primarios fallunt, literatos, sacerdotes, atque pontifices. Ideoque catholici principes lusores omnes edicto publicoque præconio penis grauibus constitutis a ludis abstinere iusserunt. Ex quibus etsi quæ mala nascentur alio loco diximus, hic tamen aliqua repetemus, vt quam prudenter & quam sancte præceperint catholici principes, omnes agnoscant. Quando quidem lusores vbi pecunias & res quas habebant, turpiter amiserunt, egestate coacti, desperatione ducti, omni spe destituti, in se plerumque manus vertunt, sibi que mortem consciscunt. Ex quibus alii se laqueo suspendunt, alii gladio suo vitam finiunt, nonnulli de turri sese præcipitauerunt, quidam se deiecerunt in puteos, alii insaniam simulauit, in quam plures inciderunt non simulatam. Multi præterea lusorum latrones fiunt, qui primum, si leue commiserunt furtum, equitantes in asellis & capite mitram gestantes papyraceam, taurino neruo nudo corpore cæduntur, eorum maleficia denunciante præcone: quibus deinde furto secundo grauius iterum cæsis aures amputantur: postremo si tertio peccauerint, suspendium merito patiuntur, aut si grassatores fuerint, & viatores aut spoliauerint aut occiderint, palis alligati per signum sagittariis exponuntur. Hæc & alia multa mala lusoribus eueniunt. Quæ quidem si multis qui ludunt hodie, venirent in mentem, sibi fortasse cauentes a ludis abstinerent. Sentirent enim & intelligerent, quam misera, quam perniciofa, quam detestabilis, quam periculosa sit ludæum vita. Quos quidem conscientie suæ stimulus verberat, quos horrenda mortis vmbra circumdat. Sed ad principes catholicos redeo, qui spiritu diuinitatis afflati viros omnes probos & quacunque virtute præditos extollebant, magnis honoribus & commodis afficientes: malos autem & pertinaces in maleficiis & obstinatos, quos errorum suorum poenitere non poterat, a suis principatibus ex-

MM iij

terminabant. Vitiis præterea deditos, inutiles homines & deliciosos omnes accusabant, castigabant, & a domo sua curiaque submouebant, & præcipue lusores. Quibus nihil esse dicebatur improbius, nihil furacius, nihil mendacius, nihil sceleratius, nihil dementius, nihil stultius, nihil insanius: propterea quod si peccant homines, qui certe peccant (nam mortalium nemo fere viuit sine crimine) vnusquisque tamē in eo peccat vitio, quo vititur, & non fortasse peccat in aliis. Peccant enim superbi vel sua forma, vel aliqua de se opinione falsa decepti. Avaritię multi crimen incurunt, mala rerum quibus haud indigent fortasse, cupiditate ducti. Deuincuntur, nonnulli gula falsis irritamentis & dulcedine gustus. Plures libidine, feruore magno sanguinis ac censi multifariam variisque modis quam grauiissime delinquant. Inuidia non pauci foelicitatis alienę dolore pallentes, impatientia multi, quidem plerumque sine causa grauius irascuntur, & iracundi penitus mala multa committunt, alii desidēs & ocio somnoque dediti vitam agunt, qui neque sibi profunt neque aliis. Sed vnus lusor peccat in omnibus. Qui quidem nunquam bene facit, nunquam bene cogitat, nunquam bene loquitur, qui nec colit nec habet amicos, qui non propinquos non fratres amat, qui matris, vxoris, filię, sororis, & fortasse suam pecunię cupiditate ductus pudicitiam vendit & honorem, qui parentum funus exoptat atque molitur, qui Deum abnegat, qui animam suam occidit & inferis offert. Quid enim non facient homines quos non pudet perdere nummos, perdere tempus, perdere somnum, perdere famam, perdere vitam? Quocirca cum magna pars hominum semper & vbique luserit, illorum verissima mihi videtur opinio qui subterraneas domos & antra tenebrosa lusorum plena esse dixerunt. Quam ob rem lusoribus ego consulere cupiens & opem ferre quibusdam carminibus, et si eos primum grauius accusaui, deinde tamen remedium demonstraui proficuum, & salutarem adhibui medicinam. Qua quidem quicumque usus fuerit & Dei misericordiam deprecatus, non equidem dubito, quin veniam facile consequatur. Illos autem perituros & perpetuos cruciatus passuros prospicio, quos vltima vitę dies ludentes inuenerit. Nam qui ludos in vita non reliquerint, ludent etiam post mortem sua crimina flentes apud inferos. Prudenter igitur & sancte catholici principes ludos qui omnium malorum causa sunt, prohibere, qui blasphemantibus etiam praeuere loquentibus penas quibus plecterentur, statuerunt.

De templis a catholicis principibus aedificatis & aliis resectis & instauratis.

ISTA pro Christianę religionis augmento bella gerentes, vt hostes debellarent & victorias consequerentur, Deo Optimo Maximo & eius genitrici Marię virginis multisque sanctis non modo supplicationes & sacrificia, sed ædes etiam sacrandas & noua templa liberalissime deuouebant, quę subinde votorum compotes, beneficiorumque memores, optato potiti largiter & officiose præstiterunt maximis impensis. In Abila siquidem ciuitate templum diuo Thomę dicatum a fundamentis aedificare cœperunt, quod aureorum prope centum quinquaginta millibus absoluerunt. Toleti aliud admodum conspicuum nomine sancti Ioannis Euangelistę, cui regum cognomen indiderunt, in cuius exterioribus muris & parietibus altis magna pender catenarum multitudo, quibus astricti Christiani qui capti fuerant a Mauris, multos annos illis seruierant. Qui deuictis Mauris, & Granata restituta catholicis principibus, catenas in memoriam suę redemptionis in hoc templum contulere. Segouię monasterium magnum sanctę Crucis ordinis Prædicatorum condiderunt. Granatę virginis Deiparę templum maius domumque pontificalem magnis erexerunt sumptibus, & quatuor & viginti sacerdotibus suis qui singulis diebus rem diuinam celebrarent, cellas fieri iusserunt, & suam sepulturam, in qua nunc simul eorum corpora iacent: atque aliud diuo Francisco religionis ordinis Minorum. Condiderunt præterea cœnobium extra urbem ordinis sancti Hieronymi magnis dispendiis, & reditibus dotarunt, in quo etiam Gonzalez Fernandez magnus Capitaneus sibi magnum sacellum fieri iussit conspicuum, cuius ma-

cui magnos reditus distribuit. Item condiderunt catholici principes extra urbem cœnobium ordinis Cartusiani, de quo scripsimus alio loco: & intra muros ciuitatis aliud ordinis Prædicatorum sub nomine & honore sanctę Crucis. A Granata quoque oppidum passuum millibus circiter octo condere statuentes, quo Granatę facilius expugnarent, quod oppidum Sanctam fidem vocauerunt, in primis templum in quo sacerdotes diuinis officiis sacrificantes operam darent, aedificare iusserunt. Etiam in Compostella admodum venerabile templum, & hospitalem domum in honorem sancti Iacobi & peregrinorum commodum atque profugium fecerunt, opus nimirum primum maximeque necessarium. Magnas in super in aliis templis & monasteriis aedificandis, multas & in aliis siue vetustate collapsis, siue ruinantibus reficiendis & instaurandis pecunias contulerunt. Romę denique trans Tiberim apud portam sancti Pancratii magnificum diuo Francisco templum condiderunt magnis impensis. In vrbe præterea non minorem sumptum summamque pecuniarum dederunt in refectione domus hospitalis, & ecclesię sancti Iacobi quę Hispanorum dicuntur, contulere. Hęc & alia multa fecerunt opera catholici principes, non minoris quidem virtutis & sanctitatis, quam munificentię. Qui profecto suis hæredibus & posteris omnibus mirabilia omnium virtutum reliquerunt exempla, quibus optimus quisque princeps ad gloriam vitę debebit & excitari facile poterit.

De concordia & fine belli inter catholicos principes & Alphonsum Portugallię Regem.

NVNC autem quoniam initium & causam belli quod a catholicis principibus contra Regem Portugallię gestum est, supra memorauimus, æquū est ratioque poscere videtur, vt eiusdem belli quoque quod superest, & finem demonstremus. Ad quam rem ostendendam quædam prius repetere necessē est. Anno millesimo quadringentesimo septuagesimo nono cum essent catholici principes in oppido Guadalupo, quo Gallię regis legati pro petenda confirmandaque pace conuenerant, nuncios de morte Ioannis Aragonum Regis acceperunt, & subinde totius Aragonię, Sicilia, Valentię, Barcinonęque principatus oratores ad Ferdinandū Regem supplicatum venerunt, vt ad capiendam regnorum suorum possessionem proficisceretur. Hinc itaque discedentes in Turrim Iuliam, quam ciuitatē Trogillum vocant, cum exercitu venerunt. Vbi funere solenniter celebrato & peractis exequiis, Gallorum Regis legatis cum pacis confirmatę conditionibus honorifice dimissis, Rex Ferdinandus in Aragoniam proficiscitur. Quo discedente Regina suis ducibus accitis, omnes exercitus copias in partes quatuor diuisit, a quibus Emeritam Augustam, Delectosam, & Montangem eodē tempore tormentis oppugnari iubet. Sunt autem hæc oppida Lusitanię prouincię inter Anam flumen & Tagum, Portugallięque regno propinqua, quę mulier quędam Maria nomine Pachiequa, filia spuria Ioannis Pachiequi Villenę Marchionis, quę Portugallię Regis partes fouebat, occupauerat. Hęc mulier orbatam marito, nimis audax & inconsculta, fuit multorum malorum causa, quę non læua minus & immitis, quam imprudens & temeraria, cum Petrum Portucarrerium Metellini Comitem filium suū, quinquennium deprehensum tenuisset, deinde solutum multorum precibus e domo sua crudeliter eiecit, & contra catholicos principes Alphonso Portugallię Regi multas arces, Castellę regnum, & bona sua omnia pollicebatur. Dum hæc oppugnantur oppida, multaque alia per hanc regionē bella geruntur, Alphonsus Cardinas ordinis sancti Iacobi militię præfectus apud Emeritam cum Portugallię Regis exercitu magnū prælium commisit. In quo multis vtriusque partis occisis, demum Portugallię Regis equites longo labore defessi terga verterunt, quorum præter interfectos multi quoque capti fuerunt, & in his Eborensis episcopus omnibus signis amissis. Alphonsus autem Cardinas etsi duo magna vulnera fortissime pugnans acceperat, hac tamen insigni victoria potitus, & fugatis hostibus, magnum quidem ducis nomen adeptus est, & singularem catholicorum principum gratiam, qui ei vel vltro ducatorum auxi millia circiter nouem quę singulis annis pendere tenebatur,

liberalissime remiserunt. Sub idem tempus alii Reginæ duces oppida quæ supra memorauimus, acriter oppugnabant, & Delectosæ arcem ceperant, multisq; aliis in locis prælia magna quotidie gerebantur, in quibus magnus vtriusq; partis hominum numerus desiderabatur. Atq; multo quidem plures interiissent, nisi Deus cuius misericordia magna est, huic bello finem dedisset, qui sanctas catholicorum principum mentes scrutatus, eorum magnos labores miseratus est. Cuius afflata spiritu Beatrix Isabellæ Reginæ matertera, quæ prudentissima mulier Ferdinandi Visei Ducis Portugalliæ Regis fratris vxor fuerat, & Alphonsum Portugalliæ Regem & eius filium Ioannem generum suum, & Isabellam Castellæ Reginam suæ fororis filiam vehementer amabat, cum inter cognatos & propinquos suos crude-
 10
 lissima bella geri molestissime ferret, ad Isabellam nuncium cum literis clamavit, quibus eam rogabat, vt commodi sui causa in aliquem locum Portugalliæ regno propinquum conuenirent, vbi de rebus ad pacem & concordiam spectantibus & necessariis colloquerentur. Certam se spem habere dicebat Deo iuuante, vt hel-
 20
 lis & malis omnibus atq; laboribus finem darent. Cuius humanitas & tam pius animus Isabellæ Reginæ fuit nimirum quam gratissimus, ideoq; voluntati eius sanctoq; desiderio satisfacere statuens, in Alcantaram, quod oppidum est in ripa Ta-
 gi Portugalliæ propinquum, cum paucis equitibus se contulit. Huc aduenientem Beatricem materteram suam magna lætitia reuerenter excepit, & in eadem domo
 30
 iuxta se collocavit. Vbi per dies octo pene solæ locutæ sunt, & in eundæ pacis con-
 ditiones ordinemq; literis mandauere. Quibuscum Beatrix discessit, & cum ea Rhodoricus Maldonatus iureconsultus Isabellæ Reginæ cõsiliarius profectus est, quem Regina misit quasi legatum, vt ea quæ cum Portugalliæ Rege fierent, intel-
 40
 ligeret, & ad se scripta mitteret. Beatrix autem vbi suam domum peruenit, primû Ioanni genero suo Regis filio, quem pacis & cõcordiæ cupidum nouerat, quas at-
 tulerat constitutiones pacis ostendit. Hic Dei cultor & ingenio magno præditus ab initio causam patris & expeditionem non iustam esse cognoscens, inuitus ad-
 uersus catholicos principes bellum gesserat. Quocirca cum perhonestas concordiæ sanctiones quas eius locrus sanctissime procurauerat, approbasset, suos consiliarios & omnes equites qui voti sui participes erant & eiusdem voluntatis, con-
 50
 uocavit. Quibus cum rebus ad pacem spectantibus communicatis, omnes Alphonsum Regem conuenerunt. Qui cum ea quæ Beatrix eius confocrus egerat cum Isabella Regina, causa pacis & quietis, audiuisset, etsi sua magis quam aliorum interesse videbat, male tamen persuasus a multis & præsertim a Castellanis, qui quoniã a suis principibus temere defecerant, pacem magis quam bellum timentes, ei dicebant vt ab incepto nullo modo desisteret, propterea quod sine magno suo dedecore facere non posset, pacis & concordiæ conditiones renuit, alias petens neque iustas neq; sibi concedendas, & inimicorum magis fallacibus quam amicorum veris consiliis est obsequutus. Quem cum neq; publice multi neq; priu-
 60
 uatim deprecâtes alii flectere potuissent, Maldonatus Isabellæ Reginæ cõsiliarius spe iam pacis amissa, comiteatun petens a Rege, quatenus nihil agi videbat, discedere statuit. Quod sciens Ioannes Regis filius eum ne discederet, rogauit, & Regem sola Beatrice præsentem sic est allocutus.

De sermone quem Ioannes Portugalliæ Regis filius ad patrem habuit.

SI regiam dignitatem & vitam tuam maiori curæ nobis esse crederes quam vllis aliis, charissime genitor, profecto non aliorum falsa prauaq; consilia nostris quã fidelissimis atq; iustissimis precibus anteponeres. Quare te quoniã tuæ confocrus & meum consilium, quasi alterum mulieris, & alterû iuuenis, aspernari videmus, etsi magis accipere quam dare consilium deberemus, decreuimus tamen tuæ ma-
 50
 iestati quæ nostræ mentes in hac expeditione prælagire videntur, ostendere, vt si quando vel tui vel aliorum consilii penitere te cœperit, nostrum memoria repetitum cognoscas. Expeditionis nostræ causam, si verum fateri volumus, iam iniustam esse Deus hominesq; sciunt, quod ne illi quidem Castellani negant, qui nobis, vt

bis, vt hoc bellum gereremus, iniuste falsoq; persuaserunt. Henrici namq; Castellæ Regis naturæ defectus, quod inter nos dici potest, multis mulieribus & duabus vxoribus fuit quam notissimus, qui nõ sine causa conscientix suæ stimulis actus, ante mortem suam Isabellam sororem & non aliam sibi successurâ iureiurando nominauit. Ex quo quidem intelligere facile est, quam iniustam huiusmodi belli causam suscepimus. Ideoq; mirari minime debemus, si nobis aduersa fortuna semper fuerit. Aspirat enim Deus in bellis gerendis, & maxime fauet pro virtute iustitiaq; pugnantibus, & proinde victoriam consequi non possumus. Quod si causa nostra
 10
 quam, vt videmus, damnant omnes, iustior esset, non propterea pacem recusare deberemus. Nam si nostras cum aduersariorum copiis conferamus, nimirum quanto sumus inferiores omnibus rebus cognoscemus. Illorum siquidem vires indies crescunt, nostræ vero quotidie minuuntur. Augentur illis exercitus & regnorum numerus, nobis vnicum regnum est & non magnum, atq; iam pecuniis & viris exhaustum, iuuentus & equites bello consumpti. Expetunt illorum magni principes gratiam & amicitiam, & præcipue Gallorum Rex Ludouicus, qui nuper iam nostrifœderis oblitus, ad eos oratores misit pacem perpetuam petentes. Quæ nobis igitur habenda spes est, aut vnde venturum auxilium sperare possumus? Consule ergo mi pater honori tuo, consule obsecro & tuorum omnium saluti, nec committas, vt dum principatus alienos affectas, iure tuos amisisse videare. Nam per
 20
 Deum immortalem, quid nobis volumus, aut quid quærimus? Non, inquis, possum sine dedecore, tot nobis illatis iniuriis, a cœptis desistere propter hominû sermones. Immo certe potes pater & tua magna cum laude, propterea quod pax tibi non petitur, sed honestissimis conditionibus offertur. Quam quidem non recusabis, si tecum plus virtus & ratio quam vulgi valebit opinio, si plus Dei iustitiam quam populi rumores timebis, si tuam ætatem respexeris, si successorum tuorum saluti futuræq; quieti consulere volueris, si pericula quæ passi sumus in præliis, & quos exercitus amiserimus, memineris, si quam regno Castellæ propinquus sumus, & quam eius amicitia nobis necessaria sit, consideraueris. Non omittas igitur obsecro sanctissimæ pacis conditiones nobis oblatas, neq; te fallant Castellanos
 30
 consilia. Qui quoniam suis principibus iniuste defuere, mori quidem mallent in bello, quam illorum subire iudicium. Non spernas igitur preces nostras, amantissime pater, ne nostra Deo qui propter superbiam Luciferum de cœlo deiecit, pertinacia displiceat. Diligit enim Deus pacis amatores, & inimicos odit atq; castigat. Hoc sermone admodum tristi, & Beatricis precibus quæ lachrymas continere vix poterat, Rex conuictus, & quasi flenti similis Ioannem filium gemens amplexus est, & ad Beatricem conuersus, O mulier, inquit, non minus sancta & sapiens quã fortis & excellens, magna nimirum est tua virtus, magna inquam tua erga nos fides, magna pietas, & amor maximus, quæ quidem sola tua prudentia profectum nostris malis nostrisq; laboribus excogitasti remedium, salutarem doloribus medicinam, & finem bellis optatum. Magnas igitur tibi gratias agimus, & amantissimis tuis atq; sapientissimis consiliis obsequimur. Faciemus itaq; quam libentissime quod filius noster ex tuo consilio nos deprecatus est. Quem ego profecto vido posthactibi multo magis, quam mihi ipsi qui eum genui, debiturum. Hæc cum dixisset, eius dexteram filius osculatus est, & Beatrix ei magnas gratias egit. Postero die Rex conuocato consilio, & re diuina celebrata, Maldonato Reginæ Isabellæ consiliario præsentem, pacis constitutiones quæ fuerunt huiusmodi, libenter accepit.

De pacis & concordie sanctionibus inter Isabellam Castellæ Reginam & Alphonsum Portugalliæ Regem vltro citroq; petitis & concessis.

PA CIS & concordiæ conditiones quas vtraq; pars petiuit & concessit, sic se habent: Imprimis vt Rex Portugalliæ titulum, quo se Castellæ & Legionis Regem vocari iusserat, deponeret, & insignia Castellanos Regum quæ suis clypeis impresserant, abraderet, iureiurando promitteret ne Ioannam suæ sororis filiam

vxorem duceret, atq; illa sex mensium spacio suo vteretur arbitrio. Quæ siue manere vellet in Portugalliæ regno, siue alio proficisci, libere facere posset, dum tamē ei neq; Rex Portugalliæ, nec alius quisquam præstare fauorem & auxilium aude-
ret. Quæ si forte in Portugalliæ regno permanere statueret, peracto semestri tem-
pore de duabus conditionibus alteram eligere teneretur: vt scilicet vel Ioanni Cas-
tellæ principi qui tum paruulus admodum erat, nuberet, ac tam diu apud Beatricem
quam supra memorauimus, maneret, donec sponsus ad virilem perueniret
ætatem: vel ordinis sanctæ Claræ religionem ingrederetur in vna domo ex quin-
que in Portugalliæ regno nominatis, & Alphonfus Portugalliæ Regis ex Ioanne
filio nepos Isabellam Catholicorum principum filiam vxorem duceret, qua cum
per aliquod tempus ad certitudinem pacis & confirmationem in arce Morana
quæ est in Portugalliæ regno, maneret, sub custodia & contubernio Beatricis, quæ
præcipua pacis causa fuerat. Hæc fuerunt Isabellæ Reginæ pacis conditiones. Por-
tugalliæ vero Regis quæ sequuntur. Primum sibi suoq; filio aurifodinas apud In-
dos Castellæ Reges non impedirent, sed liberas & a suis primum repertas relin-
quere, & pacis vinculum quod inter sese sanciebant, omnes vtriusq; partis po-
pulos comprehenderet & obligaret, per vnus & centum annorum spaciū: dein-
de vt Castellanis qui dum sibi meruissent, contra suos principes, crimen læsæ ma-
iestatis incurrissent, ignosceretur: quibus etiam dimissis erroribus, omnia bona
quæ in Castellæ regno perdidierant, restituerentur. His pacis conditionibus vltro
citroq; datis & acceptis, & a Portugalliæ Rege iureiurando confirmatis, & alta præ-
conum voce tubarumq; magno clangore publicatis, & fama Regum concordiam
& amicitiam denunciante, ingens populis lætitia oborta est, oppugnationes desi-
stunt, bella cessant, arma deponuntur, gratulationes aguntur, spectacula fiunt. His
confectis negociis Rex Alphonfus legatos quibus integram facultatem suam de-
dit, & pacis conditionum quas ipse iuratus confirmauerat, ad Isabellam Reginam
misit exemplum. Quibus illa legatis appropinquantibus Hispaniæ Cardinalem
& Comestabilem quos aliis in locis nominauimus, cum omnibus suæ domus e-
quitibus, atq; pontifices cum sacerdotibus obuiam exire iussit, & omnes in aulam
ingredientes honorifice recepit. Quæ pacis institutiones quas afferebant, ac-
ceptas cum diligenter prius legisset, subinde coram omnibus iureiurando confirma-
uit, & præconio sonitūq; tubarum, quem admodum Portugalliæ Rex fecerat, pu-
blicari iussit, nunciosq; statim ad Ferdinandum Regem qui Barcinonæ tunc erat,
cum literis destinauit, quibus eum de pace cum Portugalliæ Rege composita &
quibus conditionibus certiore faciebat. Cuius rei nunciū Ferdinandus Regi
fuit admodum gratus atq; iucundus. Erat enim de honore atq; salute Reginæ ab-
sentis quam multis hostibus circumuentam reliquerat, valde sollicitus. Ideoq; ma-
gnas Deo gratias agens, eundem nunciū magno munere donatum cum suis li-
teris ad Reginam remisit. Quæ cum populis omnibus illius prouinciæ quam vo-
cant extremum iustitiæ, præfectos ordinemq; dedisset, vt in pace omnes & hone-
ste viuerent, cumq; omnibus & præcipue viduatis mulieribus bona quæ bellorum
temporibus indigne perdidierant, restitui iussisset, Toletū se recepit. Quo sub idem
tempus venit etiam Rex Ferdinandus, qui se quoq; iureiurando coram Portugalli-
æ legatis pacis conditionibus astrinxit. Quam pacem & concordiam suis literis &
nunciis ab omnibus regnorum suorum magnatibus, ciuitatibus, & populis diligē-
ter obseruari iussere, pœnis grauib; & censuris constitutis contrarium facienti-
bus. Intērim vero Ioanna quam supra memorauimus, quamuis admodum puella,
diuino tamen lumine circumfusa, terrenas opes, voluptates humanas, & munda-
di fallaces insidias cognoscens, atq; Ioannis Castellæ principis qui mundi domi-
nūs, si vixisset, futurus erat, oblatas sibi nuptias renuens, vitam multo meliorem tu-
toremq; sanctæ religionis elegerat, in qua permansit annos circiter quinquaginta,
& vixit hodie sanctissime Deo seruens. Quæ quidem cum religionem ingres-
sa est, annum fere vigesimum agebat, & hoc anno præsentis millesimo quingentesi-
mo vigesimo secundo, quo nos hæc scripsimus, annum agens fere tertium & se-
xagesimum, sola quidem superest omnibus Hispaniæ principibus eius ætatis vita
perfunctis.

perfunctis. Cuius animus nimirum sapientior fuit quam aliorum, & multo melior
conditio, propterea quod breues sint humanæ prosperitates, & dies hominū cog-
noscens, caducis rebus & incertis prudentissime renunciāns, meliorem vitam ele-
git, in qua Deo seruens æternæ gloriæ præmium sperat.

LVCII MARINEI SICVLI

LI DE REBUS HISPANIÆ

LIBER XX.

De bello quod catholici principes gesserunt contra Mauros Granatenfes.

BELLO quod cum Rege Portugalliæ catholici principes gere-
bant extincto, factaq; pace conditionibus quas supra memora-
uimus, aliud subinde cū Mauris Granatenfibus, gessere, diuturni-
us, difficilius, laudabilius, & propterea memorabilius. Illud enim
prius, vt Portugalliæ Regem qui violenter in Castellæ re-
gnum ingressus eos iniuste prouocauerat, a suis finibus propel-
lerent: hoc autem posterius, vt veteres iniurias Christianis a
Mauris illatas vlcerentur, & suo Granatæ regno recuperato nomen & cultum
Christianæ religionis auerent. Quapropter iure quidem & illorum maxima dili-
gentia summaq; fortitudo laudibus efferenda est, & præteritorum Regum Chri-
stianorum atq; Pontificum negligentia & ignauia est accusanda, qui Mauros Ma-
hometanæ spurcissimæ nefandissimæq; sectæ cultores, & verissimæ sanctissimæq;
Christianæ religionis immanissimos hostes, non sine maxima totius Christianita-
tis ignominia, in vno Hispaniæ angulo septingentos annos, & vltra commorari suf-
tinere potuerunt. Cæterum quoniam de hoc bello quod catholici principes cum
Mauris Granatæ annos fere decem gesserunt, multi viri satis idonei qui regia ca-
stra sequebantur, & rebus gestis ac præliis interfuere copiose scripserunt, ego ca-
pita duntaxat breuiter attingam. De Granatenfibus nanque bello magnum volumen
impleuit, pulchramq; confecit historiam, facundo suo & eleganti stilo Siculus quid-
dam nomine Petrus Sancteramus ciuis Messanus. Quod mihi, cum ad me Salmā-
ticam venisset, ostendit, & ego noua delectatus historia, paucis diebus perlegi.
Scripsit & Hispano sermone Ferdinandus Pulgarius, homo nimirum in suo ge-
nere scribendi satis eloquens, cuius magnum volumen in Latinum sermonem
vertit Antonius Nebrissenfis. Cuius ego translationis initium duntaxat legi. In
quo satis elaborasse mihi visus est & bene castigatē. Meminerunt præterea belli
Granatenfis Protonotarius Petrus Martyr, Gonfalus Aiora Cordubensis Regi-
us historicus, Alphonfus Palentinus, & Tristanus Siluius. Scripserunt & alii mul-
ti, partim Latino, partim Hispano sermone, quorum nomina quia sunt ignota,
subticeo. Et quoniam aliorum omnium qui de rebus quas principes catholici
gesserunt memorabiles, conscribere, magna volumina multos annos fortasse la-
tebunt, & ad posteros differentur, menunc viuentibus rem non ingrati factu-
rum putauī, si Cæsareæ Maiestati seruens, ea quæ de rebus a Ferdinando Rege
& Isabella Regina animose sancteque gestis summatim scripsissem, excusa for-
mis in lucem circumferenda protulero. Quod a me quotidie complures Hispani-
æ viri nobiles, & Siculi de me benemeriti, quibus morem gerere necesse est,
petunt & efflagitant. Ne me igitur vel inurbanum & ingratiū, vel immemo-
rem suorum erga me beneficiorum putent, compendio quod de bello cum
Portugalliæ Rege supra memorauī, Granatenfem subnectam, & simul impres-
soribus dabo. Cæterum lectores admoneo atque rogo, vt opus immaturum
& ante tempus præcipitatum, non solum legant, sed etiam diligenter inspiciant
& emendent, in quo quidem & Hispaniæ gloriæ consulent, & mihi simul rem

gratissimam facient. Verum enimvero quoniam de causa transituque Maurorum in Hispaniam, qui fuit (vt aiunt) Rhodorigi Regis temporibus, ab hinc anno fere octingentesimo, alio loco scripsimus, nunc a situ & regione regni Granatenfis & ciuitatis initium faciemus.

Granatae regionis & urbis descriptio.

HISPANIAM omnem, vt alio loco diximus, autores multi in prouincias quinque diuisere: Tarraconensem scilicet, Gallaciam, Lusitaniam, Bæticam, & Carthaginensem. De quibus libro primo sigillatim scripsimus, atque quicquid in vnaquaque memorabile sit, ostendimus. Granatae autem regnum regio quaedam est media inter Bæticam prouinciam & Carthaginensem, vel potius pars est vtriusque. Cuius regionis longitudo est passuum millium circiter ducentorum, & latitudo fere centum, patetque circuitu ad passuum millia septingenta. Est enim longitudo ab Ronda vsque ad Oream, latitudo vero ab oppido Cambili vsque ad mare mediterraneum & portum Almugnearis. Quae ad meridiem spectans ex vna parte planities habet amplas & fertiles campos: ex altera Baitanos montes altos & ascensu difficiles. Ad quos montes & asperrima loca quae vulgus Alpuxarras appellat, quidam Maurorum duces a Christianis apud saltus Pyrenaeos acerrimo prelio fusi magnaque suorum militum multitudine caesa, per sexcenta fere passuum millia fugientes peruenerunt. Hic ex montium iugis altisque rupibus velut ex propugnaculis & turribus ingentia saxa deuoluentes, ascensuque Christianos prohibentes, sese defendebant. A quibus Christiani duces & omnes milites diuturnitate belli & multis praeliis ante gestis, longaque persecutione iam defessi, crebrisque saxis & telis grauitate offensi, quum diutius ferre laborem non potuissent, cum suis omnibus copiis discesserunt, & vnusquisque domum suam se recepit. Quorum discessu Mauri valde latantes, quum aliquandiu Christianorum timentes insidias in montibus se continuissent, deinde iam Christianis absentibus longeque remoris in campos planaque loca descenderunt, & cum multis aliis qui traiecerant ex Africa, coniuncti Granatam urbem compluraque oppida quae postea nominabimus, rursus occuparunt. Quorum qui potentiores erant, & plus viribus valebant, regium nomine vlrpantes urbem Granatam, omnium totius Hispaniae ciuitatum maximam, domicilium habuere.

De situ & forma urbis Granatae.

CAETERVM urbis Granatae situs & forma est huiusmodi. Colles binos altos & quasi montes amplectitur, quos Darrus amnis per vallem mediam fluens diuidit. Alterius autem collis regio nomen habet Alhambra, quam Mauri sua lingua rubram significari dicunt, & hoc nomine dici vel a conditore homine rusto, vel a rubra terra, quae nunc etiam cernitur in aedificiis. In huius autem regionis eminentiori loco domus est regia, magnitudine, opere, formaque conspicua. Quae quidem ciuitas potius quam domus est appellanda. capit enim intra muros hominum millia quadraginta, totaque cincta mœnibus & triginta turribus. Alterius Alcazaua dicitur, domorum frequentia mirabilis, quae significat apud Mauros munitionum locum & defensorium, qui arcem & castellum Alcazarem vocant. Supra quam magnus est incolatus in loco plano positus, qui locus saluberrimus est & Albaicinus dicitur, Alhambraeque cui est oppositus, altitudine pene similis & aequalis. Cuius incolae a Baeza ciuitate venisse ferunt, & Antiquirolanos ab Antiquera. Sunt & colles alii minores, quibus non immerito sicut & Roma septicollis appellari potest. Caeterum praeter colles est etiam in plano loco campoque magno maximus aedificiorum numerus. Aedes autem etiam pleraque omnes lateritiae sunt, tamen non regiae modo, sed etiam aliae quam plurimae spectabiles sunt & magnae familiae capaces. Calles vero vicique plurimi sunt, propter aedificiorum nimiam densitatem plerique sunt angusti, & item plateae foraque venalia: quae tamen a Christianis post Granatae captum ampliora facta sunt & illustriora. Gaudent domus complures hortis, & arboribus

boribus fructus qui limones appellantur, ferentibus. Citros vero citriosque domus habent pauciores. Aquis egelidis ac salubribus tota fere ciuitas abundat, & in ipsa vrbe scaturientibus, & aliunde per aquae ductus aduectis. Urbis passuum millia circiter duodecim circuitus amplectitur, totus vndique mœnibus cinctus, & mille triginta propugnaculis tutus. Porta quae sunt numero duodecim, ad Occidentem faciles habent exitus & campos amœnos: caeterae vero ad Orientem subdifficiles. Est autem in vrbe Granata totaque eius regione, omnium rerum quae sunt ad hominum vitam degendam & cultum necessariae, magna fertilitas, & saluberrima semper aeris coelique temperies, vbi neque tellus nimio solis ardore torretur, neque frigore contrahitur, & homines perpetuo temperamento perfruuntur. Sunt praeterea in vrbe Granata res memorabiles & insignes numero septem, tres scilicet amœnissimae domus: Alhambra, cuius supra mentionem fecimus: altera, quae Generaliphadicitur, multo iucundissima dicitur: & tertia, quae distat ab vrbe fere mille passibus, cui nomen est Alixares, quae fuit olim materia & opere admirabilis. Quas quidem domos ego non immerito luxus & Regum delicias appellare solebam. Eas enim Maurorum Reges oblectationis & deliciarum causa frequentare solebant. Quarta res est platea magna plana nuper a Christianis instructa, quam Biuarablum Mauri vocant, & Arenariam significari dicunt. Cuius forma est quadrangularis, sed ad mensurae similitudinem. Siquidem longitudo maior est quam latitudo. Est enim longitudo pedum quadringentorum, & latitudo ducentorum. In qua fons est excelsus & insignis. Campus praeterea totus in circuitu dealbatis aedibus crebrisque fenestris conspicuus. Huic plateae foroque venali relatu non indigna coniuncta res est: domus scilicet quam Alcaceriam vocant, in qua tabernulae sunt numero fere ducentae in quibus serici panni caeterarumque rerum merces quotidie venduntur. Domus haec quae parua ciuitas dici potest, calliculas habet multas, & decem portas, in quibus transversis catenis ferreis propter vicorum angustias & negotiantium frequentiam ingressus equitantibus prohibetur. Cuius praefectus noctu foribus clausis nocturnas habet excubias, & vigiles canes, & nomine Regis a singulis tabernis vestigal exigit. Sexta est Darrus amnis, quem Bernardus Gentilis in officio scribendi meus collega poetaque celebris Daurum nominauit, quasi dantem aurum, quod in eo legi quam optimum consuevit. Hic autem amnis supra Granatam urbem ad passuum millia septendecim ex alto iugo montis oriens, omnibus fere ciuitatis domibus aquas abunde suffundit, & ex vrbe profluens in Occidentem, Singili qui ex eodem monte descendit, & Guadaxenilis a Mauris appellatur, coniungitur. Amnis autem Darri aquam, sicut a Granatae ciuibus accepimus, quaecunque sitibunda bibunt animalia, omni morbi genere liberantur: ideoque balneum salutiferum pecoribus appellant. Septima res & summa Granatae urbis felicitas est ager maximus & fertilissimus, frugibus & omni genere fructus abundantissimus, & ex arborum foliis quibus sit sericum, singulis annis vestigal aureorum millium fere triginta quinque Regibus pendet, praeter multas serici libras. Cuius ambitus passuum millia centum & decem complectitur, in cuius agri spacio fere millium septem & viginti, sex & triginta fontes oriuntur. Et quoniam de Granatae urbis rebus memorabilibus scribimus, illud vnum memoratu dignum & naturae opus admirabile non est omittendum, quippe qui sunt inter urbem Granatam & mare mediterraneum montes alti, perpetua niue candentes, ideoque niuosi dicuntur, qui distant a Granata passuum millibus circiter vndecim: qui vel aestiuo tempore mensaque Quintili, regnante Canicula, Granatenfium visus ex fenestris insipientium maxime delectant: nec hyeme, quod mirabilius est, Granatae ciues frigus nimium patiuntur.

De nominibus urbis Granatae.

DE autore autem & tempore quo fuit vrbs erecta, mihi non bene compertum est. Fuisse autem quondam situ paruam credendum est, & a Mauris propter

opportunitatem loci magnamq; fertilitatem Indies auctam nouis ædificiis & densissimis ædibus. Hanc ego facio coniecturam, propterea quod veterum scriptorū de tam insigni vrbe tamq; populosa & memorabili neminem scripsisse comperio. Fuit autem ante Maurorum transitum in Hispaniam ciuitas Episcopatus, vt inferius demōstrabimus, auctoritate decreti. Nunc itaq; de nomine, quod alii fabulantur & quod ego sentio, breuiter enarrabo. Loquuntur. n. multi non Granatā, sed Gar Natā dici debere: propterea quod (vt ferunt) Punica lingua, quā vocant Arabicā, Gar antrū significat, quod in ea vrbe a nympha nomine Nata colebatur. Sic itaq; nomen vrbis Gar Natā, hoc est antrum & speluncam Natā nympha fuisse volunt. Alii Eliberam nomen fuisse contendunt, a quadam fœmina generosa quæ 10 & vrbs portæ qua fuit ingressa, de suo nomine nomen dedit. Quorum opinio mihi quidem non sit vero similis, propterea quod, vt a multis & non indoctis vritis accepim⁹, Elueria portā dicta fuit ab Eluera ciuitate, quæ fuit olim ab vrbe Granata passuum millia ferme septem, cuius ciues a Cordubensibus deuicti quondam Granatam deueniunt, a victoribus eorum vrbe deleta. Porta itaq; per quam ad Elueram iter erat, Elueria portā fuit appellata, quæ nunc etiam e litera in i mutata, Eluira dicitur. Sunt præterea qui Eliberam dictam putant, ab Eliberitanis populis propinquis, qui ad eam colendam venerūt. Illud autem non omittam quod in decreto me legisse memini, vbi summus Pontifex in concilio Theodulphi Malachensis Episcopi petitioni respondit: Theodulphi Malachensis Episcopi petitio 20 nobis allata est, exponentis ecclesiæ suæ reditus olim bellorum temporibus in ecclesias Astigitanam, Liberitanam, & Gabiensem fuisse diuisos, & reliqua. Quas quidem tres ecclesias, Astigitanæ vrbs, quæ nūc Ecija dicitur, & Iberis, quæ Granata, & Gabiæ, quæ Capra, quæ quondam Gabia dicebatur, minime dubitamus. Alii denique Granatam dictam fuisse opinantur a cocco cuius in ea prouincia magna copia legebatur, quam rem granam vocant Hispani. Sed ad inceptum redeamus. Nam ego neque multum repugnans opinionibus aliorum, neque prorsus asfentiens, vrbem Granatam dictam fuisse arbitror a mali Punici, quod & granatum vocatur, similitudine. Nam vt malum Punicum granosum est, & acinis, hoc est granis, densissimis refertum, sic & vrbs Granata densissimas domos & dehiscentis granati similitudinem habet. Verum siue Gar Natā, siue Granata, siue Elibera dicatur, parui refert. Est autem vrbs admodum populosa maximique incolatus, quæ regiones habet tres & viginti, & monasteria decem, atq; vt accepimus, ad rei militaris officium bellumque gerendum hominum millia quinquaginta conficiebat, totidemque mittebant & populi qui eiusdem regni & ditionis erant. Commorabatur præterea in omnibus Hispaniæ ciuitatibus & oppidis sub imperio Christianorum principum maxima Maurorum multitudo, quos (vt alio loco diximus) catholici principes post Granatæ captum a suis regnis exterminarunt, præter eos qui ad Christianorum religionem conuersi fuerē. Sed ad Granatenses Mauros redeo. Qui cum Granatam vrbem, vt supra dictum est, occupassent & 40 oppida multa, semper vltra progredi conantes cum finitimis Christianis populisque propinquis quotidianis fere bellis præliisque contendebant: quibus certaminibus vtrinque multæ captiuitates multæque cædes consequebantur. Cæterum non defuerunt Hispaniæ Christianissimi principes, virique fortissimi atq; magnanimi, religionisque Christianæ studiosissimi, qui Mauros campestri prælio victos ad portas vsq; Granatæ ciuitatis persecuti eius muros acriter oppugnarunt, quos aliorum vel inuidia vel auaritia ab obsidione submouit, & expeditione sancta retraxit. Itaque duæ res, dolor scilicet alienæ fœlicitatis, & auri cupiditas nimia, quæ sunt omnium malorum radices, barbaris gentibus & Christianæ religionis inimicissimis in Hispania commorandi tot annos vsque ad catholicos principes causa 50 fuere. Qui quidem principes dono quodam diuinæ prouidentiae geniti, & ex cœlo in Hispaniam demissi, cum multis malis occurrissent, & cum Portugalliæ Rege bellum gererent, pacem cum Mauris ad certum tempus, vt inter eos bella cessarent, inierunt interpositis induciis. Quas inducias pactas solenniter cum Mauris, qui suis moribus barbaris & ingenio malo prauoque scedifragi semper fallaceque

fallaceque fuerunt, ante statutum diem violassent, Zaharam Christianorum oppidum noctu magno silentio venerunt, & per scalas muris admotas ingressi, Christianos qui propter celebratas inducias sine vllis excubiis securi nudiq; dormiebant, impetu magno & repentino foribus impulsis, fractis, & euulsis, crudelissime obrucidarunt, neque mulieribus parcentes neque pueris. Est enim Mauritanæ gentis in Christianos immanitas incredibilis. Hac vsi fœuitia in oppido capto præsidium relinquunt, & nimis exultantes ad alia Christianorum oppida profecti idem fecere. Quæ res, vt opinor, a Deo permilla belli Granatensis causa fuit, & Maurorum perditionis & interitus. Fama namque huiusmodi Christianorum 10 miserimæ cladis, & Maurorum crudelitatis horrendæ, catholicos principes & omnes Hispaniæ magnates omnesque populos ad opprimendam Barbarorū truculentissimam rabiem mirum in modum cōcitauit. Quocirca cum primum Rex Ferdinandus & Isabella Regina prouidentissimi principes de Maurorum perfidia & maleficiis certiores facti fuere, confestim literas & nuncios ad omnes Carthaginensis & Bæticæ prouinciæ proceres ad ciuitates & oppida destinarunt, quos admonebant & hortabantur, vt sua mœnia communirent, equites & milites cogerent, res ad belligerendi vsum necessarias compararent, omniaque diligentissime ac vigilantissime prospicerent, & a suis finibus hostium incurfiones prohiberent: pollicentes vt aut ipsi propediem cum exercitu venirent ad eos, aut suos duces 20 cum magnis copiis subsidio mitterent. Equites autem & vtriusque prouinciæ populi, quorum intererat se suaque ab hoste defendere, etsi vltro quæ ad sui tutelam necessaria erant, sedulo prospiciebant, regia tamen exhortatione & spe venturi subsidii fortiores erant, multoque studiosius equos, arma, & omnem expeditionem bellicam apparatusque militarem comparabant. Quod vbi Mauri per suos exploratores sensere, non modo destiterunt ab inceptis, sed etiam timere ac pedem referre cœperunt. Christiani autem rebus necessariis comparatis & armis intenti superfedebant, & catholicorum Regum vel aduentum, vel imperium expectabant. Interim vero Rodoricus Pontius Leo Marchio Gaditanus, spiritu diuinitatis afflatus, suis principibus rem pergratam & Deo optimo maximo sacrificium se facturum existimans, si Zaharensum Christianorum eadem miserabilem vlsceretur, omnes labores & extrema vitæ suæ pericula subire decreuit. Itaq; cum Iacobo Merulo qui tūc Hispaniæ vrbs præfecturā gerebat, quæ magistratum Assistentem vocat Hispania, & cum aliis Bæticæ prouinciæ vritis primariis, & copiis quas cogere potuerunt, equestris ordinis & pedestris leuis armaturæ, Alhamā versus proficiscentes ad flumen aquarū peruenērūt, vbi biduo quasi latentes ne sentirentur a Mauris, se contulerunt. Vnde duce quodā genere Mauro, qui paucis ante diebus ad Christianā religionem transierat, magno silentio proficiscentes, nocte quadam & hora qua Mauri quieti somnoque dediti erant, Alhamam peruenērūt. Est autem Alhama ciuitas, quæ incipit a ripa cuiusdam fluminis. 30 & surgit in altum ad planiciem, in qua magnus est incolatus, & vndique mœnibus cinctus. Hic miles quidam, cui nomen erat Ioannes Orthega, vir fortis, animosus, & scandendi muros peritissimus, arcem quæ oppidi muro coniuncta erat, cōscendit, & Maurum arcis custodem obuium sibi, vno ictu pugionis occidit. Sunt tamen qui hunc non Orthegam, sed Martinū Galindum fuisse contendunt. Maurus autem percussus vocem nullam prorsus emisit, vel quia non potuit sub læua manilla percussus, vel quia clamare non est ausus propter violatam fidem, propterea quod, vt opinio fuit, in ea turri cum arcis præfecti filia furum concubulset: quapropter & puellam quoque latitantem conticuisse patris iram metuentem. Hoc interfecto custode, & in arcem captam quinquaginta militibus Christianis 50 ingressis, & quid facturi erāt admonitis, Dux Gaditanus & Iacobus Merulus cum reliquis militibus ad oppidi portas accedentes, alios muros ascendere, alios portas eruere, & vt hostes fallerent, in alio loco supra oppidum æneatores classicum canere iubent, vt dum Mauri qui essent in armis, in eos exirent, ipsi per aliam partem facilius ingredi possent. Quod Mauris sero iam sentientibus & admodū perturbatis, non modo non armandi se, sed ne induendi quidē spacium dabatur, adeo vt NN ij

complures induti vestē duntaxat interulam & sine calceis, alii suę domus ingres-
sum defendere conabantur, alii per vicos, alii per plateas cum Christianis prælia-
bantur. Multi quoq; qui causa suę salutis ad arcem confugiebant, a Christianis qui
eam iussu ducis defendebant, occidebantur. Pugnatum est acriter in tenebris & ob-
scura nocte, Christianis Iesu & Marię virginis sanctiq; Iacobi nomen, & Mauris
Allam Mahomamq; conuocantibus, ab hora fere vltima tertię vigilię vsq; ad au-
roram & primam lucem, ingenti clamore mulierum & puerorum. Prope solis ad-
uentum Mauri perpauci qui supererant a prælio, per loca sibi nota diffugientes e-
uaserunt, aliorum cęsa maxima multitudine. Quorum cadauera Dux Gaditanus
extra muros efferri quamprimum iussit, & oppidi portas armis rebuſque ad pro-
pugnandum necessariis muniēdas certis militibus assignauit. Hinc arcem ingres-
sus nuncios cum literis quas pridie quam ad oppidum venisset, se sperans Deo iu-
uante sui voti, compotem fore, prudentissime scripserat, ad suos principes, ad Bæ-
ticos omnes equites, ad ciuitates misit alios atq; alios, vtpote qui Boauelim Gra-
natę Regem ad se cum magnis copiis venturum prospiciebat. Quod ita accidit.
Nā quod Alhama aberat ab vrbe Granata nō amplius octo & viginti millibus pas-
suum, Granatę principes ad eam venerunt infra paucos dies cum exercitu homi-
num millium circiter octoginta. Qui cum prope muros oppidi castra locassent,
postero die acriter oppugnare cęperunt. Christiani autem propugnabant, vt ho-
mines quibus vitę suę spes omnis in sua virtute consistebat, quos quidem & sua
salus, & certa fiducia venturi subsidii quoda suis Regibus, & a multis Hispanię
Bæticę magnatibus, & Christianorum populis expectabant, multo ferocius pro-
pugnantes hostes a muris submouebant. Rex autem Ferdinandus & Isabella Re-
gina, qui tunc Methymnę cui cognomen est Campus, commorabantur, primum
nuncium cum literis Gaditani Ducis acceperunt in aula rem diuinam audientes,
circiter Idus Martias anno millesimo quadringentesimo octogesimo secundo.
Qui literis iam perlectis inter celebrandum more suo Deo gratias agentes, sacer-
dotes vt canticum Te Deum laudamus canerent, iusserunt. Sacrificio autem per-
acto gaudio magno totius aulę dum epulis naturę satisfacerent, inter pranden-
dum Rex Ferdinandus, vt erat prudentissimus, & ingenio sagaci, animo secum
volutans Granatę Reges ad obsidendum Alhamam cum magnis copiis ituros, at-
que periculum quod obsessis impendebat, prospiciens, sibi mulas ad equitandum
& campeſtrem lectum leuiorem parari iussit. His itaque rebus expedite instru-
ctis a mensa statim confurgens, & item Regina, magno equitum numero & sa-
cerdotum, ad sancti Iacobi templum sese contulerunt. Vnde cum perorassent &
sacerdotes Te Deum laudamus concinuisſent, in palatium Rex reuersus eodem
die in vltiorem Hispaniam magnis itineribus ire contendit, & cum eo complu-
res equites qui tunc erant in curia, proficiscuntur. Interea vero cum Alhamę ca-
ptum per omnes Bæticę prouincię ciuitates fama distulisset, Henricus Gotho-
manus Dux Methymnę Sidonię vir magnanimus, etsi Gaditani Ducis erat ini-
micus, fide tamen quam suis principibus inuolatam semper præstiterat, & Chri-
stianę religionis amore commotus, omnes suę dom⁹ equites, quorum magnum
numerum habebat, & totius prouincię Bæticę & Castellę nobiles conuocauit.
Ex quibus fuerunt Iacobus Patiecus Marchio Villenę, Alphonſus Aquilaris a
Corduba Dominus Montillę, & Gonſalus Fernandez eius frater, & alii complu-
res equites & viri primarii, quorum nomina mihi non occurrunt. Triduoque pro-
priis pecuniis stipendia soluens equitum tria millia peditumque circiter quadra-
ginta coegit. Idem & alii multi prouincię proceres & ciuitates fecere. Vnaque
omnes coniuncti cum exercitu numerosissimo Alhamam versus proficiscuntur.
Quos Rex Ferdinandus qui die Mercurii ante Pascha resurrectionis Saltum Ca-
stulonensem, qui Serra Morena dicitur, iam transierat, vt cum eis se coniungeret
antequam Maurorum fines ingrederentur, consequi non potuit, sed in loco qui
Domini Gonſali Pons, vel (vt alii dicunt) Pontonius appellatur, fixo tentorio con-
stitit. Vbi die postero re diuina celebrata & eucharistię sacramento in suo taber-
naculo solenniter incluso, nuncius certus ad eum venit, qui Granatę Regem
cum

cum suis copiis ab obsidione Alhamę discessisse nunciauit. Henricus item Go-
thomanus Dux Methymnę cęterique duces exercitus & centuriones pridie hu-
ius diei cum acies apud Alhamam instructas haberent, de Maurorum fuga no-
cturna per suos exploratores cognouerant. Qui Alhamam profecti post multos
amplexus & honorifica verba vltro citroque habita, Methymnę Dux & Marchio
Gaditanus in pristinam beneuolentiam & amicitiam redierunt. Alhamam subin-
de Rex Ferdinandus adueniens, duces & multos equites humaniter amplectens,
omnium fidem & fortitudinem maxime commendauit. Hic triduo commoratus,
dum equites quos se subsequi iusserat, conuenirent, & commeatus comportarē-
tur, die quarto iam discessurus Iacobum Merulum equitem apprime nobilem, cui
plurimum confidebat, Alhamę præfecit, quem magno cum præsidio commeati-
buſque necessariis reliquit: & Gaditanum Marchionem secum ducens, Cordubę,
quo Regina post Idus Aprilis peruenerat, profectus est. Alhama capta Rex Fer-
dinandus & Isabella Regina fortissimi principes inter se multa conferētes, & quid
facturi essent cogitantes, Barbarorumque sæuitię memores, auxilio Dei quę sibi
semper adfuisse cognouerant, & equitum suorum viribus freti, bellum Grana-
tenſe foeliciter inchoatum gloriosamque victoriam prosequi decreuerunt. Quo-
rum sententię conuocato concilio, cunctis vtriusque ordinis equitibus & confi-
liariis assentientibus, & rebus ad belli vsum comparatis, e Corduba Rex Ferdinā-
dus exercitum validissimum ad Loſcam, quam Loxam vocant, Maurorum ciui-
tatem magnam & natural loci præsidioque hominum munitissimā perduxit. Vbi
duces eius signari locorum castra male posuere, vbi facilius ab hostibus ex locis su-
perioribus offendi, quam hostes offendere poterāt. Hic dum iussu Regis in alium
locum tutiorem castra tumultuose transferuntur, Rodoricus Tellius Gironius
ordinis Calatrauę Magister equitum, a Mauris qui ex locis superioribus in Chri-
stianis tela coniciebant, duabus sagittis male percussus occubuit, & in quatuor
horarum spacio confessus animam efflauit. Quę res & casus infelix totius exer-
citus animos perturbauit. Quod cum Rex Ferdinandus animaduertisset, qui
& obsidionem Loxę difficilem periculosamque esse videbat, castra mouens in-
structis ordinibus ab obsidione discessit. Vbi totus eius exercitus Mauris eru-
ptionem repente facientibus, non sine maximo periculo regię salutis restiterunt.
Hoc autem die plures Christianorum duces hostibus vires suas ostentarunt, &
fortissimos animos & præcipue Antonius Fonscus, Federicus a Toletto Dux Al-
uanus, Fernandus Vega, Alphonſus Cardinas, & Ioannes cui Ribera nomen erat,
dominus Montis maioris. Qui cum Regem suum in magno discrimine vidisset,
suę cohortis equites hortatus & pedites, tam diu sustinuit impetum multitudinis
Maurorum, donec Regem periculum euasisse cognouit, & castra in tutiorem lo-
cum translata fuerunt. In quo prælio eius cohortis viri fortissime pugnantes sex-
aginta perierunt, & ipse tandem propulsatis hostibus incolumis euasit. Hac æsta-
te nostri principes Alhamam firmiter præsidii multisque commeatibus &
rebus necessariis muniri iusserunt, & Calatrauę dignitatem Garſię Lupo Padillę
supplicanti conditione detulerunt, vt suis expensis præsidia quę Alhamę custo-
diam defensionemque relinquebant, sustineret. Hac conditione accepta digni-
tate, cum Petrum Manricum Ducem Naiarensem terrę Cordubę & Iænis, Al-
phonſumque Cardinam Sancti Iacobi militię præfectum Hispalensi solo præfe-
cissent, oppidum Madritum, quod homines nostri temporis non indocti Mantu-
am Carpentanam vocant, ad hyemandum veniunt. Quibus pridie Nonas Aprilis
tristis nuncius magnam attulit sollicitudinem, propterea quod Idibus Martiis cum
Rodoricus Pontius Dux Gaditanus, Alphonſus Cardinas, quem supra memo-
rauimus, Ioannes Siluius Comes Cifontanus, & alii complures equites qui Bæ-
ticam prouinciã præsidio tenebant, prædandi causa Maurorum fines & cam-
pos qui sunt inter Malacham & Bellamalacham, ingressi, magna inde cum præ-
da redeuntes a Maurorum equitum multitudine circumuenti eorum multi per-
ierant, & cum multis equitibus Cifontanus etiam Comes captus fuerat. Hac
itaque re cognita Rex Ferdinandus in Bæticam, & Regina in Celtiberiam
NN iij

provinciam proficisci statuere. Qui cum paschalia festa celebrassent, quarto Idus Aprilis ex oppido Maiorito paululum digressi constiterunt, & per campum simul equitantes antequam iter facerent colloquentes, de Mauris qui Luccenatum campos, qui sunt in Batica provincia, populatum venerant, praelio victis & Granatæ Rege iuniore capto, nūcium lætissimum acceperunt. Hic autem Granatæ Rex iunior qui Mahomedus nomen habebat, fuit Abulihaceni Regis filius, qui patre mortuo contra Boabdelim patrum qui regnum occupare conabatur, bellum gerere cœperat, tota Granatæ ciuitate in duas factiones diuisa. Quæ res vt in regni societate fieri solet, vtrumque Regem possessione spoliavit. Sed ad Regē captū redeo. Quem multi deprehensum fuisse dicunt a Iacobo a Corduba Comite Caprensi, tamen non defunt, qui a Iacobo a Corduba regionum principum custode, quem Alcaide delos donzeles Hispani vocant, captum contendunt. Ego vero quoniam adhuc inde cisa re sub iudice lis est, etsi ducem vtrumque & omnes equites qui in ea pugna fuere, magna laude perpetuaque memoria dignos existimo, victoriam tamen illam Regi que captiuitatem acceptam refero Deo optimo maximo, qui Maurorum magnis copiis praelio victis & profligatis, eorum Regem capi permisit, quo facilius atque breuius Mauritana gens omnis in Hispania, quæ Mahomæ ritum falsum prauum que morem seruabat, turpiterque viuēbat, ad sui cultum & Catholicam fidem perduceretur. Sed redeo ad principes nostros. Qui literis de Regis Granatæ captu perlectis institutum iter ire contēdunt, & Regina Logronium, quod est Cantabriæ oppidum, peruenit, & Rex in Baticam provinciam profectus, cum exercitu magno Granatæ fines ingressus campos & fruges omnes igne ferroque vastauit. Hinc subinde arcem Tairæ machinis oppugnatam, & summotis propugnatoribus appositis scalis accepit. In cuius oppugnatione Henricus Ferdinandi Regis auunculus icu sclopete in altero crure fuit grauiissime percussus. Hac arce capta, Rex Alhamam nouis præfidiis & commeanibus muniri iussit. Deinde Gaditanum Ducem, & Garfiam Lupum Padillam, cum exercitu magno Baticæ provinciæ præsidio relinquens, Victoriam, quæ ciuitas est Cantabriæ, profectus est. Hinc adueniente vere cum in Aragoniam venisset ad conuentus agendos, cum Regina se coniunxit, conuētibuscque peractis in Aragonia, simul in Baticam redierunt, & cum magnis copiis Granatæ fines ingrediētes, Aloram oppidum Maurorum breuiter capiunt. Quibus mos erat, vt cum primum vel ciuitatem vel oppidum cepissent, statim signiferos suos in arcem vel in aliquē locum eminentiorem iubebant ascendere, qui primum signum salutiferæ Crucis attollerent. Quam cum sublatam suspexissent, in terram statim procidentes adorabant Deo gratias agentes, & sacerdotes Te Deū laudamus decantabant. Secundum signum vexillum erat Sancti Iacobi apostoli, quem patronum suū vocat Hispania, quo perspecto nomen eius inuocabant. Tertium autem vexillum erat regium, titulis & armis insignitum, quod vniuersus exercitus conspiciens altis vocibus Castellæ nomen sæpius iterabant. Sublatis vexillis subinde Præsul in oratoriā domum (quam Mezclitam Mauri vocant, & cōgregationem sicut Iudeorum synagoga significat) ingressus, benedictam & consecratam Christiana religioni dedicabant. Post Aloram captam equites quidam Christianorū exercitus in agros Cazarabonellæ, quod erat oppidum Maurorum, prædandi causa cupidius ingrediētes, a Mauris qui eos in suos fines venturos ante cognouerant, commisso prælio profligati fuere. E quibus Gutterius Sotomaior Comes Benalcazaris a Mauro sagittario letale vulnus accipiēs occubuit. Rex autem & Regina vbi Aloræ Ludouicum Portucarrerium dominum Palmæ præfecerunt, in captis oppidis necessaria præfidia collocarunt, ad hyberna Cordubam venerunt. Vnde post hyemem in principio veris Regina Hispalim proficiscente, Rex in Maurorum fines reuersus oppidum Settenilum cepit, multosque pagos propinquos: qui cum Settenilū captum vidissent, sese dederunt. Hinc Hispalim Rex Ferdinandus proficiscitur, vbi Regina tunc erat, & hyemem discēdēte Rex Cordubam rediit, & cum duobus exercitibus ad oppugnandum Coynum oppidum & Carthamam profectus est. Atque castris apud vtrumque oppidum positus Rex Coynum oppugnās, Carthamam

thamam quæ non longe a Coyno distabat, eodem tempore ab Alphōso Cardino Petroque Velasco Castellæ Comestabili suis ducibus oppugnari iussit. Oppidani autem vtriusque oppidi cum sese defendere non possent, & omni subsidii spe destituti, Ferdinando Regi sese dederunt. Quibus Rex in deditioem acceptis, Alphōso Cardino Carthamæ arcem gubernationemque cōmendauit, & ex Coyno discedens, Rondam, quam nonnulli Mundam esse falso putāt, obsessum venit. Quam paucis diebus captam, Antonio Fonséco commisit. Hinciam discessurus Marubellanos qui ad eum vltro venerunt, in deditioem accepit, quibus Villandrandum Ribadei Comitem gubernatorem relinquens, Cordubam se contulit. Cuius imperio Iacobus Comes Caprensis ad oppugnandum oppidum Moclinum missus cum Mauris prælium committēs, profligatus rediit. Rex autem Ferdinandus interea Cambilenses & Alhabareses oppugnatione ceperat. Quorum arcibus & oppidis Franciscum Bouadillam præficiens, Alcalam Henarem, quam Hispani viri non indocti Complutum vocant, ad hyemadum venit. Hic infans Catharina nata est, quæ fuit Britanniæ quam Angliam vocant, Regina. Ætate autem quæ secuta est, Rex & Regina Cordubam reuertuntur. Vnde Rex cum magno equitum & peditū numero Loxam repetit. De cuius aduentu Granatæ Rex Boabdelis admonitus, quoniam suæ defensionis & Christianis resistēdi spes omnis erat in Loxa, in eam priusquam Ferdinandi Regis copiarū venissent, ingressus est. Postero autem die Rex Ferdinandus adueniēs, dum castra locis opportunis collocasset, suburbia in quibus erat magna pars ciuitatis, tormētis & aliis armorum generibus oppugnari iubet. Huius oppugnationis initium Federico a Toledo Aluani Ducis filio cū suæ custodiæ militibus electis assignauit. Vbi Christianis acriter oppugnātibusc, Rex Granatæ noctu clam discessit. Cuius absentia postero die Loxæ ciues Ferdinando Regi sese dederunt, & Rex Ferdinandus satis prudenter Loxæ, quoniam erat magna ciuitas & Granatæ propinqua, Aluarum Lunam cum magno Christianorum præsidio reliquit. De Loxa Illoram veniens, eam paucis diebus accepit. Interea Regina ad visendum Loxam venerat, quam Rex Ferdinandus rogatum misit, vt ad se Illoram veniret. Hinc simul ad oppugnandum Moclinum oppidum proficiscuntur. Erat autem Moclinum in aspero loco positum, & natura loci humanoque præsidio valde munitum. Quæ res oppugnantibus labor erat maximus, sed expugnatum tādē fuit captumque diuinitus: propterea quod Christianis acriter oppugnantibus & Mauris fortissime propugnantibus, ex tormento lapis orbicularis excussus flammaque coruscans in eam arcis turrem concidit, in qua puluis erat qui molitis carbonibus & sulphure cæterisque rebus conficitur. Quo repente succenso & turris confestim corruit, & Mauri complures qui in ea erant, combusti fuerunt. Quæ res admirabilis & ostento per similes Maurorum mentes admodum perturbauit, quippe qui putauerunt ignem propter eorū pertinaciam e cœlo delapsum. Ideoque timore magno percussi postero die de pace legatos ad Ferdinandum Regem miserunt, & sine vlla cōditione sese dederunt. Quibus in deditioem acceptis, & oppidi portis reclusis, more suo catholici principes in arcem crucigerum vexilliferosque præmiserunt, quos armatos equites & sacerdotes Te Deum laudamus canentes subsequi iussere. Erat autem in hoc oppido magnus captiuorum Christianorum numerus, erāt etiam multi sacerdotes in focis & subterraneis spelūcis vincti catenis ferreis. Qui cum regios sacerdotes oppidum ingressos Te Deum laudamus canentes audiuisent, ipsi quoque magno gaudio canere cœperunt, Benedictus Dominus Deus Israel. Hos e carcere solutos & ad se venientes cum vidissent catholici principes squalidos ac pene nudos, & barba capilloque promisso, vbertimque flētes, indui & viatico donatos ad suas domos ire iusserunt: & Martinum Alarconium in Moclini custodia relinquentes ad Granatenfes campos proficiscuntur. Quibus igne ferroque vastatis, & Federico a Toledo cum exercitu magno in Batica provincia relicto, in Galleciam proficiscuntur, vbi factiones & tumultus Lemi Comitis & Villæ Francæ Marchionis aliarumque sororum eius, quoniam armis inter se de patrimonio statuque contendebant, compescerent. Qui cum venissent ad oppidum quod Palatium Valduer-

na dicitur, Lemianus Comes ad eos veniens se ipsum suaque omnia bona eorum potestati tradidit. Principes autem catholici cum eos recōciliaffent, & vnicique quod suum erat, tribuiffent, pro suis expēsis oppida duo, Sarriam & Castrum Regium sibi retinere. Hinc in Compostellam profecti cum sancti Iacobi Apostoli Hispaniæ patroni limina visitaffent, Salmanticam venerunt. Hic hyemantes conuentum iuridicum quem Cancellariam vocant, ex oppido Vallisoleto Salmanticam transferri iusserunt, quem in parte domus Pontificalis quam ipsi colebant, collocarunt, vt quo ordine lites deciderentur, quaque diligentia expeditur negotia, cognoscerent. Quibus rebus iam perspectis Alphonsum Fonseca Compostellanum Antistitem, virum literatissimum, administrandæ iustitiæ præsidem relinquentes, Idibus Martiis, hyeme iam præterita, Salmantica discedunt, & exercitum quem in prouinciam Baticam præmiserant, apud Cordubam consecuti cum magnis copiis Bellamalacham versus iter faciunt, & cum exploratoribus equites qui locum castris idoneum deligant, præmittunt. Qui, quoniam ciuitas hæc in extremo collis exposita est, locum pro castris altiolem supra ciuitatem delegerunt. Ad quem locum cum Rex Ferdinandus venisset, castraque locasset, oppugnari suburbium iussit. Cuius oppugnationis inittū dedit Federico a Toletō, qui custodiæ Regis equitibus præerat. Granatæ autem Rex interim Bellamalachenfibus Mauris obsessis subsidio veniens, per altos mōtes & inuia loca vsque ad Christianorum castra magnum duxit exercitum. Quibus occurrentes Christiani prælium committunt. Quod vbi Rex Ferdinandus animaduertit, equum statim conscendens cum multis equitibus occurrens, in equitem Maurum lanceam fortissime coniecit, ensēque qui in ephippii parte anteriori pendeat, manu perstringens e vagina extrahere non potuit. Quæ res causa fuit, vt posthac ensē nunquam ephippio, sed suo lateri semper accinctū tulerit. Hoc prælio Mauris qui subsidio venerant, iam profligatis, dum ciuitas acriter oppugnatur, multa tormenta multosque pulueris cados & tintinnabula varii generis ab Imperatore Maximiliano missa catholici principes acceperunt: tormenta quibus Maurorum turres mœniaque diruerent, & tintinnabula, quæ in captis consecratisque templis appendent. Quæ cum e nauibus exposita in littore vidissent Bellamalachenses ciues, timore magno coacti manus dederunt. Quibus in ditionem clementer acceptis principes Catholici postero die castra mouēt, & exercitum ad Malacham ciuitatem validissimam ducunt. Quam positam apud eam castris, ab arce quam a ciuitate paululum remotam Gibralfarum vocant, ad mœnia ciuitatis & arcem alteram quæ dicitur Alcazaua, totam pene ciuitatem stationibus circumdantes vsque ad littus maris obsidione quam longissima cingunt. Locus autem est ab arce iugosus & procliuus, in quo Rex Ferdinandus hoc modo stationes disposuit. Apud arcem Gibralfarum primum & altiolem locum Duci Gaditano, Aluaro Bacciano, Petro Bacce, Gutterio Sotomaiori, & arcis Attenfæ præfecto dedit: secundum Biarani Ducis equitibus: tertium Iacobo Lupo Aialæ & Francisco Bouadillo: quartum principum præfecto: quintum ciuibus Hispalis & Cordubæ: sextum Comiti Feriano: septimum equitibus præfecti Calatrauæ, quibus præerat Gutterius Padilla nepos eius ex fratre: octauum Federico a Toletō cum equitibus regiæ custodiæ, & Rodorico Pimentello Comiti Beneuentano, & Petro Manrico Duce Nariarēsi: nonum præfecto maiori ordinis sancti Iacobi: decimum Gutterio Cardine præfecto maiori Legionis: vndecimum Ioanni Stunico ordinis Alcantaræ præfecto cum multis sui ordinis equitibus: duodecimū apud alterā arcem in loco prope littus maris Antonio Fonseca. Hoc ordine stationibus iam peractis, mane nōdum orto sole Mauri complures qui subsidio elam venerant, in primam stationem irruentes Sotomaiorem & Arcis Attenfæ præfectum occidunt, & Petrum Baccam, Aluarumque Baccianum, & alios equites grauiter vulnerarunt. Qui cū Christianis vndique concurrentibus resistere non potuissent, per inuia loca & saltus asperos effugerunt. Rex autem Ferdinandus in occisorum locum Ferdinandum Vegam & Franciscum Almeidam equitem Portugalliæ substituit. Et quod erat oppugnatio difficilis ac periculosa, duces omnes admonuit, vt Mauros a ciuitatis exitu prohiberent,

prohiberent, & subsidio venientes propularent: quippe qui ciuitatem multo facilius obsidione diuturna & longa fame quam oppugnatione capi posse cernebat. Duces itaque dicto Regis audientes, in castris omni copia rerum quæ terra marique comportabantur, refertis, sese continebant, nec vllō ingrediente Mauro nec exeunte. Post dies autem aliquos cogente fame Maurus quidam, audax magis & temerarius, quam fortis & prudens, quasi Scauola Romanus alter decreuit aut mortem subire, aut Regem & Reginam de medio tollere. Qui hora fere pomeridiana indutus pallio quod albornoium vocat, accinctus ense breui quem pallio suo tegebat, ex arce Gibralfaro egressus, ad Gaditanum Ducem qui (vt supra demonstrauimus) in prima statione manebat, vltro se contulit, cui Regem & Reginam se querere dixit, quibus res aliquas necessarias & profuturas dicere volebat. Quæ Dux, quoniam ipse a statione sua discedere non audebat, cum alumno suo ad regium tabernaculum misit. Huc cum venisset Maurus, quoniam Rex & Regina post meridiem somno tenebantur, interim tentorium Beatricis Moianæ Marchionis ingreditur, vbi spectabilis mulier & ornamentis exculta regiam maiestatem referebat apud Aluarum Portugalliæ sedebat. Quos cum vidisset Maurus, quoniam iam vitæ suæ finis aderat, Regem & Reginam esse ratus, ense stricto Aluarum repente male percussit in capite, & ad Beatricem conuersus vociferātem, antequam eam attingeret, a famulis qui aderant, pugionibus est confossus. Alius etiā paulo post casus accidit non minoris infamiae, ideoque referendus. Ex Africa Maurus veniens, quem cæteri Mauri Sanctum vocabant, clam noctu ciuitatem ingressus, a Mahomma se missum venisse Malachæ ciuibus cōcionando dicebat, & Mahommam in eorum auxilium venturum persuasit, quem si in Christianorum castra prorumperent, ante se pro suis cultoribus pugnantem visuri erant, & Christianos victos ad Cordubam vsque persequerentur. Quin etiam quicumque sibi pugnantem contra Christianos adhererent, non modo non occidi, sed ne vulnerari quidem possent. Huic infano gens ignara & ad superstitionem procliuis fidem adhibētes, postero die prima luce eruptionem facientes ea castra inuadunt quæ mari propinqua Rex Ferdinandus Ioanni Stunico ordinis Alcantaræ magistro commiserat. Quibus cū Christiani milites equitesque vndique concurrentes prælium committunt, & omnium primus Maurus ille qui se sanctum & Mahommæ nunciū simulauerat, idu magno lapidis in capite percussus occubuit, reliqui multis acceptis vulneribus, in ciuitatem sese retulere. Erat in hac ciuitate præter Gibralfarū arx altera maior, Alcazaua nomine, cuius custos erat homo quidam diues, sed non bellicosus: Gibralfari vero bellicosus, non autem diues. Arcis vtriusque præfecti, cum ciuitas indies crescente fame conuocato concilio legatos ad catholicos principes de ditione mittere vellet honestas condiciones petituros, aliorum votis assentiri noluerunt. Qui cum postea famem diutius pati non potuissent, vltro ac sine vlla conditione sese dederunt, vita duntaxat concessa. De quibus acceptis in seruitutem catholici principes multos vtriusque sexus ad seruiendum magis idoneos principibus Christianis dono miserunt, alios suis ducibus, equitibus, domesticis & familiaribus distribuere. Miserunt & magnum numerum pro Christianis captiuis redimendis in Africam. Qui capta ciuitate Garfia Fernando Mantico commissa, & Federico a Toletō cum magnis copiis in Batica prouincia relicto, in Hispaniam citeriorem proficiscentes diem quintum ante Pascha resurrectionis Valentiam peruenerunt. Vnde peractis conuentibus negotiisque cōfectis ad exercitum redeunt, ex itinere Murciam ingressi corporis Christi diem festum celebrarunt. Et e Murcia digressi obuius venit Federicus a Toletō, quem, vt supra demonstrauimus, cum exercitu reliquerant, com meatum petens ad patrem suum Aluanum Ducem qui grauiter ægrobat, profecturus. Quo satis honorifice dimisso Rex Ferdinandus Maurorum fines ingressus, oppidum Veriam, Porchenæ terminos, Tabernas, Oscam breuiter cepit, & omnes Baccæ campos percutrit, & Bacciam Abderamque, quam Almeriam vocant, quas anno sequenti oppugnare decreuerat, diligenter inspexit. Deinde cum Veriæ Garfiam Lassum cognomēto Vegam, Tabernis Hurratum Lunam, Porchenæ Ioannem Benauitem, Oscæ Rodoricum

Manticum, Benamaurelæ Aluarum Baccianum præfecisset, Ducemque maiorem Ludouicum Portucarrerium contra Mauros Baccenses & Guadixianos reliquisset, ad hyemandum in oppidum Vallisoletum venerunt, vbi cum legatis Imperatoris Maximiliani de coniugio Ioannæ filix cum Philippo Maximiliani filio Austriæ Duce, & Margaritæ sororis eius cum Ioâne Hispaniæ principe simul egerunt. Quare perfecta hinc pridie Kalendas Aprilis Rex Cordubam venit, & inde Iaenem. Vnde digrediens arcem & oppidum Cuiarum expugnatum cepit. Vbi præsidio quod satis esse visum est, relicto, ad Bacciam, quæ ciuitas erat magna, validissimum duxerunt exercitum. Cuius ciuitatis obsidio fuit & oppugnatio diuturna, multumque laboriosa ac difficilis. Erat enim in ea cum Rege suo Baudele
10 Maurorum maxima multitudo bellicosissimæ gentis, qui sæpius eruptionem facientes cum Christianis acerrime pugnabant. Victitandem catholicorum principum constantia, & præsertim Reginæ quæ iam defatigatis ducibus subsidio venit, & suorum equitum militumque patientia manus dederunt. Quibus receptis in deditionem, Abderæ ciues & Guadixiani catholicis principibus vltro sese dederunt. Ad quas ciuitates capiendas cū venissent catholici principes, Baccix gubernatione dederunt Henrico Ferdinandi Regis auunculo, Guadixæ Cazorolæ præfecto Cardinalis Hispaniæ fratri, & Abderæ Gutterio Cardino præfecto Legionis. Dederunt præterea Petro Mendozio Cardinali pagos omnes Zenetanos, qui sunt apud Guadixiam & Porchenam. Contulerunt & alios Gutterio Cardino, qui
20 sunt in ripa fluminis Abderæ. His confectis rebus catholici principes in Guadixia ducem maiorem Iacobum Lupum Pachicum Villenæ Marchionem relinquentes, Hispalim venerunt. Hic filiam Isabellam natu maiorem Alphonso Portugalliæ Regis filio desponsarunt, quam ad sponsum miserunt in Portugalliam comitantibus Petro Mendozio Cardinale, & Rodorico Pimentello Comite Benauenti, multisque aliis equitibus & episcopis. Hinc Rex Ferdinandus in initio veris cum magnis copiis Granatam versus proficiscitur. Quæ quidem expugnatis omnibus & captis ciuitatibus, oppidis, & arcibus, admodum tristis & sola, quasi corpus sine membris, arbor sine ramis, & mater orbata liberis remanebat. Cuius agros Rex Ferdinandus ingressus, igne ferroque vastauit, qui depopulatis agris Iacobum
30 Pachicum Villenæ Marchionem Ducem maiorem, quem generalem Capitaneum vocant, in Alcalá Regia relinquens Hispalim ad Reginam reuertitur. Inde Nonis Septembribus rursus ad vastandum agros & omnes Granatæ fructus rediit. Hic cum Mauris equitibus ex vrbe Granata egredientibus prælio commisso, magnus hostiū numerus cecidit, & ex Christianis pauci desiderati, multique vulnerati fuere, Marchioque Villenæ Dux maior exercitus in altero brachio lancea vulneratur. Quem vix sanato vulnere Rex iterum in Alcalá Regia totius exercitus præfectum relinquens, ad Reginam Hispalim se recepit. Hinc circiter Nonas Maias ad Granatenfes agros rediens cum fruges & arbores deuastasset, in loco
40 Granatæ propinquo, quem Goscon Mauri vocabant, vbi rus erat & domus aggregitis, in solo plano sita, distans a Granata passuum millia circiter octo, castra locauit, vbi nouam urbem catholici principes habito concilio condere statuerunt, in qua durante bello tutus exercitus hyemare posset. Hanc autem urbem quadrangularem forma designatam, & nomine Sanctæ fidei nuncupatam, quo breuius catholici principes attollerent, Hispalis, Cordubæ, Iaenis, Astigi, quam Eciiam vocant, Baecæ, Vbedæ, Carmonæ, Xeris, Anduxaræ primariis in provincia Bætica populis ædificandam commiserunt. Quorum iussa liberaliter omnes capessentes, & laudis auidi, summaque contentione die noctuque festinantes, urbem, mœnia, turres, fossas, aggeres, portas, vallumque per paucos dies absoluerunt: qui profecto vel propter labores quos patientissime pertulere, vel propter
50 pecunias quas in opere conficiendo largissime profundeabant, insigni laude suorumque principum gratia digni fuere. Verum enim uero si virtuti sua præmia danda sunt, eodem tempore non minorem gloriam regiamque benevolentiam meruerunt strenui duces & omnes equites fortissimi, qui Mauros Granatenfes ad impediendum opus irruentes acerrime, nec sine fuso sanguine propulsa bāt, & equestres

stres hostium copias quotidianis præliis minuebant, adeo vt Mauris ex equorum fere quinque millibus vix trecenti supererant. Quæ res nimirum Granatenfi bello finem inuenit. Granatæ nanque Rex Boabdels suis equitibus amissis, & ciuitatibus quatuordecim centumque oppidis a Christianis expugnatis & captis atque depopulatis agris, cum intra Granatæ muros ingentem multitudinem & hominum millia fere ducenta sine comitatibus alere non posset, & omni spe subsidii destitutus, de facienda deditione cogitauit. Qui suis accitis cōsultoribus quibus confidebat, eorum sententias explorare cepit, quorum vnum qui cæteros ætate & autoritate antecederat, in hunc modum locutum accepimus. Quoniam
10 me quid de hoc infortuno nostro miseraque cōditiōe sentiam, dicere iubes, optime Rex, ego quidem te scire velim, vt quod ipse retulero, non ex ingenio meo depromptum fuisse putes, sed istorum qui adsunt, iudicio prudenter excogitatum, quippe qui tuam nostramque miseram sortem dolentes simul omnes hac de re iā diu collocuti sumus, & penitatis nostris & hostium viribus, in eam demum sententiam omnes conuenimus, vt tibi deditionem faciendam esse libere diceremus. Tu itaque qui sæpe studium & fidem erga te nostram magnis in rebus es expertus, nunc etiam æquo animo iudicium suscipere debes & in consulendo libertatem: quandoquidem nulla prorsus alia via salutis ostenditur. Quare deditio est quidem
20 maxime necessaria. Nam per Allam atque Mahomam quid nobis tot in bello peremptis equitibus, quid omnibus amissis ciuitatibus & oppidis, quid tantis detrimentis acceptis sperare licet, si Christianorum exercitus, copiis nostris iam consumptis indies augentur, si de nostris in præliis quotidie victoriam consequuntur, si nos denique rebus omnibus antecedit? In quorum castris equitum millia duodecim, peditumque centum esse dicuntur. Christiani præterea principes eo consilio nouam urbem apud nos ædificare iusserunt, vt inde nisi ciuitatem nostram ceperint, non recedant. Quapropter hoc consilium tibi damus, quoniam nobis neque defensionis vlla spes est, neque subsidii. Iam primum ab externis principibus auxilia quæ non defutura nobis arbitrabamur, frustra diutius, vt vides, expectauimus. Quæ etiam si nunc aduertarent, & nobis ex Asia tota Africaque suppetias venirent, ea profecto quamuis magna, Christiani qui validissimis præsidii omnia loca terra marique tuentur, non modo propulsare, sed etiam facile delere possent. Deinde quanta sit in hac vrbe senum & puerorum mulierumque multitudo non ignoras, qui nimirum quoniam nos elementorum genera omnia deficiunt, diuturniorem famem tolerare non poterunt, & esurientes extrema fortasse necessitate compulsi nos deserent, & ad Christianorum castra confugient. Est itaque nobis non hostis modo, sed etiam nostra plebs ieiuna valde vitanda, quæ sine dubio miseram seruitutem & genus omne malorum patientius quam famem tolerabit. Quod si viri fortis est atque magnanimi mortem potius velle, quam regno priuari & iugum subire seruitutis, tu tamen princeps non minus humanus &
40 prudens, quam fortis & magnanimus, non tuæ solum dignitatis habere rationem debebis, sed etiam salutis noueræ tuæ, & ætatis fratrum tuorum, & denique huius tui populi, tibi studiosissime semper & obsequentissime famulantis. Qui profecto si tu fortunæ quæ nobis aduersa fuit semper, casus armatus experiri potius quam nostrum probare consilium malueris, cum tibi, quod Alla prohibeat, mali quid acciderit, non dubium est quin veniant omnes in tuorum hostium potestatem, & ea mala passi quæ victis solent ab elatis vicioribus accidere, captiui demum seruorum more vendantur. Consulas igitur tibi primū, Rex prudentissime, deinde tuæ charissimæ noueræ, & duobus fratribus, quo stant opere diligis, & postremo ciuibus tuis vniuersis, vt & Rex bonus & pater benignus prospicias. Ne tua pertinacia
50 committas, vt vrbe vi capta aut serui fiant omnes, aut occidantur. Quod malum omnium malorum maximum ne accidat, facile si deditionem feceris, euitabis, & te tuosque omnes cōseruabis incolumes. Nā et si mortales omnes natura liberati, qua nihil est animis ingenius optatius, auidissime studēt, & miseram conditionem seruitutis oderunt, sapientis tamen hominis est necessitati quam vitare non possit, æquo animo parere. Quoniā igitur te sūma necessitas vrget, & in sola dedi-

rione salutis spes omnis ostenditur, eam profecto, si tua tuorumque vita tibi chara est, differre non debes. Ad quam te quidem non extrema solum necessitas, sed etiam Ferdinandi Regis & Isabellæ Reginæ singularis humanitas & integerrima fides hortari debent, quippe qui sunt, ut fama est, & nostri quoque prædicare solent, in omni genere virtutis principes excellentes, & in eos præsertim qui spõte se dederint. Cuius rei Lofcani, Rondenses, Guadifiani, Abderenses, & alii complures sunt testes, qui nunc apud Christianos commorantes honorifice commodeque viuunt, & neque institutis nostris neque cerimonis prohibentur. Malachensibus vero cæterisque qui pertinaces fuere, quod acciderit, non ignoramus. Quamobrem si priusquam oppugnare nos cæperint, vltro deditioem feceris, nõ dubium est quin tuæ dignitatis rationem habeat, & te non ut hostem, sed ut amicissimum liberaliter & magnifice recipiant, & noueræ tuæ fratribusque bene consulant. Quod si tibi regium nomen & insignia deponere molestum est multumque difficile, te tamen vna vel maxima ratio cõsolabitur, propterea quod hoc regnũ quod, ut scimus, olim Christianorum fuit, & a maioribus tuis usurpatum, ipse nunc iniuste possides, non amittes quidem, sed quibus iure debetur, restitues, & eorum gratiam & amicitiam quam Reges omnes magnificiunt, demerebis. Hoc a reliquis consultoribus qui aderant comprobato consilio, Rex Boabdelis qui deditioem facere iam decreuerat, cum in aliquos Granatæ ciues viros primarios, qui clam se catholicis principibus, ut eorum gratiam aucuparentur, ciuitatis deditioem promiserant, animaduertisset: subinde legatos ad Regem & Reginam clam misit in castra, quibus supplicabat, ut suorum aliquem ad se mitterent, qui cum de pacis & deditiois cõditionibus agerent. Rex autem & Regina cum legationem libenter audiissent, cum legatis eisdem Granatam redeuntibus Gonfalonem Ferdinandum Aquilarem, qui Mauris Granatensibus erat notissimus, & eorum linguam callebat, Ferdinandumque Saphram secretarium miserunt, ut quas Boabdelis pacis & deditiois condiciones peteret, intelligeret, sibi que relatum venient. Qui cũ Granatæ Rege collocuti, cum duobus eius consiliariis ad catholicos principes in castra redierunt. Quibus cum Boabdelis mandata mentemque retulissent, rursus ad Boabdelem Granatam remittuntur. Qui sæpe modo castra, modo Granatam repetentes, et si quæ referebant omnibus erant oõcultas, rei tamen finis optatus & optatissimus nobis omniumque Christianorum votis satisfecit. Boabdelis nãque catholicis principibus obsequens & regia dignitate tituloque priuatus, Kalendis Ianuariis, anno Christianæ salutis millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, Granatæ portis reclusis, magnam Christianorum militum numerum in Granatam urbem & in Alhambram recepit, regiamque domus turres, vrbis portas, & omnia munitiora loca Christianorũ præfidiis assignauit. Posteroque die mane captiuos Christianos complures compedibus vinculisque solutos, cum quingentis obsidibus quos se daturum pactus fuerat, ad catholicos principes misit in castra. Reges autem catholici cum per tentoria distributos obsides obseruari diligenter & honorifice tractari iussissent, ad captiuos Christianos qui, Benedictus Dominus Deus Israel, decantabant, conuersi, cum flentes & toto corporis habitu & vultus effigie deformatos aspexissent, eorum sortem miserantes, omnes indutos rebusque necessariis adiuuantes ad suas domos ire iusserunt. Quorũ vnus qui sacerdos erat & non indoctus, antequam discederent, O principes, inquit, cœlestes, o Dei Opt. Max. fortes & magnanimi duces, qui nos hodierna die a grauissimo iugo seruitutis, vel potius ab vmbra mortis & horrendis tenebris ad clarissimã optatissimamque vitæ lucem reuocastis, viuatis, in æternũ viuatis. Et quoniam vobis pro vestris erga nos immortalibus beneficiis gratiam referre nõ opis est nostræ, eam sine dubio cumulatissimam speratis ab eo, qui pias hominum mentes ex alto prospiciens, vnicuique pro meritis digna præmia perfoluit. His dimissis eodẽ die catholici principes cum Ioanne & Ioanna filiis, cum Petro Mendozio Cardinale, cumque suis ducibus & multis equitum peditumque cohortibus instructis, Granatã versus proficiscuntur. Quibus ad urbem appropinquantibus Boabdelis quinquaginta fere comitatus equitibus obuiam venit, qui tristi vultu capiteque demisso ac flenti similis Ferdinandi

Ferdinandi Regis osculari dexteram contendit. Rex autem Ferdinãdus manum subtrahens, Boabdelem perbenigne suscepit, paucisque verbis vltro citroque per interpretes habitis, ad Isabellam Reginam quæ cum prole sua & Cardinale cæterisque ducibus Regem subsequebatur, Boabdelis accedens idem fecit. Quem Regina pari benignitate recepit, & ad spem meliorem verbis honorificis hortata est. Cum autẽ prope vrbis moenia peruissent, Ferdinandus Talabricus Abulensis Episcopus & Granatæ vrbis Archiepiscopus designatus, qui crucis vexillum præferebat, altiore arcis Alhambrae turrem conscendit, & erectam crucem reliquaque vexilla cunctis ostedit. Quæ cum catholici principes regiaque proles & vniuersus exercitus flexis genibus Deo gratias agentes adorassent, & arcis Alhambrae custodiam Ignico Mendozio Tendiliano Comiti commississent, ad urbem nouã redierunt in castra, secumque Boabdelem adduxerunt. Vbi permanere statuerunt, quoad usque traditis armis a Mauris, & auctis Christianorum militum præfidiis, in urbem populosissimam tutior esset ingressus. Hic diebus paucis commorati quibusdam confectis negociis & rebus ad vrbis ingressum necessariis comparatis, cum multis armatis equitibus quos ex multis partibus acciuerant, & magno sacerdotum numero, Te Deum laudamus, decantante, Granatam urbem Deo Opt. Max. cuius auxilio belli peroptatum finem gloriosamque victoriam fuerat adepti, gratias agentes ingressi, valdeque lætantes, vota quæ religiose promiserant, perfoluerunt. Deinde certos nuncios cum literis de victoria quam Deo iuuante de Mauris Christianæ religionis hostibus habuissent, ad Innocentium summum Pontificem, ad Cardinales, ad Christianos principes, ad omnes Hispaniæ Siciliæque ciuitates destinarunt. Qui gaudio magno exultantes cum primum tales nuncios magnis muneribus, ut par erat, honestassent, cum templis omnibus & per omnes aras sacra celebrassent, cum denique multis diebus vrbes supplicationibus canticisque diuinis lustrauissent, deinde magnificos ludos & spectacula varii generis apparatus magno magnisque sumptibus ediderunt. De quibus ac de toto Granatensi bello, quoniam, ut in principio dictum est, viri docti generatim copiose scripserunt, hæc ego summa breui & quasi epitomate multis huius historiarum cupidis atque de me bene meritis, qui rem hanc a me sæpius efflagitarunt, satisfaciens, cum de Granatæ regni ciuitatibus & oppidis, ut sum pollicitus, nominatim retulero, finem faciam. Sunt itaque ciuitates in primis:

<i>Granata totius prouin</i>	<i>Muxacar.</i>	<i>Vracina.</i>	<i>Illora.</i>
<i>ciæ metropolis.</i>	<i>Esnaluid, quod nunc Orce.</i>		<i>Azara.</i>
<i>Malachamariitima.</i>	<i>Cueuas dicitur.</i>	<i>Galera.</i>	<i>Calea.</i>
<i>Bellamalacha maritima.</i>	<i>Cathanyia.</i>	<i>Cullar.</i>	<i>Cuniar.</i>
	<i>Albox.</i>	<i>Benemaurela.</i>	<i>Almucia.</i>
<i>Abdera maritima.</i>	<i>Fenez.</i>	<i>Caneles.</i>	<i>Borgo.</i>
<i>Ronda.</i>	<i>Luzar.</i>	<i>Castillegia.</i>	<i>Algocagia.</i>
<i>Basta, quã supra Bacciam nominauimus.</i>	<i>Belesicum.</i>	<i>Castrellum.</i>	<i>Caßerabonela.</i>
<i>Nixar.</i>		<i>Abiceleona.</i>	<i>Alora.</i>
<i>Guadixa, quã Plinius A-Taberna.</i>		<i>Suiar.</i>	<i>Carthama.</i>
<i>Veria, (xin vocat. Serga.</i>		<i>Quciar.</i>	<i>Coinum.</i>
<i>Oscã.</i>	<i>Bacor.</i>	<i>Trera, quæ nunc Tre-</i>	<i>Monda.</i>
<i>Barbella.</i>	<i>Gorab.</i>	<i>ila.</i>	<i>Tolos.</i>
<i>Lofca, quam Loxam vocant.</i>	<i>Gor.</i>	<i>Oria.</i>	<i>Onquera.</i>
	<i>Ierez.</i>	<i>Montoria.</i>	<i>Setenilum.</i>
<i>Alama, quam Alhã-Tantaira mam dicunt.</i>		<i>Andras.</i>	<i>Cardella.</i>
	<i>Edcir.</i>	<i>Lapecia.</i>	<i>Esnalmarã.</i>
<i>Almugnezara & Porciena.</i>	<i>Alcala Horra.</i>	<i>Méyegar.</i>	<i>Audisa.</i>
	<i>Alcuria.</i>	<i>Pinia.</i>	<i>Montexicar.</i>
<i>Oppida sunt:</i>	<i>Alzaguinum.</i>	<i>Cambela.</i>	<i>Gausinũ maritimum.</i>
<i>Bellum albi, quod Bele? Ferreira.</i>		<i>Esmeloz.</i>	<i>Casares.</i>
<i>blancum dicebant.</i>	<i>Guenaie.</i>	<i>Colombera.</i>	<i>Mons Maior.</i>
<i>Bellum rubrum.</i>	<i>Finiana.</i>	<i>Moclinum.</i>	<i>Meiar.</i>

<i>Vxuna.</i>	<i>Torros.</i>	<i>Castellū Ferreū mari.</i>	<i>Adra, maritimum.</i>
<i>Arabiā.</i>	<i>Bentobium.</i>	<i>Albonium, maritimum.</i>	<i>Delias, maritimum.</i>
<i>Nerexa.</i>	<i>Motrilum maritimum.</i>	<i>Nulum, maritimum.</i>	<i>Solobrenia, maritimum.</i>

In montibus autem & asperis locis quos Alpuxarras appellant, sunt:

<i>Abuludui.</i>	<i>Dalia.</i>	<i>Orgiba.</i>	<i>Almunia.</i>
<i>Marchina.</i>	<i>Ogiar.</i>	<i>Sugnehalum.</i>	<i>Varis.</i>
<i>Alubar.</i>	<i>Xobeles.</i>	<i>Serafilabres.</i>	<i>Et alia complura op-</i>
<i>Andaras.</i>	<i>Ferrera.</i>	<i>Xironium.</i>	<i>pida paruula, quorum</i>
<i>Belia.</i>	<i>Puchera.</i>	<i>Texora.</i>	<i>nomina me latent.</i>

Vnum autem de Granatæ Regibus Mauris quod est multis ambiguum, non præmittam. Fuit enim Granatæ Rex, quem alii Abuliacenū, alii Allamoliacenum vocabant, vir fortis & bellicosus, sed immitis & ferox, qui sine causa multos & innocentes equites sui principatus crudeliter occidit. Hic fratrem habuit minorem nomine Boabdelim, & vxores duas accepit, Mauram primam, ex qua filium suscepit Mahomedum, qui postea Boabdelis & Granatæ Rex iunior fuit appellat⁹. Ex vxore autem secunda Christiana quam captiuam ad suos mores ritumq; Mahometanum conuerterat, filios duos progeniuit: quorum primus Cad, & secundus Nacre nomen habuit, & post Granatam captam ad Christianam religionē sponte venientes, maior Ferdinandus, & minor Ioannes nomen acceperunt. Mater autem quæ Maura Zorayia dicebatur, ad pristinam fidem multis & filiorum suorum precibus, & catholicorum principū persuasionibus adducta, Isabellæ nomen accepit.

LVCII MARINEI SICV-

LI DE REBUS HISPANIÆ

LIBER XXI.

De rebus quas in conuentu Toleti catholici principes egerunt.



D iter nunc reuertemur, vnde digressi sumus. Supra dictum est a nobis Isabellam Reginam cōfecta pace cum Portugalliæ Rege Toletum venisse, & item Regem Ferdinandum ex Aragonia. Dicemus igitur quæ res & negocia Toleti gesta fuere. Toleti cum diebus paucis ex itineris labore iam defessi quieuisent, deinde procuratoribus ciuitatum populorumque per literas accitis, magnos conuentus quos Curias generales appellant, diebus multis egerunt, ad quas procures complures conuenerunt multique pontifices. Hic cum primum multorum litigantium causas, & eorum iustas querelas qui res suas ab aliis occupatas diuque possessas repetebant, audiuisent, & suum ius vnicuique tribuisent, deinde magnos census multaq; oppida quæ Regis Henrici temporibus alienata fuerant, & regio patrimonio iure debebatur, ab eis restituta sibi, qui non iusto titulo possidebant, receperunt, multa tamen monasteriis, ecclesiis, & hospitalibus remittentes. Post hæc homines multos qui latrocinia aliaq; crimina multa commiserant, affici iusserunt vltimo supplicio. Quibus etiam iubenibus captus est & capite truncatus Ferdinandus Alarconius, qui seruiens Archiepiscopo Toletano sæpe tumultus autor fuerat, & pacis inimicus. Multis hic bona quibus violenter ab improbis erepta fuerant, Regis & Reginæ iussu restituta fuerunt. Magna hic negocia boni principes absoluerunt, multas diremētur lites, salutare leges & prudenter excogitatas ediderunt. Hinc ad ciuitates & omnes populos gubernatores & iustitiæ præfectos satellitesque miserunt, quibus vbique non modo cerdones & agrorum cultores, sed equites etiam atque magnates omnes diligentissime parebant. Iustitia nanque de cælo prospexerat, & per Hispaniam totam pax

tam pax orta est omnibus & secuta tranquillitas. Hic procures & omnes ciuitatum procuratores iusiurandum præstiterunt, sese post Isabellæ Reginæ mortem Ioannem eius & Ferdinandi Regis filium natu maiorem Regem Castellæ & Legionis habituros. Cuius rei testes, præter ciuitatum procuratores, equites iurati fuerunt qui sequuntur: Petrus Gonçalus Mendozius Hispaniæ Cardinalis, Ludouicus Cerdanius Dux Methymnæ Cæli, Alphonfus Cardinas ordinis sancti Iacobi militiæ præfectus, Petrus Fernandus Velasus Phari Comes & Castellæ magnus Comestabilis, Alphonfus Henricus Hispani maris Almirantes maximus Ferdinandus Regis auunculus, Petrus Aluarus Osorius Astoricæ Marchio & Traстамaræ Comes, Philippus Aragonæus Caroli Vianæ principis filius, Iacobus Lupus Stuniga Comes Miranditanus, Aluarus Mendozius Comes Castrensis, Laurentius Suardes Mendozius Comes Coruniæ, Fernandus Aluares a Toletto Comes Oropefanus, Gutterius Sotomaior Comes Benalcazaris, Ignicus Mendozius Comes Tindilianus, Beltranus cognomento Cueva Comes Ledesmanus, Ioannes Silvius Comes Cifontanus, Ioannes Riberius Dominus Montis Maioris & Regis Ferdinandi custos maior, Iacobus Fernandus Quignonensis Comes Lunæ, Iacobus Hurratus Mendozius Episcopus Palentinus, Alphonfus Burgitanus Episcopus Cordubensis, Raymundus cognomento Spes Episcopus Vrgelli, Aluarus Petrus Gothomanus dominus Olaliæ, Gutterius Cardinas præfectus maior ordinis militiæ Legionensis, Ioannes Cardona Comes Pratenfis, Ludouicus Requistentius Barcinonæ principatus gubernator. Hi fuerunt & omnes ciuitatum procuratores atque alii diuites homines, qui solenne iuramentum præstiterunt apud altare maius ecclesiæ sanctæ Mariæ, librum tangentes quem sacerdos qui rem diuinam celebrauerat, manibus tenebat. Hac re peracta postero die insignia sancti Iacobi ordinis Alphonso Cardinæ supplicanti, qui ordinis illius militiæ præfectus erat, honorificentissime dederunt. Deinde statuerunt ne Castellæ Ducibus licetores antecederent clauas præferentes, & ne quis clypeos coronis vel aliis Regis ornamentis insignitis, quas res Coroneles & Orlas appellant, haberent, nisi quibus ob aliquam iustam causam concessum fuisset: neue quis Dux vel alius quamuis nobilis, in literis quas ad aliquem subditorum suorum mitteret, suæ dignitatis titulum superponeret. Hoc enim regiæ dignitati dantaxat conuenire dicebant. Hic præterea multorum laborum magnæque fidei memores Andreæ Caprerii & eius vxoris Beatricis, eos Moiani Marchionatus titulis honestarunt, & quo maioribus afficerent honoribus, eodem die secum & eadem mensa discumbere voluerunt. Quibus Regina non his honoribus contenta, magnos etiam census & oppida quædam tribuit in perpetuum, quibus illi & eorum successores pro tituli dignitate sumptum ferre possent.

De rebus in Methymna campo gestis.

Hiis cōfectis rebus e Toletto discedentes die septimo Methymnā, cui cognomen est Campus, peruenērunt, vbi non multa magnaue negocia defuerunt & multorum querelæ miserabiles. Siquidem erant reorum & delinquentiū pleni carceres, quorum multis prius causis auditis, multisque bonis quibus crudeliter ablata fuerāt, restitutis, alii cæsi verberibus, alii auribus mutilati, alii in perpetuum, alii ad tempus in exilium missi, plures ad mortem damnati fuerunt. Quorum numero fuit eques quidam nomine Aluarus Anius Lugus, natione Gallecus, qui facinus committere ausus fuerat, quod non vno quidem, sed omni potius genere mortis dignum erat. Homo nanq; genere nobilis & admodum diues cuiusdā boni viri diuitias & honestissimas opes temere cupiens, in domū suam tabellionē quædam fallaciter adduxit, vt sibi literas a se compositas quibus illius viri diuitias & omnia bona quasi iure petere videbatur, obsignaret. Quas tabellio, siue quod in illis continebatur ignarus, siue spe muneris quod eques ei liberaliter pollicebatur, impulsus, siue timore ne quid ab illo mali sibi, si facere nollet, eueniret, eas imprudenter obsignauit. Quod vbi perfecit, eques eum de manu in cubiculum suum,

quasi ei mercedem daturus, adduxit, vbi quidam domesticorum suorum sceleris conscius eos expectabat. Quo adiutus miserum tabellionem interfecit incautum, quem in effossam scrobem clam omnibus deiecit. Cuius vxor cum eum ad cenam nocte tota mensa lectoque parato non parum tristis expectasset, vbi dies illuxit, admodum sollicita vicinas primum percunctari cepit, deinde nuncios ad omnes propinquorum & affiniu in domos misit, si forte maritus apud aliquem cognatorum pernoctasset. Quem cum non inuenisset, postero die lachrymas fundens ad Regem & Reginam se contulit. Quibus vbi de absentia mariti retulit, illi statim iustitiæ suæ præfectis & satellitibus diligenter inquirere iusserunt, vt scriba vel viuum vel mortuus inueniretur. Qui coniecturis quibusdam & indicibus equitem cariorum tormentis afficiunt, qui crimen illud & alia quæ multa commiserat confessus, caput gladio præbuit: qui iustitiæ, si vita ei concederetur, aureorum millia quadraginta pro bello gerendo contra Mauros offerrebat. Quos etsi non defuere qui recipiendos esse diceret, quatenus eis catholici principes vti contra Mauros Christianæ religionis hostes honestissime possent, regina tamen iustitiam pecuniæ præferens prudentissime recusauit, & quamuis illius omnia bona ratione delicti iure sibi debebantur, ne quis tamen putaret eam propter illius pecunias & magnas diuitias ei parcere noluisse, nihil accepit, sed illius filiis omnia condonauit. Hoc animaduersionis ordine iustitiæq; fama terribili cum catholici principes in multis Hispaniæ ciuitatibus conuētus egissent, ingens improbos & temerarios omnesq; male mentis homines timor inuasit, & vbiq; latrocinia, sacrilegia, virginum raptus, 20 oppressiones, captiuitates, seruitutes, aggressiones, iniurie, blasphemie, factiones, insultus hominum, cædes, & omnia scelerum malorumq; genera cessauerunt. In quorum locum restitutiones, virginitatis honor & integritas, nuptiarum pudicitia, redemptiones, æqualitas, libertates, moderationes, pax, concordia, fides, humanitas, obedientia, pietas, verecundia, reuerentia, metus, amor, & alia virtutes omnes successerunt. Tunc igitur Hispaniæ populi quos iam diutius aduersa fortuna magna- que procella iactauerat, superata tandem ventorum rabie magnoq; turbine fugato valde lætantes ad tutum portum peruenerunt, vbi propulsatis nubibus, fulgentem solem lunamq; clarissimam viderunt. Hic omnibus post horredas tenebras immed- 30 salux orta est, hic superatis periculis ingens lætitia, hic amoto metu magna securitas, hic peractis laboribus optata quies, hic deniq; fugata morte spes vitæ rediit. Regio namq; iussu prohibitis armis & mutatis hominum moribus, nemo fures, nemo gladios, nemo timebat insidias. Tantum. n. erat vtriusq; principis apud omnes autoritas, tanta virtus, tantus iustitiæ metus, vt non modo non violare quisquam alium, sed ne offendere quidem posset, nec auderet. Bonorum namq; principum iuris æquitas faciebat, vt inferiores omnibus in rebus honestis & necessariis superioribus obedirent, & superiores inferioribus pro suo iure satisfacerent, atq; cuiuscumq; conditionis homines, cuiuscumq; fortunæ, nobilis & plebeius, pauper & dives, imbecillus & fortis, dominus & seruus, omnes essent iustitia pares. O principum virtus 40 nec bene cognita, nec vnquam satis laudata! O præclarum iustitiæ munus, & aliis cunctis virtutibus longe præstantius! sine quo nimirum nullus esset vitæ cultus, nulla societas hominum, nulla communitas, nulla Dei cognitio, nulla religio. Nulla res igitur est hominibus necessaria magis, nulla virtus utilior quam iustitia. Qua quidem ego haud scio an, excepta sapientia quæ contemplationis est virtus & Deo proxima, quicquam melius homini possit contingere. Iustitia siquidem est ex qua boni viri nominantur, in qua splendor est maximus, quæ virtutes omnes continet. Cuius pater est vir sapiens, qui mortem potius oppetet, quam a recto discedat. Mater est ratio, quæ nobis viam salutis ostendit, honestum suadet, prohibet- que contrarium. Filia sunt & eius comites, liberalitas, magnificentia, religio, pie- 50 tas, gratitudo, sanctitas, obedientia, fides, æquitas, bonitas, veritas, & legum mandatorumq; diligens obseruatio. Præcepta vero sunt cuiq; tribuere quod suum est, & ne cui quis noceat. Finis autem, quoniã de humana iustitia loquimur, est humanam conseruare societatem & ad optatam peruenire sclicitatē. Sine cuius imperio profecto nullus esset agri cultus, nō domus vlla firmā, nō vrbs stare possent, nō vlla regna

regna manerent. Non inter ciues concordia, nulla fratrum cum fratribus gratia, nullum liberorum erga parentes obsequium. Non amicus apud amicum, non hospes cum hospite tutus esset. Magna res est igitur iustitia, firmum societatis humanæ vinculum, vis ingens aduersus improbos, fida bonorum custodia certa que defensio. Quæ olim etsi propter hominum scelus ex Hispaniã discesserat, in eam tamen diuino consilio rediit vna cum principibus catholicis, quibus Omnipotens Hispaniæ res iam casuras ante seculum nostrum præsciens & miseratus, ad eas gubernandas & conseruandas viam præparare multifariam cepit. Quæ quidem res paucis ac minime potius, vt arbitror, cognita, difficilis fortasse quibusdam videtur 10 & admirabilis. Quam ob rem mihi pluribus argumentis & ratione probabili declaranda est, atque quo probari facilius possit & adhiberi sine dubio fides, altius repetenda.

De rebus, causis, atque mysteriis quæ præcesserunt, vt diuina prouidentia catholici principes Hispaniã malis imminentiibus occurrerent.

SVNT igitur nobis hoc loco quædam repetenda summam, quæ etsi plenius in libris de Regibus Aragoniæ scripsimus, hic tamen necessaria sunt, vt opinor, & admiratione scituque digna videbuntur. Anno millesimo trecentesimo octogesimo septimo Petrus Aragoniæ Rex filium genuit nomine Martinum, quem Aragoniæ & Siciliæ Regem sibi que successorem moriens instituit. Habuit & filiam nomine Elionoram, quam dedit in matrimonium Ioanni Castellæ Regi, qui fuit Isabellæ Regiæ catholice proauus. Hic Henricum genuit qui valetudinarius ob infirmam sui corporis valetudinem cognomen accepit, & Ferdinandum, de quo plenam alibi mentionem fecimus, & paulo post scripturi sumus. Nunc autem ad Martinum Aragoniæ Regem reuertimur, qui Martinum genuit filium, cui dedit Siciliæ regnum. Qui cum Siciliæ Rex esset, a Sicilia magnatibus & populis per legatos accitus, profectus est in Siciliam. Vbi cum biennio Siculis humanissime præfuisset, anno tertio e vita discessit, & eodem tempore pater eius in Aragonia mortuus est. Quibus vita defunctis Aragoniæ Siciliæque regni successio lineaque recta defecit. Quæ quidem res catholicis principibus ad Castellæ atque Aragoniæ gubernationem dedit initium. Martinus namque senior moriens testamento mandauit, vt Aragoniæ Siciliæque proceres, item pontifices, & cuiuscumque ordinis sacerdotes religioque, viri prudentes in consilium conuenientes de regia stirpe Regem eligerent, qui suo generi propinquior esset, & ad gubernandum magis idoneus. Qui prudenter omnia considerantes ex multis regii generis competitoribus Ferdinandum Martini Regis sororis filium & Henrici Castellæ Regis fratrem minorem, qui tum temporis apud Antiqueram Batiçæ prouinciæ oppidum contra Mauros bellum gerebat, Aragoniæ Regem delegerunt. In cuius electione quæ 40 res acciderunt, & quemadmodum gesta fuerunt, alibi pluribus verbis scripsimus. Ideoque nunc ad alia pergimus, id est Ferdinandum. Qui vxorem duxit Leonoram, quæ prius Vraca dicebatur, & domina fuit Infantatus & quinque villarum, quibus diues scemina vocabatur, ex qua filios quinque suscepit: Alphonsum scilicet, Ioannem, Henricum, Sanctium, & Petrum: & filias duas, de quibus alio loco scripsimus. Et Alphonsum primogenitum ex vxore Maria Hærici Castellæ Regis sui patris filia prolem profus nullam habuit, ideoque moriens Neapolis regnum quod armis sibi vindicauerat, Ferdinando filio suo notho testamento reliquit, & Aragoniæ Siciliæque regnum ad Ioannem fratrem qui tum Navarra Rex erat, iure deuenit. Quæ res secunda fuit causa, per quam catholici principes postea matrimonio coniuncti ad Castellæ simul & Aragoniæ regnum peruenerunt. Tertia vero causa fuisse videtur, mors Caroli Vianæ principis, quam Barcinonæ ciues, nescio quid falso suspicantes vel simulantes potius, vlcisci conantes aduersus Ioannem Regem suum Ferdinandi patrem per decennium & amplius bellum crudelissime gesserunt. De quo bello & eius causis historiam scripsimus longiorem. In qua etiam quarta & quinta causa cõtinetur, quibus catholicis principibus ad regnorum suc- 50

cessionem via parabatur. Siquidem Barcinonenses cum a Rege suo defecissent, bellumque parassent, deinde timentes ne victi supplicium darent, quo se dignos putabant, duos sibi de Aragonum stirpe regia duces asciverunt: alterum e Portugallia nomine Petrum, quem in historia Lusitanum cognominauimus, virum fortem & animosum: alterum e Gallia Andegauensium, siue Angeorum Ducem, nomine Ioannem, virum quoque strenuum & bellicosum. Quorum vterque periit quasi diuinitus, & Ferdinandus qui paruulus erat, annum agebat fere decimum quartum, & pugnabat acriter, a multis & magnis periculis liberatus, & multas de validissimis hostibus, absente patre, victorias consecutus. Hæc ex parte genioque Ferdinandi regnaturi signa manifesta fuere. Ex Isabellæ vero parte felicitique 10
sydere causæ duæ præcipue euidentiſſimæque visæ sunt: Regis scilicet Hærici molities naturæque defectus, quo sine liberis obiit, & Alphonſi fratris mors immatura, qui, vt ante diximus, annum agens decimum quartum sublatus est. Satis igitur his argumentis & rationibus constat a Deo optimo maximo principes catholicos electos & quasi præseruatos fuisse, qui labentibus & iam casuris Hispaniæ rebus subuenirent, qui Christianæ religionis hostibus obſisterent, qui bonos defenderent atque iuuarent, & in malos animaduertent, qui Granatæ regnū annos circiter octingentos ab improbis Mahometi nefandissimum nomen celebrantibus occupatum recuperarent.

De statura corporis Ferdinandi Regis & aliis membris.

ERAT Rex Ferdinandus statura corporis mediocri & omnibus membris apte pulchreque compositis, colore candido, aspectu iucundo, facie splendida, capillo sufflavo planoque, fronte serena, sed calua vsque ad verticem & medium caput, superciliis nigris & apertis, oculis claris & subridētibus, naso non adunco, nō 30
fimo, non longo, non breui, neque lato, sed alias capitis partes adornanti, malis roseis, ore paruo, labiis sanguineis & corallo similibus, dētibus albis, raris, & exiguis, mēto venerabili, ceruice nec lōga, nec breui, nec plena, nec tenui, voce acuta, lingua expedita, sermone placido, ingenio claro, animo benigno, iudicio graui, consilio prudenti, moribus facilimis, incessu & omni corporis motu modesto & vere regio. Decorum nanque seruabat omnibus in rebus atque factis dictisque. In cuius vultu dignitas erat mirabilis. Nunquam tamen iratus, nunquam tristis erat. In cibo tēperantia & in potu maxima sobrietas, quippe qui non multis epulis vescabatur, & bis prandens bisque coenans potare cōsueuit. Qui nec prandebat nec coenabat vnquam, nisi prius aliquis pontifex aut alius sacerdos mensam & ea quæ sibi apponebātur, benedixisset, & in sine Deo gratias egisset. Nec comedit vnquam ne in itinere quidem, quin rem diuinam prius audiisset. Erat præterea omnibus in rebus munditiæ maxime studiosus. Vestibus utebatur honestis, interdū & præcipue nefastis & solennibus diebus aureum torquē margaritis & aliis gemmis ornatum gestabat. Equis gaudebat & phaleratis & leuis armaturæ, quos, vt alio loco diximus, a pueritia ascendere & agitare didicit. Hastarum ludos & Troianum certamen exercuit, in quibus fortissimos equites quibus cum cōgrediebatur & confligebat, superauit. Erat enim artis equitandi iaculandique petitiſſimus. In præliis & omnibus negociis laboris patiens, iustitiæ fautor & exactor, erga miserabiles & afflictos pius, humanus, & clemens, vxoribus & liberis facilis & indulgens. Viros probos & sapientes mirum in modum diligebat colebatque, quorum consiliis libenter utebatur. Equites omnes & præcipue suæ domus amabat. Cum omnibus humanus & affabilis erat. Pila lusit & calculis, & postremo tēpore lusit etiā chartis. Delectatus est venationibus, & volatiliū libentius utebatur quam ferarum.

De Regina Isabella moribus & religione.

SVPEREST vt de Regiæ quoque virtutibus aliquid dicamus. Itaque de statura corporis, de forma, de membrorum pulchra cōpositione, omnia quæ in Rege fuisse diximus, in Regina patia fuere. Quantum enim in Rege dignitatis, tantum fuit

fuit in Regina venustatis, & in vtroque maiestas venerabilis: tametsi multorū iudicio forma Regina pulchrior, ingenio acutior, animo splēdidior, & decoro grauior habebatur. Erat enim laudis famæque virtutis audior. Fuit abstemia, quæ vinum non modo nō bibit vnquā, sed ne gustauit quidem. Quapropter aqua laxanti stomachū plerumque ciborū plus capiebat. Regem vehementer amabat, adeo vt zelotypia sollicita ac vigilās, si quas parari sibi pellices sentiebat, a sua domo curiaque prudentissime submouebat. Quæ multas apud se matronas habebat virtute & genere nobiles, quas humane tractabat & liberaliter. Complures procerū filias magnis sumptibus educabat, & custodiri diligenter iubebat, adultasque magnis dotibus honorifice collocebat, eas præsertim quæ caste pudiceque vixissent. Hispano sermone loquebatur grauius & ornate, Latinos oratores & sermones libētius audiebat quam alios, quamuis Latini sermonis ignara. Delectabatur enim suauitate linguæ Latinæ bene proferentis. Quam ob rem scientiæ cupidissima, bellis in Hispania iam confectis, etsi multis magnisque negociis occupata, Grammaticæ tamen lectionibus operam dedit. In quibus per vnus anni spacium tātum profecit, vt non solum Latinos oratores intelligere, sed etiam libros interpretari facile poterat. In rebus ad diuinum cultum spectantibus dubium sit, diligētior ne fuerit an liberalior. Eligebat enim sacerdotes, quorum magnū numerum habebat, sacrarū rerum & celebrandi peritiſſimos, item cantores & pueros qui ei seruiēbant in sacello, quibus præceptores conducebat doctissimos, & beneficia conferebat. A dolescentes etiam nobilium filios quibus utebatur in mensa, moribus & literis erudiri iubebat, ne ocioſi sese ludis & aliis vitiiis inquinarent. In maioribus autem conferendis sacerdotiis & pontificatibus nō tam personarum nobilitatis & eruditionis, quam virtutis & honestatis rationē habebat. Ideoque nonnulli quibus erat sermo rarus & coma supercilio breuior, fortasse vitam agere meliorē & grauius incedere terram intuentes cœpere, virtutem simulantes potius quam exercentes. Sumptus vero quibus altaris ornamenta cæteraque res ad honorem Dei pertinentes emebat, æstimare difficile est. Siquidem operæ precium erat aurea sericaque peristromata videre in eius sacelli parietibus exposita: altare purpureis & aureis ornamentis, margaritis & variis gemmarum coloribus effulgens, multis hinc inde sanctorū simulachris argenteis & aureis expositis: pauimentum pictis stratoris & serico stratum, superpositis argenteis candelabris maximi ponderis excultum, magnisque cereis ardentibus illustre: vestimenta præterea quibus amicti sacerdotes rem diuinam celebrabant, serica, purpurea, argentea, & aurea multis contexta margaritis & gemmis. Mitras etiam pontificales aureas calicesque gemmatos immenso precio comparabat. Sedes in super in sacello superiores & inferiora sedilia disponi, & ordinem hunc seruari iussit: vt scilicet ex altera parte primus Cardinalibus locus daretur, secundus Archiepiscopis, tertius oratoribus, quartus episcopis, & deinceps gradatim reliquis sacerdotibus, ita tamen vt antiquiores notitiis anteponerentur: in altera vero parte sederent Comestabiles, Almirantes, Duces, Marchiones, Comites, & itē gradatim cæteri nobiles & generosi. Erat enim mulier admodum prouida, quæ diuinarum rerum maxima cultrix humanas diligentissime gubernabat, tantoque Christianæ religionis & diuini cultus amore studioque flagrabat, vt quamuis plurimis & maximis multorum regnorū curis & negociis die noctuque premebatur, cōtemplatiuam tamen magis agere vitam quam actiuam videbatur. Semper enim sacris rebus & diuinis officiis aderat. In quibus si quis forte sacerdotum suorum qui sibi rem diuinam celebrabāt, aut horas canonicas & psalmos canebant, errasset in syllaba, persentiebat, & tanquam magistra discipulū admonebat. Quæ præter multas extraordinarias & votiuas orationes, horariū quoque sacerdotum more quotidie persoluebat. Homines a grauitate, a modestia, a taciturnitate, a constantia probabat: leues autem, loquaces, importunos & mutabiles molestissime ferebat. Mendaces præterea, vanos, parasitos, coniectores, sortilegos, præstigiatos, chiro-manticos, augures, schœnobates, petauristas, & alios omnes circulatores & fallaces homines nec audire voluit vnquam nec videre.

De iustitia per eos restituta.

QVEMADMODVM catholici principes Hispaniæ populis amissam iustitiam restituere, multis exemplis alio loco demonstraui. Cuius imaginem talē referebat, qualem veteres olim depingere consueuerunt: effigie virginis, aspectu vehementi & formidabili, luminibus oculorum atrocibus, neque humilis, neque aspera, sed verecundæ cuiusdam tristitiæ dignitate. Ex quo intelligi voluerunt, eos qui iustitiæ præessent, oportere esse graues, sanctos, seueros, incorruptos, in adulabiles, aduersus improbos & delinquentes immiseriordes, inexorabiles, erectos, arduos, potentes, vi & maiestate æquitatis, veritatisque terrificos. Iustitiam itaque, 10 cuius (vt ait Tullius) splendor est maximus, Rex & Regina cæteraque virtutes omnes & diuinas humanasque leges excolentes, catholici principes appellari meruerunt. Maxima nanque res est sanctissimaque iustitia, qua quidem vna virtutes omnes continentur, & hominum societas coniunctioque cõseruatur. Cuius Comitatus, vt alio loco diximus, sunt liberalitas, religio, pietas, gratitudo, sanctitas, obedientia, fides, æquitas, bonitas, veritas, & legum mandatorumque obseruatio. Sine cuius ministris omnia nimirum cladibus acerbissimis redundarent, & nefaria malorum rabies & crudeles flagitiorum coniurationes in optimos quosque contemptis humanis diuinisque legibus ruerent. Quocirca qui recte sancteque iustitiæ munus exercent, quemadmodum catholici principes fecerunt, qui quidem pauci sunt, & honoribus magnis & sui nominis æternitate meo quidem iudicio digni sunt.

De catholicorum principum munificentia & liberalitate.

QVÆ de Ferdinandi Regis & Isabellæ Reginæ munificentia dixerō, etsi multos rationis expertes rerumque incertos, & iniquos alienæ virtutis & laudis æstimatores incertis ituros prospicio, qui meam hanc sententiam tanquam paradoxam & rem incredibilem calumniis suis & perfidia rationi contraria retractabunt: id tamen ego dicam de illorum liberalitate, quod non Gnathonici, sed quod Socratici sentiunt, & ipse sine vlla adulatione vere possum dicere: Reges scilicet & 30 mortales omnes qui fuerunt hætenus, a catholicis principibus omni genere virtutis & præcipue liberalitatis officio fuisse superatos. Quod si quibus vel ingratissimis vel inuidis ambitiosius & fide maius a me dictum forte videbitur, hac vna potissimum & probabili ratione constare poterit, quia cæterorum Regum qui liberales fuisse prædicantur, opera munificentie quamuis multa magnaque, si cum catholicorum principum liberalitate conferantur, nimirum & magnitudine minora reperientur, & numero pauciora. Actus siquidem nouis atque multiplicibus munificentie catholicorum principum nec connumerari, nec ponderari quidem possunt, nec estimari. Veniant igitur, si placet, veniant omnes qui ab hac opinione mea dissentiant, ac si velint, etiam ratiocinatores & arithmeticos cum pugillaribus & calculis arcessant. Quorum nemo quidem Regum catholicorum liberalitatis opera 40 magnifica computabit, nemo beneficiorum numeros millenarios multiplicabit, nemo denique quotidianorum munerum legiones dinumerabit. Quis enim comprehendere poterit innumerabilia maximaque stipendia liberalissime persoluta? quis colligere pecunias egentibus erogatas? quis dotes virginibus collocandis enumeratas? quis amplissima munera multis oratoribus animosissime collata? quis plurima & vere regia donatiua domesticis equitibus & familiaribus distributa? quis donata preciosa templis oblata? Sed ad maiora atque mirabilia conscendamus. Nam quæ diximus hætenus, quæ quidem pars videbitur, si magnos sumptus quibus annos fere quadraginta domestica & externa bella gesserunt, meminerimus: si maiores impensas quibus magnas classes ad Canarias & Indicas insulas miserunt, considerauerimus: si pecunias quibus multas ecclesias magnasq; monasteria condiderunt, & reditibus donauere, numerare possemus: si quot & quantam patrimoniam, quot census, quos Hispano sermone Iuros appellamus, de se beneficiis tribuerunt: si quot Duces, quot Marchiones, quot Comites, quot equites creauerunt,

creauerunt, memoria repetere vellemus. Quoniam igitur catholicorum principum liberalitatis opera multifariam, vt supra diximus, præ multitudine atque magnitudine comprehendere minime possunt, aliis ommissis, illud vnum, de quo alio loco scripsimus, quatenus est opus munificentie memorabile, summam repetemus. Anno enim a natali Christiano supra mille & quadringentos septuagesimo sexto catholici principes etsi difficillimum contra Portugalliæ Regem bellum gesserant, cum tamen magnas Turcarum copias Odruntum oppidum expugnasse cognouissent, septuaginta naues armatorum militum plenas & comæatus Ferdinando Neapolitanorum Regi, cuius erat oppidum quod Teucricum captum tenebant, suis expensis auxilio miserunt, & propulsatis hostibus oppidum restituere. 10 Cæterum fuerunt Rex Ferdinandus & Isabella Regina cunctis fere virtutibus pares, & Regina liberalitatis operibus animosissima. Quæ quidem dandis muneribus & pecuniis numeratis, constitutisque præmiis vtriusque conferendis arbitrio, multum semper addebat, & separatim largiebatur. Cuius liberalitate & animi magnitudinem cum alii permulti magnates Hispaniæ, tunc vero duo principes externi perspexerunt, Ioannes scilicet Rex Navarrae, & Prosperus Columna Romanæ urbis vir primarius. Quorum alter cum ad eam Hispalim venisset, alter Methymnâ cognomento Campi, muneribus amplissimis vterque donatus ab ea discessit. De Regis quoque munificentia multa separatim commemorare possem, quæ omnia prætermitto, duntaxat vno contentus exemplo, quo Cæsar Augustus fuit usus, vbi Sanctæ Engratiæ monasterio solidorum millia ducenta numerauit, & millia decem quotannis in perpetuum donauit. Erant enim Catholici principes non solum liberales & animosi, sed etiam prudentes religiosi & circumspecti in delictis locis & personis quibus tribuendum erat. Nam etsi liberalitas virtus est animi generosa atque magnifica, qua diuites & magnanimi principes in pecuniis distribuendis, & aliis siue fortunæ siue naturæ bonis hominum gratiam demerentur, & Deum qui bona omnia largitur, imitantur, multas tamen habet cautiones multasque circumstantias, quas omnes qui liberales esse volunt, circumspicere diligentissime debent, ne vel imprudentes & iniusti, vel sine ratione liberales esse videantur. Non est enim 20 beneficium quod in quempiam sine ratione confertur. Quapropter illi quidem liberales appellari merito debent & magna laude digni sunt, qui beneficia conferentes prudenter cauteque largiuntur. Alii autem vituperandi magnoque odio digni, qui vel ambitione liberales videri volunt, vel in eos beneficia collocare student, a quibus sperant se consequuturos quæ concupiscunt. Quorum munera largitionis quidem sunt, non liberalitatis. Sunt enim similes hamo piscantium qui pisces esca decipiunt. Quod illi præcipue faciunt, qui conditione sua non contenti res alienas & magnos dominatus affectant. Sunt & hominum liberalium genera multa. Alii nanque auferre solent ab aliis quod in alios conferunt: alii plus quam sua patitur facultas, imprudenter profundunt. Dant alii non vt profint accipientibus, sed vt noceant, multi non merentibus & indignis, nonnulli non egentibus, 40 sed diuitibus & ingratissimis. Plurique non sapientibus & studiosis, sed auidi laudis & popularis applausus stultis & ineptis parasitis, quorum prauis assentationibus maxime delectantur, largissime distribuunt, vt de se bene dicant falsoque loquantur. Qui quidem se stultos esse non simularent, si non essent homines insipientes, qui de se omnia facile credunt, & adulationem mentientium suarum laudum testimonium esse putant. Cum quibus & alii complures accusandi sunt, & infames haberi merito debent, qui sub specie liberalitatis in voluptatibus venereis, in frequentibus conuiujs, in ludis & vanis spectaculorum pompis, non modo res suas familiares & amplissima patrimoniam stulte consumunt, verum etiam clarum nomen & bonam famam, qua nihil est homini preciosius, turpiter deformant & obscurant. Quare Ferdinandi Regis & Isabellæ Reginæ liberalitas laudabilior virtusque clarior est & gloria maior, qui non falsis assentatoribus, vt auidi laudis & ambitiosi, non diuitibus, vt alienarum rerum cupidi, non ingratis, vt imprudentes & inconstanti, non conuiujs & voluptatibus, vt intemperantes & prodigi, non denique ludis & spectaculis, vt pueriles & populares: sed miseris,

inopibus, studiosis & benemerentibus mercedes & munera recte sancteque tribuerunt, ut prouidi principes & saluberrimi. Qui propterea cunctis qui liberales fuere, praeferebantur mihi iure videntur, quia & promerentibus beneficia conferebant, & largiendo iudicio vero semper & honesta beneuolentia, probabilibus munificentiae fontibus utebantur. Non laudem, non obsequium, non mortalem gratiam & hominum remunerationem sperantes, sed euangelicam doctrinam sequentes ea quae gratis acceperant, gratis benemeritis & iuste petentibus liberali manu erogabant. Neque sicuti plerique faciunt, opes & fortunae bona custodientes amittebant, sed bene distribuendo conseruabant. Quibus profecto in huiusmodi genere virtutis & opere liberalitatis comites ex viris illustribus, quos antiquitas celebravit, valde paucos, & ex foeminis vnam duntaxat inuenio regionis Apuliae, quam alii Bulam, alii Baulam nominarunt. Quae cum esset genere nobilis & admodum diues, Romanorum ciuium fere decem millibus ex praelio Cannensi elapsis & a Canusianis intra sua moenia receptis, alimenta, vestes, & viaticum largissime praebuit. Eodem tempore Fabius Maximus etiam suae liberalitatis testimonium reliquit memorabile. Qui cum ciues Romanos captiuos ab Hannibale Carthaginensium duce recepisset, ei pecuniam daturus, & senatus soluere noluisse, filium Romam misit qui fundum quem vnicum possidebat, vendidit, & precium eius Hannibali numeravit. Quintius quoque Flaminius se quidem munificentia sua maxime laudabilem praestitit, qui Philippo Macedoniae Rege bello superato, cum ad victoriam suae spectaculum Graeciae fere tota conuenisset, factis signo tubae silentio, haec a praefate verba recitari iussit: Senatus populusque Romanus & Quintius Flaminius Imperator omnes Graeciae vrbes quae sub ditione Philippi Regis fuerunt, liberas atque immunes esse iubet. Duos inuenio praeterea liberalitatis comites a scriptoribus antiquis honorifice commemoratos: Hieronem Syracusanum & Agrigentinum Gilliam. Quorum alter audita clade quam Romani apud Trasymentum lacum passi fuerant, tritici modiorum millia trecenta, ducenta hordei, aurique ducenta & quadraginta pondo Romae dono misit: alter & diuitiis excellens, & animo semper in conferendis magis pecuniis quam accumulandis erat occupatus, cuius domus non Gilliae quidem, sed officina munificentiae vocabatur. Qui, ut alia eius opera liberalitatis omittam, equites Gelsenium quingentos virespestatis in suas possessiones compulso aluit omnes atque vestiuit. Magna nimirum prorsus ad catholicorum principum munificentiam: Quae quidem est non cum parua mortalium liberalitate conferenda, sed potius Dei optimi maximi benignitati merito comparanda. Qui quidem praeter ea munera quae supra scripsimus, plura oppida, plura praedia, plures pagos, plures fundos, plures agrorum possessiones, quam caeteri liberales & principes omnes tribuerunt: qui denique multis qui nihil penitus habebant, pro laborum suorum praemio census & opes magnas contulerunt, atque aliis magnatibus qui maximas diuitias & amplissima patrimonialia possidebant, ampliarunt.

De catholicorum principum humanitate & clementia.

HUMANITATIS atque clementiae, quarum altera charitas est erga proximos, & altera iniuriae remissio, in catholicis principibus exempla multa magnaque perspecta fuere. De quibus ne plura commemorem, nobis illud vnum eorum eximia pietatis indicio vel maximo fuit, quod scilicet illorum mortem qui in praelio occubissent, vel alio miserabili casu cecidissent, non solum magno dolore miserabantur, verum etiam tanquam parentes multis lachrymis atque gemitibus desseuerunt: ideoque suorum militum saluti consulentes, hostes obsidione magis & fame, quam praелиis & oppugnatione saepe vicerunt. Qui praeterea me ipso praesente numerosas Gallorum Regis copias, ab oppugnatione arcis oppidi quod Salsas appellant, metu coactas discedentes, cum armis persequi manuque capere possent, quia tamen non sine magna illorum strage fieri posse videbant, abire permiserunt,

miserunt, suis equitibus qui hostes ferire iam coeperant, inuitis, & vix ab honore victoriae spoliis que cupiditate retractis. Magnum & hoc etiam fuit humanitatis exemplum. Quoties enim vir vel Hispaniae primarius, vel aliquis ex Christianis principibus e vita migrasset, ad eius haeredes & propinquos statim sapientes viros & religiosos consolandi gratia mittebant, lugentesque nigras vestes doloris sui & humanitatis testes induebantur. Ferdinandi vero non humanissimi solum, sed etiam Christianissimi Regis argumentum memorabile non praeteribo silentio, qui quidem quotannis die Iouis ante Pascha resurrectionis, more & exemplo Christi qui suis discipulis, ut hominibus humanitatis exemplum praerberet, pedes lauit, & Petro quauis recusanti, duodecim pauperibus accitis pedes lauare consuevit, quos deinde lotos, cenatos, nouis vestibus indutos & singulos singulis aureis donatos dimittebat. Vtriusque autem clementia cum in aliis multis, tum vero erga eos cognosci maxime potuit, quibus accusatio cessante facile parcebant, & alios multos quibus sine vilius querela leges ultimam poenam statuebant, ad remum libentius atque metalla quam ad mortem destinabant.

De fortitudine & patientia eorum.

TRIA saluberrima documenta, vel potius amplissima tria patrimonialia & preciosissima munera, Rex Ferdinandus & Isabella Regina suis haereditibus testamento mandauerunt, quae simul cum regnorum suorum gubernatione susciperent, & diligenter obseruarent: primum scilicet speculum clarissimum fortitudinis, in quo se frequenter intuerentur, seque cognoscerent: secundum lucidissimum patientiae fontem, unde sitientes liquores haurirent salutariter sitimque sedarent: tertium pulcherrimum moderationis exemplar, quod non solum successores eorum, sed etiam mortales omnes & praecipue magni principes imitarentur. Haec itaque dona nepotibus & reliquis successoribus immortalia suarum virtutum monumenta reliquerunt, omnibus vtriusque fortunae casibus admirabili patientia, summaque modestia resistentes, qui nec prosperis rebus & victoriis quas & multas & triumphales adepti fuere, laetantes efferebantur, nec aduersis & turbulentissimis tempestatibus vnumquam cesserunt: sed omnia quae sibi vel prospera vel aduersa contigissent, animo magno vultuque lato atque sereno semper excipiebant, nullum prorsus aut elati aut perturbati animi signum praeseferentes. A primis siquidem annis aetatis suae periculis aduendis & tolerandis laboribus assueti, multaque rerum varietates & temporum mutationes experti, Deo semper optimo maximo gratias agentes, omnes inimicorum insidias & iniquitates atque fortunae flatu & refluxu temperantia & fortitudine singulari sustinebant. In nanque fuerunt catholici principes, qui cum aliis virtutibus, tum vero fortitudine, constantia, & patientia mortales omnes longe superauerunt: propterea quod omni genere virtutis armati, & spiritu diuinitatis afflati, coelestique gratia repleti, nihil non honestum, nihil non decorum faciebant, casus omnes aduersos qui mortalibus accidere solent, & neque humana prudentia neque ratione vlla vitari possunt, incredibili fortitudine miraque patientia perferentes. Quorum maximam atque diuinam sapientiam cum in aliis multis aduersitatibus & laboribus quos indigne plerumque patiebantur, tum in obitu liberorum non sine magna admiratione cognouimus. Nam etsi Ioannem vnicum filium, qui si vixisset, vniuerso terrarum orbi dominaturus videbatur, & Isabellam filiam Portugalliae Reginae breui spacio temporis amiserunt, fortissimo tamen animo summo dolori restiterunt: qui nimirum duobus filiis, duobus generis, duobus nepotibus amissis exemplo magnae patientiae nobis esse voluerunt. Qui praeterea non minori fortitudine patientiaque corporis dolores, quam animi passiones sustulerunt. Siquidem Rex Ferdinandus cum Barcinonae in ceruice grauissimum vulnus accepisset, non modo non turbatus est animo, sed nec quidem genuit, immo animo praesenti substitit, & recentem dolorem supprimens percussorem seruari iussit incolumen. Quae quidem res quoniam pertinet ad historiam, breuiter explicabitur.

Barcinonæ siquidem cum Rex & Regina commorarentur & conuentusagerent, homo quidam nomine Ioannes Cagnamatus ex oppido Cagnamatio, quod a Barcinone passuum millia circiter quindecim distat, imaginatus, vt est humana fragilitas, se Regem futurum, si Regē occidisset, & inani cogitatione falsa que deceptus, Barcinonem veniens accinctus ferro, cuius aciem sæpe coribus aduerat, locū non vt insanus, sed vt prudens elegit idoneum, & tempus obseruās ad Regem e domo vbi cum suis consiliariis & Barcinonæ ciuibus de negociis & rebus agendis consultauerat, egressum dissimulanter accessit, cui repente vulnus intulit crudelissimum. Quē iussu Regis, vt paulo ante diximus, a multitudinis impetu defensum, multisque tormentis affectum, vt si cuiuspiam subornatione tale facinus ausus fuisset, proderet, nihil contentem cum iustitia membratim viuumque forcipibus igne candentibus diuidendum censuisset, Regina propter animæ periculum strangulari prius, deinde iam exanimem diuidi iussit. Quæ & ipsa quoque corporis dolores animosissime pertulit semper, non solum aduersæ valetudinis, sed etiam partus. In quibus nec quæstia quidem fuit vnquam, sed admirabili fortitudine, vt ab eius matronis cubiculariis accepti, dolorem vocemque supprimebat.

De studio & amore suorum erga eos, & sua in aliis benignitate.

QUIBUS, vt honeste cuncta sancteque præcipiebant, sic & omnes regnorum suorum proceres omnesque populi libenter obsequabantur, & fideliter seruiabant, cum præsertim, bella gerebant, in quibus illis sese vltro offerebant, bona sua omnia & labores gratuitos pollicentes. Quorum plerique qui viribus plurimū poterant & opibus abundabant, non solum labores & pecunias, sed etiam sanguinem suum profundebant. Ex quibus nonnulli fortissime præliantes vitam amiserunt, quos, vt eorum virtus & memoria conseruetur, alio loco nominauimus, qui cum regis dignitatis causa, tū vero Christianæ religionis honore flagrantem, mortem præsertim honestam & gloriosam subire minime recusabant. Quibus Rex & Regina gratissimi principes, & viuentibus, & mortuis, honoribus & sacrificiis officium debitum præstiterunt, & in eorum præterea liberos & vxores magna munera contulere. Est enim gens Hispaniæ omnis bellicosissima, & suis principibus qui iustitiam tuentur & fouent, fidelissima, cuius nobilitas & cuiuscunque generis homines alias omnes gentes officio rei militaris & aliis virtutibus longe præcedunt. Quare tamen catholici principes, vt sæpe diximus, labores magnos & aduersa multa pertulerunt, fortissimis tamen suæ nationis hominibus prosperi satis fortunatique fuerunt, qui fidelissimo atque tutissimo sapientissimorum Pontificum, fortissimorumque Ducum, Marchionum, Comitum, equitum, militumque cōtubernio, præsidio & obsequio maxime conuiescebant, quorum viribus & ingeniis quā plurimos & potentissimos hostes vicerunt, & principatus suos omnes absentes præsentisque tranquillissime gubernabant. Nam cum duo sint hominum genera quibus magni principes indigent, quorum altero bellicis in rebus & officio rei militaris, altero in capiendis consiliis & agendis negociis vtuntur, magnum numerum catholici principes vtriusque generis habuerunt. Apud quos duces exercitus excellentissimos, sapientissimos Cardinales & alios Pontifices, præfides & gubernatores, regis domus præfectos maiores minoresque, maximos cācellarios & procancellarios prudentissimos, vtriusque iuris & sacræ theologiæ cōsultos doctissimos, cubicularios obseruātissimos, fidelissimos consiliarios, patrimonii regii præfectos, & thesaurarios vigilantissimos, diligentissimos secretarios cognouimus: multas præterea fœminas generosas & illustres Reginæ maxime cultrices, multas puellas & nobilium liberos vtrique seruientes, quibus regia domus exculta, multos honores magnaque munera quotidie cōferebat. Quapropter catholicis principibus omnes quam libentissime diligentissimeque seruiabant. Qui de se multos benemerentes, etiam infimi generis homines, ad honores magnos & altissimos dignitatis gradus euexerunt.

De regnis

De regnis per catholicos principes recuperatis & aliis acquisitis.

MATRIMONIO coniuncti catholici principes regna sua recognoscentes, omnia quæ sui iuris erant & ab aliis iniuste possidebantur, legibus & armis recuperare ceperunt, & in primis Castellæ regnum cuius bonam partem Portugaliæ Rex Alphonsus, vt alio loco diximus, occupauerat, post multa prælia gesta, deuisis tandem ac depulsis Portugaliæ copiis, ditioni suæ restituere. Subinde Granatense Mauris perdomitis & in ditionem receptis: recuperato autem Granatæ regno principatum Ruffinonis & Ceretaniæ repetiuit, quod Rex Gallorum Carolus, qui principatum illum pro pecunia quam Ludouicus pater eius Ioanni Aragonum Regi Ferdinandi patri mutuauerat, multos annos obtinuerat, liberalissime restituit, sine vlla pecuniarum repetitione. Quarum summa erat ad numerum trecentorum millium aureorum, quos Galli coronas appellant. Deinde paruo interiecto tempore Neapolitanum regnum a Gallis occupatū bis in suam potestatem & imperium redegere, sæpe Gallorum copiis profligatis: postea Navarra, quod quidam multos annos iniuste possidebant. De cuius regni conditione & de causis quibus ad Reges catholicos pertinebat, alibi scripsimus. Quare iure quidem repetitum ac recuperatum fuisse probari facile potest, non autem, vt nonnulli falso putauerunt, ereptum. Cuius rei causam & rationem si quis scire voluerit, inueniet in linea & successione Regum Aragonū, in Rege Ramiro secundo. Præterea catholici principes in Hispania nonnullas ciuitates & oppida multa sibi vendicarunt, quæ nimia præteritorum Regum negligentia fuerant occupata. Perlegatos etiam & exercitus suos in Atlantico mari Canarias & Indicas apud Antipodas gentes domuere, & ad cultū Christianæ religionis adduxerunt. In Africa quoque Mesillam, Oranum, Tabracam, quam Buxiam vocant, & Tripolim subegerunt. Qui si vitam longiorem produxissent, & aliorum principum qui semper eos res magnas & sanctas molientes impedire conabantur, inuidia caruissent, nō equidem dubito quin Africa tota magnaque pars Asiæ iam nunc Hispano parerent imperio. Quod quidem nepotes & alios successores qui non modo regnorum, sed etiam eorum virtutum sunt hæredes, & Christi nomen cultumque rebus omnibus anteponunt, adiuuante Deo facturos speramus atque prospicimus. Hoc enim Carolus & Ferdinandus fratres excellentissimi principes promittere videntur, quorum alter auum Maximilianum, alter Ferdinandum, & vterque Philippum patrem nobis repræsentant.

De Isabella regina morte.

ISABELLA regina multis magnisque negotiis & continuis iam defatigata laboribus, in oppido quod Methymna cognomento Campo dicitur, in aduersam incidit valetudinem, qua cum dies prope quinquaginta conflixit. Quibus diebus cum omnes suæ domus equites, sacerdotes, & totius Hispaniæ populi per omnes ecclesias sacrificiis, orationibus, ieiuniis, & lachrymis pro eius salute profusis Deum optimum maximum deprecarentur, illa tamen prudentissima mulier cum diem vitæ suæ vltimum appropinquare sensisset, omnes admonuit ne quis vltra Deum precibus fatigaret, & ecclesiæ sacramenta deuotissime recepit. Cuius tãta fuit honestatis & pudicitæ cura, vt etiam cum extremam reciperet vnctionem, & iam animam ageret, nudum pedem sic vngendum præbuit, vt nemini, ne familiarissimæ quidem mulieri tangendum permiserit. Testamentum autem prudentissime condidit, & regnorum suorum curam & administrationem Ferdinando Regi commendauit hac conditione, ne iura censusque regnorum suorum alienarentur vllomodo. Obiit autem Hispaniarum maximum decus in oppido Methymna Campi, die vigesimo sexto Nouembris, anno millesimo quingentesimo quarto. Quo quidem die omnis Hispaniæ felicitas, omne decus, omnium virtutum pulcherrimum specimen interiit. Cuius corpus habitu Sancti Francisci reconditum animam Deo reddidit, & magno sacerdotum & equitum numero Granatam delatum sepelitur.

pelitur in loco satis humili, & vt testamento mandauerat, reiectis omnibus pompis. Orbata itaq; Hispania clarissimo lumine, nō sine causa timere cepit, magnusque terror omnium bonorū mentes inuasit, qui ne seditioes & bella quæ viuente Regina fuerant oppressa & extincta, renascerentur, formidabant. Cæterum Rex prudentissimus Ferdinandus post obitū Regine multis profusis lachrymis, multis conuocatis equitibus Regine peractis exequiis, Ioannam filiam, Castellæ, Legionis, & Granatæ, cæterorumq; regnorum Reginam nominauit, & ab omnibus iureiurando ex consuetudine regni vocari iussit. Erat autem Ioanna filia sub idem tempus cum Philippo marito Maximiliani Imperatoris filio in Flandriæ Comitatu. Ferdinandus autem interea ex Regine testamento atq; rogatu regnorum omnium curam gubernationemq; suscepit, omnibus Hispanis contententibus, & post annum a morte Isabellæ Regine Germanam duxit uxorem Gallorū Regis consanguineam. Qui summa diligentia summaq; iustitia in sancta pace & optata tranquillaq; quiete regna omnia conseruauit. Cuius gubernatio fuit circiter biennium. Nam deinde cum venisset Philippus gener eius & Ioanna filia Idibus Aprilis anni quingentesimi sexti, renunciata cura & gubernatione regnorum Castellæ, Legionis, & Granatæ, ad regna sua Aragoniæ primum se contulit, & deinde Neapolim nauigauit. Quo digresso Philippus & Ioanna coniux eius a magnatibus & populorum Castellæ procuratoribus in oppido Pincia, quod Valladolid vocant, Castellæ Reges vocati fuere præstito iureiurando, & Carolus eorum filius dictus est Castellæ princeps. Erat autem Philippus iuuenis corpore validus, facie pulchra, aspectu iocundo, animo liberali, ingenio claro, & literis adornatus, qui regnauit menses fere quatuor, & in vrbe Burgenſi aduersa valetudine correptus, paucis diebus e vita decessit, die vigesimo quinto Septembris anni prænominati. Quo mortuo, Ioanna Regina viduata remanens, vel ex morte mariti quem vehementer amabat, vel nulla gubernandi experientia, vel alia causa gubernandi munus recusauit. Gubernatum itaq; regnum fuit per consiliarios, & Franciscū Ximenium Hispaniæ Cardinalem, qui Castellæ regnum gubernarunt menses circiter vndecim, multis Castellæ magnatibus inuitis atq; etiam murmurantibus. Erant autem in hac gubernatione regii consiliarii, Alphonsus a Fonte cognominatus iureconsultus, & Episcopus laenensis moribus & ætate grauis, qui consilio præsidebat, Petrus Oropeſanus doctor, Canonici iuris interpres, & vita probus, Fernandus Tellus Licentiatus, vir ingenio magnus & genere nobilis, patria Hispanensis. Erat & Garſias Moxica Licentiatus in vtroq; iure, natione Guipuzcuanus, vir probus & literis ac genere clarus: item Laurentius Caruaialus doctor egregius & genere nobilis: aderat & Ludouicus Polancus vtriusq; iuris consultus. Fuerunt & alii complures, quorum nomina me latent. Regina autem Ioanna Ferdinandum patrem qui Neapoli tunc erat, ad regni gubernationem vocari iussit, qui filia votis annuens se venturum respondit. Cæterum quoniam magna erant in regno Neapolis, & magna negocia, aduentum suum per aliquot menses distulit. Tandem multis filia suæ nunciis & literis acceptis & omnibus fere Castellæ populis supplicantibus, die quarto Iunii anni quingentesimi septimi nauim conscendit, multisq; triremibus magnaq; classe comitatus in Hispaniam remeauit incolumis & peroptatus, & multis malis quæ per Hispaniam committebantur, occurrit. Qui cum tumultus & nonnullorum procerum motus oppressisset, omnes Castellæ populos tranquilla pace magnaq; iustitia prope septennium gubernauit. Postea vero anno tertio decimo supra millesimum & quingentesimum ex vrbe Burgenſi Pinciam, quod distat a Burgis passuum millia circiter octoginta, se contulit, vbi per annum fere commoratus est, multaq; negocia confecit. Vnde discedens in cœnobium quod Meiorada dicitur, ordinis sancti Hieronymi apud oppidum Olimetum, profectus, aduersa valetudine grauatus indies magis ac magis affligebatur, adeo vt de eius salute & spe vitæ medici fere omnes desperarent. Quam quidem valetudinem viri quidam prudentes ex medicamentis quibusdam sibi datis ad procreandum prouenisse putauerunt. Quæ siue sciens siue deceptus acceperat, medicorum tamen consiliis obediens, & multis adiutus remediis in-

diis interdum conualeſcebat, & spem vitæ medici pollicebantur, sed pristinam valetudinem recuperare nunquam valuit, quin potius eius virtus paulatim declinabat ad mortem. Si quidem neq; pedibus insistere poterat, neq; familiares, vt solebat, alloquebatur, & a negociis omnibus abstinebat, cuius vultus qui serenissimus semper fuerat, non hilaris, non iucundus, sed subtristis & subobscurus.

De morte Ferdinandi Regis.

QVI demum cum ex vrbe Placentia Hispalim versus in lectica veheretur, in pago paruo nomine Madrigalegio, quod est apud oppidū Guadalupum, die vigesimo secūdo mensis Ianuarii, anni millesimi quingentesimi decimi sexti, Rex catholicus Ferdinandus & nunquam satis laudatus ecclesiæ sacramentis deuotissime receptis, Deo spiritum reddidit, annum agens ætatis suæ quartum & sexagesimum, cum regnasset annis duobus & quadraginta. Habuit autem moriens, ad se præter alios nobiles Federicum Henricum Almirantem Castellæ, & Federicū a Toledo Ducem Aluanum suos fratres, alterum patruelem, & alterum amicum. Aderat & Clemens Protonotarius, qui fuit vnus ex testamentariis & testamentū scripsit, cuius mihi datum fuit exemplum. Quod quia magnum volumen erat, & operi nostro minime necessarium, prætermisimus. Elegit autem sibi Rex Ferdinandus sepulturam in vrbe Granata, vt alibi scripsimus, vbi & vxor eius Isabella Regina iacebat, & nunc ambo simul iacent, & effigies vtriusq; cernuntur in altotumulo valde cōspicuo. Quo etiam Regis Philippi corpus Imperatoris Caroli iussu delatū fuit ex oppido quod Tordeſillas appellant, vbi longo tempore iacuerat.

De Ferdinandi Regis & Isabellæ regine liberis.

MHI de catholicis principibus summam locuto, superest vt eorū liberos prolemq; pulcherrimam nominatim referā. Genuerunt itaq; catholici principes Ioannem vnicū filiū, qui cum Margaritam Maximiliani Imperatoris filia vxorem duxisset adoleſcentulus, post confectas nuptias & variis ludis & spectaculis sumptuosissime celebratis non solum ab equitibus regie curiæ, sed ab omnibus etiā totius Hispaniæ populis & Siciliæ, infra annum diem vitæ suæ clausit vltimū, non sine summo dolore parentum & lachrymis, & totius Hispaniæ atq; Siciliæ cōsternatione summoq; fletu. Obiit autem hic princeps naturæ dotibus excellens & literis adornatus, Salmanticę, anno millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo. Cuius luētiosissima mors, quæ maximo gaudio successit, nouam scribendæ tragædiæ materiam poetis & scriptoribus præbuit. Eius corpus Auilam delatū fuit & iacer in cœnobio sancti Thomæ ordinis prædicatorii. Progenuerunt & filias quatuor, Isabellam scilicet, quæ primum nupsit Alphonſo Ioanni Portugalliæ Regis filio, qui lapsu currentis equi, vt alio loco diximus, infeliciter occubuit. Quo mortuo nupsit eius vxor Emanueli Portugalliæ Regi. Secundam filiam suscepit Ioannam, quæ nupsit Philippo Maximiliani Imperatoris filio, Carolumq; peperit Imperatorem, & Ferdinandum Vngariæ Regem: peperit & filias duas, Leonorā, quæ primum nupsit Emanueli Regi Portugalliæ, post cuius mortem nupsit Franciscō Gallorū Regi: peperit & Catharinam, quæ nunc est vxor Ioannis Portugalliæ Regis. Tertio autem loco Regibus catholicis nata est Maria, quæ post obitum suæ sororis Isabellæ fuit vxor Emanuelis Portugalliæ Regis. Hęc peperit Ioannem qui nunc est Rex Portugalliæ, & fratres eius atq; sorores quos alibi nominauimus. Vltimam præterea genuerunt filiam Catharinam, quæ nunc est Angliæ Regina. Habuit etiam Ferdinandus ex quadā generosa virgine, quæ fuit Euolis Vicecomes, Alphonsum Aragonæum Cæsaraugustanum Antistitem, qui patris mores & virtutes omnes sic imitatus est, sic eiusdem recta vestigia secutus, sic eum totum refert, sic deniq; seipsum gerit, vt non minorem ipse suarum virtutum materiam scriptoribus præbeat. Cuius animi magnitudo & naturæ fœlicitas verum quidem illud nostrum tetraſtichon faciunt:

*Principe virtutes omnes qui quaris in vno, Possidet hic animi dotes & corporis omnes,
Alphonsum certe quaris Aragonem. Et princeps felix quicquid habere potest.*

Aliud tetraſtichon noſtrum de eiufdem principis memoria futura.

*Si genus & virtus viuunt poſt funera magni Neſtoris egregiam famã ſuperabit & annos
Principis in vita ſi bene facta manent, Principis Alphonſi nomen Aragoni.*

Progeniuit præterea Rex Ferdinandus Ioannam Aragonem feminam præſtantiffimam, quæ nupſit Bernardino Velasco Castellæ Comeſtabili, viro inter Hiſpaniæ primariõs titulis & opibus excellenti & generoſitate præſtantiffimo. Suscepit etiam filiam Mariam ex fœmina Vaſconia pulcherrima nomine Toda. Progeniuit inſuper & aliam Mariam, cuius mater fuit generoſa de familia Pireira regni Portu- 10
galliæ. Hæ duæ ſorores eiufdem nominis viuunt hodie in cœnobio Madrigalis oppidi, præſuntq; cæteris monialibus.

De Caroli Regis aduentu in Hiſpaniam.

CÆTERVM Ferdinando Rege mortuo Carolus eius nepos nunciis & multo-
rum literis admonitus in Hiſpaniam profectionem parare cœpit. Ad quem
interim plures Castellæ nobiles & Aragoniæ nonnulli, qui Regum catholicorum
ſecretarii fuerant, ſeſe contulerunt. Ex quibus fuit vnus Franciſcus cognomento
Cobus, quem Carolus Castellæ negociis ſecretarium præfecit de eius ingenio &
moribus informatus. Poſtea vero rebus ad profectionem comparatis, ex Flan- 20
driæ littoribus in Hiſpaniã traiecit, & in oppido Villa Vicioſa, quod eſt apud Aſtu-
res e nauis deſcendit die decima nona menſis Septembris, anno milleſimo quin-
gentefimo decimo ſeptimo. Hic dies paucos quieſcendi cauſa commoratus, mox
ad viſendam matrem reginam Ioannam Turrem Syllanam ſe contulit. De cuius
rebus quas gerere feliciter incipit, & poſthac geſturus eſt, in eius hiſtoria Deo iu-
uante conſcribemus.

LVCII MARINEI SICV- 30

LI DE REBUS HISPANIÆ

LIBER XXII.

De Imperatoribus quos Hiſpania Romæ & Conſtantinopoli dedit.



POST autem Hiſpanorum Regum nomina & ſucceſſiones, di-
cam nunc breui, quos Hiſpania Romæ dedit & Conſtantino-
poli Imperatores. Nam cum olim Romam ex prouinciis aliæ
frumentum, aliæ ferrum, aliæ equos, aliæ alia munera mitte- 40
rent, Hiſpania quidem eum hiſ omnibus etiam mittebat Im-
peratores, quos hoc loco memorare conſtitui. Hiſ enim mirũ
in modũ poterit ac debet ſemper Hiſpania gloriari, quæ ſem-
per eos viros genuerit, qui vbicunq; terrarum fuerint, primum ſemper locum te-
nuerint.

De Nerua Romanorum Imperatore.

POST Cæſares Imperatores qui numero duodecim ſuere, Nerua primus impe-
rauit, qui Domitiano ſucceſſit. Fuit autem admodum ſenex & populi Romani
& ſenatus conſenſu vocatus ad imperium. Quod cum ſuſcepiffet, omnia ipſius im- 50
perii ſcepta ex Domitiani tyrannide in maximo tumultu offendit. Quamobrem
ſe æquiſſimũ atq; vtilem omnibus præſtare diligenter conatus eſt. Vnde eius ope-
ra omnia Domitiani acta ex ſenatus decreto ſunt abrogata, & multi exilio damna-
ti in patriam rediere, multiq; ſuis bonis & fortunis multati ſuo beneficio ea rece-
pere. Inter quos etiam Ioannes Euangelifta ab exilio reuocatus eſt, & Ephesum
cum

cum magno gaudio remeauit. Verum quum poſt primum ſui principatus annum
iam ſenio grauaretur, & mors inſtaret, Reipublicæ cauens Traianum ſibi ado-
ptrauit in filium. Quo adoptato cum ſeptuageſimum ætatis excederet annum, vi-
tæ ſuæ finem mox fecit. Cuius corpus in horris Saluſtianiſ ſepelientes, animam in
cœlum relata ſenatus decreto retulerunt.

De Traiano Romanorum Imperatore qui Vlpus Crinctus cognominatus eſt.

TRAIANVS autem decoris Hiſpanis plurimum attulit. Nam cum a Nerua ele-
ctus eſſet, imperio ſuſcepto res admodum inclytas geſſit. Fuit enim vir in omni
virtutis genere præſtantiffimus, & qui inter ſanctos Chriſtianos (vt multis placet)
merito referendus eſt. Quippe qui optimos principes rerum geſtarũ magnificen-
tia, & omni virtute, laude, & gloria ſuperauit. In primis nanq; imperii fines longe
lateq; diſſudit. Germaniam enim trans Rhenum (vt Oroſius ſcribit) in priſtinũ ſta-
tum reduxit, Daciamq; cum aliis gentibus Romano ſubegit imperio. Parthos
quoq; recepit, & Albanis Regem dedit. Euphratem & Tigrim prouincias fecit.
Armeniam inſuper, Aſſyriamq; Meſopotamiam, Seleuciam, Cteſiphontem ac
Babyloniã vicin, & vſq; ad Indiæ fines tenuit. Ad mare etiam rubrum acceſſit, in
quo claſſem validam conſtituit, qua inde fines vaſtaret. Hic quippe omnibus in
omnia ſe æqualem exhibuit. Quinimo, vt ſcribit Eutropius, perſæpe amicos ſaluta- 20
tionis gratia viſitauit, & neminem vnquam læſit, vbique enim terrarum ita ſe omni-
bus æqualem præſtitit, vt vſq; ad Iuſtiniani magni tempora in creatione principũ
ſemper ſit acclamatum, Felicitior ſit Auguſto & Traiano melior. Honores enim
imperii, diuitias, facultates, & præmia benemerentibus præ cæteris æque diſtri-
buit. Cuius tale perſæpe dictum erat, talem priuatis Imperatorem eſſe oportere,
quales priuatos ſibi optat habere. Immunitates vrbibus inopia laborantibus vl-
tro offerebat. Portum Anconitanum nunc mirum in modum auctum extru-
xit, & alia multa ædificauit. Nihil vnquam in vita egit, nihilque cogitauit, quod
non ad omnium vtilitatem pertineret. Vixit annis tribus & ſexaginta, in quibus
30 decem & octo imperauit. Cuius probitatis & morum, etſi perierint ſcripta in hi-
ſtoriam digeſta, nõ tamen obtruncata eſt memoria, quin multa plures ſcripſerint,
a quibus nõ pauca hæc ſumpſimus. Igitur cum ſumma belli domiq; gloria flore-
ret, vt Eufebius ſcripſit, apud Seleuciam Iſauriæ ciuitatem profluuiũ ventris extin-
ctus eſt. Cuius oſſa poſtmodum Romam delata, in foro ibidem, in aurea vrna quã
ipſe ſtruxerat, ſub columna quæ adhuc extat centum quadraginta pedum altitudi-
ne, ſepulta ſunt: cuius anima Romani ſenatus ſententia relata in cœlum: cuius
patria fuit (vt aſſeritur) oppidum quod Petracia Serrana dicitur.

De Hadriano Helio Romanorum Imperatore.

HADRIANVS cognomento Helius, Traiani conſobrini filius, poſt Traianum
imperium ſuſcipiens multa quidem magnifice geſſit. Fuit enim vir magnus &
inter optimos principes non immerito numerandus. Nam liberalis, ſplendidus,
magnificus, clemens, & vtraq; lingua eruditus, nec non & Muſicæ, Medicinæq; ar-
tis ſcientiffimus fuit. Qui cum leges multas compoſuiſſet, a populo Romano ob be-
nemerita pater appellatus eſt, & non modo Romanis, ſed etiam Athenienſibus
legem petentibus ex Draconis Soloniſq; ſententia iura compoſuit. Quibus etiam
bibliothecam magnificam atq; inſignem conſtruxit. Et cum vir doctiffimus eſſet,
viroꝝ quoq; doctozum, & maxime Plutarchi Chæroni, Sexti, Agathoclis, &
40 Oenæ magni philoſophozũ familiaritate vſus & delectatus eſt. Idemq; ſacris Eleu-
ſinæ initiatus multa Athenienſibus dona contulit, eozumq; pontẽ Cephifi flumi-
nis alluione deſolatum reſtituit, pontemq; ſui nominis adhuc ſtantem ſuper Ti-
berim in Vaticano fecit, ac iuxta illum ſepulchrum ſuum miræ magnitudinis ex-
truxit, qua mole ſeu ſepulchro nõc Romani Pontifices pro arce vtuntur, quæ San-
cti Angeli Caſtellum nuncupatur. Mirifice quoq; ac ſumptuoſe & alibi hic clarif-
PP ij

simus Imperator ædificauit, & potissimum in Iudæa Hierosolymam a Tito euer-
sam mœnibus & ædificiis instaurauit, & adeo eam amplificauit, vt passionis Do-
mini nostri Iesu Christi locum intra mœnia concluderet, & ex suo nomine Heliam
appellauit. Præcepit ne cui Iudæo, sed tantum Christianis introeundi facultas o-
mnino daretur. Nam cum primo Christianis aduerfaretur, postea cognita eorum
religione eis admodum fauit, & beneficus fuit. Alexandriam quoq; Ægypti ciui-
tatem a Romanis dirutam sua instaurauit impensa. Murum item in Anglia duxit
octoginta millibus passuum longitudinis. Tiburtinam villam, nunc ciuitatem ædi-
ficauit, & Pomponii magni sepulchrum magnificentissime extruxit, atq; innume-
rabilia alia opera peregit. Tandem & ipse sexagenario maior intercutis aquæ
morbo apud Baias Campaniæ urbem vitæ suæ finem fecit, & Puteolis in villa Ci-
ceronis sepultus fuit, vbi Antoninus Pius eius successor templum pro sepul-
chro consecrauit.

De Antonino cognomine Pio Romanorum Imperatore.

ANTONINVS autem Pius, Hadriani gener & adoptione filius, Romanis quoq;
imperauit. Qui etsi incertum est an fuerit in Hispania natus, eius tamen origi-
nem & progenitores Hispanos fuisse plures attestantur. Fuit autē vir optimus, qui
imperio suscepto tanta cum modestia & benignitate imperauit, vt merito non im-
perii, sed Pii cognomentum adeptus, & patriæ pater appellatus sit. Nulli quippe
vnquam neq; priuatim neq; publice acerbus fuit, & hoc verbum persæpe dixisse
ferunt, malle se vnum ciuem seruare, quam mille hostes perdere. Nam tantæ reli-
gionis, pietatis, gratiæ, humanitatis, clementiæ, iustitiæq; ac modestiæ munere
præditus erat, vt cum Numa Pompilio bonorum omnium sententia merito com-
parari possit. Quamobrem multi Reges multaq; nationes, positus eius iussu armis,
ad eum controuersias cunctasq; lites deferrent, eiusdemq; sententiæ statim pare-
rent.

De Marco Antonino Romanorum Imperatore cognomine Vero.

MARCVS etiam Antoninus cognomento Verus ad imperium fratri suo An-
tonino Pio successit, qui imperio suscepto, res maximas gessit. Nam (vt testis
est Eusebius) Germanos, Marcomanos, Sequanos, Sarmatasq; magna virtute su-
perauit. Ad quod bellum iturus cum non haberet vnde stipendia militibus solue-
ret, omnem imperatoriam suppellectilem & vxoris ornatum vendidit, & precia
merentibus dedit. Fuit præterea literarum studiosissimus, ac liberalitate clarissi-
mus. Quapropter ab omnibus ita colebatur, vt sacrilegi nomen incurreret qui eius
imaginem domi non haberet.

De Theodosio Seniore Imperatore Constantinopolitano.

THEODOSIVS Constantinopolitanus Imperator Christianissimus, optimus &
præstantissimus fuit, & Traiani, a quo ducebat originem, persimilis. Qui post-
quam breui tyrannos sustulit, auxilio domini nostri fretus, in quo maxime confi-
debat, & Androgeum seu Androgatum Maximini Ducem, ac Arbogastem Eu-
geniumq; Galliarum tyrannos, & Germaniæ partis inuafores superauit & occidit.
Quod eius historiæ celebrator poeta Claudianus insignis, admirans ait:

*O nimium dilectæ Deo tibi militat arber,
Et coniurati veniunt ad classica venti.*

Hunc itaque non immerito & Ambrosius & Augustinus de ciuitate Dei ma-
ximis laudibus extollunt, cui ad militarem disciplinam addunt etiam ingenii &
religionis laudes ingentes. Hic enim inter alias virtutes humilitatem præcipue
coluisse fertur. Nam cum quia viri Thessalonicenses (vt in historia sancti Petro-
nii habetur) iudicem suum in theatro occidissent, ira percitus esset, diui Am-
brofii precibus eis facillime pepercit. Verum postea suorum familiarium malitia
compul-

compulsus ad quinque hominum millia iussit occidi. Quod vbi diuus Ambro-
sius intellexit, Imperatori apud Mediolanum existenti ecclesiæ introitum, nisi
pœniteret, interdixit. Quod legimus in canone de pœn. distinct. 2. cap. 2. Quam
quidem admonitionem ita animo æquo tulit, vt vltro Ambrosio gratias egerit, at-
que pœniterit, & urbem ipsam laceratam instaurauerit, vt notatur in proœmio
Digestorum. Vnde & pœnitentia peracta legem tulit, vt principum sententiæ su-
per mortis animaduersione prolatae vsque in trigessimam diem ab executoribus
semper differrentur, quatenus locus misericordiæ reo, vel, si res exigeret, pœnitem-
tia non deperiret. Quam ob rem postea si quando ira percitus fuisset, hac cuncta-
tione utebatur, vt ter alphabetum prius profferret, quam quicquā verbo mādaret.

De Arcadio Imperatore Constantinopolitanorum.

ARCADIVS magni Theodosii filius, Constantinopolis cum Honorio fratre
præfuit imperio, qui Christianissimi fuere, & bellicis in rebus strenuissimi.
Nam Ruffinum atque alios duces magno conatu imperium affectantes summa
virtute oppressere.

De Honorio Imperatore Constantinopolitanorum.

HONORIVS autem Arcadio mortuo imperium tenuit vna cum Theodosio
fratris filio, vir certe moribus & religione Theodosio patri consimilis. Qui cū
primum imperium suscepit, Constantinum tyrannum interfecit. Cuius etiam iuf-
su cunctis expulsis hæreticis pax ecclesiis reddita est. Itaque pacatam relinquens
Rempubicam, sepultus iuxta Petri basilicam iacet in pulcherrimo mausoleo.

De Theodosio Iunior Constantinopolis Imperatore.

THEODOSIVS Junior Arcadii Imperatoris filius cum Valentiniano Placidia
amitæ suæ filio septem & viginti annis imperauit, princeps omnino Christia-
nissimus & humanitate clarissimus, qui imperium in maxima rerum perturbatio-
ne suscepit ac possedit. Nam Africam ferme vniuersam Genserico Vandalorum
Regi ablatam amisit, & Ægypti partem deperdidit. In Pannonia quoq; & Hunni
Duce Attila res multas vastauere. Multas etiam in Britannia calamitates, direptio-
nes, vastationesq; pertulit. Deinde Vesegothi, Sueni, & Alani Lusitaniam Tarra-
conensemq; Hispaniam & Aquitaniam capientes, a Ligeri flumine vsque ad Car-
thaginem nouam omnia occupauere, præter Cantabros & Astures, qui pro sua
constantia Romanorum milites conseruauere. Quæ mala Theodosius animadu-
uertens, Valentinianum cum Placidia matre sua statim ad regendam ac defendē-
dam misit Hispaniam. Ipse autem Ioannem quendam tyrannum opprimens re-
gnū omne recepit. Quo sine prole moriente Valentinianus est Imperator electus.

De Ferdinando Vngariæ Rege fratre Caroli Imperatoris.

DE Vngariæ Rege Ferdinando, qui adolescentulus militiam ingressus, arma
tractare cepit, dicam breuiter quæ mihi fata promittunt, eum scilicet Hispa-
niæ & Christianæ Reipublicæ honori magno & augmento fore. Quem quidem
fati necessitas & Dei voluntas non sine casu motuque cœlorum potentissimis ac
sæuissimis Christianæ religionis hostibus opposuit, quibus hætenus fortissime re-
stitit, & in posterum de omnibus barbaris gentibus & Christiani nominis inimi-
cis, vt spero, Deo iuuante simul cum Carolo fratre triumphabit. Cæterum de re-
bus quas hic Rex Ferdinandus adolescens hætenus gessit, & nature dotibus, mul-
ti scripserunt: & nos, Deo iuuante, præter ea quæ scripsimus in historia Cæsaris,
alia quoque quæ posthac eum facturum multo maiora speramus, in honorem Dei
& nostræ religionis conscribemus.

QVÆ DESVNT HVIC OPERI.

DESIDERABIT in hoc volumine lector & frustra requiret Hispaniæ viros illustres. De quibus non solum præteritis, sed etiam nunc viventibus, ut in prologo & aliis in locis mentio est, numerose scripseram: sed cum illorum nomina & res gestas nostris principibus recensuissem, illi quidem etsi propter Hispaniæ felicitatem, quæ tot viros insignes progenuisset, valde gauisi cum laborem nostrum & industriam comprobassent, eorundem tamen voluntas & consilium fuit, ut in præsentiarum virorum illustrium catalogus non ederetur. Dicebant enim prudentissimi principes, quod inter viuentes, ut est humana conditio, magna nasceretur invidia, & iusta præterea multorum querela qui prætermitti fuissent. Fuit igitur mihi parendum principibus nostris rem iustam præsertim atque prudenter imperantibus. Subduximus itaque de volumine viros illustres & nonnullas etiam mulieres memoratu dignas. Quæ cum cæteris quæ mihi posthac occurrerint, in lucem proferentur in posterum. Non me igitur mentitum iudicabis benignissime lector, & quod tibi nunc offero, libenter accipias. Vale.

OPERIS LVCII MARINEI SICVLI DE REBVS
HISPANIÆ FINIS.

LAVREN-



LAVRENTII VAL-
LAE, PATRITII ROMANI,
DE REBVS A FERDINANDO ARA-
GONIAE REGE GESTIS LIBRI TRES.

Prooemium.



Non graui diligentique historia rerum gestarum quanta sit vel scriptori difficultas, vel lectori utilitas, etsi plerique conditores oratoria artis, quæ historia mater est, atque historici ipsi librorum suorum principis testantur: tamen detrahunt nobis philosophi quidam, & ii permagni ac peruecti, cum multum in prima, tum plus in posteriore parte, anteferentes historicam poetam, quod dicant illum propius ad philosophiam accedere, quia in generalibus versetur, & propositis factis exemplis in uniuersum præcipiat: ut Homerus, qui non iam superiorum virorum gesta narrat, quam quo modo futuri boni sapientesque efficiantur, instituit. Historicum enim tantum narrare qualis unus quispiam, aut aliter fuerit, veluti Thucydides, qui gesta Periclis, Lysandri, aliorumque nonnullorum sui temporis scribit. Ita primas partes tribuunt philosophis, secundas poetis, tertias postremasque historicis. Ego vero cum huic nequaquam opinioni assentiar, tamen poetis multo plus quam illi faciunt, tribuo, adeo ut eos aut comparem philosophis, aut anteponam: sed non continuo historicis præferam, ac ne fortasse quidem conferam. Decet enim opus quod aggredieris, libero ore defendere. Itaque primùm poetas cum philosophis, deinde cum historicis, tum hos ipsos cum philosophis componam. Principio siquid momenti antiquitas habet, ut certe habet, poetæ philosophis, immo sapis antiquiores fuisse reperientur. Si quidem Homerus atque Hesiodus non modo ante Pythagoram, qui primus philosophus, sed ante illos quoque septem quibus philosophi, id est sapientes, vocati sunt, exciterunt. Quod si in eadem materia & hi & illi versantur, profecto apparebit plus esse penes priores autoritatis, laudis, dignitatis. An non in eadem materia utriusque versantur? Quid enim habent hi qui se studiosos sapientiae vocant, quod poeta non traheret? nonne Empedocles, Aratus, Lucretius, Varro de naturalibus ac cælestibus disputarunt? non Vergilius de aruis, vinetis, arbutis, animalibus, animisque etiam de functionibus, adiuncta physica ratione, cecinit? non multi de medicina versibus conscripserunt? Quid autem quod ad moralem pertinet, Satyri aliud quam disputando, præcipiendoque mores informant? ad quem ipsum sinem Tragici, Comici, cæterique poetae, sed sub persona tendunt. Nam de Dialectica scribere versibus, quodammodo ineptum sit, ut potest dura quadam scientia & aspera: quanquam non defuerunt, qui & de hac, & de cæteris liberalibus artibus poemata panxerint. Quare quisquis est, qui poetas, non dico in numero philosophantium non ponat: sed cur existimet minus iis qui se peculiariter philosophos appellant, hoc nomine dignos esse? qui etiam priores philosophari ceperunt, & ubi ab istis differunt, melius philosophantur. Habet enim institutio illa sapientiae sub persona miram quandam autoritatem, & quasi maiestatem, cum eximia modestie laude cõiunctam: ut apud Homerum cum legimus quid egerunt dixeruntque, Nestor, Agamemnon, Priamus, HecTOR, Antenor, multo magis ad virtutem incendimur, quam ex vllis philosophorum præceptis. Adeo ipsum quoque autorem tacita quadam caritate complectimur. Nam præcipere aliis velle, fere odiosum est, quod arrogantiam & tumorem animi olet. Mens enim nostra sublimis ac superba, ut rectam præceptionem tanquam a sapientiore dedignatur accipere, sic eidem oblique per exempla & blande subeunt acquiescit: cum præsertim illa velut pictura personarum, & spem inducat animo, & stimulos emulationis incutiat. Ex quo Horatius non tantum suo iure, sed vere de Homero loquens, poetas uno eodemque in loco, non modo philosophis comparat, inquitens,
Rursus quid virtus & quid sapientia possit,
Vtile proposuit nobis exemplar Vlyssæm. verum etiam antefert, cum inquit:

Qui quid sit pulchrum, quid turpe, quid vile, quid non,
Plenius ac melius Chryippo & Crantore dicit.

Quod si vel pares vel potius superiores philosophis censendi sunt poetæ: reliquum est, quare non sint historicis maiores, ne dicam pares, ostendant. In quo illud pro nostra in poetas benevolentia donamus, historiam non fuisse poetæ prior em: et si prior fuit. Nam ut apud Latinos priora sunt annalia quam poemata: sic apud Græcos, & Dares Phrygius, & Diæty Cretensis, si vere fuerunt, priores Homero extiterunt. Nec fieri potest ut poetæ figmenta sua, non in rerum gestarum veritate, velut fundamentis adificent. Nam ne quid de antiquis historicis dicam, quorum est Trismegistus, quem Mercurium putant, certe Iupiter in columna aurea, ut esset monumentum posteris, gesta sua per scripsit. Sed hoc, ut dixi, donamus, satis habemus demonstrare, cum idem sit propositi historico quod poetæ, ut pro sit, etiam delectet, nimirum tanto robustiorem esse historiam quanto est verior. At non versatur circa uniuersalia. Immo vero versatur. nulla enim alia causa huius operis est, quam ut per exempla nos doceat. Unde a Cicerone his verbis laudata est: Historia testis temporum, lux veritatis, vita memoria, magistra vita, nuncia vetustatis. An est quisquam qui credat admirabiles illas in historiis orationes utique veras fuisse, & non ab eloquenti ac sapienti opifice personis, temporibus, rebus accommodatas, quibus nos eloqui & sapere docerent? quid in eius natura personarum grauissima testimonia, quid laudes, quid vituperationes, quid multa alia doctrina atque sapientia plena? nonne in uniuersum præcipiunt? Neque vero si solam, ut sic dicam, eam rerum respiciamus, semper poetæ tendit ad uniuersalia. Nam Pindarus, Simonides, Alcaeus, alique Lyrici singulorum laudes, & quidem uiuentium, ne dicam mercede, cecinerunt. Elegiacos & eorum similes transeo, qui suos amores plerumque tractauerunt. Et contra Xenophon magis optimi Regis effinxit, quam veram Cyri exposuit vitam. Nam de AEsopo taceo, qui fabellas prosa oratione composuit. Pudor me tenet & reuerentia Homeri atque Vergilii, plura de hac re exequendi. Ideoque iam historiam comparabo cum istorum qui nobis litteram intentant, philosophia, quorum nemo merus professorque philosophus comparandus est, neque Homero Græcus, neque Vergilio Latinus, immo ne Salustio quidem, ac Liniio, nonnullis, ne alii historicis. Etenim quantum ego quidem iudicare possum, plus grauitatis, plus prudentiæ, plus ciuili sapientiæ in orationibus historici exhibent, quam in præceptis illi philosophi. Et si vera fateri non piget, ex historia fluxit plurima rerum naturæ alium cognitio, quam postea alii in præcepta redegerunt, plurima morum, plurima omnis sapientiæ doctrina. Siquidem historicos philosophis priores fuisse docuimus. Et si diuinorum quoque hic facere mentionem volumus: & Moses historicus, quo nemo prior scriptor extat nec sapientior: & Euangelista, quibus nihil sapientius, nil aliud quam historici sunt appellandi. Verum ut contra gentiles gentilium documentis agamus, sicut superius fecimus, ita hic ad extremum, eam partem ubi quaestio est, Quintiliani testimonio confirmemus, qui ait: Neque ea solum quæ talibus disciplinis continentur, sed magis etiam quæ sunt tradita antiquitus, dicta & facta præclare & nosse, & animo semper agitare conueniet. Quæ profecto nusquam plura maioraque, quam in nostræ ciuitatis monumentis reperiemus. An fortitudinem, fidem, iustitiam, continentiam, frugalitatem, contemptum doloris ac mortis, melius alii docebunt, quam Fabricii, Curii, Reguli, Decii, Mutii, alique innumerabiles? Quantum enim Græci præceptis valent, tantum Romani, quod est maius, exemplis. Vbi sunt qui utilitatem historiae cauillantur? quam maiorem quam in philosophia esse, & ratione & autoritate conuincimus. Postquam de utilitate satis diximus, superest ut aliquid adhuc, quæ pars prima a nobis proposita erat, de difficultate dicamus. Oportet in historico esse, præter ipsam mirabilem quandam & multis sane dotibus exaggeratam scribendi scientiam, alia multa sine quibus non possit suum munus implere: primum in cognoscenda re, solertiam, acumen, iudicium. Nam quotus quisque gerundis rebus, qui scribit interfuit? Qui vero interfuerunt, ii non modo, si a diuersis partibus steterint, inter se dissentire solent, sed etiam si ab eisdem. Raro namque eadem res a pluribus eodem modo narratur, partim studio aut odio: partim vanitate, cum aliqua que scire poterat, nesciens videri vult scire, vel non vult videri nescire: partim credulitate, cum aliis quibuscunque referentibus temere credidit. Vix enim fieri potest, ut unus omnia que in re gerenda contingunt, sensibus suis perceperit. Nonne igitur ad huiusmodi veritatem erendum historico opus est non minori accuratone ac sagacitate, quam aut iudici in deprehendendo vero ac iusto, aut medico in præuidendo morbo atque curando? Deinde ubi non aliena sed tua notitia miseris,

miseris, tuumque ipsius testimonium profiteris, quanta cura ac diligentia est efficere, ne illi parti cum qua eras, ut Timagenes & Dicaarchus in historia Alexandri, ut Xenophon in historia Cyri iunioris, ut Oppianus Hircius in historia Caesaris, fauere videaris? Nam de his qui de suis ipsorum gestis scripserunt, non attinet dicere hoc tempore, neque de iis qui olim ab aliis scriptas historias retractant tantum atque expoliunt: non veri, ut quibusdam placet, dicendi historici. Postremo quanta est opus ad hanc rem fide, atque constantia, ne quid malvolentia, ne quid inuidia, neque terrori: rursus ne quid gratia, ne quid spei, ne quid precibus, ne quid ambitioni, ne quid auctoritati tribuas: utique cum de tua, aut de paulo superiore memoria scribas, & de his quibuscumque uiuis, aut de eorum parentibus ac necessariis? In quo haud dubie & poetis & philosophis historici sunt anteponendi. Hæc nos in uniuersum ad commendationem historiae historice satis esse præfatos: de presenti autem materia, aut de me priuatim dicere nihil sane visum est. Sed quoniam de Hispano Rege locuturus sum Ferdinando, qui primus e Castella regno Aragonia potitus est, aliquid de ipsa Hispania alius repetam.

LAVRENTII VALLÆ DE

REBUS A FERDINANDO ARAGO-

NIÆ REGE GESTIS LIBER I.

HEROPAM tertiam orbis terrarum esse partem, fere traditum est: eamque Africa haud multo maiorem. Nonnulli fecere mediam, Africa illi subiecta, eorum qui tertiam volunt. Quidam non secundam magnitudine dicunt esse, sed primam. Nos vero receptam opinionem, & plurimum auctoritatem de numero sequentes, sicut magnitudinis quaestio nem in ambiguo relinquimus, quia parui refert hic de ea pluribus dicere: ita palam Europæ tribuimus in omni prope genere dignitatis. Quod nisi & planum esset, & aures Latinorum Græcorumque assentirentur, multis doctorum hominum testimoniis demonstrarem: nunc publica persuasione, communiq; consensu contentus sum. Ipsa autem Europa nusquam aptius conuenientiusque initium sumere dicenda est, quam ubi primum se ab Africa dirimit, non flumine aut monte, ut alibi fit, sed freto Oceani & mediterranei maris, hoc est in Hispania: quam caput Europæ, & si illa trium dignissima est, caput orbis terrarum fateri licet. Ex quo plerique in describendo orbe, ab Hispania veluti a capite inceperunt. Neque est, quod aliqui dicant mundi caput in oriente esse, pedes vero in occasu, ad quem vergit Hispania: plerique inesse dignitatis ubi lux oritur, quam ubi tenebræ. Nam si cæli cardinem, & ut Græci dicunt, polum, consideremus, qui septentrio est: profecto non caput pedesque spectandi sunt, sed dextera, a qua occasum, & sinistra, a qua ortum constat esse. Neque idem dici de antarctico polo in contrarium potest. Si enim proprium rotæ est circumagi in dextrum, nimirum arcticus caput erit, in cuius dextrum, non antarcticus, in cuius læuum mundus rotatur. Verum sicut ad cælum Hispania, qua vergit in occasum, in dextra esse cæsenda est, ita ad ipsum orbem terrarum, quia certissimum est caput Europæ, caput nominari potest, nihil obstante eo, quod de dignitate orientis opponitur. Nam nullius rei principium est suo fine præstantius. Neque alibi prius oriuntur tenebræ, quam ubi prius orta est lux. Et in oriente ut dies, ita nox prior est, ut ab eis etiam tenebræ venire videantur. Oriens videt primum solem quasi florentem, occidens postremum quasi fructiferum. Illi dant lumē, nos accipimus: ab illorum hospitio prodit, a nostro excipitur: de iis ad nos, de nobis ad eos com meat. Sed superuacuum est de hoc cum orientalibus contendere, qui nullum certum locum, ubi apud eos pars orbis tertia recte incipiat, possint ostendere, ut nos in Hispania facimus: quam iure meritoque caput debere dici Europæ terrarumque, probauimus. Hanc Romani cum rerum potirētur, in duas diuifere prouincias, citeriorem, vltioremque: quarum utraq; suas regiones certis distinctas finibus

ac vocabulis habebat, quæ hodie pene mutata sunt, vt necesse habeam, cum præsentibus futurisq; hominibus scribam, non priscis nominibus vti, sed nostro seculo ac iam longa ætate vsitatis, si ab omnib. legentibus intelligi velim, vt veteres quoq; ipsos video factitasse. Nam & hæc & cætera loca fere diuersis subinde vocibus appellata sunt. Et vetus sermo nihil aliud est, quam vetus loquendi consuetudo. Quis enim in Italia in qua sumus, pro his vocib. quibus vtimur, intelligat nuncupantem Brutios, Lucanos, Samnites, Campanos, Volcos, Equos, Hernicos, Umbros, Etruscos, Gallos, Boios, Insuabes? vt admirari soleam, vnde factum sit, quod regionum prope omnium sint immutata nomina, cū vrbibus sua fere consentent. Ita q; in hac re non vetustatis auctoritatem sequar, sed nostrorum temporum consuetudini obsequar. Sed in hac ipsa consuetudine opus est iudicio. Nam vt Florentiam potius dixerim quam Fluentiam, & Ferrariam quam forum Arrii, & Papiam quam Ticinum, & urbem Castellum quam Tifernum, & alia multa: ita non Ianuam sed Genuam, non Cumas sed Comum (nam Cumæ iuxta Baias non extant) non Barcinonam sed Barcelonam, non Siciliam nisi insulam, quam Homerus vocauit suo iure Trinacriam. In superioribus enim etsi auctoritatē ex libris repetere possumus, eam tamen cōsuetudo diuturna superauit: in posterioribus autem vsus loquendi cum ipsa auctoritate ac vetustate consentit. Igitur Hispania cuius partes regionēsq; magis quam vrbes alia sortitæ sunt nomina, non tam quinque in regna diuiditur, quam quinque regibus pariter, Castellæ, Aragoniæ, Portugalliæ, Nauarræ, Granatæ. Multo omnium latissimum est Castellæ, quod obuersum fere oceano, duob. veluti brachiis Portugalliam Granatamq; complectitur, sinistro Granatā in mediterraneo mari, dextro Portugalliam, quod est multo longius. Nā Vascones Galliamq; attingit, quæ nunc a Germaniæ quadam gente, Francia dicitur: res omnibus, nisi Hieronymus tradidisset, futura ignota. In Castella ex omnib. potentissima est Ispalis, quam vulgo Sibiliam dicunt: in Portugallia Olisippona. Quod nomen ab iis corrumpitur, qui velut ab Vlyse Vlyxbonam dicunt, nescientes Vlyssis illius viri nomen, sed sic a Latunis esse corruptum, præterea Vlysem illuc nō nauigasse, postremo hanc vocem, si Græcam originem sectari libet, ab equis ductam. Ibi enim a multis est Græcorum Latinorumq; traditum, equas Fauonio qui idem Zephyrus est, flanti obuersas tempore certo concipere, eumq; partum esse perniciosissimum, licet triennium non excedat. Opinor Homerum secutos, qui iugales Achillis equos ad Oceanum Zephyro patre genitos tradit. In Granata vrbs eiusdem nominis, quæ regioni nomen dedit, olim vocata. Ab interno autem mari secundum Carthaginem incipit regnum: quæ ab vrbe Valentia, sicut de Granata diximus, nomen accipit, quia caput regni est, omnium Hispaniæ vrbium, vt fertur, amœnissima, olim Romanorum colonia, postea non minima ex parte Cathalanorum. nam vtriusq; gentis proprie eadem est lingua, finitimæ alioqui, iunctisq; littoribus, quorum tractus parum differunt. Sed in mediterraneis multo plus possidet Cathalonia, cuius metropolis quidem est Terracon, celeberrima vero Ilerda, validissima autem atq; pulcherrima Barcellona. Eius finis ex altero latere ad montes Pyrenæos extenditur, & ad Narbonensem vsque prouinciam quæ nunc vulgo tantum prouincia dicitur, licet non seruat vsque quæq; limitibus. A tergo autem harum duarū sedet Aragonia veluti maxima natu, & primigenia fororum, a qua proprie Rex appellatur. Cuius metropolis est Cæsar Augusta, vbi Reges ab eius archiepiscopo, qui primus regni dicitur, diadema accipiunt. Horum lingua si melior est mediterraneis Castellanis, a quibus magna ex parte cinguntur, quam Cathalanis aut Valentinis. Et de origine quidem horum nominum, nō putarem faciendum, vt redderem causam, nisi quædam de ea literis tradita scirem, quæ mihi non plane probantur: ea tamen iudicio aliorum relinquam. Atque vt de Cathalonia de qua vetustior est narratio, quam de Aragonia (nā de Valentia quæ nomen antiquum obtinet, nihil quæritur) prius dicam: arunt fuisse Rogerium quendam cui cognomen erat Cathalo, ad debellandas Hispanias a Carolo Magno missum cum magno exercitu ac flore Galliarum, eumque cum vix quidpiam Hispaniæ subegisset, breue intra tempus morbo extinctum, cum summa post eius obitum pernicie suorum.

suorum. Vnde parum verisimile est, ab hoc viro prouinciæ nomen impostum, quam non subegerit, & a qua quodammodo subactum sit. Nō enim calamitatis acceptæ, sed partæ gloriæ testimonio debet nomen esse prouinciæ. Quapropter non me pœnitent eius sententiæ esse, vt hoc nomen non recens sit, sed admodum vetus, cum legamus certe apud Plutarchum in vita Sertorii, urbem quandam egregiam illic fuisse, nomine Cathalonem, & eius incolas, Cathalonios nuncupatos. Quod autem latius sit propagatum id nomen, non esse mirandum, nonnulla sunt exempla documento: vt ea ipsa quorum modo memini, Valentia, Granata, Francia. Et Aprutium apud veteres vna vrbs erat, quam vulgo Teranum vocant, vbi adhuc reliquæ antiquitatis extant, cum dicitur antistes Aprutinus. At nunc non urbem modo, sed ingentem quoque prouinciam complectitur. Et Campaniam a Capua dictam, multos autores habemus. de veteri Campania loquor, quæ nunc terra laboris, id est culturæ, dicitur, non de ea, quæ cur ita vocetur, non aliam quam ignorantem puto fuisse causam, quemadmodum illam Italiæ partem quæ olim Græcia maior dicebatur, vocare Siciliam. Quid alia longius quærimus? ipsa Aragonia, de qua dicere secundo loco proposueram, si istis credimus, appellata est a fluuio quodam eius nominis, qui illic ortus Iberum influit. In cuius vicina loca, Christiani vim hostium deuitantes fuga, se receperant. Ego vt de hac secunda satisfaciā, non satis implet apud me nominis fidem, aut tantulus tutius, aut talis causa: ideoque malim dicere aliunde descendisse illam vocem, vel ex eo quod legitimus apud Ptolemæum fuisse populos quos Iberus interfuit, nomine Aurigones, nempe vbi media Aragonia est. Nā confutare eos qui dicunt Terraconem, quasi terram agonum, & Vrgellum, quasi vrgens bellum, & Barcinonam, quasi barcanonam, aliaque ridiculæ etymologiæ, Græca, Latinaque, ac Barbara miscentes, ineptum sit: satis superque falsitas se ipsa cōfutat. Quod genus sunt ea quæ de Hercule in Hispania narrantur, quæ ne longius reprehendam, sat erit Plinium audire qui de naturali historia ait: Vniuersa autem quæ de Hercule, ac Pyrene, vel Saturno traduntur, fabulosa in primis arbitror: quæ iterum appellat portentosa Græciæ mendacia. Hæc nos tot verbis differuisse de his regnis, in quibus nostra materia versatur, non fuit alienum. Superest quinta & minima pars, regnum Nauarræ, cuius præcipua vrbs est Pompelon, partim Hispanis aliis, partim Ausetanis, Vasconibus, Aquitanisque circundatum: ideoque sicut Aragonia, nulla sui parte pertingit ad mare. Vbi non nihil mirandum est, quod tam parua regio per se cum exiguis aliquot aliis populis, suam linguam habet adeo abhorrentem a cætera Hispania, vt non magis abhorreat Hebræa, vel Græca. Nam & Granatensium, quæ & ipsa discrepat, vt hæc lingua, non alia est, quam Syrorum, Afrorum, Maurorum, a quibus angusto traiectu diuisi sunt, & a quibus leges & instituta ceperunt. Reliqui enim Hispani, etsi differunt sermone, tamen ita, vt Itali inter se, vt Galli & Germani differunt. Cæterum horum quatuor Christianorum Regum, præter Portugallensem, alii ex eadem stirpe, id est, ab eodem auo progeniti sunt, qui fuit Rex Castellæ tantum, vt cæteri maiores, nomine Ioannes. Is duos filios ex vxore Helianora, Petri filia, sororeque etiam, ex matre, Ioannis & Martini, qui tres gradatim Reges Aragoniæ fuerunt, Heinricum & Ferdinandum genuit, moriensque regnum Heinrico primigenio per manus tradidit. Hic cum esset in omni virtutum genere cuiusque optimorum Regum par, in bellica laude maioribus respondere non potuit, incommoda semper ac prope perditam valetudine. Quo minus ei prosperitas corporis in fratre impigro iuvene, & generosi ac regii animi grata erat, minusq; hominem ob id fraterne tractabat. Quod ille moderate ferens, quantum licebat, se a regia frequentanda abstinebat, & quia in belli artibus celsioribusque virtutibus non dabatur, in his mediocribus suam indolem ostendebat, affabilitate, liberalitate, consiliis dandis, re familiari augenda, liberis erudiendis, corpore exercendo. Brutus autem odium, suspectas virtutes habentis, simulata deuitauit insania. Maioris tamen operis est, illud aperta virtute deuitare, & odium pariter & inuidiam vincere. Augebat autem suspitionem Regis (nihil est enim Regum animo suspiciacius) quod videbat fauorem studiumque

populorum propensum in fratrem, non modo quod optima valetudine, quod tanta animi indole erat, verumetiam quod proventu filiorum scilicet videbatur. Nam Rex aliquandiu prolem cum non sustulisset, tandem Mariam sustulit, quam certe tres quatuorue filii Ferdinandi, ætate antecederant: Alfonso qui postea in regno Aragonum patri successit, Ioannes qui Navarra regnum adeptus est, Henricus qui magister sancti Iacobi, & Sanctius qui magister Calatraue fuerunt. Nam Petrus multo minor cæteris fuit, tanto iunior Maria, quanto maior Helianora sororibus, quarum altera fuit regina Castellæ, altera Portugalliæ. Ita Rex, aut orbis, aut vnica pater, & fratris & populorum animus, tum sibi, tum filia pertimescebat. Ideoque proceres omnes ac ciuitates iureiurando ad egerat ad profitendam illam regni hæredem, futuramque Reginam. Hanc deinde adhuc intra infantia annos Alfonso, prout licebat per ætatem, despondit, adductus quidem, ne regnum paternum in externam familiam delaberetur, neue fratrem populoque irritaret, ascito sibi pro genero homine peregrino, sed tamen non ex minima parte propter mirificam in Alfonso puero (erat enim quam illa maior quinque annis) indolem & incredibilem gratiam; a Deo commodiorem filium sibi optare se non posse dicebat. Enimvero Alfonso non in ea modo ætate puerili vterque parens, sed quoad vixerunt, vnice certatimque dilexerunt, amarunt, complexi sunt: ita ut alii liberi (res enim erat minime obscura) etiam si excellenti omnes indole, tamen nihil essent ad Alfonso, non minus ob alia charum, quam quod filius foret. Ea erat in vfu & consuetudine benignitas, suauitas, probitas: ea in sermone prudentia, moderatio, iocunditas: is in rebus agendis vigor, ea magnitudo animi, is contemptus pecuniarum, appetitusque amicitiarum & gloriæ. Quæ omnia & decor oris, & membrorum concinnitas habitasque condiebat. Ea denique in parentes pietas, obseruantia, crederes nihil eum magis studere, quam ut illis gratum facere posset. Hanc ipsam obseruantiam pietatemque in Regem quoque transtulerat. Ex quo per causam sponsæ familiaris eo Rex arctiusque quam patre utebatur, & ut generum Regis, immo & regni successorem, præcedere volebat. Sed profecto raro respondent euenta propositis nostris, ut intelligere possimus, consilia humana vtiq; diuina ratione superari. Alter fratrum sperat se relicturnum Mariam suam Castellæ Reginam, cum alter frater qui non sperabat, suam Mariam relicturnum esset. Ille putat se hos coniuges regni sui facturum hæredes, & hic qui non putabat, sui facturus erat. Nam non ita multo post, Regina concepit, & filium edidit, cui Rex imposuit nomen quod fuerat patris. Huic puero etsi iure naturæ & paterna voluntate debebatur regnum, tamen filiam non aliter quam primigeniam, quod nomen proprium est eius cuius futura successio est, pater vocari præcepit, & testamento cauit, ne utiquam alium filio, si orbis liberis decederet, quam sororem succedere. Verum nato regni hærede, etsi filia plurimum videbatur amississe, plus tamen eius sponsus, cui iam desperandum erat non modo regnum, verumetiam sponsæ coniugium Rege defuncto. Nam quomodo Reginam collocaturam esse nuptum filiam priuato potius viro, quam vel alicui ex Britannia quam nunc Angliam vocat, principi, vnde ipsa traheret originem? In quod postea periculum deuentum est, atque adeo de nuptiis actum erat, nisi puella alium virum se quam Alfonso accepturam pernegasset. Et hoc iam declarato Aragoniæ Rege Ferdinando, nedum ideo adhuc priuatam vitam agente non metueretur, sed quem admodum præter spem Alfonso regni successio obuenerat, iterumque præter opinionem de manibus exciderat: ita ad postremum præter spem opinionemque regnum aliud adeptus est, ut iam tunc a puericia varietatem fortunæ, quam pleraque vita expertus est, auspicaretur. Sed de Alfonso posterius latè dicendum erit, nunc ad patres reuertamur. Non fuisse autem abhorrentem ab re bellica Henrici Regis animum, vel ex eo patet, quod affecta valetudine comparauit exercitum quem aduersus Granatenfes educeret, atq; eduxisset, nisi grauantem morbo celerius opinionem hominum excessisset e vita. Hanc certe secum tulit laudem, quod pro religione bellum suscipere destinasset. Reliquit autem & filii & regni autores, tutoresque secundum Reginam, tres sibi maxime spectatos: Sancium Rodericum Daualos,

ualos, præfectum militiae, quo sine controuersia nemo erat illa tempestate apud Regem, nec integrior, nec strenuitate præstantior: Petrum Valasci & Rogerium Lopizum Stuenigam. Ei defuncto vbi Ferdinandus cum omni cœtu procerum regio more iusta persoluit, reliquum erat, ut is qui futurus esset Rex, voce præfecti militiae nuncuparetur. Quem autem is nuncupauerit, instituto patriæ pro Rege haberetur, & eius vocem ceteri cum læto clamore excipiunt. Sed hic tunc quid ageret hæsitabat, etsi regnum puero datum volebat. Monebatur autem cum suo ipsius iudicio, tum procerum populorumque fremitu. Non enim esse ex vfu regni expectare donec anniculus adoleuerit, si modo adolefcere daretur, cum Ferdinandus iam ad ultum præsto sit: expectare qualis puer ille sit euasurus, cum assit is, qualis voto expectendus esset: committere regni gubernacula regis satellitibus, & cum qui sit Rege, patre, fratre, regali animo clarus, excludi a paterno regno, ac subiici cum tanta sobole regii generis libidini tutorum, ut per speciem administrationis in exilium agant, in carcerem coniciant, in necem cum omni stirpe præcipitent, quo ipsi impunitus tyrannidem occupent, vel fato vel fraude extincto pupillo, ut florentissimæ domus familia breui tempore omnis in nihilum recidat. Præstare igitur ut Ferdinandus succedat in regnum, illudque postea Mariæ primigeniæ fratris, Alfonsoque primigenio suo, quos prius iurauerant populi in se regnatos, per manus tradat, aut Ioanni, si dignior qui regnet videbitur. Hæc atque huiusmodi verba exaudiens præfectus, ut tenebat manu vexillum, stabatque ante Ferdinandum atque omnem cœtum, uti se omni inuidia exolueret, Quem, inquit, me iubes filii Regis Ferdinande nuncupare Regem? te ne, an Alfonso, an Ioannem? Fecit hæc interrogatio, quod ipse erat in aliena, illum in sua ipsius causa arbitrum. Hic responsum illud omnium seculorum memoria dignum, & vox æternis literis dedicanda: ac nescio an nisi in fabulis simile factum, aut par inueniri queat, sacro quodam rebus humanis exemplo, ut discerent homines plus pietatem officiumque in suos esse quam regnum. Cuius tamen rei fama per omnes ferme terras, non minus quam pro merito est peruagata. Tot causis, tanta occasione, tanto hominum consensu, ad tantam spem vocatus, non integritatem animi flexit, non consilium disulit, non vocem proferre dubitauit. Sed protinus, Ecquem, inquit, alium nuncupabis quam Ioannem? Quod si non audes, me imitare ipsum: assumpto in humero infantulo, sicut erat statura sublimi, ex loco superiore exclamauit: IOANNES EST REX. dicite omnes, REX IOANNES. Quam vocem admirati vniversi & ipsi subsecuti sunt clamantes identidem, REX IOANNES. Ita Ferdinandus hac consilii celeritate, non dato hominibus spatio deliberandi, rapuit eorum excussitque iudicium. At tacite defuncto Regi exprobrauit inconsultam suspicionem, qui talem fratrem, se quoque meliorem, non belle tractasset: ac nequid de animo eius in dubium reuocari queat, omne reliquum vitæ tempus declarat Ferdinandum non aliter perseuerasse quam inceperat. Postea vero quam suæ fidei ac virtutis sub oculis omnium tale specimen dedit, insequentibus diebus cum videret apparatus belli solutum iri, quod nemo vnus ad eam rem administrandam satis idoneus putaretur, neque proceres qui ex aliis nationibus, in honorem religionis ad id bellum conuenerant, decorum sibi ducerent, sub iis tribus aut eorum aliquo militare, se duces pollicitus est. Atque ita volentibus gaudentibusque cunctis, summa gerendi belli ei defertur. Cui se comitem iturum cum ingenti necessariorum manu promissit Sanctius Rogeus episcopus Palentinus, non indecorum sibi existimans pro religione arma tractare, vir maximi animi, maiorisque & consilii & fidei. Hoc communi amico nisi Ferdinandus ac Regina inter se transigunt, ut dimidium regni, qua parte ad hostes obiectum est, velut fiduciarium ditioni ac procurationi Ferdinandi cedat, suumque munus sit rem bellicam administrare: cætera quæ extra periculum posita sunt, Reginæ obtemperent. Interea Rex barbarus qui contra se parari bellum acceperat, postquam de languore, mox de obitu Regis certior factus est, defunctum se periculo existimans, inceperat iam non nihil de cura remittere. At vbi delectum Ferdinandum ducem comperit, vel magis timuisse dicitur, quod non per alium, ut Rex fuerat, sed per se esset bella ge-

stutus: illoque ætatis ac virium flore ostentaturus virtutem, quoad posset per occasionem, ut se dignum auo, dignum patre, dignum fratre, dignum etiam regno, indicaret: annexurus quoque ut sibi & autoritatem, & potentiam compararet. Igitur ad transmarinos Reges mittit ut primo quoque tempore traiciant auxilia, & omni humana ope iuuent Hispanam circuncisionem aduersus incredibilem Christianorum multitudinem. in ea enim repositum decus generis religionisque, ne aut in seruitutem redigantur, aut sacra, ni trucidari malint, mutare cogantur. Etenim hunc Regem transmarini sacrosanctum & sentiunt, & nominant, quod pro tutela religionis oppositus est contra vim Christianam, in ceruicibus suis imminet. Ipse quammaximas potest, equitanis peditanisque copias cogit, omnes aditus, qua venturos hostes suspicabatur, interceptis intercidiue, præsidia disponit, oppida, castellaque fossis, aggeribus, propugnaculis, turribus, stationibus munit, omnique & tormentorum & telorum genere instruit. Nostro autem imperatori maiorem multo belli molem fore, si transmarina mittantur auxilia, videnti, prima curarum fuit classem comparare, atque eam ad rationem temporis instructam habere. Itaque episcopum Palentinum, & Laurentium Zuarem, magistrum sancti Iacobi, & generum eius Gasiam Fernandum, secundum a magistro, quem magnum commendatorem vocant, cum maxima copiarum parte præmittit. Ipse Ispali ad maturandam classem aliquot dies consumit, quid faciendum sit, præfectum (is fuit Ioannes Henrix) docet. Summa hæc fuit, non minus pecuniam ad hostes, quam equos, arma, milites subuehi prohiberet. Nam his corpora aduersariorum armantur, viresque adduntur: illa nostrorum animi prærunque tentantur, & velut exarmanantur, & nostræ rationes in discrimen perniciemque deducuntur, ut postea re ipsa compertum est. His confectis, Ferdinandus cum reliqua parte exercitus venit ad castra quæ erant posita ad Setanillium, quod oppidum in media conualle, imminentibus vtrinque rupibus collibusque, despicitur. Ab utroque latere extra teli iactum, & licet in depresso loco sedeat, tamen in edita aliquantulum & circuncisa petra situm est: flumine cuius idem quod ipsius oppidi est nomen, petræ radices subluente pene circumfluum: denique & natura & opere egregie munitum, ad orientem Granatæ vergens. Et iam appetebat solstitium æstiuum. multum enim temporis exequiis apparandis, consiliis habendis, rebus componendis, extractum erat. Ibi pro situ loci, quoniam cæteris tormentis parum profici videt Ferdinandus, turrim quæ muro admoueretur, excitare instituit: magnum opus & laboriosum, quippe ab eo loco expugnanda vrbs, quæ tantum aditur, qui locus non minus cælo muro ac turribus, quam reliquis ambitus amne tutus est. Interea cum turris, muscoli, vineæ, cæteræque machinæ, ut cuique datum negotium est, fiunt: Ferdinandus præter quotidianas expeditiones, cum eadem copiarum parte cum qua venerat, oppida duo, Prineam & Pegum, paucis diebus expugnat: erant enim parua. Tum oppidum Zaram aggressus, positus ante portam castris, asperrime oppugnat, magnoque cum periculo, multisque cum vulneribus quotidie dimicabatur, & vtrinque nonnulli cadebant, cum nostri primum replere fossas, deinde arietibus muros subruere, postremo scalas admouere: illi contra his omnibus nostros prohibere nitentur, nec nisi tormentis res atque omni genere missilium agebatur. Sed oppidani tintis veneno sagittis vtentes, nostros ad usum veneni vicissim compulerunt. Tandem hinc machinis discussa muri parte, illinc ariete subruente turrim, intra tricesimum diem, ex quo die obsidere cœptum est, deditionem facere coguntur, ut cum binis vestibus demigrent. Erant autem ad tria millia permiscui sexus ætatisque. Vrbs militibus in pretium laboris & vulnerum diripienda conceditur: transcribunturque ibi incolæ, eisque ager Prineanus, Peganus, Zaranus, pro cuiusque conditione ac merito diuiditur: sed ita ut nemo Agarenam linguam teneret, pro colono admitteretur, nequando sermonis commercio Christianis ac barbaris intercederet consuetudo, quippe ad proditionem facilima occasio. Hos Granatam versus abeuntes, & propter vxores, paruulosque liberos, ac senes, tardius iter facientes, Didacus, Demanus Adelittus, comparata omni Almu-

Almuganeorum manu, de quo genere hominum postea dicemus, profectus a castris Setanillii, quæ aberant decem millibus passuum, assecutus est in angustiis quibusdam, & ad vnum omnes occidit, siue odio gentis, siue prædæ spe, quod crederet eos aurum ferre, siue vlciscendæ iniuriæ alicuius gratia, siue alterius persuasum, in victoris inuidiam. Eum reuersus Ferdinandus cum ad pœnam deposceret ac primos sociorum, interponebant plerique preces, ut veniam daret, quorum aliqui eo impensius absolutum optabant, ut inuidiam in Ferdinandum conflaret, qui tantum captiuorum e manibus dimisisset. Hoc autem negante se veniam dare posse, nisi fama periclitari vellet, ac fidem datam rupisse, responsum est a multis partibus, non permittitur exercitum, sanguine Christianorum, canibus illis parentari, resque iam ad seditionem spectabat. Ferdinandus qui sciret multos adesse qui inuiderent, multos qui odissent, multos qui ob factiosam potentiam non possent a se, utpote recenti duce, in officio teneri, pronunciauit, Didacum sociosque se donare quidem capitis impunitate, sed non tamen crimine absolueret, ac quantum in ipso esset, vnum Didacum ignominia notare, ut cum omnibus quæ peccauit hac leni multatione decidat. Iam tum apparebat contumaces nonnullorum esse animos, & gloriæ ducis aduersari. Sed huic eo tempore opus erat dissimulatione & lenitate, non ira aut sæuitia. Dum hæc in mediterraneis aguntur, præfectus classis duas trirèmes dimittit, quæ si quas in traiectu barbarorum naues viderint, intercipient, ut quid apud hostes agitur, explorent. Illæ paucis diebus biremes duas Maurorum, cursum in Hispaniam tenentes, nocte insequuntur: quarum altera quæ pergere ausa est, cum tota nocte elusisset, demum albente cælo in potestatem trirémium venit, & se cum socia missas dicit, nunciatum quam ad diem præsidium expectaretur, percunctatumque vtrum semel Rex Granatensis mitti auxilia vellet, an quod tutius, per partes & furtim: altera vero conuersa velificatione, eo vnde venerat relata, nunciat mare obsideri ab hostibus, quot autem nauibus inexploratum habere, duas se tantum Liburnicas obtinuisse, cæteras putare in occulto esse, sociam non dubitare a duabus interceptam. Hæc vbi hostis accepit, non per partes, sed semel tota classe agendum ducit, & eo diligentius naues instruit ornatque, quod Hispaniam iam in salo esse audiebat, quas fallere toties in traiectu non posset. At nostræ continuis postea diebus prænauigantes omnem illam Africæ oram, ut certius rem explorent, comprehensis aliquot nauiculariis negotiatoribus, discunt accelerari nauium apparatus quæ in Hispaniam subsidio mittantur, ac duas & viginti trirèmes iusta magnitudine, ac iusto numero militum, quatuor eadem forma, sed grandiores cum sexagenis singulas electissimis equis. Hoc explorato nostræ confestim ad suum locum reuersæ, lembum iterum cum secundo nuncio ad præfectum mittunt, qui rem doceat. Præfectus non ita multis diebus cæteras naues in salum deducit, ad eundem forte quo hostiles erant numerum, paratisque iam antea rebus omnibus instruit armatque: ad hæc complures onerarias cum comœatu ampliore, nequando mittendum pro eo longius foret, cumque machinis, siqua ad mare oppida expugnanda essent. Comitabantur autem has quamplura nauigia minora. Nec diu postquam transitum obsidere cœperant, expectatum est. Nam vix sexto die, duæ Liburnicæ nostrarum quæ procul magis quam cæteræ a freto aberant, sub ipsum solis ortum conspiciantur classem hostium non longius a se quam duodecim millibus passuum, nec a terra quam bis tantum. Datoque protinus quod conuenerat signo, sociæ venire festinant ad transitum, quia hostium proras tendere vident, occupant, leuatisque armamentis, ac suspensis remis, parati expectant, ut aut retro tendere, aut priusquam littori appellant, conferere manus cogantur. Et iam erant dimidio fete, quam ab initio viciniore hostibus, modo quiescentes, modo lente remigantes, atque interim, ita præfectus iusserat, circiter iam horam diei secundam cibum sumentes. At Maurus cum ad primum conspectum totius classis aliquantulum vela demisisset, non nihil vel in deliberando, vel in præparando se ad bellum, cursum repressisset, nauigationem deflectit, eo consilio, ut trirèmes ab aliis seiungat quæ sub-

dio remorum carerent, ne cum tot pariter nauibus sibi sit dimicandum. Ira com-
 plicatis velis in aduersum pene ventum, secundum terram remigare pergunt. Pre-
 fectus cognito dolo, alio inuicem dolo vtendum putat, confestimque & quam
 maxime poterat, furtim strenuissimum quenque ex aliis nauigiis in trireme acci-
 tum, iubet occulte quiescere, nauigiaeque ipsa de industria segnius sequi, quasi sub-
 sequi nequeant: dehinc cæteris præcipit, cum signum dabitur, non nisi remiges,
 quo multitudo dissimuletur, exclament, veluti sumpto animo, quia illi fugare vi-
 deantur. Vehementius autem a nostris qui assequi cupiebant, quam ab illis remi-
 gabatur, qui & hostes fatigare volebant, nec ipsi cum triremibus pugnam detre-
 ctare, si aliter eo quo tenderent, peruenire non possent. Cum iam prope tribus 10
 stadiis nostri abessent, nisi sicut erat constitutum, clamorem tollunt. Illi omnis rem-
 mis vela faciunt, conuersisque proris Malacam petunt. Nostris quoque idem faci-
 unt, breuique tempore a suis remotiores, quam ab hostili terra, hostem adipi-
 scuntur. Tum ille, prout præceptum sibi erat, ne a latere, aut a tergo nostris naui-
 um feriretur, quantum potest, obuertis proris aduersas proras excipit, imbre sa-
 gittarum ad ipsum incursum vtrinque in alteros emisso. Mox coniectis ab Hispa-
 no in quamcumque dabatur Africanorum nauem, ferreis manibus, res non tam sa-
 gittis aciaculis, quam pilis iaculisque gerebatur, vtrisque non modo pro gloria, im-
 perio, libertate, vita, sed etiam pro religione annitentibus. Addebat non leues illis 20
 stimulos, quod in conspectu suorum, & de eorum quoque salute ac libertate pugna-
 bant, quos auxilia diu expectantes desertum iri nefas videbatur. Sed Hispani & ro-
 bore, & numero, & religione superiores, magnam multitudinem barbarorum truci-
 dant, plurimique in hostilem classem insilientes, passim cedunt, capiunt, mergunt,
 aquis late cruore infectis. Tandem aliquot nauibus expugnatis, cæteri effusa fuga
 terram petunt, arenisque proras impingunt, malentes vitæ quam classi famæque con-
 sulere. Ita victi atque exuti, quia victores atque instructi nequibant, Granatensibus
 auxilio venerunt. Hæc naues partim ab ipsis, ne a victoribus retraherentur, concre-
 matae sunt, partim a nostris, quod eas extrahere non possent, cum ex turri Carbo-
 naria, quæ est in littore Malacæ (illuc enim impactæ sunt) defenderentur. Decem
 ex omnibus, aut in pugna, aut in fuga, cum suis remigibus, nautis, militibus, atque 30
 omni armatura captæ sunt: præterea duæ hippagines integris equis ornamentisque.
 Nam totidem ex omni classe, cum rem inclinare vidissent, occupatis aliis atque sara-
 gentibus, fugæ se mandauerat: quas postea classis Portugallensis cum Septam op-
 pidum in angustiis freti positum inuasit, repertas in sicco, deduxit vacuas atque ab-
 duxit. Rex Granatensis vbi accepit ab auxiliariis suis prælio navali male pugna-
 tum, quosdam non ex infimo loco viros ex nostris corrumpit auro, quos sciebat
 animo alieno a duce esse. Abstinebo nominibus eorum, quos enim nemo pro cer-
 to peccasse conuicit, malignum sita me veluti certi criminis condemnari, & quos
 dux ipse putauit subtrahere, ego quoque subtrahere. Verumne rumor an falsus fuerit,
 si quos rumor tetigit, ipsi viderint: satis certe de decoris sustinere ex ea infamia. 40
 Crediti enim sunt ita rotas axesque quibus turris innitebatur, per certos homines vi-
 tiasse, vt ad primum statim motum turris subsideret. Hoc satis ad impediendum at-
 que eludendum illius anni conatum esse videbatur, ita vt in reliquum tempus in-
 ferre bellum Ferdinandus, aut non auderet, aut non posset, aut minus commode
 posset. Turrim autem reficere etiam si cordi esset, si perfidia sociorum non dissua-
 deret, si temporis spatium pateretur: tamen rem frumentariam qua maxime labo-
 rabat exercitus, non permissuram existimabant. Siquidem multo exilior expecta-
 tione hominum illa æstate messis fuerat, & exercitus ex dimidio erat maior quam
 pro commoditate, adeo multitudo ipsa nonnunquam, ne victoria poriamur, in causa 50
 est. Ferdinandus vt lætus ex nauali victoria, bonæque spei ac fiduciæ plenus, cum
 iam machinæ ad finem peruenissent, ita sollicitus ob penuriam rei frumentariæ,
 non prius de expugnatione oppidi, vbi nonnihil dura proponebatur dimicatio,
 agendum constituit, quam milites animo ac corpore refecisset præda ingenti bo-
 um atque ouium. nam subtractus militibus cibus, non modo membris vires, sed
 etiam animæ quæ magis quam corpus pugnat, vis subtrahitur. Pascebantur autem
 ferme

ferme omnia pecua Granatensium in valle Cartanæ, triginta a Seranillio millib. pas-
 suum. Hanc omnem multitudinem si possit, aut quantam maximam possit (erat ad tri-
 ginta millia capitum bouini pecoris, & quinquaginta ouium) vt abigat, negotium dat
 Laurentio; & Garfiæ, quos supra diximus. Illi cum quatuor millibus equitum le-
 uiter armatorum, totidemque peditum profecti, quinque & viginti milliariis. confectis,
 noctu in valle quadam altis coarctata montibus, silentio sede capta quiescunt, ac de
 quarta vigilia, recentibus equis, iter peragunt, relicto ad custodiendas montium fau-
 ces præsidio duum millium peditum: non quia eadem via reuerti constituerent, sed
 vt ab hoste conspecti, si qui montes insedisent, speciem præberent prædatoriæ ma-
 nus illac reuersuræ, ignari tamen ipsi consilii ducis sui. Sed in difficili re domestici 10
 quoque celandi sunt, & perinde atque hostes fallendi: præclareque cum exercitu ac po-
 pulo agitur, si dum maiori parti bene consultum sit, minori male consultur. Quan-
 quam non defuit ad eripiendos e periculo socios cura, postquam prius consilium
 fortuna approbat. Facto ex improviso in greges armentaque Laurentius incursum,
 spatii satis ad cogendam prædam habuit, priusquam ingens manus hostium in apertis
 campis eum posset inhibere. Plurimi vel viso præsidio, vel ex aliorum voce cognito,
 esse ad introitum vallis qua prædones venissent, illuc qua cuique proximè est recur-
 runt, vt reuertentem cum præda hostem intercludant, exuantque. Laurentius interea
 collocatis in medio armis gregibusque, longiore via, sed tutiore, castra versus cur-
 sum intendit: oves quas sequi nequibant, præter paucas quas aut in equis, aut in hu-
 meris occisas discerpasque loci ferebant, omnes omisit, iubens suos illis parcere,
 tanquam aliquando commodius prædæ futuris. Ambo autem cum maiori equi-
 tatus parte curabant, in postremis Laurentius & Garfiæ, leuia cum insequentibus,
 assidue certamina conferentes. Et cum aliquantum processissent, vt ab insequen-
 do hostem cohiberent, & sociis, sicut coniectura colligebant, aut circumfessis, aut
 circumfendendis suppetias irent: Garfiæ cum dimidio postremi equitatus redit, eos
 qui ad insequendum properabant, in via fundit fugatque, & ad socios admissis equis
 peruenit, iam satagentes, & fraude locorum ab hostibus circumuentos. Sed conspe-
 cto equitatu qui iam subibat vallem, opinatus hostis adesse omnes cum præda, vn-
 dique per decliues colles cum clamore decurrit, transitu prohibiturus. Idem quoque 30
 nostri qui relicti fuerant, arbitrati, & a præsentis periculo nonnihil relaxati, rece-
 pro animo & ipsi descendunt, breuique suis iunguntur. Hic in ea valle acre prælium
 surgit, illis quasi præda traducenda esset annitentibus, nostris angustias discrimenque
 sensum inter pugnandum euadentibus. Garfiæ dum in mediis telis versatur, fini-
 stra ei veru transfoditur. Tandem multis acceptis vtrinque vulneribus, aliquot ex
 nostris, multis ex altera parte interemptis, se in tutum recepit, siue quod hostis sub-
 sequi prædam putaret, quam recuperare malebat, quam cum istis abire volentibus
 periclitari fortunam belli, siue quod ad eos qui abigerent pecora, redire cen-
 seret magis ex usu esse. Sed iam illi quoque tuto abibant. Ita vtrique diuersis ex lo-
 cis sub idem fere tempus, tertio quam profecti sunt die, qui fuit Iouis, in castra ho-
 ra pomeridiana peruenerunt. Ea carne se exercitus illa nocte quam peruigilem
 comessando atque perpotando traduxit, in præteritum pauit, referuatis in duos inse-
 quentes dies iocinoribus, quod diceret iocinora apud eos pro carne non esse. Cõ-
 pluribus diebus ea sagina refecto exercitu, cum iam omnia in procinctu essent,
 Ferdinandus primo die, productis musculis, fossam exteriorem repleri impe-
 rat, quo possit muris admoueri turris. Sed maiore negotio secunda fossa altero
 die oppleta est, oppidanis non modo missilibus, vt priore die fecerant, impedi-
 re conantibus, verumetiam eruptione facta, securibus, ignibusque. Virtus ta-
 men militis, & spes oblata diripiendæ vrbs, omnia impedimenta vincebat. Ter-
 tio autem die cum omnes copiarum in armis essent, paratis machinis, aliis ad sub-
 ruendos muros, cum hilari vociferatione turrim quam extruxerant, qui iussi e-
 rant, moliri ceperunt. Ea ad primum statim conatum succumbentibus axi-
 bus, mox rotis, tota subfedit, & cum magno metu periculoque eorum qui &
 desuper & prope erant, reddito sonitu pendit, acclamantibusque ad subsi-
 dium plerisque, si qui inclusi erant, prodire festinauerunt. Ad quem tam in-

opinatū vtriq; parti casum nostri stupuere, dolere, pudere, inter se lamentari, detrimenti tantū quod accipiebant, dedecusq; acqueri prodicionem, & mussitare, qui snā autor prodicionis fuisset. Exulcerabat quoq; hanc indignationē lātita obfessorū, qui ex tanto ac tam præsenti discrimine erepti, animos tollebant, ferociorefq; quasi vicissent, se ostentabāt, deum pro ipsorū causa pugnare iactantes. Nam numen adfuisse, nō casum, aut fraudem intercessisse existimabant. Omnino nūquā magis impie atq; inexpiabiliter proditio grassatur, quā in bello contra religionis hostes. Vbi quæ sibi successerunt prospera scelere nostrorū, ea diuinitus euenisse interpretantur, tegente prodicionē in posterum quoq; tempus, eo qui ad pro-

10 dēndū nostros sollicitauit atq; induxit. Ex quo fit, vt tam prompto illi animo in bellum ruant, cupidiores interdū inferendæ plagæ quā cauendæ, quod persuasum habent, se & occifores & occifos in bello magnā apud summum deum mercedē adepturos. Perculfus tanto casu Ferdinandus, adhibet in consiliū fidelissimos quosq; & ad eos refert, quid consilii sit ineundū. Dura inibat ex omni parte ratio. Inquireret fontes, quos magnos viros esse suspicabatur. At ne Adelitū quidē potuerat vlcisci. Reficeret turrim. At magnū dispendiū, & vt in fame magis ac magis inualefcente, in dies militum contūmācia proponebatur. Rediret infecta re. At non aliorū culpa, sed ducis argueretur. Tunc Sancius episcopus, Ego, inquit, Ferdinande a sapientib. viris accepī, vbi necesse est aliquid fieri, aut contra, vbi quid fieri possibile non est, ibi nullū relinqui consultationi locū. Nos Setanilliū ob-

20 sideramus, fames nos obsidet, & quidē arctius. cū qua nisi quacunq; ratione decidimus, vereor ne nos ante expugnet, quā a nobis oppidū expugnetur. Quod si quis morbus aut pestilentia in tuo exercitu contigisset, profecto de murando loco, atq; recedendo non dubitarem. Nunc fame in nobis orta idē facere dubitamus? plus quā pestifero morbo, & quæ ad maiora scelera homines inducit quā vll⁹ morbus. Deficit nos res frumentaria, nec sufficere aliunde potest. Cedamus igitur necessitati, & quod effici nequit, non instemus efficere. Neq; est quod istū discessum putes tibi deformē fore. Tu terra mariq; victor redis, tu breui tempore maiora multorum opinione fecisti, tu quantū in te est oppidū hoc expugnasti: quod in manū tuā non venerit, id non tibi, sed temporibus, sed sterilitati, sed perfidix sociorū assignandū

30 est. Pro re comperta habes dolū versatum esse in turri subruenda, & pro comperto habeas licet, neq; aliter in reliquū tempus expectes, nō iam in turri, sed in tuo capite. An huc vsq; progredi contentā sceleratorū audaciā censes? Erras si minoris audaciæ putas hoc fecisse, quā tibi venenū dare. Vuo rege cū procul abesses a reb. agendis, tamē multos patiebaris inuidos, & qui te perditū vellent: quid eos nunc facturos suspicaris quos maiorē ipsorum spe potentiā gloriamq; adeptus offendis ac torques? In quos si inquirere cœperis, quāuis non tantū in his præsentib. crimē esse arbitror, seditionē in castris excitaueris, iocundūq; hostibus spectaculū præberis, & extremū huius militiæ actū scēdaueris, plus habiturus apud populos detractionis ex asperitate vltionis, quā beneuolentiæ & laudis. Relinque itaq; eos qui te,

40 qui nomen Hispanū, qui religionē læserunt, hominū iudicio rumorūq; puniendos. Quod si neq; penuria rei frumentariæ neq; sociorū perfidia nos manere permittit, & satis magna cum gloria redimus, quid agendū est, nisi vt te domū recipias, comparaturus in proximū annum, & fideliorē tibi, & cōmodiore numero manū: Hęc vbi Ferdinādus audiuit, iussit in quartū diem profectiōnē pronuntiare. Interea ne læta omnino profectio esset hostibus, circūiectos agros ferro igniq; vastari, quib. ob spē potiundi oppidi hætenus parcitū erat. Tertio die fumanū quocūq; versus ex incendio Setanillianis agris, profectus cum omnib. copiis Ferdinandus vbi in campū Mauri peruenit, vnde omnē exercitum subiicere oculis poterat, inuit numerum militū, recensuitq; (quod in aduentu non fecerat) equitū ad triginta, peditū ad sex & octoginta millia. Quod vbi egit, partē missam fecit, partē ad certa loca hybernaturā dimisit. Atq; ita diuersis itineribus, vt cuiq; aut cōmodum, aut imperatū fuit, discessum est. Dimissis copiis Ferdinandus ad curanda opera pacis animū intendit, & vbi apud populos principesq; venerabilis magis atq; charus iustitia ac sapientia effectus est, bellū reparat, coactō exercitu non ex potentissimis ducibus,

50 magna

magna quemq; manu sequente, sed ex medio ordine hominū, probatos, non multos ducentiū, cum minimo lixarum calonūq; numero. Nam hoc genus castra auget, nō aciē. Ideoq; multo maior hic quā superior fuit exercitus: sed tanto vtilior, ad sedecim tantū millia equitum, quadraginta peditū. Rei quoq; frumentariæ (nā insequens annus fertilis sane fuit) ita profectu est, vt nulla in parte Hispaniæ minor quam in castris, aut penuria, aut caritas esset. Classis autē eo anno nulla in salo, præter duas naues speculatorias, fuit. Nam barbaro aliā reficiendi aut consiliū nō fuit, aut fiducia defuit. Verum tamē per omne interim tempus, Africani principes in Hispaniā clandestino traiectu militē atq; arma summisserāt, prouidentes rei Hispaniæ, si rursus bellum a Ferdinando inferretur. Hic cum Ispali hyemasset, iam vere ineunte, edicit omnib. decurionibus, tribunis, præfectis copiarū, vt in diem certum præto sibi essent ad Eifam, quod est oppidū finitimum hostibus. His inter-

10 ea dieb. Helianora vxor, rarissimi exempli mulier, quotidie antelucana diligentia, nudis pedibus, duarum tantum familiarū comitatu, visebatur ire ad ædem diuæ Mariæ, cognomine custodientis: quia maiorum memoria delapso illic in puteum infantulo quodā, ad inuocationē matris mora matre domini, succreuit ad orā vltimæ putei aqua, & incolumē filium matri restituit. Hanc in ipso digressu maiorē in modum anxīā Ferdinandus cohortans, Quid tu, inquit, vxor tā opere sollicitudine mei te afflictas? Deus quem semper religiose coluimus, & causa optima propter

20 quā nunc in expeditionē eo, & apparatus belli, & fides sociorum promittit me tibi cum victoria reuerfurū. Ex quo te bono animo esse, & nō demisso decet, ne maritum in hostes euntē in faulto prosequi omine iudicare. Nam desiderium mei solabere aspectu colloquioq; communium liberorum. Ex quibus Alfonso abs te, ne ægrotum animum exulcerem, nolo abducere, fraudoq; me ipsum voluptate, vt tu ea fruaris. Caueq; si me amas, ne liberi nostri ex tuo inceroe incestitiam cōtrahant. Qualis enim aspectus est matris familias, talis & totius familiæ est. In qua cohortanda, ac curanda, sustinebis etiam vires meas, & in hac te militia exercebis, cum ego pro religione, pro gloria domus, pro amplitudine vestra, in alia militia ago. Tu vero mi Alfonso, et si iucundissimum mihi erat indulgere tibi cupienti ty-

30 rociniū sub patre duce, tamen ne matrem sollicitudine tui maceres, apud eā manebis, donec rebus prospere ire incipiētibus, illa te venire permittat. Interea perge, vt facis, dare operam virtutibus, & in primis affectum quem mihi præstabas, in matrem confer. Cito autem, vt spero & opto, te e castris accersam, quo particeps sis paternæ laudis. Hæc loquutus, filios deinceps amplexus osculatusq; abiit cum flore copiarum vexillis præcedentibus, quorum primum habebat imaginem domini nostri in cruce pendentis: alterum matris eius, cum angelo Gabriele conceptum Spiritus sancti annunciant: tertium sancti Iacobi, quartū erat regni: deinde reliqua. Atq; hoc ordine a cætero exercitu exceptus est, vbi cū pauculis dieb. stantia habitata essent, Anticherā versus quæ ad Aquilonē Granatæ vergit, castra mouit. Cumq; in agrum hostilē peruentum est, magna vis ferarum excitata est ex cō-

40 suetis locis propter diuinam, vt fit in bello, desuetudinem rusticorū ab agris. Quæ feræ ab agmine armatorum in quod incidere, fugientes, cum in aliud & subinde aliud incurrerent, fugatæ atq; exterritæ hominum vociferationibus, tandē conficiebantur, aut viuæ præsertim defessæ fugitando, in potestatē multorum manusq; veniebant. Cum aues etiam multæ, tantis vndiq; vocibus inuicem ad capiendam venationem adhortantium cōfusæ attonitæq; ac toties reuolando defatigatæ, aut hastis in aere percutiebantur, aut manibus humi capiebantur. Hūc in modum milites ludibundi victoriam ob id prædamq; augurantes, vt est illa natio auguriis dedita, in conspectum Anticheræ venerunt. Est autem id oppidum ad radices collis accliuæ, cuius arx saxo extructa in decliui supercilio vrbi imminet, disclusa ab altiore colle qui perpetuis montibus ad iuga Granatæ excurrit. Mediam vallem proxima petra fluius magnis gurgitibus erumpens secat, intra teli iactum vtri-

50 que colli vicinus, & muros, qua parte in plana se porrigunt, radens flexo alueo. Dicebatur aliquando a superiore colle venisse auxilia Antichrensis, cum obsiderentur, eoque non redactos in deditionem, cum cibus iam armisque

defecti essent. Hunc locū cum imperator in primis occupandum duxisset, episcopus sibi id negotii desumpsit, eūq; fossa primū, & vallo in sequentib. diebus, per otiū muro, ac materia ad staturā hominis circumdedit. Idem fecit in inferiorib. Ferdinandus munitionibus, quantū dabatur mœnia concludens, crebra nūc huc nūc illuc oppidanorū eruptione opus distinet. A tergo partim iuncti carri claudebāt, partim fossa & vallū. His cōfectis, aquatione ex fluuio oppidanos prohibere cōstituit. Nā intra muros, vnus puteus tantū esse non ignorabatur, & is amarioris aquæ, quales fore cæteros, si plures fodere oppidani tentassent, credibile erat. Quotidie autē acre præliū conferebatur, nec interdiu tantū, sed noctibus quoq;, cū illi porta quæ ad flumen fert, egressi aquarentur. Et auertere quidē cursum fluminis imperator volebat, sed plurimus proponebatur labor, ac plurimorū dierū: verū mallebat milites in alio exerceri opere. Itaq; de secūda vigilia, præparato cespite ac materia, ante portā, in citeriore ripa aggerē iaci iubet, ac stationē muniri, collocatisq; tormentis cū sagittariorū cohorte, egressu portæ oppidanos prohibuit. Quæ ex re actū de salute obsessorū erat, nisi magistra inuentionis necessitate a superiore aluei parte, suffossa tellure, aquā deriuassent, quæ cursum, ne res deprehenderetur, nō perferret. At ne qua via furtū hostib. suboleret, totis noctib. de muro carrucis ad capita vectiū confertis, quib. funes ad vasa alligati inerāt, aquabant. Interea labore assiduo excitabatur machina, duo de viginti carris imposita, procerā scalā sustinens, pronā non nihil atq; pendente, vt stan te extra intimā fossam, machina procubens, 20 scala sese in muros, aut in turrim vsq; porrigeret, lata ab imo ad summū decem pedes, ita sublimis vt in ea centū armati possent insistere. Subterq; intra machinam, quasi in equo Troiano, totidē alii latebant, post illos priores, si turris obtenta esset, ascensuri cum ministris, rebuq; ad expugnationē, ad refectiōnē, ad curationē vulnerū plagarumq; necessariis. Duæ præterea minores vtrinq; machinæ, quasi comites, senis innixæ carris, ex vtraq; singulis surgentib. trabibus, instar naualium maiorū, quæ caueas in vertice, & vt nunc in nauib. fieri videmus, velut capita ferebāt, recepturas quaternos arcuballistarios, iam delectos, & inter omnes præcipue insignes, quorū singuli iactus singulis aureis donabantur, ita vt bini tenderēt per vices, 30 bini sagittarent: ne quē in muris nō modo consistere, sed ne membrū quidem proferre permitterent. Fuit autē consilium ducis, non ad consummationem machinā perducere, sed animos hostiū oculorūq; fallere facta in speciē machina, vt cum cōpendio temporis, tum incolumitati suorū consuleret alio genere expugnationis. Ideo enim ratio agendorū cuniculorum (hoc enim genus expugnationis instituebat) & breuis & tuta habetur, quod hostis nullā ex aduerso oppugnationē præparat, & incautus, & nonnunquā dormiens opprimitur. Sed acris est opus diligentia, ne insidix deprehendātur, vt tunc diligēter prouisum erat. Siquidē ædificatio turris auocabat hostis animū ab omni alia defensione, & hum^o e cuniculis egesta post eam lignorū molem commode latebat, & sonus suffodientium ad strepitū fabrorū non exaudiebatur. Et cuniculi quidē a principio vni erant, mox in diuersa tendebāt: vna via quæ ad turrim effodiendā, altera quæ intra mœnia euaderet, vt pariter succensa ac collapsa turri, & a cuniculis erumperetur, & ab exteriorib. irrumpere- 40 tur. Sed vt quotidianis deprehendimus experimentis, maximas plurimaq; opportunitates corrumpi ac perdi vel minimis causis, ita ibi vsu venit. Nam quidā ex iis qui in statione ripæ excubabant, forte totum diē in defodiendis cuniculis insumpserat, in tempesta autē nocte cum ad vicē vigiliarū excitaretur a socio, & quia surgere nolebat, in creparetur, irato ac maiore sono vocis excusauit defatigationem, quia illo die solē non vidisset defessus, ac defodiens in sepulchro stans, non iacens, humatusq; cum nondū homo desisset esse, & cū effodit cuniculos, ipse cuniculus factus esset. Ea vox a quodā qui muros e regione custodiebat, excepta est, vt sunt 50 acrioribus aurib. qui magis timent, statimq; ad magistratus delata. Nec mora, cæteris omissis summa cura, nunquā intermisso opere, ad cuniculos tertia nocte, quo tempore a nostris cessabatur, peruenerunt, eosq; quantū proxime caput ipsum poterāt, obstruxerunt, & adhibitis custodiis, opus subterraneū desitui coegerunt, & aliud vt sic dicā supramurale maiori studio peragi. Et iam peractū prope erat, cum

barbarus

barbarus rex dicitur propediē non modo se obsessos liberaturum iactasse, sed etiā obsidētes oppressurū. Sic enim fore, vt nō modo quod e fide regis erga suos aqua, telis, & non nihil cibo defectos, sed etiā quod dignitate faceret, & venerat in spem hanc, propter immensam hominū quam præter aduēctitiā ex omni regno collegerat. Nā satis constat eam ad decē millia equitum, & centum & viginti millia peditū fuisse, vix vllis impedimentis, vllisq; calonibus ac lixis, compluriū mulierum comitatu: quæ cum in via castrisq; cibos, tum in prælio potū subministrarent. Ad eo nemini virorū vacabat fere nisi pugnare. Addidit etiā factō superbiā barbarus: noluit ipse huic expeditioni præesse, quod diceret ab re esse, regē nisi aduersus regē 10 exire in bellū. Quasi vero non sint non solū alii principes interdū maiores regibus, ideoq; regaliores, vt olim Romani imperatores. Sed certe qui obsidet alterius regnum, ipso rege obsesso nō inferior censendus est. Ferdinandū enim Infantem esse Castellæ, ideo aduersus hunc duos Granatæ se mittere Infantes. Metu fortassis hoc fecit, quod videri voluit fecisse consilio. Semper enim vitia nostra honestatis aliquo velamento prætegimus. Infantes autē in omni Hispania regis filii vocantur. Quem morē, vt alia plurima, suspicari libet sumptū esse e vetusta Romanorum cōsuetudine, apud quos, vt Hieronymus prodidit, filii etiā grandes a parentibus infantes vocitabantur. Nisi forte referimus ad Græcos, quorū studia fuisse in Hispania reperio, qui indistincto vocabulo filios puerosq; appellant παῖδες, sicut vxores 20 quoq; atq; mulieres γυναῖκες: quod fieri in pleraq; Hispania agnosimus. Hebræi quoq; filios iam adultos & viros, vt David Absalonem, appellabāt pueros. Et sane puer ab infante parū distat, cum infans etiā puer nominetur. Infantum igitur aduentu palam factō, per transfugas quosdā Christianos percussū sunt animi nostrorum, tum tanta multitudine, tum quasi fato datum esset, vt dum in eo esset, vt caperetur vrbs, tunc ipsi necesse haberent ab vrbe recedere. Quos imperator exhortādos ex istimans, aduocata concione, in huiusmodi verba habuit orationē. Quæ res vobis commilitones mei sollicitudinem ac metum incutit, eadē mihi gaudium, siquid mihi creditis, pariter & spem facit, spem inquam celerioris maiorisq; victo- 30 riæ. Gaudium quidē, quod video nihil subesse proditiōnis in nostro exercitu. Nō enim tentaret fortunā belli hostis, si sperasset se, vt superiore bello, animos aliquorum posse corrumpere. Itaq; & meæ felicitati & vestræ virtuti gratulor, quod vestra pectora ne sollicitare quidē ausus est. Spem autem, quod deleta semel hostium acie, oppidum hoc continuo in manus veniet, cætera subsequenter, cursus victo- riæ ad Granatam vsq; perueniet. Neq; vero interest vestræ virtutis, quos ex omni mihi numero delegi, quosq; aduersus Cyri, aut Darii, aut Xerxis exercitū edu- 40 cere auderem, extimescere hanc regis Granatensis tumultuariā manum, & ex ignauissimis quibusq; collectam, turbaq; non viribus aut scientia militari fidentē, atq; ex maxima parte inermem, neq; tam ad pugnandum, quam ad terrendum, aut ali- quid per occasionē faciendum missam, cui ne rex quidē ipse credere se ausus est, sine comœtu, sine impedimentis, sine bellicis tormentis. Quæ si nos triduum in- tra castra cōtineamus, dissoluatur ac redire cogatur. Sed deus prohibeat, vt illi nos in castris velut obsessos qui obsidemus cernāt, & terre videātur. Neq; ego multis mihi, sed fortibus ac bene armatis copiis opus esse duxi, cum liceret multis vti. Mihi credite, si aliæ nunc domo nobis auxilio copix adueniant, & meo & vestro nomine aduentum earum, dolorem ausum dicere, etiā missas facerem. Quæ enim laus est imperatori, atq; eius locis qui gloriæ studeant, si non arte bellica vin- cant ac virtute, sed numero? Potitur is quidē imperator atq; exercitus in hunc mo- dū præda, sed quæ generosis animis multo dulcior est, gloria caret. At ego vos non modo ad maiore gloriā voco, sed ad maiore etiam prædā. Sicut enim cū maior 50 numerus vincit, nonnulli exortes lucri sunt, ita cum vincit minor, omnes afficiuntur emolumento. Nam quod quidā dicunt, se moueri, quasi fatale sit nobis, cum ad expugnandam vrbe ventum sit, expugnationem ipsam impediri. Id vero inanē & ridiculum est, quasi vero res semper eodem ordine eant, cum plerumq; videamus ire diuerso. An non superiore bello expugnaui Zaram? non alia nonnulla oppida? Ergo non eadem illorum quæ Setanillii fortuna, ita neque erit istius. Ee=

quid simile in eo atq; in hoc bello: in quo plurimi affuerunt qui nunc absunt, affunt plurimi qui tunc aberant. Ad hæc in illo fames, proditio, item naues vtrinq; multe, terrestres hostium exercitus nullus fuit: in hoc est affatim ita vautes, fides procerum militumq; naues vtrinq; nullæ, & vtrinq; terrestres copię. Quare siquid similitudo aut dissimilitudo facit, quoniã plurima hic atq; illic dissimilia sunt, diuersum sine hunc ab illo fore credamus, cõfidamusq; in eo sub cuius imagine in acie stabimus. Ideo Setanilli potiendi spe nos frustratos esse, vt probata deo nostra cõstantia, adauctaq; illorũ superbia, aperto bello nobiscum congressos fundamus, cum summa & illorũ calamitate, & nostra læticia, vtilitate, gloria. Quæ cum ita sint, istum indignũ virtute vestra metum, & istã superstitosã opinionem deponite: nihilq; aliud nisi de fortitudine, de laude, de victoria, de præda, & ante omnia de deo cogiteris. Ego quod ad me attinet, dabo operam ne in duce vestro consilium atq; indultriam desyderetis. Hæc vbi dixit, animosq; omnium alacriores factos cognouit, iubet vt in posterũ diem parati sint ad expeditionem, neve quis castris longius exeat, donec de itinere hostium compertũ sit. Nam vulgabatur iam hostẽ mouisse. Sub vesperum exploratores quoquo versus dimittit, qui renuncient, qua ex parte illum aduentare aut videant, aut audiant. Noctũ nihil certi explorari potuit. Prima luce alii alibi quosdã equites se procul vidisse nunciãt, & ipsos vt credebatur, vel ad explorandũ, vel ad fallendum destinandũq; missos. Ascendente iam die ac calecente, cũ imperator cibũ maturius capi præcepisset, vnus speculatorũ, subditis calcari- 20
bus, anhelanti equo, & ipse anhelans castra intrat, & vt cuiq; obuius fit, nunciat hostes aduentare, non quidem a se visos, sed quos ex puluere venire intelligat, per buccã Asini (hoc nomen faucibus eius montis est) transiturus. Ad quem nuncium imperator signa canere iubet, & omnes in armis esse, & in sua quęq; statione, equitesq; protinus ad vexilla cũ equis præsto esse, simulq; Petrũ Pontium Marrefanũ, sane strenuũ decurionem dimittit ad certius explorandũ, quantę copię, quo in loco castra posituræ, aut quid acturæ, & hæc renũciare episcopo, qui maxime obnoxius venturis hostib; videbatur, quiq; secundus a duce habebatur. Ipse suspicatus aliquas hostiũ turmas longius in ipso aduentu excursuras, gratia prædandi vel iumenta, vel pecora, vel homines, cũ maiori equitatus parte circuit castra, ex idoneo 30
loco illos aggressurus, interclusurusq; atq; in tergis hæsurus. Sed tãta celeritas hostiũ fuit, vt priusquã hic eo quo intendebat euaderet, ad superiora castra peruenerint. Nã simul ac Petrũ Pontium viderunt, siue continuato quẽ instituerant cursu, siue ob eũ ipsum velut exploratorẽ magis moti, laxatis habenis virũ insequuntur, aliiq; subinde atq; alii, vt quisq; maxime effuso cursu persequi poterat, vt ipsi pronuntii essent: vsq; adeo vix satis spatii Petro fuit ad se conueniendũ in claustra portę castrorũ quæ petebat. Ibi pugna nõ iusta acie incipitur, decursantibus atq; obequitantibus munitiones barbaris, siqua transitũ facere possent, assidue aliis super alios applicantibus. Episcopus cũ sua manu pro munitionibus acri animo pugnas, non sinebat quempiã egredi equitũ suorum, donec imperator aduenisset, aut iussisset. Sed cum aliquandũ nihil auxiliorũ, neq; a duce, neq; ab inferioribus castris mitteretur, nihilq; ei præciperetur, sibi per se præcipiendũ putauit, sumptoq; e re præsentis consilio, antequã hostium & numerus & audacia cresceret, conscensus equis, receproq; in mediũ peditatu, vtraq; porta cum clamore erumpit, incautosq; ac dispersos inuadit, & impetu ipso atq; impressione loco nõ nihil mouet, mox etiã propellit: ibiq; paulum prælium hæsit, & iam prope æquo Marte dimicabatur, nec diu res Christianorũ erat futura superior, nisi qui in inferiorib; castris erant equites, cognito prælio, cum quinq; cõhortibus superuenissent, credentes & imperatorem ipsum versari in pugna. Barbatis quoq; non modo equites subinde auxilio veniebant, sed iam pedites aderant, & vterq; Infans adesse videbatur, alter peditum adhortator: collatoq; pede copię pedestres manus conferebant, & contem- 40
pta Christianorum paucitate, Maometam se in manibus habere victoriam, alacri vociferatione testabantur. Interim accepto & clamore & nuncio, imperator iubet nunciari iis qui ad castra sunt, relicto quod satis ad præsidium esset, ceteros citissime ferre suppeticas superioribus castris. Ipse eodem quo constituerat itinere,

itinere, sed maiore occasione quam sperauerat, quasi ex occulto in barbaros equites, renouato clamore e latere incurrit, aciemq; ipso impetu auerit, & labentibus ab equo plurimis in fugam conuertit. Nostri qui modo laborabant, addito animo instant cedentibus, missisque a duce ad pedites auxilio equitibus, eadem illic fortuna pedestris certaminis fuit. Proculcabantur iam pedites, non a nostrorum modo equis, sed etiam a suorum, cum in latus magis quam retro propulsi essent primo incurfu. Iam omnis ex inferioribus castris exercitus se proiecerat, & alibi effusa, alibi confusa fuga, perentem tuta hostem inuenit. Hic vndique barbarorum ingens cædes, passim arma abiicientium, siue vt lenius fugerent, siue vt minus ad cædendum prouocarent victorẽ. Ita arma quæ & ad protegendum dominum, & ad feriendum hostem inuenta sunt, in contrarium vsum mutabantur, quod neque dominos protegabant, & vt illi ab hoste ferirentur, nisi abiecta faciebant. Iam nemo aliorum de inferenda aliis morte, sed de sua vitanda cogitabat. Ipsi quoque Infantes vt Ferdinandum, omissis aliis, instare cum delecta equitum ala sibi solis cognouerant, eximia pernicitate equorum vsi sunt, in quam maxime vtili te poterant, non in quam maxime speciosa, salute laudi prælata, tanto turpius inter suorum fugam, anhelitum, lamentationes euntes, quanto splendidius paulo ante aduenerant. Erat operæ precium videre in tanta hominum multitudine, quæ terga dabat, aut prosternebatur, non vnum armorum colorem, sed vnum vestimentorum, aut duos. Siquidem non alia veste amicti erant, quam rubra venetaque, aut ex ambobus discolor. Multi de rupibus vel a turba arctante deiciebantur, vel ipsi se deiciebant, quorum alii nuda humo diffracti, alii cotibus lacerati, alii vepribus confixi innexique visabantur. Multi se ferarum ritu in dumos abdebant, & cum manus hominum vitant, eo se immergunt, vnde sine hominum subsidio emergere non possint. Nullus in seruitutem acceptus, nulli pepercit ferrum, nisi mulieribus quæ cum in via, tum vero in castris, & vltra castra captæ sunt. Nam ipso victoriæ cursu, castra nondum munitionibus cincta, capta direptaque sunt, licet parum plena essent. Nec longius illinc processum est, & quod angustię quædam subeundæ erant, & quod plurimi in colligendis spoliis ferendisq; captiuis equis sub- 30
stiterant, & quod parum iam ante noctem profici poterat, & laborem extrahi in noctem multam, in media hostium terra, parum tutum videbatur. Nam sæpe occasio rei bene gerendæ victos ad spem victoriæ inuitat, & extrema victoriæ negligentiã administrata, calamitatem victoriæ afferunt. Id potius quod supererat temporis, visum est expugnationi dandum Coccie oppidi, quod in faucibus ipsis buccã Asini situm est. Oppidani quibus denunciatum erat, nisi se dederent, extrema passuros: si dederent, cum omnibus quæ quisque ferre posset, abituros: primum se imperata facturos negauerunt, deinde vbi tantam manum circumfundi viderunt, se obtemperatos dixerunt. Quibus responderi iubet imperator, quandoquidem non statim paruerunt, se non relinquere eis nisi vestimenta: sin punctum temporis in pertinacia perstiterint, ne libertatem quidem relicturum, nec de nece etiam fore securos. Hoc terrore permoti sese dederunt, oppidum vero militibus ad direptionem concessum. Tunc semel data vitæ venia hostibus, & quia multum funiculi apud captiuas repertum erat, quoscunque iam barbarorum capiebant, præsertim aut latitantem, aut asperitate veprium circumuentum colligabant, poscentium misericordiam, & vltro manus in habitum eorum qui vincuntur, componentium. Res mira dictu, quibus vinculis alligatum hostem se tradituros suis fœminis promiserant, iis vinculis ipsis inspectantibus eisdem fœminis alligati sunt. Ideoq; iuste videbantur, vt vincirentur, non trucidarentur, orare: quod etiam impetrauerunt, posteaquam iustitia lux causæ innotuit. Dux profligato barbaro exercitu, oppido recepto, præsidio imposito, illinc primis tenebris rediit, ac præeuntibus cereis & latera viæ passim incendit, vt qui vagi palantesq; persequendis hostibus abierant longius, vestigia nanciscerentur, in castra peruenit. Capta sunt signa militaria ad duo millia, cãdida ferme omnia. Vnũ præterea Granatæ, cuius in medio pictum erat granatum (ita enim malum punicum vulgo vocant) hians & phœnicea grana exerens. Numerus autem captiuorum cæso-
R R

rumque magis a suis quam a nostris initus est, desiderataque sunt, ut eorum confessione compertum est, ad triginta millia virorum quingentasque mulieres, quæ ob contumeliam quæ illi sexui sit, magis illis dolere, quam totidem viri ex nostris. Nonnulli ex castris episcopi, vix plures ex aliis, nec sane multi vulnerati. Cuius victoriæ cum magnam laudem episcopus, magnam fortitudo militum retulit, tum multo maiorem ipse imperator, qui & ante rem militem animasset, & in re nihil ad superandum hostem reliqui fecisset. Ipse tamen felicitati suæ suorumque, hoc est fauori diuino, victoriam se debere præcipue dicebat. Paucis postea diebus, cum odor cadauerum æstiuo calore adiutus, infestaret castra, non modo præsentis fastidio, sed etiam periculo impostorum pestilentia, dux 10 præcepit, ut tracta vnco & in acervos collecta succenderentur. Ex quo intellectum est, quod diurna defuetudine dediceramus, non plurimis lignis opus esse ad cremanda humana cadauera, præsertim ut tum erant solibus incòcta, & adipibus qui defluebant, non nihil alimenti flammæ præbentibus. Ossa tamen promiscua atque inhumata manserunt, ne rogam similem præcæ hominibus fortirentur. Quorum ideo cremebantur corpora, ut ossa cum cineribus legerentur ad sepeliendum. Horum vero is exitus fuit, ut primum vita, deinde vestitu qui deformitatem operit, tum carne, postremo sepultura, etiam apud inferos quiete viduarentur. Sed per eosdem dies quibus hæc ad Anticheram geruntur, duæ aliæ pugna diuersis in locis eodem prope modo gestæ sunt, sed hoc diuerso, quod sicut hic castra nostra hostes, ita illic aliena oppida nostri adorti sunt, infelici & ipsi euentu, nisi fortuna affuisset. Sed quod aliquanto prius fuit, prius narrabimus. Quatuor oppida sunt finitima Antichera, quorum nomina sunt, Humedada, Baieza, Graen, Chesda. Horum incolæ circiter ad tria millia, ex sexta parte equestres, cum fama exisset, non modo bellatores, sed omnes qui per ætatem arma ferre possent, etiam fœminas Granatenes ille in expeditionem, constituunt in illorum agrum facere incursum, & a muris vsque prædâ abigere: nunquam enim se tantam occasionem, nec habuisse, nec habituros: itaque læti alacresque proficiscuntur. Res primo prospere ire, neminem prædatoribus obuiam cum armis se ferre vident, pastores & eos raros ad primum incursum diffugere, pecora relin- 30 quere, vnum salutis suæ auxilium ponere in arduis murisque subeundis. Sic hesterina calamitas (nam pridie profligati fuerant) omnes perterrefecerat. ita securius ingentem prædam cogunt, abiguntque retro qua venerant. Re autem palam facta in vrbe per eos qui euaserant, & ipsi Granatenes e turribus prospiciunt prædones, & quia in diuersam a castris viam abibant, non esse de numero victorum coniectura colligunt, sed finitimos per occasionem ad prædandum sollicitatos. Igitur ne finitimis quoque ludibrio essent, rapta armis sumptis, ad quinque millia peditum, quingentosque equites, hostem vestigiis insequuntur, fessosque & ad radicem montis stratos, partimque dormientes sub noctem nanciscuntur, incautos aggrediuntur, non paucos trucidant. Cæteri semisomni, qua cuique pro- 40 ximum est, diffugiunt, fere duo millia in montem ascendunt, a quo nusquam nisi eadem via descensus esset. Hostes quia & ipsi, & equi de via fessi erant, cum illuc cursu venissent, satius putarunt differre per noctis tempus, expugnare eos qui iugum montis ascenderant, cum præsertim sine pugna sese dedituros crederent: aut si hos vellent omittere, greges abactos non sinere per noctem pascere, sed defatigatos ad nouum laborem impellere, non erat ratio. Sicque dispositis qui obfessos, & qui pecora in pascuis distributa custodiant, cibum quem poterant, deinde quietem capiunt, lucemque expectant, tunc quid consilii incundum sit, deliberaturi. Tubicines autem cum fremitus hostium ac tumultus ab altera parte misceri cœpisset, & cum iis multi alii ad trecentos numero infrenatis protinus 50 equis fugam intenderunt, beneficioque noctis elapsi sunt, sed aliorum quam in patriam versus. Verum cum equos inedia ac labore confectos, & præsertim nocturno ignotoque itinere adigere vix possent, delituerunt in colle quodam, equis in prato ut quiescerent pascereque alligatis. quibus de tertia vigilia receptis conscensisque, vbi longo ambitu montem circuisent, obuium habent quen-

dam,

dam, nomine Petri Mendociam, adolescentem, maioris quam p ætate, & animi & consilii & roboris, ut ipse declarat exitus. Huc alii seu quod parceret, seu quod disideret ætati, secum educere recusauerant. eam contumeliam non tolerans adolescens, atque ira plenus, in sequenti nocte, adhuc intempesta, cum aliquot equitibus prædatorum domo egressus est, affirmans se facturum periculum an illa in ætate vir esset. Qui cum ad montem vbi ciues obsidebantur, appropinquaret, iam iam prædatorum futurum præda, deo amico obuio sit trecentis illis, cognitaque ex aspectu eorum fortuna, paucis rem gestam docetur: hortantes eosdem ut secuti festinato rediret, ipse e contrario ut secum potius irent, huiusmodi oratione persuasit. Audite quæso amici pauca. nam rem vobis honestam, ut spero, atque vtilem proponam, quam eligatis licet, si placuerit sociis. Ac ciuibus nostris nihil reliqui est, ut audio, quin aut fame absumentur, aut hosti se dedant: hoc detrimentum quantum sit, ipsi videtis. Quibus si opem non ferimus, cum liceat, mortis eorum aut seruitutis: si non ferimus, vitæ libertatisque autores erimus. At quomodo ferre opem licet? eodem quo patrem meum simili in casu sociis tulisse, ex ipso sæpe audiui, quod referre temporis angustia non sinunt: tamen similitudinem ex meo consilio cognoscetis. Circueamus hunc collem, vnde a sociis videri, ab hostibus non videri possumus, & dum vicini erimus, ab ea parte quæ ad castra fert, tubæ atque cornua bellicum canent, sine vilo nostro clamore, ne paucitas fortasse prodatur, nostri intellecto dolo & ipsi auxilium ab imperatore missum venire simulant, quippe necessitas cogit omnia audere, præcipiti cursu ferentur. Qua noua audacia fidem faciente has tubas esse aduentium sociorum, illi ut spero terga dabunt, aut certe nostros abire permittent, retro se recipientes in tutum. Neque vero strenuos viros esse hos existimare debetis, etsi vos fugauerunt. Cuius rei hæc documenta habeo: quod soli omnium, tanquam minime strenui, in vrbe relicti sunt: quod nisi noctu vos, nisi incautos dormientesque inuadete ausi non sunt. At certe reliquæ sunt profligati exercitus. Namque heri propius solis occasum, rumor de victoria imperatoris domi maximus erat, quod iam istos, si de numero illorum non sunt, rescisse oportet. Vtrouis tamen modo tales sunt, quibus par- 30 uus terror maximum metum incutiat. quod sit tantum ad descensum nostrorum summovebuntur, ciues nostros e pernicie eripuerimus, nullo nostro cum periculo, & ingenti cum gloria. Si, quod magis & opto & spero, percussus metu atque exanimati, longius fugam capeissent, aut in prima fuga opprimerentur, cum maiori gloria & gratia erimus socii prædatorum participesque victoriæ. Quare agite, quod bene vertat, & meum consilium, & me ducem sequamini. Hæc locutus pergit: alii, crederes non inuitatos, sed imperatos, vno omnes animo sequuntur. Ille antecedebar, fungens speculatoris officio, atque illis qui erant in iugo se ostendens. Non enim ea nocte præ sollicitudine illi somnum ceperant, mirabantur tamen quid rei futurum esset, & iam diluculum erat, cum ad exitum supinæ vallis quæ 40 ad hostes ferebat, cernentibus sociis, circiter duo stadia ab hostibus, ventum est: Ibi tubæ cornuaque cecinere bellicum. Et socii iandudum dolo percepto, omnes strictis gladiis, reddito clamore, decurrunt, semisomnos attonitosque inuadunt. Illi duplici clamore & clangore circumuenti, prius quo fugiant, quam quo tela sumant, circumspiciunt, fugientium terga Christiani cædunt, simulque Mendocia ex vociferatione fugientium insequentiumque, quo in statu res sit coniectans, in apertum prodire festinat, magis ac magis tubis concrepantibus: vbi conspicatur fugientes, cum comitatu pariter insequitur. Tandemque multis mortalibus trucidatis, multis captis, maiorem calamitatem reddunt quam acceperunt, & prædam non modo desperatam, sed multo etiam spe ac voto maiorem reportant. Ita hominis quem ut necdum virum in societatem admittere noluerant, virtute liberati sunt, & victi victoriam consecuti. Nec vero maligni in agnoscendo beneficio fuerunt, facta illi potestate, quæcunque vellent eligendi, aut si mallet, omnia sumendi: qua tamen vti noluit, nisi prædam ad arbitrium suum partiendi. Ex qua tertiam partem sibi tubicinibusque ac sociis quos reuocauerat, distribuendam adiudicauit: reliquas virilibus partibus inter se diuidendas

RR ij

censuit, quoniam par periculum, labor, audacia extitisset. Atque in hunc modum
 gnare acta opera, pleni prædarum, ac læti, præterquam quod aliquot e suis ami-
 serant, reuertuntur. Sed tantus fuit propriæ salutis metus, ea recuperata, vt minor
 de aliena morte dolor sentiretur. At centum numero desiderati sunt, cæteri aut ad
 victoriam suorum e latebris prodierunt, aut, quæ minima pars fuit, per dumos,
 colles elapsi, tristem nuncium domum reportauerant, ita vt iam pro deploratis
 omnes essent. Quo magis & lætus & admirandus eorum reditus cum præda fuit,
 vnum Mendociam in cælum tollentium, quasi singularem duces, quem do-
 mi pridie pronon idoneo adhuc milite reliquissent ac respuissent. Altera pu-
 gna non ab oppidanis, sed a castrensis viris incepta est. Erat in castris eques qui-
 dam nomine Ioannes Mars Sceretenfis, quondam Agarenæ superstitionis, im-
 piger iuuenis, viribus animo respondentibus. Hic horratu sodales suos, vt in a-
 grum Malacanum incurrentes agerent prædas, ad centum homines quos pauper-
 tas audaces faciebat, coegit. Profecti cum iam octo millibus passuum ab vrbe
 abessent, sub lucem trecentos, vt colligi poterat, equites ex aduerso se ferentes
 conspiciunt, moxque conspiciuntur inuicem, parua iam utrosque dirimente in-
 tercapedine. Cæteros, quod se deprehensos arbitrarentur, fugere volentes, Ioan-
 nes oratione retinuit, & vt hostem quoque inuaderent, induxit. Socii, vt ipse ve-
 stri aduentus, & vt fors tulit, vestri periculi autor sum: sic meum est, vestri reditus
 ac vestræ salutis curam habere, non solum meæ. Si locus hic vbi sumus satis aper-
 tus ad fugam esset, si satis etiam distantia ab hostibus, nimirum non tam ferox te-
 merariusque sum, vt pugnam moramue suaderem. Nunc cum & locum ceperi-
 mus angustum, quo veniremus occultius, & hostis non absit longius quadringen-
 tis passibus, vt opinor recentioribus quam nos equis, quam spem salutis tantam
 ponimus in vna celeritate equorum? A fessis plus quinque & viginti millibus pas-
 suum remetiendum est. Quos isti incompositos ac dissipatos infecuti, vt quem-
 que primum assequantur, trucidabunt, & vt eorum habeo animum, vsque ad v-
 num. Non enim firmiores nostri equi, aut, vt dixi, recentiores sunt ad perferen-
 dum cursum. Modo tres quatuorue illorum qui plures nobis sunt, si pernicious
 equis infideant, instabunt fugientibus, terga cædent, & aut morari compellent,
 aut ritu ouium caprarumque mactabunt singuli plurimos. Vt renouemus in no-
 bis ea quæ de Rolando Arnaldo in hac regione gesta memorantur, qualia fuisse
 Hectoris, Eneæ, Achillis, aliorumque priscorum, frequenter audiui. Ex quo non
 mortem defugiemus, sed honestam mortem refugerimus. Est autem honesta mors
 in pugna, non in fuga, ad quam mortem fortior vos hortari ausum, si nihil aliud sit
 reliqui: nunc etiam spes salutis ac victoriæ ostenditur, si fortunam belli tentemus.
 Sæpe enim pauciores vel consilio, vel virtute, vel quod maximum est, necessitate,
 ac desperatione vicerunt. Magna res est proponere animo, aut vincendum, aut
 mortem dedecusque atque omnia extrema patiendâ. Sæpe infirmiores feræ quæ
 in aperto singulas robustiorum ferarum fugissent, cum se inclusas viderunt, con-
 tracta rabie, aduersus plures insurgunt, & nonnunquam eiulare & fugere com-
 pellunt. Ego vidi vulpem vnam, vulneratis plerisque canibus, euasisse. Nos ergo
 tot vulpes cum rem nostram in angusto videamus positam, paulo plures canes ex-
 timefemus inuadere, si incolumes & cū laude volumus euadere? quid, quod no-
 strum adiuuat fortuna consilium? si inuadimus, speciem præbebimus, nos partem
 insidiatorum esse, non totam manum. Neque enim compertum habent numerū
 nostrum, videtis vt lente cunctanterque veniunt, vt duos longius præmiserunt ex-
 plorandi causa, & ipsos hæsitantes & circumspicientes. Audendum igitur antequam
 certum explorent, & tanquam fiducia sociorum qui lateant, feroces simus, ferociter
 irruamus. Victoria imperatoris nostri omnia facit eis formidolosa, nobis audenda.
 Vnde aut victores cū præda & gloria redibimus, aut certe honestissimam mortem
 oppetemus. Quam nefas est appellare mortem, fruituros apud parentem vitæ vi-
 ta æterna. Speroque in Iesu Christo qui me de pristina mortalitate ad spem æter-
 nitatis reuocauit, cū hanc meam spem non frustraturum, atque eius inuocato nomi-
 ne, feror in suos hostes. Hoc dicēs ad actō equo, in duos antecurfiores, & iā proximi
 erant,

erant, in festa hasta dirigit cursum. Illi prope terga dāt, cæteri Christiani insequū-
 tur. At barbari qui ad responsum exploratorum suspensi erant, visa eorū subita fu-
 ga hostiumque incursum turbantur, & inter pugna fugæque consilium commiscuntur,
 & aliis terga dantibus, alii perterriti, atque ita iam omnibus in fugam versis Chri-
 stiani irruunt. Sed postremi non tam cito vertentes terga, quippe qui rem non vi-
 debant, vt in locis non admodū latis, impedimento erant prioribus fugere volen-
 tibus. Sic data facultas est Ioanni sociisque cædendi, sternendi, capiendi, quanquam
 nulli fere curæ erat capere, nisi prius bene multos ex maiore turba quā ipsi essent
 interemissent. Nec destiterunt insequi, donec & propius urbem erant, & plus di-
 midium hominū conciderant. Paucisque captiuis, sed plerisque equis captis, ad castra
 reuertuntur, equis qui aut faucii aut afflicti subsequi nequibant, ne hosti profuturi
 essent, subneruatis. Ad horum ingressum admirabantur omnium oculi, vnde rotæ
 sine veltoribus equos, tot eorum strata. Nam multi terna quaternaque strata atque e-
 phippia gestabant. Quærebant nonnulli, vel ioco, vel serio, an socios cum equis am-
 misissent. Respondit quidam, immo interrogate equos ipsos, & ornamenta ac ve-
 stes, quos nā socios amiserunt. Ioannes etiam facetius, vt sumus in victoria faceti &
 dicaces: Nos vero in nemore sumus venati, & quot animalia nostras manū effuge-
 runt, non perdidimus, perdidimus quot nō effugerunt: hæc sola nec effugerūt, nec
 perdidimus. Et hæc quidem nostrorum in oppida hostium incursiones, totidē sunt
 illorum circa castra munitionesque nostrorum aliquanto posteriores, quasi & ipsi
 audendum sibi eodem genere existimarent. Sed mirū profecto sit mihi cogitanti,
 omnem quæ per id tempus tentata est incursum, fuisse non minus infauftam quā
 temerariam. Sed temeritatem Christianorum in bonum, Maometanorum vero
 in malum deduxit Deus. Prior autem ad eos pertinet, de quibus me promisi dictu-
 rum, Adelittos Almoganenoseque: ita hos appellat ea Hispaniæ pars, vbi hæc sciētia, si
 ita appellanda est, viget: quorum alteri sunt duces ac velut magistri, alteri comites
 ac discipuli. Horum ars ac peritia est, ex volatu auium, ex voce, ex ferarum occursum
 aliarumque rerum plurimarum, ariolari quid boni malique sit euenturum: deque augu-
 ris omnibus prognosticis habet libros diligentissime scriptos, horum vt dixi ma-
 gistri, quæ opinio vsque ab Homero vtiq; iam superioribus nata temporibus, apud
 plerisque poetas, historicos, philosophos, sibi fidem vendicauit, multique de ea scri-
 pserūt, partim qui assererent, partim, quorum de numero ego sum, qui improbarēt
 atque refellerent. Est alia horum peritia quam compertissimam probat experientia,
 inuestigare transitus, non equorum modo iumentorumque, sed hominum quoque,
 per vestitam, per nudam, per durā humum, per lapides, per saxa, per cotes, vt nec
 numerus eorum qui transierunt, vnquam fere eos fallat. Ideoque nō segniter ac tar-
 de, sed vt venaticos canes dicas, quibus si Latine sit nomen dandum, nullum decē-
 tius dari queat, quam inuestigatores, cū in vestigiis vestigandis exerceantur. Quos
 si mihi permittam ita appellari potius, quam eo prope rusticano nomine, non sum
 insolentiæ accusandus. Habenda enim ratio est decoris in loquēdo, cum vtiq; ac-
 curate scribimus. Quod si hoc conceditur, illud multo magis concessum iri neces-
 se est, quos vulgo Caballerios vocant Græci (de his quoque nunc pariter mihi dicē-
 dum est) eos vocare equeiros, ne eorū sequamur errorem qui verba Vlpiani scri-
 bentis de iure ciuili, male accipientes, vocant milites. quod nomē eorum propriū
 est qui militat, præsertim sacramento illo militiæ obligati. Nec id posset aliæ rei ad-
 aptari sine maxima perturbatione librorum qui & scripti sunt, & scribentur. Ideo-
 que eruditiores in hanc significationem eo nomine non vtuntur, quod tamen cū
 emendare conantur, in simile vitium incurunt. Qui quia caballerius a caballo di-
 citur, quasi rusticitatem hanc soni reformidantes, pro eo equitem substitunt.
 Sed cum eques habeat suam significationem apud omnes autores, sicut miles in
 eandem quam modo diximus, si aliter accipimus, quam fert consuetudo libro-
 rum, incidemus in perturbationem. Quare quis non videt rebus nouis esse ac-
 commodanda noua nomina? vt veteres, a quibus præcepta habemus, & exempla
 sumimus, factitarunt. Nec nos non minimum operæpretium est esse præfatos:
 nunc equeiros sine reprehensionis metu dicemus. Hi numero centum fuerunt,

inter primos eius ordinis, nonnulli aduenæ ex Africa, cæteri indigenæ, qui se apud regem deuouerant, nunquam reuersuros ad conspectum illius, nisi præclarum aliquod aduersus Christianos facinus edidissent: incitati, ut colligi potest, non modo regis charitate, sed æmulatione gloriæ quorundam ex Christianis, qui decem millibus passuum a castris stationē tuebantur, tum ne quis transeuntem commeatum interciperet, tum ne quis domum se reciperet, trecēti numero iureiurando adacti, se locum nullo terrore deserturos: & quia in mentibus militū, & fere omnium plus valet pœnæ metus quam religio, pœna addita, ut si eques desereret, armis equoque exueretur: sin pedes, certo plagarum numero inspectatibus sociis cæderetur. Hos barbari equei cum viribus freti, tum improuiso aduentu, sperabant se oppressuros, interceptaque re frumentaria, stationem retenturos, donec aut rex auxilia misisset, aut sibi alias manere conducibile visum esset. Obseruato itaque tempore, per occultos transeuntesque tramites, vno tantum contento quicibum ferret mulione, veniebant. Cum inuestigatores eorum iter numerumque odorati, mittunt breviori via ad stationarios nuntium, docētque quid acturi sint: ipsi coacti raptim suorum globo, vestigia insequi instant, & vbi sub oculis fuit hostis, quam occultissime poterant subsequuntur, ut lateant credētem se latere alios, fallantque cum fallit. Iamque ad torrentem equei peruenerant, cū pauci in statione quæ supra vltiorem ripam posita erat, interlucere. Hic ex composito ab iis qui a tergo & a fronte erant, velut in deprehensos, simul exclamatum est. Quo

10
20
30
40
50

incipiti terrore consternati equei, quia conuertere retro cursum difficile erat, & plures sequi equites, quam in statione equestres esse vident, ire pergunt, & in alueum se demittunt, tanquam per aduersam ripam cum aliquantum processissent, viam inuenturi. quæ multum eos fefellit opinio. Nam vbi paulo plus quam iactum sagittæ per glaream procurrissent, offendunt rupem, ex qua torrens cursum quoties habet, in præceps cadit. Ibi subsistentes equei circumspectat attoniti, & consilii inopes, a fronte rupe, a tergo ponte qui inflato torrenti imponi solebat, per stationarios deiecto, ab vtroque latere ripis, & eas hoste premente interclusi, & ut se dederent, nisi perire mallent, vndique exaudientes, & infesta ac suspensa tela cernentes, dixerunt se dedere: iussique non descendere ab equis, sed se longa cunctos serie colligare fune quem victores deiecerant. Ita iuncti ex alueo processerunt, sicut ex corio factis, qualibus Mauri semper atque Afri sunt vsi, ad sinistrâ partem ephippiorum appensus, lancea subter dextrum femur iacente. Atque ita cum inauratis calcaribus, aliisque equeiorum insignibus, cum magna exultatione ducentium, quod hoc sua arte potuissent, ad imperatorem perducuntur. Quo ille spectaculo ita magnos risus excitasse fertur, ut vix vnquam sit visus risisse hilarius, dixisseque circumfusis inuestigatoribus, ac præ victoria gloriabundis, quoniâ puderet captiuos in illo cultu conspici, exuerent, & eum sibi haberent: significans per lusum, illorum spolia se dare dono iis qui cepissent. Venio nunc ad postremam barbarorum incursionem. Domuerat per eos dies imperator circumferendo arma, partim terrore, Cozam, Sebar, Alzanam, Maram, aliaque nonnulla oppida. Hostes ob id timentes Antidonæ, quæ abest ab Antichera millibus passuum decem, & vt illi loquuntur duabus leugis, magno cum comitatu militum illuc rem frumentariam supportauerat. Nec eo contenti, fiducia vicini receptus allecti sunt ad tentandam excursionem, si quid prædæ abigere possent, fortasse quod audiuerant viderantve multa iumenta pascere aliquot stadiis longe a castris. Pascebant autem illa, quod aut macriora, aut quod minus valida, aut quod minus necessaria dominis essent, aut releuandi sumptus, ut sit, gratia in loco herbido ad præterfluentem amnē nomine Gorzam. In hæc illi, & in custodes, si quos nacli sunt, impetū faciunt. Sed eos vt primum contendere in castra versus prospexit noster speculator, signum fumo fecit, quo nostri excitati, armis repente sumptis, prouolant. Insidēbat speculator in petra, inter vtranque urbem pari interuallo, nomine Pegna amatorum, hoc est Petra amantium. Huius nominis causam, quia non iniucunda auditu est, fatius est perstringere quam omittere. Iuuenis quispiam (nomen non traditur, nec patria, sed tantum natio, quod esset Hispanus) seu bello, seu latrocinio captiuus,

captiuus, Granatæ duobus tribusve annis seruitutem seruiuit, vtente domino sua opera in rebus vrbis atque domesticis. Filia capta tū forma, tum lepore linguæ, tum liberalibus moribus adulescentis, hominem illexit, & ipsum mutuo flagrantē specie puellæ & elegantia. idem cum viderent, nec in præsentiarū liberam sibi esse consuetudinem, nec diu futuram, cum alter feruus esset, altera nubilus: præterea periculosam vtrique rem atque capitalem: constituerant per occasionē ambo fugere. Sed adulescens honestius, quod ipse ad suos, a suis illa abibat, nisi religionis ratio constitit, quod ne credam, sequentia inducunt. Profecti cum ad petram peruenissent, festaque mulier requiesceret: ecce pater cū aliquot comitibus, omnes

10
20
30
40
50

equis vecti, citato cursu insequantur. Amantes quod vnum ad tempus erat præsidium, per petræ cautes repēdo in cacumen euadunt. Pater puellæ cum applicuit, frendens atque terribilis, imperiosis, contumeliosisque verbis, iubere vt cōfestim descendant, non descendantibus minitari, extrema se in illos exempla editurum: Cæteri admonere, hortari, cum virum, tum præcipue puellam, ut ad pedes domini, patrique se abiicerēt, misericordiā magis quam vltionem experturos, ne iratū magis exacerbarent. Illis nec imperata, nec admonita facientibus, delapsi omnes ab equis, in petram alius alia parte, non minus manibus quam pedibus enitebatur. Iuuenis contra e superno obmoliens saxa, & omnia arma aduocans, euulsis glebis stipitibusque, nunc huc, nunc illuc ab ascendēdo deterrebat. Eo metu ab incepto desistentibus, pater exastuans mittit vnum ex comitibus ad accersenda ex vicino vico auxilia, maximeque sagittarios. Quibus continuo accurrentibus, videntes obfessi se captum iri, hoc est omnia suppliciorum contumeliarumque genera passuros: quid verborum lachrymarumque ediderint ignotum est. Certe arcto inuicē complexu, & vt credibile est, osculantes, sese deiecerunt ab ea parte quæ ad patrem familias spectabat, atque in eo complexu perlati extinctique sunt. Fertur omnes qui aderant, præter senem illum, & qui mox audierunt, viris que fortunam fuisse miseratos, nonnullos etiam iacentibus amplexisque illachrymatos, quos non prius amor quam vita defecisset, ut defuncti quoque volūtario illō complexu inter se adhuc amare testarentur. Ibi sene inuito, ambo, sicut erant vestiti constrictique, sepulti sunt, & petræ ob eam rem nomen inditum. Huius euentus et si non nihil me quoque miseratio subit, tamen misericordia indignos ob id fuisse apud deum existimo, quod & puella amores suos videtur, non religionem secuta, & iuuenis audacior fuisse cum rapina ad se vendicandum in libertatem, quam prius sine rapina, quæ causa, vt iter sibi tardius, & persecutores acriores, & minorem spem veniæ pararet, extitit. Præterea neuter in extremis suis rebus bene de dei bonitate sensit. Ab hoc loco prædam agentes barbaros, nostri quicquid in medio spaciū & cursu emensi, premere incipiunt, vrgentque illos, sensim sese in tuta recipientes. Tandem non procul a muris, vndique aggressi fundunt, cæduntque ad duo milia hominū, ac multis captis, receptaque præda, ita incolumes reuertuntur, vt duo modo desyderati sint, pauci vulnerati. Paucis post hæc diebus turris deambulatoria perfecta est: in qua eo plus temporis consumptum est, vt ne quid vlla ex parte, quale alias contigit, accidere posset. Oppidani qui iam pridē muros ciliciis, storiis, centonibus, stragulis, culcitris ad medium vsque contexerant aduersus sagittas bombardasque, nunc etiam propugnacula contabulant, & omni humana ope verticem suæ turris muniunt, & contra aduentū nostræ hinc atque hinc tormenta disponunt. Sed aduersus quidem hæc, vt pote cum cernerentur, a nostris prouideri poterat. Verum non plus in apertis præsidiis spei ponentes oppidani quam in occultis, hunc in modum constituerunt fallere contignationem: quæ media in turri sua erant, diruunt, ac totum id quod vacui erat, sparto, stuppa, cannabo, & aliis quæ facile ignis corripit, explent ac referciunt, relicto foramine instar fenestellæ paulo infra turris coronam, vnde erumpens incendium scalam nostram sese porrigentem comprehendere. Et successit astutia, si succedere est, ad modicum tempus fauere fortunam, quo grauius rursus affligat. Imperator primum iubet, quæta erat latitudo machinarum, in fossam quæ castris proxima est (nam tres erant) suum aggerem deuoluiligonibus, bidentibus, marris. Mox mediam lignis minutioribus

ad oras vsque compleri. Ea oppidani noctu egressi incendunt. In sequenti die, puluere ac ruderibus, non sine certamine, locus idem cætero solo æquatus, productisque musculis, multum de aggeribus tertiæ fossæ in ipsam deiectum, non propter machinæ commoditatem, quæ hanc fossam non erat transitura, sed quo pedires procurrare ad succendendas portas possent. Tertio quam hoc factum est die, imperator sub exortum auroræ signa canere imperat, & omnes in armis esse, ut die incipiente urbem, quo cuique loco præceptum est, corona cingât. Qua hora ipse equo vectus, apparatus telorum instrumentorumque ad implendas iungendasque pontibus fossas, scalas, dolabras, aliaque huiusmodi recognoscit, milites nunc omnes, nunc nominatim aliquos adhortatur admonetque virtutis. Hos cum obambulasset, iubet omnes, antequam machinæ promoueantur, bombardas ictus emittere, ne siquid propugnaculorum discussissent, hosti spatium sit ad reficiendum. Sub hæc machinæ promotæ sunt vsque ad laborem tertiæ fossæ, & dum scala iam iam, demisso ponte, tactura cacumen hostilis turris esset: oppidani ignem turri suæ immittunt, cæteraque spiracula obstruunt, ut omne incendiū per vnum illud foramen erumperet. quod incendium angusto exitu iaculatum, globosque flammaram longe, lateque, ac sursum spargens, in scalam pontemque turbinem suum fert, & eos qui insitebant, non modo ardore vexat, sed etiam superantibus flammis, prospectu priuat. Ibi triste spectaculum cum lymphati milites præsentis ardore amburerentur, & ne scala cremata, deorsum ruerent, timerent, & nec satis consilii ad redeundum esset. Ad hæc oppidani præter cætera missilia, lapides bombardarum nostrarum quos ex omni vrbe collectos in turrim subuexerant, deuoluebant, cum magna strage eorum qui in scala insitebant. Sed protinus cognito periculo machina retracta est, & cum pons a turri cui admotus erat, recedit, iam semiustulatus excussus est, atque altera parte sese deflexit, nonnullosque incendium ac lapides armis non ruinam deuitantes, deiecit, cum magno inspectantium suorum gemitu. Quorum corpora nisi reciperentur, non se cibum imperator gustaturum iurauit. Sic nostri magno ardore inter tela ac saxa sub muris cadauera receperunt, eaque cum cæteris honorifice sepulta sunt, ipso duce comitante funeris pompam. Erant enim viri tum alias præstantes, tum vero eo tempore ob insignem animi magnitudinem delecti. Quod si post hæc acceptam calamitatem, copiarum illarum non antea subsidio urbis venissent, haud scio an dux suos a suscepta persuasione reuocare potuisset, non esse fatale, Anticheram ut Setanillium expugnabilem nostris esse: frustra tentata aquæ subtractione, cuniculis, turri, qualis fortuna aut peior in acie contra tot barbarorum copias timeretur. Nunc victoriæ superiorum dierum eos succumbere animo non sinebant, & vltro quidam alios timidius sentientes increpabant. Ad hæc honos ab imperatore defunctis habitus, & exhortatio, ac præmiorum pollicitatio erigebat. Paucos intra dies scala resecta est, & aduersus incendium tabulata, quibus scala substructa erat coriis crassioribus, amphimallisque aceto maceratis intacta, atque asseribus latera munita, interque scalam ac pontem, in modum cataraçtæ interposita ianua, quæ in tempore posset aperiri, claudique contra saxa, quæ superne deiecta per scalam deuoluerentur. Octauo die cum iterum producenda machina foret, hora diei tertia, dum iam cibum iussi cepissent milites, Ferdinandus his verbis est adhortatus. Quod superioribus diebus impedimento fuit commilitones, id emendatum satis est, ut ipsi videtis. Quod reliquum est, non nisi in vestra manu positum est. Neque vero tantum in turri spem ponimus, quanquam in ea maximam, aliter non nisi qui per hanc ascensuri sunt, alloquerent. Sed ab omni parte vrbs capi potest, cum vndique oppugnatur, dum cæteri scalas muris admouebunt, dum portas aliumve locum subruent, si illuc recurret hostis, minus negotii iis qui in machinis sunt, exhibebitur, si aduersus hos vehementius pugnabitur, facilius aliis ad ingrediendam urbem erit occasio. Sic vniuersi mutuo auxilio eritis, & forte qua minime speramus, ut aliquando scimus euenisse, expugnatio incipiet. Raro eodem euentu res sequitur, ad quem consilia direximus. Ideo omnia in ipsa rerum administratione sunt exploranda, ut siquid in quo fidebamus spem destituat, id compenset aliud, in quo minus fi-

nus fidebamus, ut venator facit, qui dispositis per diuersa loca retibus, interdum plus prædæ nanciscitur vbi minus opinabatur, vbi magis sperabat, ibi aut minorem spe, aut nullam venationem nactus. Vobis vero nunc minime præcipites fossæ sunt, iam semioppletæ superioribus diebus, multisque in locis pontibus stratæ, iam prope ad ipsos muros iter est. Vindicate ergo acceptam nuper turpitudinem, reddite hostibus vicem, vlciscimini socios quos incendium, saxa, ruina extinxit. Docete nullo in genere pugnae vos inferiores istis esse. Pauciores multo cum essetis, non dolo adorti, non noctu, non magna belli arte, tantum hostium exercitum qui vos adoriebatur, sola virtute superastis, nunc pauciores eorundem superare nequibitis? Hic videbitur ille vester ardor, quem multis in certaminibus iam ostendistis, hic operam suam is nauabit, cui dux, cui nomen Hispanum, cui laus, cui religio curæ erit. Non tanta res hic, quanta in acie nuper agebatur, agitur: sed ob famam, ob vindictam sociorum, ob satisfactionem iracundiæ prope dixerim maior. alio bello ad expugnandum Setanillium venimus, infecto negotio recessimus: nunc ad expugnandam Anticheram venimus, quam o si, quod horret animus, & lingua vix audet fari, non expugnauerimus, quid ni infecto negotio victi non victores discedemus? Auferte igitur tantum dedecus a vobis, a patria, a me, & quod præcipuum esse debet, a nomine Christiano. Nam si nullo periculo ac nullo sanguine nobis mors constaret, quid tandem meriti apud deum compararemus? Itaque quia nonnulli ex nostris perierunt, siue quis periturus est, non est quod detereamini. Si enim isti in sua superstitione nixi, si cæteris in bellis homines mercede cõducti, propositis periculis non coercentur, eo deformius erit vos, tot aliis accedentibus causis, deterreri. Vos vero qui scalam ascensuri estis, sigillatim hortari habeo, a quibus maximus terror hosti est, & vnde principium victoriæ nasci debet, ne lapides ob sint, ianua interposita obstat: ne incendium lædat, coriis, centonibus, asseribus prouisum est. Nunc vestrum est strenuitate ac celeritate vi, ut cum nostra machina superet hostium turrim, vos eos pro turri pugnantes superetis, facto in eam protinus impetu, ne illis vestra mora & animum addatis, & spatium detis ad tela in vos ingerenda. Tu Didace Ferdinandi Dechines cape hoc vexillum regium, quod tibi in manus trado, facitoque ut memor sis hoc a me suspiciendum esse, aut super hostilem turrim sublime, & ventilante aura vibrans, aut a turri eadem prono vertice suspensum, quorum altero nihil speciosius nobis, altero nihil deformius accidere potest. Hac oratione habita, omnes ad munia sua diuisit, dispositisque mox vniuersis, machina processit, & cum tempus affuit, deiecta cataraçta, multos eorum qui pro turri stabant, ruina sua compressit, eodemque temporis puncto prorumpens flammaram e foramine procella (repleuerant enim eadem materia turrim) in scalam fertur, nec vulgari igni, sed incendiario agebatur, cui aqua resisti non potest. Is ignis coria ac cætera madentia adeptus, siue ipso humore aleretur, siue repelleretur, cum horrifono strepitu in cælum quo sagittæ mitti nequeant, assidue ferebatur, conuoluens flammeas pilas, humano capite maiores. Interea Didacus vix bene delapsa cataraçta, inauratum longæque refulgentem clypeum sinistra præferens, dextraque vexillum sustinens, crepitantibus toto corpore missilibus, in turrim primus desilit, vel fortior quam octauo die alii fuerant, vel felicior. Hunc alii a tergo insequuntur, strictisque telis in reliquos inuadunt. Illi tum casu suorum, tum nostrorum audacia territi, breui certamine edito per ligneum pontem qui turrim muro iungebat (nam lapideum diruerant) propere delabuntur, eumque vbi transiere, funibus suspensum soluunt, qui partim decidit, partim ad parietem turris hærens pependit, ne victores in muros, atque inde in urbem possent descendere. Sic interclusis, nec hostem ledere, nec sociorum multos in angustū locum recipere dabatur, etsi assidue succedebant. Cæteri qui sequebatur, non cum viris, sed cum flammis pugnant, quas preparato ad hunc casum aceto colibere nitebantur, subinde coria, cilicia, ligna perfundentes. Videres alios cum vasis plenis ascendere, alios cum inanibus descendere, alios implere, alios porrigere, vbi que festinari, vrgere, hortari vocibus clamoribusque, ut sit in domorum incen-

dio, cuncta misceri, cæteris prope ad tale spectaculum euentumque intentis. Nec hos, ii qui in muris erant, magnopere infestabant, a nostris sagittariis prohibiti, adeo rotus labor ad machinam erat, nec de vrbe, sed de machina expugnanda res esse videbatur, & qui obsidebant obsessi, & qui obsidebantur obsidere, & qui expugnabantur, expugnatores suos expugnare. Et iam non nihil timebatur, ne durante incendio scala labeficeret. Iam etiam qui in turrim euaserant, sibi metuebant, ne calore solutus fornix decideret, utique ruina pontis concussus, & multitudine grauis eorum qui ascenderant, nescii nullum esse in muros a turri descensum, & reuerti per scalam flagitiosum sane existimabant, & in eos vndique ab oppidanis sagittabatur. Hoc vnum interim præstabatur, ne prope turrim in muris hostis consisteret, ut non tantopere socii ab accessu portæ arcerentur: ne tamen clandestino aditu alimenta ignibus ferrentur, impedire non poterant. Imperator ob id anxius circuire muros, & hortari omnes, ut qua cuique proximum esset, ad mœnia succederent, quo certamen a machina turrique aliquantum auerteretur. Sed cum obequitar, animaduertit foramen quoddam in imo muro, paululum supra solum, quo ex foramine, ad magnitudinem pene hominis capacem, aquæ pluuiæ ex vrbe profluere solerent. Percontatus ex quodam qui in vrbe diu fuerat diuersatus, sit rei certior. Ergo impigris viris negotium dat, ut foramen refringant, ac subeant. Ipse in diuersum ab illo locum, quo hostem falleret, omnem transfert molem belli, & se de industria adhortatorem militum ostendit. Illi interim patefacto latius muro subeunt, aliosque furum atque alios admittunt, donec conflato ingenti globo, per urbem ad portam turris procurrunt, multos trucidant, fores refringunt, qui foris sunt & ipsi adiuant. Sed vndique concurrentibus oppidanis, acerrimum intra muros prælium oritur, & dum de possessione vrbis certatur, muri deseruntur ab illis, a nostris occupantur. Tandemque reuulsis portarum foribus, victores Christiani infunduntur, atque vndique barbaros aggressi, in medio interimunt, domos diripiunt, easque dominorum sanguine aspergunt, nulli ex puberibus vita reseruata est, multi in templum, multi in arcem confugerunt. Sed multo magis præses arcis, quam deus præses templi implorantibus opem tulit. Nam & audius nostri rapinæ gratia ad templum properarunt, & locum illum magis consentaneum talibus victimis existimauerunt. Natabat omne humano cruore pauimentum, & gemitu morientium templum mugiebat, & a morientibus mortuisque vestitus detrahebantur. Multi nec opinantes domi sunt oppressi. Horum vnus etiam texens, qui cum audisset urbem expugnatam, non obserauit fores, non fugit, non etiam surrexit, sed tanquam fieri non posset, texere perseverauit, atque ita sedens telam suam, antequam detexta esset, sanguine suo tinxit. Qui vero in turri stabant, ne expertes prædæ essent, accepro fune sese demiserunt. Imperator quoque simul atque patefactam portam vidit, cum prætoriam cohortem infestis signis intrauit, adhuc durante prælio, cuius conspectu, siquid adhuc in oppidanis erat animi ad pugnandum, cecidit, nonnullique dum victorem fugiunt, ad pedes eius procumbentes vita donati sunt. Mulieres etiam complures cum paruulis liberis accurrentes, quod vitæ suæ timerent, certis hominibus commendatæ sunt: imperatumque præconi, ut cum tumultus direptionis recedisset, ediceret, nulli mulieri vim afferri, quæ Christianam se fore polliceretur. Quæcunque autem talis fuerit, daturum se operam, ne impudicam esse necesse esset. Sic stanti in media platea Ferdinando, obuiam venit Didacus Ferdinandi, scuto ita confosso, sagittisque hirsuto, atque ita lacerato, ut vix nouæ plagæ locus foret, longeque grauiore pondere quam ab initio fuisset. Hic vltro porrigenti gratulabundam dextram imperatori, nominatimque compellanti: Ego, inquit, imperator, imperii tui memor, turrim occupati, hostem deieci, vexillum statui. Sed profecto mira res accidit, infestam hostibus turrim conscendimus, ea potiti descendere nequiuimus. Quod difficilimum factu putabamus, facile fecimus: quod autem facile ac prouum, ad id hæsimus, & interrupto, velut in fluuio, ponte, cursus victoriæ substitit. Verum ut hinc ex inopinato fortuna tibi aduersata est, ita alia ex parte præter opinionem propitia fuit,


fuit, volens omnem hanc victoriæ laudem penes te vnum esse. Cui respondens imperator, Equidem victoriam hanc, ut decet nos sentire, refero deo acceptam, & secundum deum tibi, qui quantum abs te expectaui, abunde præstitisti. Ideoque tuum præmium suo in loco est. Direpta vrbe caduceatorem ad eos qui in arce sunt, mittit, habere illos in oculis exemplum, qualia, ni se dedant, passuri sint. Eisdem petentibus triginta dierum inducias, & nisi intra eos rex auxilia misisset, dedituros arcem spondentibus, incolumi tamen libertate ac fortunis, non plus quam bis septem dierum induciæ impetratæ sunt. Ad quam diem cum nihil auxiliorum ab rege summissum esset, arcem dederunt, fortunaque priuatas capere permisi sunt, facta etiam eis potestas eundi quo vellent. Qui Granatam abiire, iis ducentorum equitum præsidium ad certum locum deducendis præfecit: siqui in Castellam mallet, iis non defuturam commodam conditionem promissit. Atque ita pars ad sinistram per medium equitum qui deducturi erant, Granatam versus abiit, pars in exercitu remansit, humane ab omnibus & benigne tractata. Antichera incepta obsideri, oppugnata, expugnataque, & arx dedita, atque omnia egregia facinora gesta sunt ab imperatore Marti die, quod eum diem existimaret, Marti, hoc est bello, dedicatum, non exactissima quidem ille ac plane sapienti ratione, sed tamen ut rebus Martiis excusata. Oppidum a Christianis sacerdotibus expiatum est, & nouis incolis qui modo Agarenam linguam nescirent, cum agro diuisum: datumque negotium ut muri resarcirentur, qui multo magis intrinsecus quassati, ad assiduos bombardarum ictus, quam foris viscebantur, sexto quam domo profectum est mense. Ibi que certior fit de rebus Aragoniæ. Nam antea de morte Martini regis nuntium acceperat, eamque rem sedulo suppresserat, ne quid aut hostibus spei, aut suis curæ iniiceret. Alfonso quoque filium post victoriam de Granatenisibus, quotidie literis orantem ut se in castra accerferet, iussit expectare propediem aduentum patris, cum quo in Aragoniam iturus esset. Igitur ex nuntiis intelligens res Aragoniæ, nisi eam propius accederet, non recte habituras, eo proficisci constituit, aduocatoque procerum consilio, in hæc verba disseruit. Re bene ac feliciter gesta proceres, exacta iam æstate, appetit autumnus, ut quicquid ante hyemem agi posset, id non magni sane momenti esse censendum sit. At maximi momenti est curam in res Aragoniæ intendere, meo pariter & publico nomine. Iam primum prætorumque vestrum audisse reor, auunculum meum Martinum regem diem suum obiisse, anno vertente post mortem Martini filii, quem ego cum classe venturum ad hoc bellum, sicut verque promiserat, sperabam. Ex quo primum præsidio, deinde cõsobrino, tum auunculo priuatus sum, duobus regibus, nulli principum nostra memoria secundis. Horum morte regnum Aragoniæ ad me, tanquam cæteris proximiorum, pertinet, ut semper a consultis viris accepi. Sed id mea absentia ne vi occupetur, sum mopere verendum est, & ut ad me perfertur, non via iudiciorum aut iuris, sed factionibus, potentia, armis agitur. Quod si pro iustitia sua annitentes qui litigant, tamen ægre obtinent quod postulant: quid futurum de non annitente putandum est, inter tot competitores? & in aliis litibus prætorumque satis est habere bonam causam, bonumque iudicem: & in lite de regno contra improbitatem aduersariorum, male nobiscum agitur, si in sola & causæ & iudicis bonitate spem ponimus. Armis ac potentia contra hostem armatum potentemque opus est. Itaque siquid apud vos gratia mea valet, quæso mihi vestro consilio vires huius belli aliqua ex parte illuc transferre liceat, ut populos ad recte iudicandum nostra autoritate inducamus: cum præsertim hæc res non modo ad benevolentiam mei, ad honoremque iustitiæ spectet, sed etiam ad amplitudinem regni, ad gloriam Hispaniæ, ad incrementum religionis. Etenim si alius quam ego rex Aragonum creetur, inter quem ac regem Castellæ, ut memoria patrum scimus accidisse, discordia ex qua bella oriuntur, incidat: an speramus occupatos nos duplici Marte, ex utrisque hostibus victoriam reportaturos? Hoc ego, ne si occulta quidem fuerint odia, nedum si aperta, sperauerim futurum. Quid si non simultas, sed inuidia suberit: quæ nonnunquam magis ad nocendum valet, quam

vllus affectus: & odia conciliationem recipiunt, inuidia nullo pacto conciliari potest: & hoc peius nocere solet, quo magis ex occulto grassatur. Quid si metus? an aliquid est, quod maiores aut crebriores causas habeat ad male cogitandum? Castellæ regnum in omni Hispania maximum est: hoc cætera ne dicam oderunt, inuidentque, certe metuunt, & ab eo sicut infirmiores quadrupedes volucresque a leone aut ab aquila cauent. Nam rex Aragonum etsi præpotens est, ac maris, vt aiunt, dominus, tamen eius vires multo minores fama sunt. Quod enim Sardinia regnum male pacatum, ac prope nominis Catalani inimicum, adiunaret Aragonia regem bella gerentem cum rege Castellæ? Quid Sicilia? quæ vix didicit iugum ferre alienigenarum, quæque, vt audio, iam nunc non satis quieta est. Omnis igitur vis atque omne robur regis illius residet in Hispania: quæ Hispania cum nostra nequaquam est comparanda. ex quo necesse est humana imbecillitate metuat potentior. Ideoque inter eos reges fere conuenit, veluti conspiratos, & inter se ament, regem Castellæ vel destructum, vel diminutum vellent. Quid si accedat auaritia, omnium vitiorum magistra & parens? an si affulerit spes Aragonia regi aliquo portu oppidove regni Granatensis pro mercede potiendi, speratis fore, vt non inueniat causas, cur ab hoste contra nos stet in bello? Quid? si hæc omnia, aut certe plura subsint, odium, inuidia, metus, spes: quo tandem tempore existimatis regnum hoc in nostram potestatem esse venturum? Quod nostra parte hoc incommodi vsu non venit, propinquitas regum Aragonia cum nostra domo, in causa fuit. Ea iam extincta, in pristinum dissidium primo quoque tempore redibitur: ne autem redeatur, vna ratione effici potest, vt hæc duo regna sanguine cohæreant, hoc est, vt ego rex illius regni declarem. Quod commodum nimirum tanto plus erit, quam fuit rege Martino, Ioanne, ac Petro, quanto ego coniunctior sum huic genti, quam illi fuerunt. Vnde consociatis viribus vtriusque regni, nullo negotio barbarum perdomabimus, vt breui tempore duo regna alia nostre genti subsint, quod nūquam fando est cognitum, nec de reliquis quoque duobus sit desperandum. Ita quod in primis opto, & quo nihil mihi videre est longius, omnis Hispania Christianis principibus obtemperabit. Quare vestrum est probare sententiam meam, ac causæ fauere, quicumque publice quidem amplitudinem laudemque & religionis & patriæ amatis, priuatim vero dignitatem meam, potentiam, gloriam iustitia & industria quæsitam, non sine aliqua ratione vestrorum commodorum, qui de me estis bene meriti, quos multo prolixius remunerare ac magnificentius potero rex quam priuatus. Nullum enim ex omni mea felicitate vberiorum fructum percipere me arbitrabor, quam dum iis quibus debeo gratiam, & quidem cumulatifsimam, referam. Hæc Ferdinandus. Cæteri pro se quisque approbare consilium & laudare. Tum Sancius Palentinus episcopus: Ego imperator adeo non aduersor sententiæ tuæ, vt nisi tu occupasses, istud ipse pro mea in te fide & beneuolentia, tibi consilium daturus fuero. Age igitur deo bene iuante, regnum quod, vt ego quidem sentio, tuum est, capeffe. Castellanus multis ad te deferentibus, quia tuum non putasti, capeffe veritus es. Nam vt nulla quantauis occasione ad præripiendum alterius regnum debemus allici, ita nullo labore nulloque periculo abstineri a nostro asserendo. Nec quicquam abiecius est homine qui paruo accedit animo ad vendicandum hæreditarium regnum. Quod si quid ob id laboris, difficultatis, sumptus, periculi subeundum sit, non obtinenti certe contendisse turpe non erit: obtinenti autem eo gloriosius, quod pene sua industria comparasse regnum iudicabitur. Et sane præstabilius est regem se facere, quam ab alio fieri, nec alteri fortunam suam, sed sibi debere: & cum patrum nominas regnum, nominare etiam regnum tuum, quod non per manus traditum sit, sed manu partum ac receptum. Quare si tuis vis esse similis, caue committas, vt nullum tempus interponas, quin regnum quod & successione, & quod in rege primum duco, virtute tuum est, ab iniustis hæredibus ac regnare indignis eripias, & tibi quantum humana ratio valet, asseras. Ad quod vires meas quantum læcunque sunt, meam operam, sedulitatem, studium, industriam, officium polliceor ac defero. Denique nunquam te ab isto proposito, dum de iure iudicatum sit,

sit, reuocare tentabo. Huius oratione aliis maiorem in modum laudatibus, & se ad similia præstanda singulis pollicētibus, magis confirmatus Ferdinandus, discessum in diem tertium edicit. Quo die cum iam milites præsidio vrbs imposuisset, vna cum armorum cibariorumque copia, plenus gaudii ob victoriam, ac spei ob futurum regnum, ex Antichera recessit, tertiumque castris cum parte copiarum Ispalim domumque peruenit, cum quibus copius propius Aragoniam iret, cæteras in sua domicilia redire iussit. Quæ autem posthac consecuta sunt, ne subnectamus facit, quod multa, vt tempore priora sunt, sic ordine præuertenda, quæ hæcenus non attigimus, ne feriem rerum cohærentium que eodem in loco gestæ sunt, interruperemus, duo quodammodo historiarum corpora confundentes, idque sæpius, si suis quæque temporibus acta redderentur. Nunc peractis illius Hispania gestis, ad alterius Hispania narrationem animum conuertimus, & de Granata per Castellam, velut pedibus, in Aragoniam Cataloniaque transitimus, nouam materiam principumque sumpturi, non repetito temporis cursu, supra hunc ipsum, de quo nunc scriptum est, annum, sed annum non eiusdem nominis. Quippe is de quo proxime locuti sumus, est post millesimum quadringentesimum ab ortu domini decimus, a quo vero nunc ordiemur, nonus.

20 LAURENTII VALLÆ DE
REBUS A FERDINANDO ARAGONIÆ REGE GESTIS LIBER II.

30 **H**oc anno Martinus Sicilia rex, Martini Aragonia regis filius, apud Calatim, post ingentem de Sardis victoriam, receptaque complura oppida, paucis diebus febri exstinguitur: febri non contracta ex æstiuo tempore, quo in omni Sardinia graue cœlū est, quia nondum mediæ æstas erat: non aquarum noxio halitu, quia Calatim a stagnis quæ multa sunt in ea insula, non admodum infestatur: non ex intemperie cœli, aut contagione, quia nemo suorum ægrotauit. Quo magis inopinata mors eius tum sibi tum sociis fuit, eoque luctuosior, utique in illo & virtutis flore & ætatis. Tertium enim & tricesimum annum agebat, æqualis Ferdinando, aut anno maior, infelici quodam omine, siquid omina sunt, ante patrem factus rex, quasi ante patrem vita defuncturus. Nec magis nomine suo iugendus, quam patris, cui vnicus erat iam senescens: neque tam ætate, vnum namque & quinquaginta annos natus erat, quam habitu corporis, obesi nimium ac præpinguis, & veterno grauescentis. Accedebat his & ætatis & corporis incommodis quaterna: malum in primis gaudii lætitiæque curandum. Sic affecto nuntius de morte filii affertur, ex quo quætus patrem mœror dolorque, quæta item perturbatio populos peruasit, sibi quisque natura & experimento duce subicere potest. Omnium tamen cogitatio ac sermo erat, quisnam regi futurus hæres destinaretur. Atque qui apud regem amplissimi erant, partim illius beneuolentia, partim vt suæ ipsorum potentia consulere, quo tales apud filium, quales apud patrem forent, & forsitan tutores relinquerentur, non ita multo post exequias, suadent vt primo quoque tempore capiat vxorē. nā olim iam regina decesserat, quæ fuerat comes Iuriae. Consulendū. n. regno, consulendū regio generi, consulendū etiā reliquæ ætati, quæ cum vxore liberisque traduceret iucundiorē. Rex autem etsi multis rationibus aduersabatur, quod senescens, quod inutili corpore, quod ægrotus esset: tamen vt potissimum obiciebat, non esse opus coniugio, cum nepotem haberet Fœdeticū iam infantia annos egressum, qui maturior ad successionem, quæ qui postea nascerentur, foret, qui sibi non alio quā filii loco esset. Sed cum illi præferrent filium nepoti, legitimum illegitimo, plures vni, certum in multis liberis, quam incertum in vno, tandem acquieuit: nec præcepit, vt ab aliis vxor prospiceretur sibi, sed ipse per se, inter duas adulescentulas quæ sub vxore domi creuerant, aliquādiu hæsitauit, am-



bas forma insignes, & summo loco natas: Cæciliam Iacobi Comitiss Vrgellenfis forem, & Margaritam neptem Ioannis Comitiss Pratenfis. nam Petrus pater mortem obierat. Sed vt erat prudentissimus rex, si cepisset vxorem Cæciliam, vidit fore, vt frater illius se viuo quidem regem agere vellet, ita animo regnū conceperat: mortuo autem, per fas perq; nefas ad se populos contraheret. Præterea, nequid in auū nepotemq; machinaretur. His rationibus vel solis, vel summis adductus, Margaritam præeligendam putauit, non sola formæ præstantia, vt quidam nimis iuuenili animo & quasi amatorio opinantur, nec vt simulatum est, quod medici magis hanc ad conceptus idoneam iudicarent. Vix mensis a nuptiarum die intercesserat, cum legati ab rege Ludouico venerunt. Ludouicum etsi nonnulli regem fuisse negant, tamen regem appellabo, quia multi fuisse regem affirmant, cum quibus quam cum illis excusatus atque humanius est peccare, nescientem ab vtra parte peccetur. Hi legati ab rege Franciæ quoque venisse dicuntur, quo maior legationi adesset autoritas. Eorum primus fuit episcopus Conferrensis, qui orationem habuit, illa tempestate inter suos omnis iuris diuini humanique consultissimus, denique eloquentissimus. Nam ita constat inter eos qui affuerunt, nullum se literate loquentem, eloquentiorem, nec ante nec postea audisse. Quam tamen orationem, nemo eorum qui laudant, memoria tenet ad verbum, sed sententias aliquas & præcipua capita, quæ commodius in oratione regis, ne bis dicantur, a me ponentur. Hic cum cerneret regem subinde orationi suæ, vt putabat, indormientem, oculis conuiuentibus, capiteque demisso sterteret, interstitabat. Rex contra, cognoscens cur interquiesceret, iubebat eum pergere: non enim se dormire, etsi clausis oculis sterteret, aut si corpus præ morbo dormiret, non tamen dormire animum. Atque hoc sapiens facienti, inquit: an tuæ orationi indormierim, an inuigilauerim, & ex mea responsione intelligas licet. Itaque ubi loquendi sine me fecit episcopus, Quinque, ait, capita continet tua oratio, quorum singulis eodem ordine respondebo. Primum quod me salutasti verbis Ludouici regis tui, mihi affinis, agnosco egregiam erga me illius benevolentiam, quod profecto mutuum fit, nec minus eum mihi fateor esse cordi propter sua in me officia, fidem, amorem, quam propter affinitatem. Quod autem secundo loco nuntiandam mihi duxit victoriam suam qua potitus est aduersus Ladislaum, in hoc quoq; fecit amice, cum sciret me non mediocrem de suis prosperis voluptatem esse capturum, quam & illi & mihi propriam perpetuamq; opto. Nec minus in eo quod tertium fuit, amorē suum erga nos declarauit, quod quemadmodū me victoria sua gauisurū sperauit, ita se meam cladem dolere ostēdit, misso ad me sapientissimo viro qui consolaretur, quæ profecto consolatio talis est, vt quemuis paternum mœrorem mitigare posset, qui modo tantus non esset, quantus hic meus, qui filium, & virum, & vnicū, & regem, & cum omni virtute, tum in patrem charitate præditum, & orbum liberis, amisi. Vt cunque tamē & miseratio amici grata est, & consolatio sapientis non nihil molestiæ leuauit. Precarique habeo cœlestem regem, vt regem amicum hoc vulnus quo ego laucius confectusque sum, non sinat experiri. Nam quod quarto loco posuisti, longa oratione executus, successionem, si sine liberis decessero, ad vxorem eius filiumue pertinere: istud vero mihi non constat: tu quoque velut in dubia re, multa verba fecisti. Ideoque non est, vt accipiam puerum ac matrem eius, sicut postulasti, cum & ipse verbis euangelicis respondere possim, Quod iustum fuerit dabo vobis. Ais ideo mihi accersendum Ludouicum puerum, vt iam nunc in nostra regia, & inter populos velut futurus rex, assuescat, percepturus mores, linguam, discrimina personarum, ingeniæ regionum, ne postea cū res poscet, rudis ad gubernacula regni accedat. Hoc ego multis de causis, ne agam, deducor. Primum quia huiusmodi præiudicio non faciam iniuriam aliis qui vobis in successione iure non cedunt. Si enim vobis acquiescam, quid aliud quam vobiscū ius hoc facere pronuntiem? Deinde si quis alius in iure succedendi, aut sit, aut fiat, aut nascatur potior vobis, qui tandem honor istum puerum consequetur quæ a vobis honoratū vultis, si ab adita atque administrata regni possessione dimittatur, & velut expellatur? Non enim deest qui se potiorē vobis putet, nō deest qui fieri possit, non

non deest mihi spes suscipiendæ sobolis, confidoque clementiæ dei, quod sicut afflixit me, faciens de patre orbum, ita vulnere meo medicabitur, de orbo faciēs patrem, ex hac dilectissima mihi coniuge (assidebat enim ei regina) & certē vterque, quantum in nobis est, enitemur vt parentes simus (ad quod verbum cum ambo surriferunt, tum vero cæteri arriferunt) Medici quoq; spem faciunt, qui aiūt facilius ex homine proeuctioris ætatis, ac puella, quam ex vtroq; adulescente filios gigni. Et nihilo minus quod gaudium oculorū huius meorumq; erit, si in hac auditate atq; in hac spe tollendæ prolis, videmus domi versari alienum puerū, quasi nostri versari regni, id est nostræ orbitatis hæredem, haud dubie infansum omen & acerbum augurium. In quo non parum miror affinem meum, eiusq; subrequiro prudentiam, qui sub ipsis pene nuptiarum auspiciis de successore meo agendum putauit, nec de successore tantum, sed de adoptiuo, quasi nec duxissem vxorem, nec vellem ducere, aut ex ducta liberos (quod omen deus auertat) non esse sublaturus. Quod tamen si non continget, alienusque mihi successurus est hæres, quid mea magis refert, aut quid prius antiquiusue debet videri, quam prospicere regem proceribus ac populis meis, ex quo iustum imperium, firmum præsidium, perpetuam pacem nanciscantur: proceribus inquam meis ac populis, quorum sanguine partim in Sicilia, partim in Sardinia recipienda, ego & filii vti sumus. Quorum pleriq; aut liberos, aut parentes, aut fratres, aut alio modo propinquos desyderāt, pro domus meæ amplitudine amissos. Neq; enim minus regiū puto, populos suos & præfertim de principe optime meritos, post obitū suū recte gubernandos curare, quā viuētē recte gubernare. Ex quo testificatum relinquam apud omnes iudicium meum, vt si domesticus mihi hæres non fuerit, ii ad quos pertinebit, sequatur me defuncti vel rationem vel auctoritatem. Neq; vero, quod vltimo loco posuisti, abnuo vestram postulationem, vt permittam causam de successione iam nunc quoq; agitari. Non enim ita delicato animo ac parum fortis sum in obeunda morte, vt de successore meo disputari, etiam tam recēter a nuptiis, pati æquis auribus nequeam. Filius meus facit, vt hæc pati possim, & mortem non multo plus timeam causa mea, quā optem. Nihilq; est quod magis vitam meam oblectet, quam futuræ prolis solatia, siue mas siue fœmina futura est. Nam vt tu vis, quod facile passus sum te dicere, in paterno regno, si mas filius defecerit, fœmina potest succedere, & quidem ante omnes mares qui regem coniunctissimo gradu non attingant. Idque tu ita præsentis constantique animo affirmasti, vt præsentius atque constantius affirmasse viderim neminem. Siquidem de fortunis omnibus atque capite vis dimicare, si quis naturali iure vel scripto demonstrat, hoc introductum in Aragoniam esse, fœminam in regnum nō posse succedere. Itam ego te sponsonem facere non sinam, militaribus magis viris decoram, quam literatis, ne dicam pontificibus. Placeat itaque in commune referri ad consultos, de iure competitorum, quidnam de successione regni mei diuinum ius humanumque decernat. Ipse quoq; dum per occupationes licebit, præsidebo huic causæ. Multo enim præstat me viuo sospiteque, ac disceptatore, discutiliem iudicis ac verbis, quam me vel defuncto, vel morbo ætateque affecto, vi & armis. Hæc locuto rege, discessum est. Mox cum in cubiculum rex introisset, multusque de his rebus, ab iis qui circumstabant, dum sermo haberetur, Vtinam, inquit Guilielmus Moncada, rex ex te prolem siue marem, siue fœminam primo quoque tempore videamus, quæ & viuenti patri, ac diu sit iucunditati, & defuncto succedat. Cæterum, si (quod absit) aliter deo cordi sit, non video quin Ludouicus puer in succedendo primas habeat partes, qui nepos sit ex filia regis Ioannis fratris tui, hoc est, quin ipsa Iolans eius mater, regnum quod fuit patris assequatur. Non vereor enim loqui de iure competitorum apud te, non tanquam regem, sed tanquam disceptatorem ac iudicem, vt te ipse fecisti. Nam qui debent regis esse potius hæredes quam liberi? Atqui filia ex liberis est, & cum sola fuerit, locum liberorum implet. Hæc nisi tu frater extitisses, regnum paternum adipisci debebat. quod si quid sexus impedimento est, etsi nihil hoc impedire volūt, en filium pro se tibi nobisque offert, ex matre Catalanum, cui ius suum hæreditarium cedit. Atq; dicenti, pleriq; qui intermisso strepitu col-

loquendi, silentium tenuerant, assentiebantur. Tum Bernardus Centellias: Immo vero iustus multo debetur successio Iacobo Comiti Vrgellensi. Nam ista femina cum alleget nobis puerum, plane fatetur ad se regnum peruenire nō posse, eadē ratione qua nec patris potuit esse hæres, cum sola superstes extitisset. Quod ergo ius ipsa non habet, id profecto alteri tradere non potest. Itaque exclusis feminis, inter mares est disquirendum, quis regi sit proximus. Is sine controuersia erit Comes Vrgellensis, cuius pater qui proxime est mortuus, eodem auo, quo tu progenitus es patre Ioanne, qui successurus Alfonso regi erat, nisi Perrus pater tuus maior natu fuisset. Nunc (quod tamen deus non sinat) deficiente Petri sanguine, ad fratrem seu fratris liberos redeat regnum, sicut ad te rediit paternum regnum, fratre defuncto. Quod si quid momenti habet femineus sexus, adest vxor Comitissæ, filia patris tui, vel patri successura vel fratri, quæ certe tibi coniunctior est, quam fratris filia. Itaque quod sexus adimit, id ex viro, cui & ipsi ius est, in successione supplebitur, atque ita ambo coniuges, mutuo auxilio innixi, iustitiam omnem hæreditatis implebunt. Tum Bernardus Villalicus, Recte, inquit, Bernardus Centellia locutus esset, si in eodem pares non haberet, atque ut ego sentio, superiores. Nam si placet ad priores patrum redire, certe prior est Alphonsus dux Gandiæ, & frater eius profocer tuus rex, Comes Præfens, patre Petro, auo Ioanne rege, qui fuit tuus proauus patruo Alfonso, auo tuo. Ita eodem te illi contingunt gradu, quo tu Comitem Vrgellensem: sed tanto venerabiliores quam ille, quanto propius accedunt ad tuos maiores, tantoque digniores qui succedant, quanto proximiores iis regibus sunt, vnde quasi ex fonte regni origo emanauit. Eo quidem magis quod hi succedent Ioanni auo, ille vero Alfonso proauo. Nam quod ais de vxore, tantum tibi respondeo, eam non modo ex non regina, sed etiam ex nondum vxore genitam esse. Sibyllam enim qualis antequam regina fuerit, omnes scimus. Feret autem hæc rex me dicentem, vel quia, ut inquit Bernardus Centellia, in hac causâ iudex est, vel quia loquor ea quæ grata debent esse nostræ reginæ, cū ob alia, tū vero ob hoc quod ago causam aui sui, vel fratris aui. Hæc dicenti Villalico, nemo audientium nec assensus est, nec contradixit. Tum rex, Equidem, inquit, si locus hic iudicandi est, iudicarem aliquid inter hos quorum causas egistis. Sed quid attinet de his pronuntiare, cum sit adhuc alius competitor, qui verèor ne istos omnes excludat. Ferdinandus Infans Castellæ, natus ex Helianora mea sorore, non dico natu maiore quam hæc est ex Sibylla nata, sed ex eadē matre, qua ego sum, genita. Dux autē Gandiæ, & profocer meus, ac Vrgelli Comes, mares illi quidem sunt, sed eos in eadem pono conditione, qua feminas. Nemo enim sic in regno, aut vlla in hæreditate succedit, quod de progenie sit illius a quo primum hæreditas profecta est. Nam hoc modo ad eos deferretur hæreditas regni, qui ex vetustis priscisque regibus oriundi sunt: sed non ita est. Verū sicut intercisa fontis vena, atque alio deriuata, totus prioris cursus alueus aqua priuatur, ita tota progenies eius, qui semel a successione paterni fontis exclusus est, in perpetuū exarescit, nec nisi aliquo flexu redeuntem elatere aquam recipere potest, hoc est, dū cursus iterum interruptus, in proximū canalem deriuatur. Id fit, dum rex aut quicumque rerum dominus sine liberis decedit, eius regnum ac bona lege naturæ ad proximum quenque defertur. Nam cum res sint vltimi domini, non autem superiorum, qui suum ius in alterum transferunt: nimirum ut quisque maxime coniunctus huic erit, ita plurimum iuris in succedendo sibi vendicabit. Quod cum ita sit, non quis proximus sit superioribus regibus Alfonso, Petro, Ioanni quaerendum est, sed quis mihi cuius regnum est, & in cuius alueo postremus defluit regni riuus. Proximior autem mihi nemo est ea quæ ex eisdem parentibus genita est, & eius filius præponendus est mihi fratris mei nepoti, cæterisque qui me longiore propinquitate contingunt. Nam quod dicitur, feminas non succedere, id intelligitur, quando & mares proximi sunt. Dux autem Gandiæ, & Comes Vrgelli, tot a me gradibus remoti, non sunt mihi proximi: & Iolante fratris filia, ac Isabella sorore, Helianora est mihi proximior. Ego illud vobis affirmare possum, nullum eorum quem cupitis, regem magis ex vtu regni fore, quam Ferdinandum.

Sed vos

Sed vos studia partium trahunt: quid autem conducibile vobis sit, non peruide-
ris. Habetis igitur testificatum iudicium meum, si quid forte de me aliud factum
sit, prius quam res disponantur. Verum magis quam pro valetudine corporis, ho-
die & audiendo, & loquendo laboraui. Et hoc quidem grauissimi ac syncerissimi
regis testimonium fuit, quod non modo per urbem Barcelloenam, in cuius sub-
urbano prædio hæc gesta sunt, sed per omnes nationes eius ac prouincias dema-
nauit, magnamque Ferdinando auctoritatem comparauit. Cæterum rex etiam hæc
& sentiebat & dixerat, tamen omni diligentia, cura, auctoritate, gratia, precibus,
pollicitationibus, nepoti suo studebat. Nam delectis iudicibus, per omne cogno-
scendæ causæ tempus nihil reliquit, quin ius successione Fœderici esse declarare-
tur, & eo quotidie impensius, quod assidue magis ac magis liberos se gignere posse
desperabat. Sunt enim qui dicant, nullo pacto, nec medicorum arte, nec multifari-
is machinis, potuisse eum vel concumbere cum muliere, vel puellæ virginitatem
demere: licet mater aliæque nonnullæ feminæ velut ministræ puellæ adesse-
sent, licet viri quoque aliquot auxilio regi essent, qui ventre quasi appensum per
fascias a lacunari pendentes, quibus tumor proni ventris cohiberetur, demitterēt
cum sensim in gremium puellæ, ac sustinerent. Sed hæc verecundius forsit in si-
lento reponuntur. Commendabat igitur Fœdericum memoria patris, studium
aui: sed hæc omnia vitium natalium apud iudices corrumpebat. Ideoque longe
fauorabiliores erant Ludouicus & Comes Vrgelli. Illum commendabat nomen
patris, amicitiaque cum Rege Aragonum, & mutua hospitia vtriusque gentis. Ad-
hæc respectus matris, quæ proximi regis filia in oculis & consuetudine virorū mu-
lierumque Cataloniæ adoleuerat, aui cum regina Iolans, quæ præfens modo ve-
teres amicos, pro filia, pro nepote, modo veteres amicos clientesque mariti obse-
crabat, ut memores essent defuncti regis beneficiorum. Hunc gratiosum faciebat,
quod ex virili stirpe regis domus, quod iuuenis, quod eximia specie corporis, quod
præfens, ipse non pro alio, sed pro se singulos præfens, orabat, donis promif-
isque implebat. Itaque apud iudices, non minus ambitione quam disceptatione
agebatur. Quod Ferdinandus vbi per suos comperit, legatos ad regem mittit, o-
rans ne permitteret in iudicio suffragiis potius, quam legibus agi. Rex illum re-
cte dicere, & æqua postulare, respondit, seque daturum operam, ut res ordina-
rent. Verum hoc præstare non poterat, quia ipse in primis eo vitio laborabat, si vi-
tium appellandum est, & non pietas, pro vnica spe familiæ suæ anniti, ut nepos in
regno succederet. Qui postquam animaduertit nihil sibi spei fore in iudicio (nam
hoc ei iudices confitebantur) iussit illos extrahere tempus, nec quicquam de iure
competitorum palam facere, donec ipse alia ratione mentes populorum con-
ciliaret. Alfonso rege præfidente lata lex fuerat, ne quis illegitimus in regno succe-
deret, ita nunc se præfidente, per populos præfentes, quibus idem liceat quod su-
perioribus, exceptionem vnus obtinere, non vi aut imperio aut auctoritate, sed cū
miserabili aspectu, utpote collocato ad gremium orbi regis populo, tum summissa
oratione, darent hoc senectuti suæ, darent orbitati, darent precibus ac lachry-
mis, sinerent se cum hac lætitia diem suum obire, quod relinquant nepotem hæ-
redem, ne exulceretur hoc quoque dolore altero vulnere, quo non minus afflicte-
tur, quam ex illo quod filium perdidit. Illo enim amisisse filium, hoc amissurum
esse regnum. Darent meritis suis qui Siculum regnū Aragonico adiecisset, darent
meritis filii qui Sardiniam amissam Cataloniæ non parua ex parte restituisset, darent
vnico duorum regū filio: iuuenis, qui mortuus est: senis, qui nisi impetrat, cito com-
es illi futurus sit. Non enim præponi illegitimum legitimis se postulare, sed eū pro
legitimo esse. Qui cū alii nulli potiores sint, nulli iniuriam facturus est, neque plane
esse illegitimum ex patre cælibe, ac matre innupta genitū. Hoc si in priuatis semper
valuit, multo magis debere valere in regibus, quos sola contentos vxore esse, vix po-
stulandum est, & in bellis aut longinquis regionibus agentes, ut vxores habe-
ant, fieri non potest: neque exclusos a successione fuisse filios ancillarum Iacob,
neque eandem causam Salomoni obtitisse, quo minus ad regnum tolleretur,
cum tamen non modo non solus, qualis Fœdericus, sed ne primus quidem ex
SS iij

Dauid liberis esset, & alia plurima omnibus ex gentibus huius generis exempla. Atque quo facilius honestiusque peruinceret, ut est ingeniosa charitas, vidit operæ pretium fore, natales nepotis emendari per summum pontificem. Neque enim id difficile factum, & hoc effectu non ausuros, etiam si qui minus vellēt, populos aduersari regi roganti pro eo qui iam illegitimus nō esset. Erat autem summus apud eos pontifex, affinis pueri, matrisque confanguineus, Petrus de Luna, nomine Benedictus. Ad hunc rex Dertusæ agentem scribit, rogans ut Barcellonam, captato tempore, quasi per causam alterius negotii, ne res pateferet, se conferret. Interea Comes Vrgellenfis e diuerso non minus & ipse laborabat, vel ob hoc sollicitior quam rex, quod ille alteri, hic sibi cōsultum volebat. Et cum Cataloniam iam suarum partium existimaret, quod in ea natales, domum, potentiam, clientelas suas ac patris auique haberet: Valentiam quoque multis officiis, largitionibus, studiis deuinctam sibi reddidisset, ut vix constaret, ab vtris magis obseruaretur, Villaragus, atque Centelliis, quæ sunt duæ illic summæ atque diuersæ inter se factiones. Tamen nihil actum esse censuit, nisi idem in Aragonia, vbi caput rerum est, effecisset. Sunt autem in Aragonia nomina factionum, Luna, & Virea. Lunam iam sibi conciliauerat, ascito sibi Antonio Luna, qui tūc principatum factionis obtinebat: diuersam vero factionem non modo ob odia partium inensam habebat, sed etiam quia studeret Ludouico competitori in regno, autore ac duce Garfia Heredia archiepiscopo Cæsaraugustano (erat enim is beneficiarius domus Franciæ: hoc profecto pessimum est in petitione regni, quod nemo iuri, omnes amicitia fauent) secundum hunc propinquo eius Egidio Roizæ, Aragoniæ gubernatore: cuius filius Ioannes in Heredia familiam fuerat adoptatus. Ex quo fauor Ludouici propter summos magistratus in Aragonia plus pollebat. Hos Comes vbi blanditiis promissisque pellicere se posse desperauit, excogitauit quo modo illorum diminueret potentiam, suorum adaugeret, simul se dominum causæ constitueret. Postulat ab rege ut in Aragoniam gubernator delegeretur, qui magistratus soli regis primigenio tribui solet: contēdit cum alia quadam esse ex vsu prouinciæ, tum vero illud ex vsu regii fisci, si rationes iam compluribus annis repetatur rerum administratarū. Rex etsi nihil minus volebat, quam Aragoniam velut arcem regnorum, ab hoc regnum affectante occupari, & quasi eum adoptasset hoc magistratu, exire famam, simulque sine causa sincerissimum ac prudētissimum virum a magistratu amouere: tamen admonito Comite, caueret quid ageret, postulata concessit, neque id magnopere inuitus, tum sperans illo absente, commodius cum papa confectum ita negotium nepotis, tum volens cōciliari maiora in Aragonia homini odia, quo minus temeritas prospera esset. Dat itaque ad gubernatorem atque archiepiscopum clandestinas literas, ut aduersus Comitem iure suo utantur, nullam tamen de literis ipsi, ut saluus sit pudor regiæ sinceritatis, mentionem habeant. Comes diuulgato rumore, se iam pro indubitato haberi successore ab rege, cū magistratus qui soli primigenio regis indulgeatur, sibi indultus sit, cū magno apparatu Cæsaraugustam venit, stipatus omni factione Lunensi, poscitque se admitti in possessionem. Ei gubernator prætorque quem iusticiam vocant, atque archiepiscopus, cum cæteris suæ factionis intercedunt, negantque illi ex lege præsidem licere esse, nec regem velle reuocare legē quam non possit, sed impudicitia Comitis non ausum refragari, ne hominem odisse diceretur, ita tamen id concessisse, quatenus ratum lege esset, ac populi admitterent, nunc nec legem admittere, nec populos. Hic multa altercatio, mox seditio, dehinc res ad manum vocatur, quotidieque leuia prælia, prope ciuilia conferuntur. Ex quo sunt qui dicant, a quo homine primum excitatum est, & iis regionibus bellum intestinum, in eius domo subuertenda, tandem esse restinctum. Pauculis diebus superuenit Ioannes Ferrandis auxilio patri, auūculo, partibusque, cum magna armatorum manu: urbemque ingressus, ante pugnam commissam, Comitem e foro domum fugat; dumque expugnare domum aggreditur, ille per posticum quod ad flumen fert, cum cæteris abiit. Sunt qui habitu dissimulato, ac sine comite, nec equo sed pedibus fugisse dicant, quod falsum esse compertum habeo. Illud quoque non minus falso dici, ab rege

rege præceptum illis literis, ut Comitem interficiendum curarent, quod non modo abhorret a vero, sed etiam a regis ingenio mitissimi ac iustissimi, & qui sæpe dixerit, nolle se regni ius auferre ei cuius foret, nec si centum alia sibi regna adeptū iri existimaret, meminisse se Christianum esse, cuius æternum regnum foret, si recte egisset: rursusque æternum supplicium, si prauē. Si cito relicturus esset hoc regnum, petiturusque illud, cur insolito scelere cōmacularet manus pro alio quem vellet hæredem, cum ne pro se quidem commaculaturus esset? Regnum sibi eripi non posse, post sua fata, eius fore cui deus destinasset: prophetare tamen aude-re, qui non via iuris, sed factionibus dolisque regnum affectaret, cum ad regnum non esse peruenturum, Comitem significans. hæc respōdit iis qui suadebant: non enim deerant, qui suaderent ut Comitem tollerent. Ille ex Cæsaraugusta fugatus Aragoniaque, in Cataloniam Ballegierum domum suam sese receperat, non reuerfus Barcellonam: siue ob euentus indignationem pudoremque: siue quod vitaret urbem non nihil pestilentem, quam rex quoque deuitauerat, primum habitaculis suo cui nomen Pulcher Aspectus, de quo supra dixi, deinde in habitaculis monasterii in Valle Donzellæ, non procul a muris: siue ne interesset pompæ legitimationis Fœderici (nam & ab iis qui cum papa Barcellonæ erant, susurrabatur, & Siculorum legati præ se ferebant, qui omnibus precibus obsecrantes regem, ut eis regem præficeret Fœdericum, ex Siculo rege, & de Siculis optime merito, & ex matre Sicula, & in insula ipsa genitum, confessionem ab eo expresserant voluntatis, qua erat auus in nepotem: siue ut vitaret suspicionem sceleris quod ab eo per vxorem & matrem creditur admissum. Referam non omnibus rem notam, nec passim diuulgatam ob Comitum, ut creditur, tanquam futuri regis vel metum vel gratiam: sed tamen inter domesticos, a quibus ego accepi, viris bonis & grauibus, agitatum, & prope compertam. Dicitur Comes pro deplorata habuisse spem suam, si legitimatio fieret per summum pontificem, deinde per Aragonenses, exceptio vnus Fœderici in lege quæ est cōtra illegitimos lata. Ad quod ipsum quasi de publico consensu venisse gubernatorem, proxime audierat. Omnium enim rerum certior quotidie fiebat per vxorem & matrē, quæ per causam propinquitatis ne pedem quidem ab regina discedebant: quam etiam studiosam causæ Comitum reddiderant, & ab ea Centelliā familiam vnde ipsa materno genere erat, conciliatam habebant. Hæc mulieres die Iouis, ante diem dominicum solennibus legitimationis destinatum, quæ erant futuræ Calendæ Iunii, vesperi dicuntur auferem saginatum quem opipare concinnarant, assum regis ministris porrexisse, per speciem demerendæ reginæ, ut regem & adipibus & quartana torpidum ad Venerem procreationis gratia excitarent. De quo auferere vbi comedit rex, statim vehementi dolore stomachi conflictari cœpit ac lamentari, moxque ardentissima febris insecuta, signaque & maculæ quædam in defuncti corpore (secundo autem die defunctus est) apparuerunt: quanquam potuerunt esse signa pestilentie. Nam quod dubium est in tanta re, id ego nolo fieri mea asseueratione certum. Omnes enim fere ex eadem domo, post regem vel peste vel febris extincti sunt, quales etiā plurimi ex ciuitate. Potest & id in causa regis fuisse, nō malitia, sed simplicitas mulierum atque stultitia, quæ quotidie citra medicorum conscientia, cibariis ad Venerem quam ad salutem aptioribus inferciebant virum, vnguentisque oblinebāt. Siquidem defuncto rege, & domo, ut fit, a sceminis subito derelicta, est inuēta cellula his cibariis vnguentisque diffusa. Vt cunque res administrata sit, certe Comes in morte regis præter cætera hanc spem secutus dicitur, quod gubernatoris minus inuitis inimicis administrare posset, cum id per legem defuncto rege non prohiberetur: aut saltem impunius archiepiscopum cæterosque de medio tollere, ut nihil sibi posthac superesset impedimenti. Cui rei euentus ipse testimonium dedit. Vt autem ad rem redeam, vbi totam illam noctem rex per æstus atque ctu-ciatus in somnem duxisset, cum illuxit, legati Barcellonæ multi que proceres lectulum circumsteterunt, multi mortiferam sentientes, & inter se confusurrantes, sed in horas magis ac magis ad extrema vitæ spiritus properare videbatur. Cum inter ea mater Comitum atque vxor regem adeunt, rogantque ut nunc saltem in ipso ex-

tremo vitæ tempore Comitem declararet regni successorem. Non respondentem, atque ut solebat, sed alio somno subdormitanti, apprehendit matrona vestem a pectore, atque inquit, filii mei est regni successio, filii mei, quem tu succedere veras contra fas iusque. Ad quam ille inspiciens, Ego, inquit, ignoro istud, & ita esse non credo. Simulque Guilielmus Moncada, & vnus legatorum, retracta manu a brachio foeminae, admonuerunt, ut reuerentius tangeret regem. Postridie deplorata iam eius salute, ne maturius præfocaretur, constituunt in sella amictum tenui tantum amiculo, ac dispectoratum. erant enim soles æstiu. Illuc eum complures adierunt, ut iam quasi defunctum lametabantur, & in primis Siculi legati, Fœdericū sibi regem dari, cum fletu lachrymisque poscebant. Quibus rex ingemiscens, verbis ac vultu quantum poterat, commendauit. Tum legati Barcellonenses nequid responsum regis fortasse scrupuli moueret imposterum, adhibitis tabellionibus interrogarunt, iuberetne eius regna esse cui iure deberentur: ita se iubere respondit. Præclarum profecto responsum, vel quod mulieribus, vel quod Siculis, vel quod Barcellonensibus reddidit. Primum quidem liberum, ingenuum, ac præfractum, sed sine bile atque indignatione: alterum vero molle atque affectus plenū, sed ita ut iustitiæ magis quam affectui se parere ostēderet: vltimum autem simplex ac solidum, ut nihil petendum sibi existimaret, nullo competitorum in succedendo populis proceribusque commendato. Iam omnis familia per domum propemodum lymphata ferebatur, iam cubicula illa quæ nuper ornamentis, mulierum symphoniis, atque omni iucunditatum genere exultauerant, deseruntur, denudantur, & velut ad hostium aduentum, aut si Erynnis inuasisset, lugubria videntur ac feralia, cunctis partim occultius, partim apertius emigrantibus. Quorum vnus fuit Egidius Aragoniæ gubernator, qui intelligēs quam infestos haberet inimicos, per causam dormiendi, meridie cubiculum suum intravit, & mutato habitu cum regio cōfessore Barcellonam abiit, rumorque fuit, conatos esse quosdam in domo regis vincula ei iniicere. credo hanc opinionē ex eo ortam, quod Comes certis hominibus negotium dederat, ut ei vincula iniicerent, captumque ducerent, aut necarent. Nam Barcellona, cum eo venit gubernator, plena armatorū erat, ex maxima parte eorum qui Comiti studebant, & intrantes urbem, perque viam euntes, ciuitas sciscitabatur, an rex adhuc spiraret, an ibi gubernator Aragoniæ adesset? Quo maturius ille tantopere se quæri ab inimicis cognoscens, sibi delitescendum putauit. Atque ea nocte, cum secus atque consuetudo ferebat, clausa forent portæ, audiebat e domo in qua latebat, in propinqua vbi multi versabatur armati, colloquentes, admirantes, quærentes, vbi est gubernator? quid de eo factum est? quo abiit? Hic autem vbi multa iam die aperta iam portæ essent, non equum, sed nauigium conscendit, Paniscolamque quæ sibi amica erat, se contulit. Hæc retuli, ut quam violento ad affectationem regni fuerit animo Comes Vrgellensis, appareat. Nunc referam id, quod an veneni, an pestis, an alterius rei signum sit, medici viderint. Quod ipse qui vidit, quid fuerit se scire negat, idemque regem veneno periisse nō credit. Is est Borra scurrarum eximius, quatuor & octoginta hodie natus annos, necdum a scurrando vacans. De quo nequis miretur me facere mentionem. in tāta fuit apud complures semper reges dignitate dicam, an opinione, an beneuolentia, ut eum in libris meis fastidire nō debeam, quem reges nullo quamlibet ferio in negotio fastidierunt: cum præsertim, quod apud vulgi opinionem valet, plurimum diues sit, adeo ut ad centum millia aureorum profiteri possit. Vir profecto natus ad exprobandum literarum scientiæque ac sapientiæ studiosis, qui doctrinam non veri contemplatione, non summi boni sine, non ipsa virtutum laude, sed pecunia, & vmbra tili populorum honore metiuntur. Ad hos quotidianum Borra conuitium pertinet dicentis, plus se & pecuniæ & honoris comparasse, dum stultum agit, quam qui literarum & sapientiæ studiosi vocantur. Quod cum audiunt plerique literati, ornatumque hominis regalem vident, & erubescunt, & dolent, & si vera fateri volunt, etiam in uident: nimirum infra omnes scurras, histriones, mimosque detrudendi, male meriti de liberalibus artibus, quibus inuidiosam volunt esse vitam scurrilem. Hic igitur Borra de numero erat eorū qui suis rebus, non sibi timerent,

timerent, in quibus absporiandis cum aliquot horis districtus fuisset, tandem ad conspectum rediit regis. Cui ille vix suppetente voce, Vnde, inquit, domine Borra, qui tādiu abfuiti? Hic simul ut rem dissimularer, simul ut regem cupidum suis alloqui, si posset, hilaritate afficeret: Ego vero, inquit, e vicina vinea redeo, vbi nescio qui hinnulum meum per caudam ad ficum suspenderant, quasi ficos furto edisset, qui nondum maturi sunt. Ad hanc facetam vocem rex cum artiffisset, mox animam celerius agere cepit. Borra, ut erat ex aduerso, videbat vmbra quādam breue loci spatium occupantem, paulatim a medio ventre ascendētem, prout anima continenter inferiora relinquebat. Id viderit ne, an videre visus sit, an cōuexitas aliqua corporis obumbraverit, fides penes oculos eius sit. Vbi ad guttur euasit, & ipsa euasit, & rex animam efflauit. Ita Martinus rex, vel diuinæ quartanæ languore, vel tunc grassante morbo, vel incommoda habitudine corporis, vel in fando veneno, vel inconsultis vxoris medicamentis, vel mœrore amissi filii, vel horum plarisque excessis e vita, omnium Aragoniæ regum & potentissimus (nam nullus ante eum Siciliam tenuerat) & vltimus ex familia Comitis Barcellonæ, in quem regnum Aragoniæ transierat, filia regis quæ patri successerat, in matrimonium accepta. Ex quo mirari habeo, quid in mentem venerit illi regi atque Aragonensibus populis, velle non licere in regnum succedere foeminae, cum ex hac regina & vir Catalanus in regiam dignitatem conscenderit: quæ res etiam nationi gloriosa est, & Aragonia maiorem in modum maiestatem suam propagauerit, adiecta ei quasi appendice Catalonia, quæ viribus ad illam sesquialtera est. Siquidem cum rex Aragoniæ nuncupatur, Cataloniæ quoque princeps subintelligitur, hoc est quod ambarum vnus idemque rex, sed ab vna quæ sit dignior, nūcupatur. Quare haud dubitē dicere regem illum, suæque ætatis homines qui contra foeminam decreuerunt, fecisse quod sui maiores non faciendum existimauerunt. Mortis Martini nonnullæ res, ut creduntur, prænuntiæ fuerunt. Eodē mense fuit eclipsis lunæ toto sydere obducta, circiter horæ spatium: item terræ motus semel, cum mane surgeret, iterum cum poculum a pincernæ manu accepturus esset. Cumque dixisset, Mors magni alicuius viri terræ motu significatur: inquit ex intimis quidam, Nūc nostræ timeo parti: ad eum rex, Ego non sum magnus, vbi adest maior? maior me papa est, de illo igitur terræ motus loquitur, non de me. Erat autem tunc Benedictus Barcellonæ, ipse vero eodem in prædio suburbano. Itaque visus est minus soluisse audientibus quæstionem terræ motus, quam innodasse. Ex quo animi suorum magis anxii esse ceperunt. Nam in tota Hispania non modo Benedictus qui sub vmbra regis latebat, sed nemo alius cum Martino erat comparandus. Corpus defuncti a medicis curatum, & ad tricesimum vsque diem in publico reseruatum est, ut ex omnibus regnis homines conuenientes agnoscerent. Sed maiore cura reginam Comes asseruandam curauit, ut vix miseræ cubiculo pedem liceret efferre: verbo quidem, quod diceret dubium esse, an grauida e rege foret: re autem, quod vereretur, ne ex altero postea concipiens, e rege se cōcepisse mētur. Siquidem & apud iuris cōsultos, & apud physicos recepta opinio est, incertū tempus esse pariēdi, & in vndecimū vsque, & interdū in tertiumdecimū mensem extrahi partū posse: hæc quidē domestica sunt. Publice autē post defunctū sepultūque regem patefacta est magis apertis studiis ianua, & omisso iudiciorū ordine, pro se quisque impensus quotidie parare arma, cliētes contrahere, concire cuiusque generis homines, suas partes augere, cōsultare cū suis, nec domestica tantū, sed externa etiā auxilia accerere, donare, polliceri, nihil remittere: magisque ac magis in dies ad vim spectare res videbatur, & regnū eius fore qui plurimū posset. Poterat autē plurimū tūc Comes Vrgellensis, Fœderico morte aui prope destituto, & per ætatē magis adhortando, quam adhortante, Duce Gandiæ non per se, sed per alios auxilia rogante, Ludouico & Ferdinando extra regnū proculque agētibus: ut Comes ex quatuor competitoribus, duorum qui aderāt iam victor esset, duorum qui abierat, alterū nō timeret, quem nemo fere priuatū defenderet, alterius cuius adiutrix factio Vrræa esset, propediem victor videretur. Adeo iam de capiendis regni insignibus, appellandoque se rege deliberabat. Quod vbi rescire Cataloniæ vt-

bes, summopere dissuaserunt, amissurum ea via illum omne suum ius, omne hominum studium, nec a Catalonia, sed ab Aragonia incipiendum esse. Cataloniam quidem studiosam eius semper fore, verum tantam labem minime subituram esse, ut regem ipsa & prima & sola faciat, contra suas & quidem maiores natu sorores. expectaret quid eligendi iudices pronuntiarent. Iam concilium, quod illi parlamentum vocant, cogi ex omnibus prouinciis in Calatauibio. Sed hoc illi molestum erat, quod res in Aragonia, quod archiepiscopo autore, quasi nauis gubernatore, administrarentur. Quid enim sperandū sibi de brachio ecclesiastico (quatuor enim brachia in Aragonia faciunt) cuius caput sit archiepiscopus, competitoris studiosus, sui inimicus, cum quo Benedictus papa faciat, ut omnia communi abbatorum consilio geri videantur? Quid de nobilium equestrumque cum gubernatore prætorque tam sibi infensi, quam archiepiscopo obnoxii sint, cum alter affinis, alter generi illi esset? Quid de brachio ciuitatum, quod vocant regale, quorum plerique superiorum vel auctoritatem vel gratiam sequuntur? Eo quidem magis, quod dabat operam archiepiscopus, ut concilium Cæsaraugustā transferretur: idque recte ac iure fieri per suos papa asseuerabat. Quod si fieret, multo meliores fore partes Ludouici intelligēs Comes, utriusque minatus est: archiepiscopo se pro pileo pontificali impositurum cassidem ignitam: papæ rasurum esse verticem non aqua, sicut fieri solet, ante persusum. Interea quotidie cædes seditionesque per prouincias fiebant, nec cuiusquam auctoritas aut potestas ire obuiā poterat: nemo satis alteri credere, nemo obtemperare, ipsa capita inter se dissidere, ac digladiari. Vtique adeo iam in contemptum venerant exteris. Si quidē in Sicilia, de quo postea dicemus, Bernardus Caprera res nouas moliebat, & insulæ regnum affectabat. Cuius non minor metus incessit animos eorum qui bonum publicum & gloriam Aragoniæ curam habebant, quam quis Aragoniæ rex esset, cum plus damni fieret, alienata Sicilia, quam quolibet competitorum rege facta. Igitur omnia plena motus, timoris, turbationum, ac periculorum, & velut in tempestate multorum ventorum, cum inter nautas non modo litigatur de gubernatio, sed etiam pugnantur. Huc accedebat, quod Ludouicus suasu archiepiscopi, quo maior causæ suæ esset & auctoritas & gratia, miserat ad fines Cataloniæ copias militum, nuntiosque ad concilium, qui hortarentur ad iustitiam, nihil metueret, præsto esse copias aduersus perturbatores ordinis iudiciorum & iuris, nec defuturas pecunias. Idem facit Ferdinandus, non ignorans a Ludouico non minus illa in fauorem fieri iuris priuati quam publici, & contra Comitum factionibus armisque cœlum ac terras miscentem, auctoritate armorum esse agendum. Ferdinandum quantum fauor in aduersarios propensus lædebat, tantum recens gloria rerum gestarum commendabat, quod mari terraque victor redisset, quod imperium Castellæ ampliasset, quod pro re Christiana fortissime ac felicissime dimicasset, quod nisi ad expediendam litem de successione venisset, prope iam regem barbarū debellasset: & de eo quotidie magis ac magis homines fauorabiliter & sentiebant & loquebantur. Ex quo animaduertēs Comes, iam duos externos competitores in dies maiorem sibi auctoritatem comparare, idque archiepiscopi opera, facinus exequi festinat, & quod minatus fuerat, perpetrare. Itaque Antonio Lunæ negotium dat, ut hominem per speciem colloqui euocatum obruncet. Erat autem Antonius etiam diuersæ factionis, tamen per familiaris archiepiscopo, ac pene cliens. Nam annuis quasi stipendiis ab eo donabatur, & eodem mense septingētos aureos Aragonicos acceperat. Id dicitur fecisse archiepiscopus, quod cum fuisset tutor Ioannis Ferrandis, fraudarat pupillum dimidiata hæreditate, eamque in Blascum qui gentilis atque agnatus suus erat, transtulerat, indignum existimans tantam generis sui hæreditatem, totam in alienum deferri, nulla ei qui ex ipsa domo esset relicta portione. Is cum postea cerneret Ioannem erecto ac sublimi animo virum, Blascum veto seigniori ac longe imparem, vidit fore, ut se defuncto, ac nedum quidem defuncto, Ioannes Blascum hæreditariis bonis exueret. Ea re præsidium homini infirmiori aduersus potentiorum in diuersa factione comparauit, propinquum suum in contraria acie ponens, ducem hostium intra sua castra versari patiens ac volens, vnde mortis suæ origo

origo defluxit. Et postea cum rerum merita nesciamus, iudicia diuina mirari soleamus. Enimuero hanc quam retuli causam, paucissimi notam habeant. Neque ego nunc de iudicio dei in vniuersum pronunciasse intelligar. Scio equidem iustos sæpe multatos infortunio fuisse, & iniquos secundissima fortuna vsos. Sed non nunquam sapientissimi non longe absunt a coniectanda dei voluntate, cum patrem ille aut dominum agere videtur. Archiepiscopus e Calatauibio reuertentem, atque in oppido Almuma agentem, Antonius ait se adire velle colloqui gratia. Etenim sæpe cum pro familiaritate interuisebat, collocatisque ad insidias in proximo nemore ducentis equitibus hastatis, & ex parte magna loricatoris, ipse cum paucis armatis procedit. Nam armatum omnes fere qui ex factionibus professi erant, incedebat, ac præmittit e vicino ad archiepiscopum, qui dicat se ad colloquium venire. Eo hic nuntio lætatur, tanquam aliquid quo gauderet ab amico auditurus, cōscensomulo, obuiam egressus est, decem duodecimve comitibus: Nam festinantia plures vndiq; conuenire non fuerat. Ille tardius de industria iter faciens, plus duobus stadiis procul a muris archiepiscopum excepit. Cumque se mutuo salutassent, hic illum filii, ille hunc patris nomine: Ecquid, inquit Antonius, erit rex Comes Vergelli? Non me viuo respondit. Ego, inquit, aut te capto, aut mactato. Mactato respondit fortasse, captiuo nequaquam. Atque hæc dicenti frenosque se et et Antonius colaphum in medio ore incussit, arreptoque protinus gladio, caput ferit, re fugientem cæteri vulnerant, subinde caput muli, ut ab instituto cursu auerterent, percutientes. Inter eos Antonii armiger, qui vnus lanceam gerebat, ea subitus brachium adducta, incurrens præcipitavit e mulo, atque ita iacentem contrucidavit, manumque inter cætera vulnera amputarunt. Ita is qui diadema imponere regis debebat, imperio eius qui diadema sperabat, teterrima morte est affectus, vltores angelos relinquens, ne vnquam in fellam regiam illi daretur ascendere, per quem summi in regno antistitis corpus sceleratissime cōfossam laceratumque iacisset. Ideoque statim diuinum, si recte æstimemus, numen apparuit. Nam si tantum animi ad inuadendam urbem illis, quantum ad aggrediendum facinus fuisset, haud dubie sublata lis erat, & oppressa factione Vrea, Comes regiam dignitatem vel extorsisset, vel impetrasset. Nunc sceleris, non voti, compos effectus est, dum hostem debilitatum mancumque magis de fuga, quam de vltione cogitaturum putat, tam procul posito Ludouico, a quo peterentur auxilia: nec in mentem venit ei, plerisque hinc in modum auctiora arma in fuga esse, & ingenium ex necessitatibus crescere. Dato hunc in modum spatio inimicis ad sibi consulendum, illi tamen illatæ iniuriæ dolore, tum inferendæ metu, ad proximum ac magis validum Ferdinandum, de cuius iure bene quoque sentiebant, præsidium confugiunt, longe decepta aduersariorum spe, qui a semel suscepta causa in aliam descituros hostes non suspicabantur: ignari plus posse odium quam beneuolentiam, & dolorem quam gratiam, & cupiditatē se ab atroci iniuria vlciscendi, quam alieno honori inferuendi. Blascus quoque qui ingresso Antonio opem tulisset, nunc ingressus cum potentia aliis opem ferre, nisi sceleratissimus videri vellet, & a bonis cadere, coactus est. Ferdinandus intelligens ex vna re tria sibi commoda fore, quod partes suæ robbrentur, quod competitorum qui validissimi erant, alter debilitaretur, alter hostes supra caput accerrimos habiturus esset, non grauate auxilia misit. Perit autem archiepiscopus anno circumacta, ab obitu regis eodem mense. Cuius morte solutum concilium est Calatauibii, & postmodum cōuentus prouinciales agi incepti, ab Aragonensibus in Alcamitio, a Valentinis in Tragera, a Catalanis Dertusa, quod hæc oppida finitima sunt aliis duabus prouinciis. Quo difficilius fuit, inter distractos conuentus, mature deliberari, cum præsertim quotidie maiora confererentur in Aragonia certamina, gubernatorē volente prouinciam in officio tenere ac quiete, Comite, accersitis e Valconia & trans montes copiis, annitente reliquias aduersæ factionis euertere, & suam rebus gerendis præficere. Tandem post aliquot menses, per conuētus vniuersos, hoc est, per terna brachia, Valētiæ & Cataloniæ, ecclesiastica, patritia, plebeia, vltra quatuor illa Aragoniæ quæ diximus, locus delectus est in Aragonia, oppidū Capla, mādaturumque gubernatori ut dispositis præsidii armatorum, cu-

raret nequid respub. detrimenti caperet, quoad interregnum duraret. Ibi cum alia multa, tum vero de iudicibus deligendis tractabatur. Interea Comes non eadē qua in Aragonia, sed non multum dissimili iniustitia, par propemodum sui fauoris ac partium naufragium fecit, Valentia primū ab alienatis a se Centellis, deinde suę factionis propugnatoribus Villaragutis profligatis. Materies calamitatis hinc ortum accepit. Ioannes Balliera præses quem & ipsum gubernatorem vocant, ita infesto ferebatur animo pro Villaragutis contra Centellas, ut non gubernatoris sed carnificis munus se crederet accepisse, nullum opportunius vel vltioni vel iniuriæ tempus ratus quam illud interregni demens atque insipiens, qui non intelligeret neminem vehementius delinquere magistratum, quam qui personam præsidis gerit, & quod multo magis est, etiam regis qui vita excessit: tunc etiam præses nulla ex parte suus, sed totus ciuium, totus reip. est, & quasi canis in ouili sine custode, cum magis vigilandum latrandumque pro grege est. At iste insito partium odio pro canelupus effectus, aut peior lupo canis, absente pastore partem gregis, qui colorem etfi Centellianum habebat, non tantum fugabat, sed trucidabat quoque, ad quadraginta numero, & eo amplius. cōstat honestos homines per fas perque nefas, vel suspendisse, vel securi percussisse. Adhæc vicis oppidaque Centelliarum, a peritate iudiciorum exhaurienda curauerat. Hæc cum ad Comitē deferret Bernardus Centellia, qui princeps familiæ erat, quotidieque comploraret: ille negligentius lentiūque ferre videbatur, nec curare, etfi videri volebat iniuriā propulsandam, videlicet quod vereretur præsidē cui addicta plebs erat, offendere: atque eo remissius agebat, quod Villaraguti Lunis, & Centellię Vrreis in Aragonia responderent. Sic expressa necessitas Centellis, ab eodem implorare auxilium, a quo implorasse atque impetrasse Vrreas videbant: eo facilius quod regina Margarita, conciliatrix fauoris, aliena a Comite erat, vel ob contumeliam acceptam, vel ob suspicionem regis extincti. Simulque indignum ducebāt, cum de iure competitorum ambiguum esset, Comiti contra alios adesse. Missis itaque ad Ferdinandum, item ad Vrreas nuntii qui auxilia implorent, Gilbertus Centellia Bernardi frater, cum bene magna clientum manu in agrum Valentinum incursum onem facit, & ad sex millium capitum promiscui pecoris, quę erant Ioannis Villaraguti subgubernatoris, abigit, dicens illum per corruptelam iudiciorū, cum ex aliis, tum vero ex Centellianis vicis, eum pecorum quæstum fecisse. Ad hunc coercendum Valentini magistratus tum publico tum priuato nomine equitatum, quo ipsi non multo utebantur, a Comite accersunt. Ille confestim quadringentos equites Vasconum mittit, Raimundo Perelioso præfecto, inter primos Catalanorum procerum, forti ac strenuo. Sed ii fere sub idem tempus applicuerunt ad oppidum, cui nomen est Castellioni, ad flumen Borriana, quo Ioannes Ferrandis applicuit, cum septingentis equitibus Saguntum, quod nunc vocant Murum veterem, quam urbem Centellia suę factionis studiosam tenebāt, pene mediani inter Castellionem atque Valentiam, hinc quatuor, illinc sex leugis distantem, atque vtrinque transitu prohibentem. Nam a dextro latere perpetui montes ad mediterraneam Hispaniam porrecti, nisi plurium dierum circuitu Valentiam ire vetant: a sinistro oppidum Puteoli, & alia loca natura atque opere munita, facile transitum intersepiunt. Adhæc inter Saguntū Valentiamque interiectæ paludes, vti que hybernis auctibus laxiores, ut tum erant: vix tamen intercapedinem litoris ad transitum relinquebant. Quas angustias maris ac paludis obsidere aduersus Valētinum transiuros, ut colligi coniectura poterat, constituerant. Horum vtrorumque aduentu percepto, præses Valētinus fremere ac furere, quod auxilia hostibus venissent, sua peruenire non possent, & quod inimicis non modo impune esset læsisse, sed etiam ad vltiorem iniuriā animus facultasque accessisset, & quod gubernator Aragoniæ in alienam prouinciā aduersus alterum gubernatorem per contemptum arma misisset. Tot igitur irritatis causis, iubet in posterū diē omnes qui per aratē valerudinemque possent, qui arma haberēt, præsto sibi essent in foro armati: ut primū socios ad Castellionē reciperēt: deinde vicis ac prædia Centelliarū atque sociorū igne ferroque vastarēt. Eadem nocte ad Ioannem Ferrandis atque Castellanos qui cum

qui cum eo erant equites, citatissimo cursu superuenit Comes Castri cum cohorte fortissimorum iuuenum a Ferdinando missus, ne quid factio atque arma Comitum Vrgellenfis in Valentia finibus perturbarent. Vbi illuxit, populus Valentinus sub armis, ad duodeviginti millia peditum ac ducentos equites, ad locum præsto fuit, maxima ex parte inuitus, quod & bellum ciuile detestaretur, & quod Centellianæ factionis plerique studiosi essent, quos præses præcipue arma sumere imperauerat, tum ut experiretur quam obedienter imperata facerent, animaduersurus in contumaces (nam capitale edixerat, si quis eorum non adesset) tum ne urbem diuersæ factionis hominibus relinqueret, si tantum suos eduxisset. Hæc est conditio tyrannorum, aut tyrannis similibus, ut suis ciuibus nec absentibus nec præsentibus satis confidant, etfi confidere necesse habent: ideoque plerumque cum res in periculum vocatur, ab alterutris cladem accipiunt, ut nunc videmus contigisse. Nam cum iis copis gubernator sub signis vbi ad angustias venit, videt procul instructos ex aduerso hostes, magis illos quidem ad intercludendum iter paratos, quam inuadendum. Erant enim pauci, ac pene nulli ad tantam multitudinem, sed spes seditionis hostilis, & fiducia equitatus, & victoriæ pretium excitabat animos. Bernardus, iussis subsistere suis, progressus in medium, iubet aliquos e diuerso in colloquium mitti. His missis, ait: Nihil minus se cupere, quam aduersus patriam bellum gerere. Ideo nulla dum arma intulisse, vltum priuatas iniurias esse, etfi non satis pro indignitate vltum, vlturumque si inimici iniurias facere pergant, cohibere vim, non afferre, velle rogare illos, ut a lædendo temperent, satis habentes quod ciuitatem arbitrio suo moderentur, parumper expectent dum rex declaretur. nolit esse ciuilis belli causa, in quo vtrauis pars vincat, vtrisque si patriam amant, esse doliturum, se agnoscere ciues suos, amicos, propinquos. Denique cogitaret præses non tam hostili animo omnes qui secum essent, pugnatos contra nomē Centellianum quam Castellanos, atque Aragonenses contra Bellerianum, se quidem cum paucis domesticis esse, & sociis qui plures sunt ac pugnacissimi, ut e cæde reuocare non possit: illum vero cum multis etiam inuitis, quibus bello commisso, ut pugnent, imperare nequeat. Hæc vbi magistratus audire, signum timoris interpretati sunt, ob idque ferociore effecti, non pactationibus agendum esse respondent, aduersus exules & patriæ proditores, sed gladiis. Se regem esse, quoad regni controuersia est, proinde aut se permittant ei qui pro rege est, aut pugnam capestant. Ille tum magna voce exclamat, ne interpretarentur se diffidentia virium illa loqui, sed patriæ charitate, prouiderent prius quam gladii stringerentur, ne tristem eum diem & infaustum patrię redderent. Et cum nonnulli a magistratu iussi obstreperent ac conuitiarentur, tanquam tempus terenti: Deum (inquit) qui ex alto intuetur, testor, & vos homines qui adestis, & te tabellio, ut mihi publicus testis sis, inuitum me ac coactum ad pugnandum descendere cum ciuibus meis. Vos tamen amici, quos istic mihi plurimos esse scio, quæso ne committatis, ut amici vestri aut vos feriant, aut feriantur a vobis. Sunt qui opinentur illum dolo ad colloquium venisse, ut sereret inter hostes discordiam, plurimique pugna se vel abstinerent, vel subducerent, prout factum est, sed ipsorum malo. Ego sicut doli incertus sum, ita illud certum habeo sacerdotum testimonio, Bernardum maluisse & amicis consultum esse, & patriæ, quam dimicatum. Post hæc verba ad suos regressus, renuntiat quid vltro citroque dictum sit. Socii concepta ira atque spe venientibus occurrunt, & qua in parte volitare præsidem cernunt, cum robore equitum impressionem faciunt. Locus angustus pauciores adiuuat, aliquandiu acerrime, & præcipue inter equites dimicatur. Ibi duo ex primoribus Castellanos equitum cadunt cum aliquot sociorum, sed eo acrius cæteri ingerunt, & præsidem ob regalia vestis insignia conspicuum circumstant, atque obruncant, plurimosque comicum adiiciunt, cæteri in fugam vertuntur: pedites quoque qui circa ducem pugnabant, quia hostem a tergo adoriri non poterant, & ab alia equitum manu confertisque peditibus distinebantur, aliquantum sustinere certamen, sed minus acris animo, quod multos sociorum non periculo, sed spectaculo adesse cernebant, quasi pugnandi eis propter angustias copia non esset. At vbi ducem cum multis obruncatum, cæ-

terofque equites fugientes cognouerunt, & ipsi in fugam vertuntur, miscenturque cum aliis qui manus non conseruerant. Sed Castellani qui Centellianos & Villaragutos non internoferent, vt in quemque incidabant, promiscue sine discrimine feriebant. Illi qui cum sociis stante acie ferrum non strinxerant, non profligatis sociis stringere cogebantur. Sed quis aut vincantium ferociam, aut fugientium ignauiam, reprimere potest? Cadunt igitur Valentini ex omni genere ac sternuntur, versisque in fugam omnibus terga caduntur, nec fuga eis saluti erat, cum equitatum hærentem tergis euitare non possent. Videres itaque hos in altum mare, illos in limosam paludem, velut in castra penetrantes, & dum tutiora ab accessu equorum petunt, in voragines ac depressa labentes, nec fere præ armorum pondere emergentes. noua vbiq; facies, insolitus tumultus ac clamor. eodem tempore terrestre prælium tam angusto in loco gerebatur, ac cædes fiebat, mari, palude, ac interiecta inter hæc terra, tribus diuersis locis continenter cruore imbutis. Nec omnes gladio mors absumebat, sed etiam aqua multos, & vtroque genere. Quod nisi Bernardus & Ferrandis intercessissent, hinc ferrum suorum compescentes, hinc Valentinis iter fugamque patèfacientes ac præcuntes, insignis inter paucas calamitas eo die Valentinis accepta esset. Perierunt tamen ex iis illo prælio, & postea ex vulneribus ad quatuor millia virorum. Cæteri quos neque mare, neque palus, neque gladius hausit, fuga se in urbem receperunt, & ni duo ii quos dixi obtitissent, veriti urbem direptum iri, victores cum vicis in portas irrupissent, & quod incredibile videatur, tanta ciuitas ac tam frequens a tantulis copiis direpta fuisset atque euerfa: eoque missis in urbem Bernardus aliquot ex suo numero principibus amicorum, ipse Saguntum se recepit, cum paucis captiuis aduersæ factionis. Cæterum neque hanc humanitatem in ciues suos, neque superiorem pugnae deprecationem, tantæ laudi tribuo Bernardo, quanto dedecori illam immanitatem atque sæuitiam, quod reuertens iussit amputari caput præsidis, ac præfixum hastæ tradi filio puero quem ceperat, in urbem vsque gestandum, vt in altissimo postmodum trabe suffixum pro trophæo statueret. Neque enim sic crudelitas inimici vlcienda est, vt crudelior ipse iudicaris. Adeo minus immane facturum fuerat filium super paternum cruorem iugulasse, quam religiosum illud patris ac filii pignus polluisse, ac ludibrio habuisse. In sequentibus diebus a populo Valentino acciti Centellianæ, magistratus ex corpore suo creant, remque publicam ad se omnem transferunt: mox Castellanos accersunt, ire ad ciuitatem vt suspicabantur iratam formidantes. Sed ii ciues necesse habebant aliis veniam dare, qui sibi ipsis ab eisdem victoribus veniam precarentur. Raimundus audita pugna fertur dixisse, se agnoscere fortunam Comitris, cuius ducum alterius tardum ac timidum consilium in Aragonia fuisset, alterius repentinum ac præferox Valentianæ. Nam si diem horamq; certaminis cum Raimundo præses communicasset, in eam cladem ventum non esset. Sed videlicet nimia fiducia, quæ frequenter potentiores partes euertit, præsidem in ruinam impulit, & priuatam & publicam. Itaque Raimundus vnum præsidem incusans ac detestans, infecto negotio rediit. Porro victoria hæc longe plurimum, nõ dico momenti, sed autoritatis contulit causæ Ferdinandi, coegitq; iudicia maturari, antequam omni ex parte intestinis bellis prouinciæ vexarentur. Delecti itaq; sunt nouem iudices, ex singulis prouinciis terni. Imparem enim numerum ad finendas vel lites, vel consultationes, Hispani multo commodiorem existimant: & id temporis non poterat sententia pro aliquo competitorum ferri, nisi a se qui altera parte iudicium, immo singularum prouinciarum: quippe cum necesse esset, duos ex singulis prouinciis iudices conuenire. Prouincias appello parum proprie, quæ sunt tantum gentes a populo Romano victæ, sed ego vsitatum vulgo morem sequor, quia tria regna, vt mallet, dicere non possum propter Cataloniam, quæ regnum non est, par tamen duobus regnis. Non ab re fuerit, & nomina iudicum & qualitates referre, vt posteritas sciat, quos viros tantæ rei præficiendos ex suo quoq; corpore cõsilia tanta existimauerint. Ex Aragonia quidem delecti sunt, Dominicus Ramus episcopus Oscensis, quæ postea Ilerdensis, ad extremum archiepiscopus.

episcopum Terraconensem, eundemque cardinalem scimus nuper diem suum obiisse, post omnes collegas illius iudicii, in quo ipse sedebat primus: de cuius scientia, vita, autoritate dicere, parum attinet, cum iudicia hominum, hoc est honores habiti, testimonium dicant. Franciscus Aranda, vestitu ac barba horridiore, quod videlicet renuntiaffet rebus humanis, alioqui ita accommodatus ad domos principum quibus diu præfuerat, moderandas, vt nusquam non & in consultationibus, & in administrandis rebus ac maturandis, primas obtinuerit partes, idque sola naturæ bonitate atque ingenii dotibus, citra vllam scientiam, ac citra vllas propemodum literas, vt appareat ex homine natiuis bonis excellenti formari potius præcepta sapientiæ, quam ex præceptis sapientiæ formari hominem excellentem. In quo illud præcipue admirabantur, cum quasi pater esset, vt quasi tutor potentissimi cuiusque, tam modico exiguoque contentus foret: ideoque libertatis miræ, ac nemini obnoxiosus erat. Berengarius Bardeffinus, quo neminem neque illius neque huius temporis iurisconsultum in Hispania senes meminere maioris autoritatis fuisse, & perinde ad tantas opes peruenisse. Ex Valentia, Ferrarius dominus Cartusianæ, non tam scientia (erat enim in iure ciuili perdoctus) quam cõscientia optima, prudentiaque, ac grauitate singulari insignis. Vincentius Ferrarius eius frater, ordinis prædicatorum, cuius admirabilis in concionando laus ad exteras vsque nationes est peruagata, princeps haud dubie sui temporis oratorum duntaxat illiterate loquentium, & si vera memorantur, miraculis clarus, & ante & post obitum mortem. Petrus Bernardus, iuris ita peritus, vt Valentianæ nemini postferretur, vita quoque casta & integra. Ex Catalonia, Franciscus Sagarriga Terraconensis archiepiscopus, cum doctus sane in ciuili ac pontificio iure, tum vero ita facundus, vt ei primæ partes in eloquentia tribuerentur, & qui non minora ornamenta naturæ ad facunde pronuntiandum, quam episcopus Conferriensis cum in contentionem venissent, iudicatus est habere. Bernardus Vallis sicca, quem non tanti faciebant, quod in iure ciuili nulli suorum foret secundus, & in dicendo sane admodum valeret, quanti quod plerumq; causas gratis defenditabat: neque ex patrociniis potentiorum fauores, neque ex humiliorum gloriam captabat. Guilielmus Gnaspes vir, vt in Hispania literis satis eruditus ac cultus, atque ex omni Barcellona, cum prudentissimus tum syncerissimus iudicatus. Hi iudices quo primo die ingressuri iudicium erant, corpus domini in spectatè populo communiter acceperunt. Deinde continuos triginta dies, præter feriatos, partium aduocatos audierunt, quoties & quandiu cuique libuit dicere. Libellos, disputationes, cæteraque in scriptis probationum genera seorsum singula accipiebant. Reliquam diei partem in consultantando soli consumeabant. Postea vero quam nihil cuiquam libitum est verborum ac scriptorum proferre, conclusi sunt in oppidi arce, hac lege vt illinc prodire fas non esset, nisi rege declarato. Qui sermones ab iis inter se habiti, vel ante quam includerentur, vel vbi inclusi sunt, an multum an parum, nihil ne dubitatum dissensumque sit, incompertum mihi est: quia nec aliquis deprehendit, & ipsi nihil intercessisse dissensionis significauerunt, siue quod ita fuerit, siue quod suæ grauitatis censuerint esse consiliorum arcana reticere, siue quod morem Hispanum custodierint, quo nefas habetur, post euitam a senatu sententiam mentionem de his facere qui ab ea sententia quæ superata est, steterint, & nihilo minus parui interest scire quid intus quæsitum sit, cum sciamus quid propalam declaratum est. Octauo die quam se concluderant, qui fuit profestus diei qui celebratur in honorem principis apostolorum mense Iunio, conuocatis partibus ad sententiam audiendam, iudices in loco edito ante valuas templi confederunt. Gradus autem templi qui multi sunt, & statim plateam ac tecta omnia, vnde prospici iudicium poterat, omnis ætas sexusque repleuerat, clausisque portis armati muros ac vicos, nequid turbæ fieret, tuebantur. Tum Vincentius a cœtu collegarum surrexit, suggestumque pro gradibus positum, & ad populos obuersum conscendit, atque oratiunculam habuit qua dignitatem quandam sententiæ compararet, tum instrumentum in quo scripta erat sententia, capit aperitque. Pendebant ab vno omnium ora, mentesque inter spem metumque solici-

ta. Non sic ad expectationem pugnae suspensi sunt animi eorum qui de turribus domibusque populares suos cum hostibus decertantes prospectant. Nunquam post hominum memoriam tanta causa in iudiciis versata fuerat. Nemo non illuc suos affectus tulerat, nihil sane quisquam suspicabatur, nihil de futuro diuinare poterat, omnia prospera cupiditas, omnia improspira timor subiiciebat. Ipse quoque pronuntiator cum partem primam sententiae recitasset, & ad nomen regis aduentaret, subinde magis expectationem hominum suspendebat, interloquens: Ecquem putatis iam Regem vestrum esse? quo maxime gaudebitis, qui maxime optandus est. Et cum aliquoties interfatus ardentem attentionem magis incendisset: Infantem Castellae Ferdinandum recitauit Regem declaratum. 10 Ad quod nomen tantus exultantis turbae clamor excitatus est, plerisque assurgentibus ac discursantibus, ut reliqua recitationis pars non fuerit exaudita, praefertim militaribus vndique vocibus, tubisque ac cornibus, praetera bombardis obstrepentibus. Dicta sententia, ad tres conuentus nuntii cum literis quae rem docerent, missi sunt, ad Calatauibium, ad Tregeriam, Dertusamque. Qui simul vbire cognouerunt Ferdinandum esse Regem, Accipe dixerunt, literasque passim per vrbes dimisere, legatosque ad excipiendum Regem e Castella Aragoniam ingressurum delegere. Postidie quam Rex declaratus est, cum audiret Vincen- 20 tium, ad eumque referrentur voces nonnullorum causantium, non indigenam Regem, qualis Comes Vrgelli futurus erat, sed alienigenam factum, eodem in loco orationem habuit, dicens: vbi de iure successionis quaesitum sit, ibi non esse causam, cur de persona mentio haberetur. Nam Comes Vrgelli cuius vicem nonnulli dolerent, tantum abesse ut comparandus fuerit cum Ferdinando, ut iureiurando interposito & teste conscientia collegarum iudicatus sit a duce Gandiae in succedendo superari. Quod autem ad personam pertinet, esse Ferdinandum matre Catalanum, Comitem Vrgelli Lombardum, illum patre Rege ex eadem natione, qua Reges Aragoniae, dignitate vultus ac corporis tanta, ut sit nulli secundus, & quasi ad regnandum natus. Animo autem ac virtute, siue inter suos, siue inter hostes, ut sit morem prudentium quorundam populorum sequiliceret, non minus eligendus ad regnum fuerit, quam per iudicium successionis declarandus, 30 quae laus nequaquam vlla ex parte in Comite agnosceretur. Quare non modo æquo sed etiam libentissimo animo, Regem sibi diuinitus datum expectarent atque exciperent. Et alia in hanc sententiam plura, quae tamen in fitos atque impressos diu affectus, & ab iis natam opinionem non potuerunt omnino excutere. Per vniuersas tamen vrbes tam libentibus auribus nuntii declarati Regis exceptus est, ut omnes fere sibi hunc inter competitores Regem optatum speratumque fuisse videri vellent. Valentiae quoque vix bene obductis cicatricibus, vniuersi clausis tabernis officinisque latitiam tot diebus celebrarunt, ut iubendi fuerint per magistratum, omissis feriis ad opera reuerti. Ferdinandus primum per publicas literas certior factus se Regem declaratum, deinde legatos ad excipiendum ingre- 40 dientem regnum suum delectos, & ad se iter habentes Aragoniam versus contendit. Cumque ad fines regni aduentaret, legati Aragoniae Valentiaeque introgressi non nihil Castellam obuiam Regi, ex equis delapsi sunt ac manum de osculati: Cataloniae vero intra fines substiterunt, neque ingrediente Aragoniam Rege ex equis descenderunt, quorum ego neutros neque reprehendere, neque alteris praepone a- 50 sum. Nam priores illi officiosum existimarunt non excipere Regem suum, velut ex limine domus, sed prodire in viam, & obuiam progressos introducere, habito maiore honore, quam qui paribus haberi solet. Pares enim ex equis sibi dextras porrigunt. Posteriores vero magis consentaneum putarunt, non egredi in alienum, sed ex solo patrio Regem in possessionem regni admittere, neque descen- dere ab equis nouo exemplo, quod superioribus regibus sciebant non fuisse fa- ctitatum. Sunt enim varii mores hominum variaeque sententiae, suis quaeque defensoribus tutae atque honestae. Rex tamen horum nulli manum porrexit, sub humero sinistro admouit, praeterquam Francisco Clementi episcopo Barcellonensi, qui fuerat patriarcha Hierosolymitanus, quem quia nouerat suae partis cupidissimum fuisse, suauiatus

suauiatus est. Atque ita communiter legati cum ingenti ex omnibus regnis manu procerum Calatauibium, mox Caesaraugustam deduxerunt. Vbi non multos dies est commoratus, dum pacificaret interposita sua autoritate dissidentes, neque regis existimauit munus esse, meminisse iniuriarum quas priuatus acceperat, & odiorum quae aduersus se nonnulli gessissent. Nam qui priuato hostes exstitissent, postea regi non hostes sed clientes esse, & quibus prius ipse infensus fuisset, post regium nomen, patronum, tutorem, patrem esse debere, nec praeterita sed sequentia delicta cognoscere. His in concordiam reuocatis, idem de Valentinis qui ibidem aderant, etsi nonnulli saluum sibi ius esse quo semper illa natio vsa est, inter se belligerandi postulabant, effecit. Nemo enim gerere inimicitias æquum sibi censebat, cum videret regem suas deposuisse, & in neutros se propensorem ostendere, paratum & passos & inferentes iniuriam vlcisci. Est quidem hic apud illius gentis proceres mos, siue æqua siue iniqua ratione introductus, impune inter se certamina conferendi, quo pugnaciores reddantur, si belli terror a duobus potentissimis regibus ingruat, vtrunque latus prementibus Franciae atque Castellae. Sed regiae potestatis fulgor quoties audet, ac iusta causa subest, gliscientia haec simultatum certamina quasi nubila repellit & discutit. Forte iis diebus dum haec geruntur, Alfonso Regis primigenius, vix adolescentiam ingressus, cum isset venatum, nactus est eximia magnitudine aprum, quem, ut velocissimo 20 equo uehebat, praecipue vrgebat, cupiens aut solus occidere, aut primus ferire. nec procul aberat Iberus longe maximum Hispaniae flumen, Caesaraugustae muros praeterfluens. Huc aper seu casu, seu vti in locum iam sibi antea notum, cursum intendit, perque ripas atque inuia se demittens, aquas ingreditur. Alfonso a tergo instans, ac iam iam feriens, eadem ripa & semita consequitur, ac ne tam insignem praedam, hoc est tam insignem cum laude victoriam, quam in manibus habebat, amitteret, & ipse adacto equo flumen intrat, immemor quantum periculi adiret, natantemque feram natanti equo infesta vrget hasta, quasi illam posset in tam rapido fluuio capere. Hoc spectaculo Bernardus Centellia (eius curae commissus adolescentulus erat) exanimatus, reuocare pergentem clamoribus 30 cum non posset, ipse quoque cum aliis nonnullis aquas ineunt, magis verentes infamiam destituti filii regis, quam vitae periculum. Ille inter natandum quoad poterat, ferire conatus, in vltiorem ripam euasit, atque illinc aliquandiu persecutus, strenue occidit, & maximi apri, & maximi fluminis victor. Rex vbi rescuit, inter cogitationem periculi & admirationem facti, nec indignationem nec latitiam ostendit, nolens neque strenuitatem reprehendere, neque audaciam nimiam adiuuare. Hac ex indole Alfonso futurae magnanimitatis specimen dedit, sicut patientiae ac mansuetudinis ex eo quod egit post ea diebus. Concesserat rex venatum, non tam ex more, quam ut Petrum ex filiis minimum circiter nouem annos natum, venationibus, ut sic dicam, initiaret. Atque vbi bona diei parte, & 40 suos & filiorum oculos animosque multifaria venatione pavit, iussit filium ad tenerum adhuc aprum, canis morfu retentum, fauciumque accedere, atque illum hasta ex equo ferire, ut tanquam praeda a se capta laetus vigorem animo praesumeret. Cum in hoc occupatus est puer, & multi cum risu hilaritateque exhortantes, ut sit, circumfunduntur, & ut spectaculo intersint immiscentur, indignissima res contigit. Equus cui insidebat Bernardus Centellia, Alfonso, ut diximus, datus custos, tanquam Achilli Phoenix, calcem magna vi incussit adolescenti in exteriori parte genu sinistri. nesciebat ille calcitrosus esse equum, quippe quem commodato forte eo die acceperat. Ad eum ictum Alfonso non exclamans, neque ingemiscens (pudebat enim a dolore vinci) tantum ad plagam apposuit manum, & represso gemitu, dissimulare magnitudinem mali conabatur: sed pallor infecutus & rigor, & quod iam iam collapsurus videbatur, dolorem ingentem periculosamque plagam indicabant. Tum inter amplexus multorum qui accurrerant, ex equo humi depositus cum esset, pro loci opportunitate vulnus obligabatur, multisque in extremo adolescentulum esse missitantibus, aliis circumfremantibus, aliis nuntiatum regi qui non nihil aberat, euntibus: fuerunt 50

qui Bernardo suaderent ut fugam capesseret, ne aduenientis iram Regis opperiretur: solus frater ne faceret, dissuasit. Fore enim ut velut noxium ac sceleris conscium, multi sequerentur etiam Regis iniussu. Nam quisquis fugit, alios quodammodo inuitat ad insequendum, a quibus vel retrahendus esset cum dedecore, vel puniendus in fuga, ob facti ultionem. Siquidem impune est peccasse iis, qui ut Regi gratificarentur, alios offenderunt. Rex audita re cum attonitus accurrisset, fremensque diceret, Vbi est qui primigenium meum mihi peremit? ille reluctans dolori, vultu ac voce erectiore quam pro viribus, Nihil est, inquit, periculi pater, nihil mali erit, solent huiusmodi contingere, equus me non homo percussit. Hæc verba velut pro amico timentis, extenuarunt & apud patrem & apud cæteros culpæ atrocitatem. Quanta autem hæc fuerit animi præstítia fortitudoque, declarat quod aliquot diebus per extremos dolores sine vlla recreatione iactatus est, desperantibus iam medicis quin plagam facer ignis corripere, nisi superuenisset chirurgicus quidam Ferdinandus Alfonsi, vir dignus, vel hac vna curatione, qui literis memoriarum mandetur. Recepta salubritate filii, Rex Dertusa, vbi se tenebat papa, deinde Ilerda studiorum nutricula, Barcelonam peruenit, ibique concilium generale prouinciæ Cataloniæ indicit. Necdum se Regem Siciliæ appellari volebat, priusquam illius possessionem recepisset. affectabat enim regnum Bernardus Caprera, nomen ac spiritus aui referens, qui ornatissimam Genuensium classem bello vicit & cepit. Huic quidem spem faciebat, quod per mortem Martini Aragonia intestinis bellis laborabat, quod in Sicilia neminem neque potentiam, neque factionis, neque autoritatis maioris sciebat, adhæc quod erat prætor insulæ, quem magistratum iustitiarum vocant. Nam Blancam Regis Nauarrensis filiam, quæ fuerat vxor Regis Martini filii, ut sciam contemnebat, eamque ut spoliaret ac se augeret, autoritate priuatam videri volebat. quod defuncto Rege cuius partibusungebatur, exauctorata esset. Se autem cum antea, tum vero nunc esse summum magistratum, & ad quem spectet moderari prouinciam. Neque vero ob id modo aduersabatur regiæ, ut primus ipse ac solus magistratus esset, quo facilius regnum occuparet, sed ut illam quoque in matrimonium acciperet, quo maiorem sibi autoritatem compararet, ad regium nomen assumendum. Faciebat prætere a spem vicinitas Ladislai, autoritasque alterius summi pontificis, si plures eodem tempore possunt summi pontifices esse. Nam tunc de pontificatu contendebant, Benedictus, Gregorius, Ioannes. Colorem autem iuris præbebat, quod defuncta sine liberis Maria Siciliæ regina, regnum ad Martinum eius virum non potuerat peruenire, nec deinde ad Martinum patrem, eoque illum Regem esse debere quem sibi Siculi ipsi delegissent. Cogitabat & aliam apud se ipsum causam, quod si Blancam in matrimonium accepisset, vendicaret sibi ob hoc quoque regnum, quod Blanca Mariæ, ut propinquæ succederet. Siquidem Maria proneptis fuerat Regis Nauarræ ex filia, quæ fuit prima vxor Regis Petri, vnde vxor Regis Federici mater eius genita erat. Ex quo intelligi licet, quod præpostere Bernardus ageret, veluti alienam a regno Siciliæ Blancam insequeretur, cuius hæreditatio iure regnum sibi destinabat asserere. Hac cogitatione qua fallere alios volebat, ut mea fert opinio, tam callidus, tam vafer vir non fallebatur. Neque enim eum fugiebat, multo proximiorum Mariæ fuisse Martinum patrem, utpote auunculum, uti modo ostendi, pariter & consobrinum, cuius mater, soror Federici Regis fuisset, utroque ex parente. Quod ius propinquitatis erat in Helianora regina Castellæ, cuius filius Ferdinandus eodem gradu propinquitatis continebat hanc, quo Martinus, qui fuit vir suus vere Rex Siciliæ non modo viua vxore, sed etiam mortua, cum præsertim Siculi Regem, & ante mortem vxoris, & ea mortua agnouissent. Sed Bernardo si regno reginaque vxore potitus esset, quantumcumque ius satis sibi fore videbatur. Hoc in loco mihi consideranti Mariam, quæ patri in regno successit, Martinum vel alterum, vel utrunque, qui in ius sciam successor fuit, Bernardum qui tenui hæreditarii regni apud sciam filio, velut anchora nauem spei suæ firmabat: subit admiratio de Aragonensibus, qui nolebant propinquos Regis ex sciamina in suo regno succedere,

cedere, cum velint suos hoc eodem iure succedere in alieno. Itaque sic, ne alia repetantur, Ferdinandus in regno Aragoniæ potuit succedere, quo modo Martinus in Siculo. In hoc, sicut dixi, Bernardus non fallebatur, fallebatur in eo quod multo maioris haberi debet & erroris & detrimēti. Erat ei in optatis eximia singularisque Regine pulchritudo, & in tam dubiis rebus atque arduis amare vacabat, aut vacare videbatur: cum potius optandum foret, illā minus speciosam esse, hoc est minus superbam ac fastidiosam, utique viro nec iuueni nec formoso. Ea propter si propalam in matrimonium peteret, extimescebat ne respueretur, neue factum suum non satis idoneo colore tegere posset: quippe qui credi volebat, velle insulam in officio tenere, donec in Aragonia interregnum. Constituit itaque dolo atque insidiis rem tractare, si id parum procederet, blanditiis ac promissis, ad extremum adhibere terrorem atque vim. Tenebat se per id tempus Regina in vrbe Catina, vbi arx inter primas tuta, & mari vicina est, sed diuersabatur fere in propinquo monasterio cum sanctimonialibus, quod nullarum esset quam illarum consuetudo, vel aptior viduæ sciaminæ, vel ad famam honestior. Hoc in loco Bernardus eam comprehendere cum parasset, illa seu admonita a suspicantibus, seu certior facta a scientibus, in arcem furtim concessit. Qua de re Bernardus maiorem in modum dolens, nō modo quod deceptus spe foret, verum etiam quod vehementi contumacia inuidia, qui dolo in Reginam vteretur: misit ad eam qui de colloquio agerent. cupere enim se purgare inuidiam & suspicionē ab illius animo adimere. Nec abnuit Regina. Verum quia parum fidei vterque alteri haberet, conuentum est, ut illa de puppi triremis, hic de ponte, quo littori nauis iungitur, sermonem faceret. Ille post multa verba quæ ad purgationem facti attinebant, dicitur intulisse coniugii mentionē, & ad ea turbato vultu Regina subiecisse, Huius senex scabide, nec plura his, auertenque se iussisse Raimundum Torres (is erat dominus triremis, solusque aderat) retraheret longius a terra triremim. Is protinus imperans remigibus in altum referre nauim, coegit Capreram conantem excusare præsentem orationem, cum præterita facta male purgasset, propere desilire de ponte, ne in mare cū ipso ponte decideret. Hic vero pernegabat postea se de coniugio appellasse Reginam, ideoque nec eam fastidiose respondisse: sed hanc sibi contumeliam ab inimico impositam, qui magis ut incommodaret ei quem oderat, illic triremim habuisset, quam ut Regiæ gratificaretur. Quæ dicenti non de fuissent, qui crederent, et si sciebant nauem adhuc stante eo in ponte reductam fuisse, nisi quæ incerta sunt indicassent, non modo affectasse vxorē, quo facilius honestiusque regno potiretur, sed etiam corpus adamasse. Erat enim vir alioqui in primis mulierosus, ut nescires Martē ne magis an Venerem coleteret. Lapsus hac iterum spe, & per contumeliam elusus abiit indignans ac minabundus, se monstraturum illi quam inconsculte ageret, quæ recusaret cum summo magistratu consilia in publicam salutem agitare, potiusque cū aliis priuatis hominibus consultaret, & seorsum haberet conciliabula, cū iam priuata esset. Itaque comparatis copiis, partim vi, partim minis, partim autoritate ciuitates plurimas ab illius ditione ad suam transfert. Idē propediem facturum de Syracusis videbatur. Quam urbem non ut regiam, sed ut peculiarem, traditamque sibi pro vitæ dignitate, Regina cordi habens magisque quæ cæteras amittere verita, illuc se cōfert, accersitque Sancium Doris Egidii, de quo supra diximus, filium præfectumque classiarium, quem vulgo Almiraçū vocant, quod sciebat simulates gerere cum Bernardo Caprera, ut rationem iniret, qua tam violento viro queat obistere. Is cum ad eam vna cum subpræfecto in arcem venisset, Bernardus se ratus, ut dicebat, matrem cum pullis vna capturum esse, eodem accurrit cum septingentis equitibus, ac mille pedibus, arcemque prætergressus urbem inuadit, ac nemine repugnante, tū propter metum, tum propter gratiam ac factionē recipit: comitibus Sancii qua potuerunt fuga elapsis, quos Sancius in arcem admittere noluit, quod re cibaria admodum tenui utebatur. Vix recepta vrbe, Bernardus arcē obsidere atque oppugnare instituit, præterdens urbem quidem redigere se voluisse in suā potestatem, quo teneret in officio, donec de iure Regis in Aragonia disquireretur: arcē vero obsidere, non tam ob Reginam quæ non nihil ab officio recederet, quæ ob Sancium capitalissimum suum,

bes, summopere dissuaserunt, amissurum ea via illum omne suum ius, omne hominum studium, nec a Catalonia, sed ab Aragonia incipiendum esse. Cataloniam quidem studiosam eius semper fore, verum tantam labem minime subituram esse, ut regem ipsa & prima & sola faciat, contra suas & quidem maiores natu sorores. expectaret quid eligendi iudices pronuntiarent. Iam concilium, quod illi parlamentum vocant, cogi ex omnibus prouinciis in Calatauibio. Sed hoc illi molestum erat, quod res in Aragonia, quod archiepiscopo autore, quasi nauis gubernatore, administrarentur. Quid enim sperandū sibi de brachio ecclesiastico (quatuor enim brachia in Aragonia faciunt) cuius caput sit archiepiscopus, competitoris studiosus, sui inimicus, cum quo Benedictus papa faciat, ut omnia communi abbatorum consilio geri videantur? Quid de nobilium equestrumque cum gubernatore prætorque tam sibi infensi, quam archiepiscopo obnoxii sint, cum alter affinis, alter generi illi esset? Quid de brachio ciuitatum, quod vocant regale, quorum plerique superiorum vel auctoritatem vel gratiam sequuntur? Eo quidem magis, quod dabat operam archiepiscopus, ut concilium Cæsaraugustā transferretur: idque recte ac iure fieri per suos papa asseuerabat. Quod si fieret, multo meliores fore partes Ludouici intelligēs Comes, utriusque minatus est: archiepiscopo se pro pileo pontificali impositurum cassidem ignitam: papæ rasurum esse verticem non aqua, sicut fieri solet, ante persusum. Interea quotidie cædes seditionesque per prouincias fiebant, nec cuiusquam auctoritas aut potestas ire obuiā poterat: nemo satis alteri credere, nemo obtemperare, ipsa capita inter se dissidere, ac digladiari. Vtique adeo iam in contemptum venerant exteris. Si quidē in Sicilia, de quo postea dicemus, Bernardus Caprera res nouas moliebat, & insulæ regnum affectabat. Cuius non minor metus incessit animos eorum qui bonum publicum & gloriam Aragoniæ curam habebant, quam quis Aragoniæ rex esset, cum plus damni fieret, alienata Sicilia, quam quolibet competitorum rege facta. Igitur omnia plena motus, timoris, turbationum, ac periculorum, & velut in tempestate multorum ventorum, cum inter nautas non modo litigatur de gubernatio, sed etiam pugnantur. Huc accedebat, quod Ludouicus suasu archiepiscopi, quo maior causæ suæ esset & auctoritas & gratia, miserat ad fines Cataloniæ copias militum, nuntiosque ad concilium, qui hortarentur ad iustitiam, nihil metueret, præsto esse copias aduersus perturbatores ordinis iudiciorum & iuris, nec defuturas pecunias. Idem facit Ferdinandus, non ignorans a Ludouico non minus illa in fauorem fieri iuris priuati quam publici, & contra Comitum factionibus armisque cœlum ac terras miscentem, auctoritate armorum esse agendum. Ferdinandum quantum fauor in aduersarios propensus lædebat, tantum recens gloria rerum gestarum commendabat, quod mari terraque victor redisset, quod imperium Castellæ ampliasset, quod pro re Christiana fortissime ac felicissime dimicasset, quod nisi ad expediendam litem de successione venisset, prope iam regem barbarū debellasset: & de eo quotidie magis ac magis homines fauorabiliter & sentiebant & loquebantur. Ex quo animaduertēs Comes, iam duos externos competitores in dies maiorem sibi auctoritatem comparare, idque archiepiscopi opera, facinus exequi festinat, & quod minatus fuerat, perpetrare. Itaque Antonio Lunæ negotium dat, ut hominem per speciem colloqui euocatum obruncet. Erat autem Antonius etiam diuersæ factionis, tamen per familiaris archiepiscopo, ac pene cliens. Nam annuis quasi stipendiis ab eo donabatur, & eodem mense septingētos aureos Aragonicos acceperat. Id dicitur fecisse archiepiscopus, quod cum fuisset tutor Ioannis Ferrandis, fraudarat pupillum dimidiata hæreditate, eamque in Blascum qui gentilis atque agnatus suus erat, transtulerat, indignum existimans tantam generis sui hæreditatem, totam in alienum deferri, nulla ei qui ex ipsa domo esset relicta portione. Is cum postea cerneret Ioannem erecto ac sublimi animo virum, Blascum veto segniori ac longe imparem, vidit fore, ut se defuncto, ac nedum quidem defuncto, Ioannes Blascum hæreditariis bonis exueret. Ea re præsidium homini infirmiori aduersus potentiorum in diuersa factione comparauit, propinquum suum in contraria acie ponens, ducem hostium intra sua castra versari patiens ac volens, vnde mortis suæ origo

origo defluxit. Et postea cum rerum merita nesciamus, iudicia diuina mirari soleamus. Enimuero hanc quam retuli causam, paucissimi notam habeant. Neque ego nunc de iudicio dei in vniuersum pronunciasse intelligar. Scio equidem iustos sæpe multatos infortunio fuisse, & iniquos secundissima fortuna vsos. Sed non nunquam sapientissimi non longe absunt a coniectanda dei voluntate, cum patrem ille aut dominum agere videtur. Archiepiscopus e Calatauibio reuertentem, atque in oppido Almuma agentem, Antonius ait se adire velle colloqui gratia. Etenim sæpe cum pro familiaritate interuisebat, collocatisque ad insidias in proximo nemore ducentis equitibus hastatis, & ex parte magna loricatoris, ipse cum paucis armatis procedit. Nam armatum omnes fere qui ex factionibus professi erant, incedebat, ac præmittit e vicino ad archiepiscopū, qui dicat se ad colloquium venire. Eo hic nuntio lætatur, tanquam aliquid quo gauderet ab amico auditurus, cōscensomulo, obuiam egressus est, decem duodecimve comitibus: Nam festinantia plures vndiq; conuenire non fuerat. Ille tardius de industria iter faciens, plus duobus stadiis procul a muris archiepiscopum excepit. Cumque se mutuo salutassent, hic illum filii, ille hunc patris nomine: Ecquid, inquit Antonius, erit rex Comes Vrgelli? Non me viuo respondit. Ego, inquit, aut te capto, aut mactato. Mactato respondit fortasse, captiuo nequaquam. Atque hæc dicenti frenosque se et et Antonius colaphum in medio ore inussit, arreptoque protinus gladio, caput ferit, re fugientem cæteri vulnerant, subinde caput muli, ut ab instituto cursu auerterent, percutientes. Inter eos Antonii armiger, qui vnus lanceam gerebat, ea subitus brachium adducta, incurrens præcipitavit e mulo, atque ita iacentem contrucidavit, manumque inter cætera vulnera amputarunt. Ita is qui diadema imponere regis debebat, imperio eius qui diadema sperabat, teterrima morte est affectus, vltores angelos relinquens, ne vnquam in fellam regiam illi daretur ascendere, per quem summi in regno antistitis corpus sceleratissime cōfossam laceratumque iacisset. Ideoque statim diuinum, si recte æstimemus, numen apparuit. Nam si tantum animi ad inuadendam urbem illis, quantum ad aggrediendum facinus fuisset, haud dubie sublata lis erat, & oppressa factione Vrgella, Comes regiam dignitatem vel extorsisset, vel impetrasset. Nunc sceleris, non voti, compos effectus est, dum hostem debilitatum mancumque magis de fuga, quam de vltione cogitaturum putat, tam procul posito Ludouico, a quo peterentur auxilia: nec in mentem venit ei, plerisque hinc in modum auctiora arma in fuga esse, & ingenium ex necessitatibus crescere. Dato hunc in modum spatio inimicis ad sibi consulendum, illi tamen illatæ iniuriæ dolore, tum inferendæ metu, ad proximum ac magis validum Ferdinandū, de cuius iure bene quoque sentiebant, præsidium confugiunt, longe decepta aduersariorum spe, qui a semel suscepta causa in aliam descituros hostes non suspicabantur: ignari plus posse odium quam beneuolentiam, & dolorem quam gratiam, & cupiditatē se ab atroci iniuria vlciscendi, quam alieno honori inferuendi. Blascus quoque qui ingresso Antonio opem tulisset, nunc ingressus cum potentia aliis opem ferre, nisi sceleratissimus videri vellet, & a bonis cadere, coactus est. Ferdinandus intelligens ex vna re tria sibi commoda fore, quod partes suæ robbrentur, quod competitorū qui validissimi erant, alter debilitaretur, alter hostes supra caput accerrimos habiturus esset, non grauate auxilia misit. Perit autem archiepiscopus anno circumacta, ab obitu regis eodem mense. Cuius morte solutū concilium est Calatauibii, & postmodum cōuentus prouinciales agi incepti, ab Aragonensibus in Alcamitio, a Valentinis in Tragera, a Catalanis Dertusa, quod hæc oppida finitima sunt aliis duabus prouinciis. Quo difficilius fuit, inter distractos conuentus, mature deliberari, cum præsertim quotidie maiora confererentur in Aragonia certamina, gubernatorē volente prouinciam in officio tenere ac quiete, Comite, accersitis e Valconia & trans montes copiis, annitente reliquiis aduersæ factionis euertere, & suam rebus gerendis præficere. Tandem post aliquot menses, per conuētus vniuersos, hoc est, per terna brachia, Valētiæ & Cataloniæ, ecclesiastica, patritia, plebeia, vltra quatuor illa Aragoniæ quæ diximus, locus delectus est in Aragonia, oppidū Capla, mādaturumque gubernatori ut dispositis præsidii armatorū, cu-

muliebri metu ac lamentatione confunditur, ne spatium quidem illis vestiendi datur, cum pro sua, tum vero pro dominæ pudore sollicitis. Timor ipse ac festinatio fatigentibus ad celeritatem impedimento est. Seminudæ igitur atque neglecto capillo e cubiculis erumpunt, & inter primas Regina, quod consilium incant, quo se conferant, ignorant: & cum mature factum opus est, in ipsa calamitatis impendentis fuga hæsitant. Iamque inter deliberationem ac festinantiam, velut ex incendio per gradus lymphatæ, in viam se proiecerant, cum in mentem venit vicinæ triremis. Nam arcium altera, quam longa vrbs est, distabat, altera mari adibat. Ibi capto consilio, & iam magis ac magis in vrbe tumultuari audiebant, succinctæ & repressa lamentatione, cursum capeunt, & campum quanta nunquam celeritate, & prope vno spiritu transmittunt, perque portam egressæ, inter quas velocissimam aiunt fuisse Reginam, ut quæ maxime timebat, aquas ingrediuntur, subductis supra genua vestibus, nec reformidantes, aut vadi altitudinem, aut humoris algorem, cum tempus anni adhuc hybernum esset, sed ut quæque prima veniebat, securam maris & frigoris intrabat. Etenim fuga ipsa tam effusa, maiorem illis imaginationem hostis, velut in tergis earum hærentis, impresserat. Dignum profecto risu spectaculum, si cui ridere in tali casu vacaret, & alienum periculum turpitudinemque spectare voluptati foret. Mulieres crinibus pene passis, nocturna tantum veste indutæ, aut altera quoque circumuolutæ magis quam amictæ, & inter eas Regina ut dignitate, sic celeritate præcipua, quasi pro corona currentes in stadio, diuaticatæque ad femora irrupere in mare pene glaciatum. Sed huius timoris, turpitudinis, risus, frigoris, & cuius avidus erat captiuitatis, Bernardus postea pœnas vicemque persoluit. Ibant per mare non ausæ vocare nauarchum, ne ab hoste exaudirentur: pauci famuli quibus Regina nonnullæque aliæ innitebantur, vocatum nauarchum orabant, ut periclitantibus adesset. Statimque ille a vigilibus qui rem videbant, admonitus, obuoluta veste, e cubiculo stupefactus exiit, iussitque remigibus admouere triremim, & deiecta scapha Reginam ceterasque tanquam e naufragio attonitas exanguisque excepit. Cum hæc triremim, Bernardus in domum ingreditur, compertaque ad nauem fuga Reginæ, execratus diem, En, inquit, tertio manus meas effugit: atque ita indignabundus ad cubiculum Reginæ perrexit, intrauitque. Vbi cernens cubile turbatum, quale solet ad subitum timorem relinqui: Perdicem, ait, perdidisti, sed nidum teneo: protinusque deponis vestibus, ut adhuc erat tepidum subit, ac per totum se volutans, & subinde spiritum per nares trahens, significabat more venatici canis ad lustrum feræ, ipso se odore delectari. Tanta ei fuit inter maximarum rerum conatus cura amoris, tanta etiam intemperantia, ut quod in primis dissimulatum oportuit, & quod antea pernegauerat, id nunc detegeret atque fateretur. Sed opinor posteaquam prope iam deprensus esset, fauorabile sibi apud eam ducebat, si amator videretur. Illa sequentibus diebus ad Solem deuecta est, oppidum in dextro litore Panormi positum, decem millibus passuum remotum. Legati interim, quia triremis tardius opinione veniebat, terrestri itinere Panormum veniunt: quos Bernardus quotidie inani spe pascens, Reginam nunc blanditiis, nunc terroribus adoriebatur, adeo ut arce Panormitana, quæ palatium dicitur, castris circumdata, Soloentum se cõferret, ostentans se Reginæ vi strenuum in equitando, & amari dignum: cum tamen, ut constat, robustius equitaret quam decentius. Iam nemini pro ambiguo erat, eum & Reginam coniugem, & regnum petere. Legati quoque, caueret quid ageret, monebant. Sed ille contumaces rebellesque cohercere, e dignitate sui magistratus esse respondebat, esse ex suis hostibus qui cum principibus Italiæ fœdus inierint. Ita quod suum crimen erat, quo magis abesse ab eo videretur, ut sunt peruerforum hominum artes, alteri prior obiebat. Verum tunc animus regni affectator apparuit, vbi declarato Rege Ferdinando, ab incepto non destitit. Tandem Antonius Moncada cum suis, tum vero copiis Sanctii, sed ut dicebatur, auspiciis Reginæ, tanquam summi in insula magistratus, obuiam venit, ac per nuntios agit, ut a Panormitanæ arcis obsidione discedat, quas vrbes, quæque oppida recepit, restituat, eam superiorem agnoscat. Ille se responsurum per se ipsum, renuntiare

nuntiare iubet, legatosque subsequutus, cum maiore copiarum parte occurrit, cumque aliquamdiu instructa acie uterque stetit, neutri incipere certamē, cum ambo in loco tuto essent, visum est. Paucis diebus, siue prodicione Vasconis cuiusdam, ut sui dicunt, siue calliditate hostis, dum partem valli qui extra muros est, circuit, ac stationes recognoscit, improviso hostium aduentu circumuentus est, & cum aliquantisper gladio se in orbem tutatus esset, captus. Itaque qui capere Reginam conabatur, qui cõiugio, qui amori, qui regno acquirendo operam dabat, iam tantum de amittendis bonis, de seruitute sua, de morte cogitabat. Traditus enim in manus Sancii, ductusque in castellum cui nomen Mota, atque ibi ab inimico in cisternam vacuum demissus est. Nec ita multo post ad immensam pluuiam laxatis cadurcis, tanquam fortuito id accidisset, cum ex imperio factum esset, riuus in cisternam defluebat, eamque replebat. Bernardo identidem vociferante, auxiliumque implorante, nemo ei domesticorum respondebat, tanquam obstrepente eorum auribus pluuia, ne audiret, & ad alium quendam locum quo imber penetraret, occupati essent, donec innotante iam lectulo, non procul a vitæ periculo erat. Tunc quidam veluti tunc primum audisset, ab ore cisternæ responderet, ac festinabundus domino nuntiat, qui miserati similis, propere succurri imperauit. Educitur e profundo lacu, obscuraque testudine Bernardus, modo Siciliæ regulus, veste, capillo, toto corpore madet, & hoc, ut vix credibile videatur, ex pluuia. Atque hic fuit horrendi carceris exitus, sed in locum transitus omni carcere grauiorem, etsi non grauior esse videbatur, ita res ei abominanda contigit. Aliquot aduolutis diebus homini a quo custodiebatur, vbi sibi factum esse familiarem beneuoluntate existimat, tentat pretio corrumpere, daturum se, si liberetur opera illius (ut solent qui vitam periclitantur) montes aureos, in præsentia antequam illinc pedes efferat, mille aureos. Custos responderet, se ea nocte deliberare velle, idque spatium dari impetrat. Rem confestim ad Sancium defert, iubetur ut mane petenti annuat, pecuniamque in manum tradi sibi curet, ceteraque quæ agenda sint docetur. Mane deliberatum sibi esse ut adiuuaret calamitosum, iurat se, ut Bernardus excogitaret, e fenestra turris eum per funes demissurum. Eo die pecunia per amicos clanculum affertur, 30 pernumeraturque. Proxima nocte, de tertia vigilia summissis fune caligis complicatis, nulla amictus tunica demittitur, custode, ut validius conturbaret miserum consilium, urgente ad descendendum, tanquam anxius esset, ne in fuga deprehenderetur. Ille noctis pariter & timoris tenebris confusus, dum celerius quam manus ferunt, lubrico fune delabatur, adaptatis ad id retibus induitur, & ritu feræ cassibus captæ, hæsit: ita ut nec sese deicere, etsi præceps casus erat, posset, nec receptus in fenestram vllus daretur. Si ferrum ad manum fuisset, mortem fortassis sibi ipsi cõscisset, sed mors id loci pudenda quoque erat, atque inimico iucunda, & auiditas iniuriæ aliquando vlciscendæ, contumacem vitam ad perpetiendam dedecora faciebat. Nocturnum frigus, & postea solem adurentem corpus non sensit, cum animū magis dolor vreret. Non tam e tenebris cisternæ produci in lucem optauerat, quam nunc e luce reduci in tenebras. Ita totum diem retibus inuolutus, ac plane irretitus, tanquam Mars in adulterio Veneris, ridiculum simul, ac miseradum plurimis spectaculum fuit. Cuius turpitudini hic quoque cumulus accessit, ut cum ad transitū notorum atque honestorum virorum faciem vellet auertere, prohiberetur, ne illis postiora ostenderet: nec quod cibo ac potu caruerit eo die doluit, sed quod ea que nisi remotis arbitris decore non sunt, præsentibus arbitris facere non licuit. Receptus vesperi eodem vnde fugerat, si fugisse est e carcere in laqueum incidere, aliis quoque ludibriis non caruit: donec Rege Ferdinando poscente per legatum suum vinculus productus est, ac legato traditus, a quo solutus ad Regem protinus in Cataloniam Barcellonamque se cõtulit, & in pristino apud illum honore habitus est. Hunc exitum habuit conatus occupandæ Siciliæ Bernardi Capræ. Cui si res prospere cessisset, haud minus inter Hispanos Italicosque bellum excitasset, quam olim pro eadem insula inter Pœnos atque Romanos, aut Athenienses Lacedæmoniosque exarsit. Recepta itaque insula, Rex Ferdinandus Siciliæ quoque Regem se nominari voluit, quod antea noluisse, haud in postrema equidem magnanimitatis

parte posuerim. Nam quas res nec possidemus, nec possidere contendimus, eas nō belle, nec generose titulotenus vendicamus. Quas ubi adipisci contingit, tunc erectus atque sublimis animus, facti sui & apud se & apud alios percipit vberimum fructum.

LAVRENTII VALLÆ DE
REBUS A FERDINANDO ARAGO-
NIÆ REGE GESTIS LIBER III.



NTER competitores Caprera etiam non fuit numeratus, tamen numerari potest in vno duntaxat regno. Non enim minus est petere regnum bello, quam iudicio. In quo fortunam Ferdinando, sicut in cæteris, fuisse propitiam cognoscimus, quod Caprera victus, non victor fuit: haud tamen ex competitoribus aut primus aut postremus fuit, quem Ferdinandus ad genua sua procumbentem viderit, sed secundus. Siquidem primas partes, ut vir integer ac paci consulens, cum summa omnium laudatione præsumperat Dux Gandiæ. Nam quod Comes exemplum Ducis non imitaretur, amici excusabant morbum, in quem incidisse credibile erat, tum propter mærorem frustratæ spei, tum quod se, quasi lucem inuisam haberet, assidue in cubiculum tenebat, ubi per speciem mæroris ac morbi consilia coquebat. Quod Catalani suspicantes, veriti nequid illerum nouarum moliretur, consulendum & publicæ quieti & priuatæ hominis dignitati ac salutis putauerunt. Cuius vicem alioqui dolebant, quod infinitos sumptus fecisset, nec pro dignitate in posterum posset viuere, nisi ad dissoluendum æs alienum, & ad repigneranda oppida adiuuaretur. Hanc æquam atque humanam causam existimantes, & communi Catalanorum voluntate primores Barcellonensium Regem ad eunt, orantque ut olim competitoris sui conditionis miseretur, non eum contra Regem, sed pro se omnino conatu pugnasse, esse regis munificentis nobilissimum virum, quem non culpa, sed casus, aut potius virtus affligeret, & pecunia subleuaret, & honore augere, & alia in hanc sententiam. In quibus faciliores aures Regis quam Comitum, ut contumax in agnoscendo Rege non esset, habuerunt. Miserant enim ad eum quoque legatos. Tandem grauibus amicorum consiliis obtemperans, dimisit ad Regem tres legatos, Raimundum Perillos, Franciscum e Villanoua, & Dalmaum Cicereram, qui pro absente iurandum offerrent de fide Regi præstanda. Quibus vicissim Rex spopondit, se habiturum in eo honore Comitem, ut medius inter regios filios sederet, primigenio ac secundo præcedentibus, magistro sancti Iacobi, & magistro Calatrauæ, Petroque eum sequentibus: indulta quam in primis poposcerat licentia, ut si nunquam in conspectum Regis veniret, fraudi non esset. Ad hæc iuratum æs alienum quod ille contraxerat, & oppida quæ oppignerauerat, adiecturumque in compensationem sumptuum quos fecisset, sexaginta millia aureorum, necnon alia & ornamenta & adiumenta. Parum constat, an integra fide Comes Ferdinandum Regem agnouerit, promissaque admouerit, an tempus extrahi voluerit, dum rei agendæ adesset occasio. Nam neque vllus honos satis se dignus videbatur, qui regnum animo conceperat, & hæc pecunia nihil esse ad illam quam erogauerat, quæ tanta fuit, ut eam nemo vnquam putasset tam cito faciendis sumptibus fuisse perituram. Habuerat ille a patre relicta scrinia aureis argenteisque pro regionum diuersitate numismatis referta: & quod fando vix cognitum est, malleo cuneata, idque non avaritiæ modo, sed lusus ac contumeliæ gratia. Hospites enim qui per multi ad eum familiariter diuertebat, sciscitabatur cuiusnam generis pecunia indigerent. Respondentes eius generis, ut in quam quisque provinciam iter haberet, adducebat ad scrinia, & quantum vellent, capere iubebat, frustra

straque conantes capere deridebat, & hos sibi de amicis iocos comparabat, nouo genere dissimulandæ avaritiæ, iactandarumque opum: quod haud ab re diuinitus esset castigandum. Successitque filius qui breui exinanitis scriniis obæratu viuere, & ex iis nihil sibi nisi curas mæroresque contraxerat, & ad extremam quoque perniciem. Verum dum ita transactum esset inter Regem & Comitem, iamque concilium fieri cœptum, Federicus puer qui & ipse fuerat competitor, idemque Comes Lunæ, urbem ingressus est, eo apparatu, ut vix elegantiori Martinum patrem, aut Martinum auum fuerit aditurus. Trecentos enim equites ad numerum arcium quibus singulos præfecerat, ducebat, & quod inuidiosus est, vexillum permixtis Aragoniæ ac Siciliae signis, & ad regii vexilli magnitudinem, sericis quoque simbrisis Valentino artificio adornantibus. Hunc in modum per mediam urbem splendido velatus sagulo, lente ac triumphantis ritu equis euntibus ferebatur, quacunque transibat maribus ei sceminisque bona precantibus, nonnullis illachrymantibus, vltroque miserantibus desiderio parentum Regum, nonnullis etiam dicentibus: Hic erat, hic esse debebat, hic vtinam foret Rex. Ille apparatus pompæ apud mentes eorum, atque illa ætas puerilis fauorem conciliabat. Res leuis atque inanis, perinde atque illa facerent ad promerendam regiam dignitatem. Sed vulgus ut ex imperitis atque inconsultis plærisque constat, sic imperite plærunque iudicat & inconsulte, ut desinamus mirari, si quid quod diuinitus accidat, mirandum est, quod sepe nos Deus plebit nescientes quid petamus. Præsentibus nunquam contenti sumus, absentia ducimus potiora, eisdem ubi potiti sumus, diuersa desideramus. Hunc si auus instituisset hæredem, causarentur se pro Rege puerum sortitos, ut tutorum plurimum non principis vnus arbitrio seruendum sit, eumque rescissis legibus illegitimum, matre Sicula, nec ea Regis cœcubina, sed vulgatissimo scorto, ne incredibile sit esse suppositum. Nec intelligebant se cōflare his vocibus inuidiam puero, sua alioqui sponte sibi inuidiam cōstanti, eo factu apud Regem, cui ut in recenti regno, necesse erat omnia esse suspecta. Verum nō puerum (quid enim delinquere puer potest?) seuerus censor castiget, sed magistrum atque autores, qui dū populis ostentare regii pueri excellentiam volunt, principi prodiderunt, cui nihil æque inuisum est, ac munus suum honoremque ab altero vlla ratione vsurpari. Neque id ad leniendam insolentiam satis fuit, quod filius Regis defuncti fuisset, quod præsentis propinquus esset, quod summo quoque pontifici affinis & charus. Nemo enim sic alieno honore gaudet, ut illo iacturam sui facere velit. Ideoque melius cū puero actum esset, si cætera sic summisse gessisset, ut ipsam Regis adorationem. Nam ubi ad ianuam regis peruenit, ex equo delapsus, ante ipsam ianuam genu posuit, iterum ad aulae hostium, tertio ad fores conclauis in quo Rex eum excepturus sedebat, postremo ad pedes Regis. Cui Rex assurgens dexteram porrexit, eumque amplexatum ex osculatumque ori suo admouit, osculumque mutuum dedit. Deinde percunctatur, quid ita fero venisset. Ille, quod in apparando comitatu tempus truuisset, respondet. Nec multis verbis vltro citroque habitis, iubet ut apud primigenium cenaturus maneat. Ille inuitatum a propinquis sceminis in domum aui se esse, ac promississe ait: cum idem postridie excusasset, tertio die apud primigenium laute acceptus est. Cumque secundum prandium omnes pueri Regi præsto fuissent, Rex sermonem intulit de sumptu domestico, iacturamque a puero, quid ita magnos sumptus faceret in tanto comitatu alendo. Ille ut puer responderet, nullum ob id se facere sumptum, sed eos pro se vnumquemque, cum sit singularum artium magistratus. tot enim, inquit, habeo oppida castellaque. Admiratus Rex tum tantam pueri potentiam, tum suas, ut Regis, tenues opes: Tu vero, inquit, feliciter, honeste, atque ipso Rege regalius, cæterique tui ordinis quibus sua iura constant, quorum nemo non ex suis oppidis plus multo percipit quam Rex proportionem ex suis, ut haud dubie vestigalia nostra ad nihilum redacta sint, idque tum negligentia Regum, tum fraude ac perfidia subditorum. Olim Comes Barcellonæ percipiebat ex Catalonia librarum quadringena millia, nunc piger ac pudet, quantum percipimus, dicere, pene precario regnamus. Nec mihi in dubio est nostram autoritatem apud alios Reges non satis amplam haberi, & quodammodo contemni, cum auxilia bellorum aliarumque rerum magnarum

a populis nostris corrogare habeamus, deque eorum arbitrio pendeamus. Certe cum patrum regnum, & hoc inuicem confidero, illic regnum videtur, hic procuratio esse: & postea aiunt præter cæteras gentes, Catalani se fideles esse in Regem. Equidem nolim quicquam detractum de laude meorum populorum, sed utinam verius quam gloriosius dicerent. Nam si recte æstimemus, sibi fideliores esse quam Regi, reperientur. non dico quia non est causa cur rebellent, ut sit apud illos qui onera ab Regibus imposta ferre nequeunt, veluti decem tribus Israel quæ a Salomone descuerunt, & alii multi, & hodie in Italia præcipue, sed quia Regem suum patrimonio exuunt, quod nulli alii populi faciunt, ut in hoc sint, pace Catalanorum dictum sit, fideliores appellandi. Atque si qui rebellent, ideo rebellant, ut ius suum retineant: hi vero idcirco a rebellando abstinent, ut ius regium præripiant. At enim aiunt se ab Regibus illa coemisse: taceo quantum fraude interceptum est. Quis ignorat nunquam Reges ea vendituros fuisse, nisi pecunia ad necessitates indigniffent, nec aliter a populis auxilia impetrare potuissent. En fides in principem admiranda. non habent aurum quo illius necessitates subleuent, habent quo dignitatem exhauriant. Et ego de bonitate atque humanitate populorum loquor, qui non vetiti sed sponte auctoritatem regiam nec imminuerent, nec paterentur imminui. Nunc etiam vetantur lege, in quam iurauerunt, qua sancitum est, nequid Regi liceat de patrimonio alienare, & si quis ab eo quippiam vel emerit, vel pignori acceperit, eum continuo proditoris crimen incurere, vocarique apud Aragonenses traditorem, apud Catalanos baram. Verum nisi propositum animi mei præripiat mors, regni decus profligatum pessundatumque; instaurabo atque restituum: nec desinam dum ostendam, absit inuidia dicto, non minore regio nomini per me quam mihi per regium nomene obuenisse dignitatem. Quid enim attinet externa comparare, si interna non reparas: & alios redigere in seruitutem, si domum tuam non asferas in libertatem? Ego pro ampliando filii fratris regno bellageffi, pro asserendo meo ipsius segnior ero? Sed nondum rescindendi vlcis tempus est, ut nuper Cæsar Augustæ cognoscere licuit, cum in vestigali aduectitii vini tam acres, ut aiunt, publicæ libertatis exhibuere se defensores. Experiar apertius ubi eorum tam celebrata in Regem fides, ubi bonitas, ubi iustitia? Est quidem optandum, ut quod postulam, non grauentur. sin minus, & asperis & mollibus medicamentis utemur. Certumque est mihi, si ius meum neque extorquere, neque impetrare potero, paterni regni pecunia redimere, ut non imbecillior sim ego regni propugnator, quam cæteri oppugnatores. Hæc inter domesticos atque intimos locutus, ubi in alios sermones diuertisset, iubet Fædericum, ut vexillum illud quod tulerat, afferri mandet. Nam cupere alterum simile fieri sibi, quod exquisito quodam modo elaboratum esset. Ille protinus læte atque hilariter afferri imperat, nihil vitii subesse suspicans. Allatum Rex contemplant, laudare artificium, laudare materiam, dicere non aliud sibi velle. Denique accessit vexillario qui simile conficeret, impetrat a puero faciliac volente accommodari ad exemplar imitandum. Opifex ut erat iustus, eo exemplo vexillum fecit, sed transuersa fascia coloris Veneti, quæ indicaret, consueto apud magnas familias more, illegitimos natales. Rex id ad se postea perlatum, tradi Fæderico præcepit, & quidem cum elogio, quod illud Ferdinando, hoc Fæderico dignum esset. Sed edoctus puer a suis, fasciam illam ignominie esse argumentum, nunquam postea nisi album gessit, & breue vexillum: haud clam testatus, ægro se ferre animo, Regis castigationem & contumaciam aduersus summum imperium, vel præsumens vel detegens, quasi vero tolerandum id Regi fuerit, quempiam sibi regios honores vendicare, & eum præsertim qui videri poterat hoc facto testari, ad se regni spectare successionem. Cæca omnino res est ambitio, & præposteris vitur plerumque consiliis. Nostram dignitatem anxie tuemur, retinereque ad vnguem, ut dicitur, volumus: alios, ne dicam tanto superiores, suam retinere non patimur, atque dedignamur. Ego Ferdinandum sicubi vnquam, in hoc certe loco Regem egisse confirmo, magistris pueri qui peruerse docerent, magis quam puero reprehensus. Qui si sapuissent, non vltiori contumacia iram Regis irritassent, nec animum tenerum atque obnoxium vanis opinionibus imbuissent.

Ergo

Ergo qui ex nimio fastu populi studia plaususque captauerat, ab ipso cenfore plausibus studiisque spoliatus est, nemoque non, præcipue prudentum ac bonorum, censuram probauit atque laudauit. Paucis diebus dum, hæc gesta sunt, alia censura Rex usus est aduersus Comitem Vrgellensem, quam nonnulli asperiores aliquanto fuisse volunt. Sed ut ita sit, profecto tantula res non impulisset animum ad rebellionem, nisi ægrotum atque corruptum. Habebat hic odio capitali Ioannem Raimundum Comitem Cardonæ: occulte quidem, quod cum iureiurando se deuouisset, neminem alium se habiturum pro Rege quam Comitem Vrgellensem, tamē iuriurandum rescidisset: propalam autem cum alia multa, tum quod castella nonnulla occupasset, quæ Comitis Vrgellenfis essent. Ea de re fecialem, quem Araldum vocant, Barcelonam mittit, indutum veste, pictas cōscriptasque habentē proditio-
 10 nes inimici, qui vniuersam urbem perequitans passim, ut quosque honestissimos haberet obuios percunctaretur, nunquid Ioannem Raimundum Cardonæ Comitē nosset. Respondentibusque se nosse, oraret primum inspiceret, perlegerentque quæ ipse ferret, deinde renuntiarent homini, se vocari verbis Iacobi Comitis Vrgelli ad singulare certamē, Rege cum cæteris principibus certamini præfessuris, & alia humiliusmodi ludibria. Quæ cum fecialis exequeretur, fremere multi, alii gaudere, alii dolere, prout quisque animo affectus erat, tota denique ciuitas mota rei nouitate, omnis sexus ætatis, conditionis, nihil aliud loqui ac quærere, & Regis expectare iudicium. Ille ubi rē rescidit, iubet Araldum comprehendere, denudarique, & quacumque
 20 transisset pictus inscriptusque, eadem urbis parte virgis cedi, ipsum corpus pro veste pingentibus atque scribingibus, talemque remitti ad herum, siue rei indignitate motus, quod se præsentem tantum licentiae temeritati daretur, pessimo in posterum exemplo, siue quod iniuriam Comitis Cardonæ mallet vltam pœna leuissimi hominis, quam bellum inter duos proceres excitari, siue nollet, si forte ad certamen venirent, præsidere, cum eo quod hunc proditoris, id est iuriurandi non seruati arguere videri poterat adhuc residere regios spiritus in pectore arguens. Id ego etsi rei militaris periti quidam negent fuisse fas Regi facere, quia iure gentium sancti sunt feciales, tamē iure riteque fecisse existimo. Non fecialium numero hi homines
 30 habedi sunt, qui pudore neglecto & alieno & suo, non certamē indicunt, sed ignominia afficiunt propter quam iure certamina committuntur. Verecunda debet actio esse iure prouocantis, vel ob hoc, ne iniuria prouocare videatur. Hanc contumeliam sui nuntii plus quam ægro animo tulisse dicitur Iacobus, non æstimans quanto ægrius ferenda fuit ea quam ipse faciebat. Sed in affecto corpore atque languido, exigua offensa magno momento est ad letiferum languorē. Quanquam haud scio, an hunc colorem apud homines quæsierit ad rebellandum. Enimvero faciebat ei animos Henricus Regis Angliæ filius, vir iam tū bello singularis, qui nuper in Galliam intestino bello laborantē transferat, auxilio futurus partibus Comitis Aureliani. Itaque seu iam antea cum illo composuerat, seu nunc primum composuit, Ilerdā
 40 duodecim millibus passuum a Ballagerio distantē, improviso aduentu constituit noctu occupare, corruptis e plebe quibusdam, qui portam adulterinis clauibus aperirent. Fert autem ea porta ad Ballagerium, ab eoque, ut mos in plerisque urbibus est, nomen accepit. Dabat etiam proditori opportunitatem, quod ea pars urbis ædificiis sane infrequens est. Neque vero magna in potiēda re dimicatio proponebatur, cum plurimas clientelas, multos ex nobilitate beneficiarios, non paucos e plebe obaratos haberet. Itaque constituta nocte cum duobus millibus peditum ex dimidio leuiter armatorum aduenit, certos hortos, ut sunt ibi ferre parietibus horti circumdati, adulterinis quoque clauibus apertos intrat, illinc
 50 missis qui proditores in muris stantes aduentus sui certiores faciant. Porta resecatur, ac longo ordine succeditur, & iam quadringentorum numerum, qui ingressi fuerunt, expleuerant: cum interim res incredibilis mirandæque nouitatis contigit, & quæ numen aduersum intercessisse testetur. Qualia quoties olim contingebant, Deum ipsum e celo delapsum esse poetæ fingebant. Tubicen quidam qui haud procul ab ea porta habitabat, loco parum celebri, quo licentius caneret, forte ea ipsa hora surrexerat eius rei gratia, qua solent qui sapius bibunt, quod

genus est in primis tubicinum. Vtq; sunt leues atque improbi, per noctem inflare tubam cepit, ita ut erat nudus (nam messis iam instabat) & focium qui in arce excubabat prouocare. Ille nihil moratus, ne probior sodale foret, prouocati respondet. Dumque ad huius cantum prouocator subinde requiescit, sentit e vicino tumultuari, & discursare armatos. Enimvero extimuerant qui erant introgressi, ne res deprehensa esset, & inconsulte atq; cum strepitu ad portam se recipiebant, volentes propius a suis quam ab oppidanis abesse. Nox, & sceleris conscientia, & timor si agnoscerentur, & fortuna ut videbatur aduersa, debilitabat animos. Re noua perturbatur tubicen, in locum vnde commodius prospici poterat porta, cōuolat, cernitque armatos, non tantum audit, & luna pernox erat. Animaduertens itaque urbem suā, nisi iam iam succurratur, ab hoste captum iri, ac fortasse direptū: non ad ense, lanceam, clypeumq; sed ad utiliora, ut in illo casu, arma, tubam recurrit, atque eum sonum quo populus exercitusve ad arma conclamatur, inflauit, eo quidem audacius quod sciret focium, eumque ex magis celebri loco ciuitatem excitaturum, prout factum est. Ad horum amborum terribilem sonitū ciues conclamant, punctoque temporis in vias prorocurrunt. Dalmaus quoque Murus citato agmine scholasticorum, cum multis luminib. de vertice vrbs in forum venit, ciuibuscq; se iungit, & facto cuncti globo ad portam feruntur, sonum clangentis sine intermissione tubæ sequentes. Nemo fere llerdensium est, ac pene in omni Catalonia, quin propter intestinas etiam priuatorum discordias, arma domi habeat, faldem gladium, lanceam, pugionem, clypeum: nec domi modo, sed ad latus fere, atque in manu. Siquidem in concilia de communire consulturis, & in templa oraturis, arma portare vitio non datur. Horum impetum non ausi sustinere qui introierant, repelluntur, cum interim Comes audito tumultu, raptō cetero agmine aduolat, & quia dolus improspere cesserat, vi conatur irrumpere, cumq; aliquandiu tentasset, frustra fuit. Tandem oratione blanda amicam ciuitatem appellās, ac merita cōmemorans, & plura pollicens, responsū accepit, se nihil nisi ut ab llerdensibus capi possit, loquendo manēdo ve proficere. Sic ille veritus abiit, atq; præ impotenti ira messes llerdensium ferro igniq; corruptit, ex quo acerbissimum in se ciuitatis illius odium concitauit, credique meruit idem in vrbe si potitus esset, fuisse facturus. De proditoribus autem conuictis confessisque supplicium sumptum est. Proditione infelicitate tentata Comes eo frequentiores nuntios misistat ad principes confederatos, ut quamprimum auxilia mittantur, occupandū esse, antequā Rex comparet exercitum. Etiam hæc res animos omnium nō modo Catalanorum, verum etiam finitimorū erexerat. Erant enim & ipsi finitimi sua sponte cupidi rerū nouarum, & ingentibus promissis a Comite pellecti. Et cōsistendum certe est, plurimum in hac re egisse fortunam, quæ & Comitis imprudentiā, & Regis virtutem redderet insigniorem. Per idem enim tempus defuncto Angliæ Rege, filius ad capessendū regnum in patriam nauigauit, relictis quibusdā præfectis qui magis promitterent magnū quam mediocrem in præsentia auxiliū ferrent. Ea de re finitimorū principum ardor atq; audacia refrixit, præsertim cum tantā e diuerso diligentiam Regis, tantū consiliū, tantas vires animaduertent. Iam primum Rex cōperta defectione Comitis, bellum cæteris rebus præuertendum sibi existimauit, sed non ita ut concilium tanta cura coactum dissolueret, aut suspensum teneret. Verū cum & belli administratio, & pacis consultatio præsentiam suam desiderarent, maluit bellum sibi desumere, vbi non cum suis, sed cum hoste res esset, consultationi, vbi minus periculi versabatur, vicarium præficere Alfonso filium. Huic adolescentulo ad tantam rem magis deerat autoritas dignitatis, quam animi prudētia. Ideoque Ioanne Ferrandis, & Guilielmo Moncada ad concilium referentibus, vniuersi Alfonso, quibus solennib. petierat, pro primogenio acceperunt, id quod nunquam Catalani alteri Regis filio duntaxat vniuersi & publico consilio præstiterāt. Rex interea dum maiores copias parat, Franciscum Herillum cū mediocri manu ad coercendos Comitis conatus præire iubet, simulque ad extrema regni, qua transituros hostes suspicabatur, expeditos milites dimittit, finitimos principes inonet ac territat, ne quibus peregrinis copiis in regnum suum præbeant transitū.

Tanta

Tanta autem fuit diligentia in mittendis nuntiis, quo cuncta explorata, prouisa, cauta forent, ut eodem die responsa acciperet ab his qui longius sexaginta millibus passuum abessent, non ignarus antiquius esse atque præstantius arcere bella, quam gerere. Postquam de transitu hostium intercludendo, retinendisq; in officio finitimis, curam egit, post mediam æstatem, iam cæteris oppidis quæ Comitibus erant, vel in fidem acceptis, vel in deditionem redactis, Ballagerium, vbi se hostis tenebat, castra mouit, oppidum situ & opere & arce tutissimum, præter oppidanos defensum mille & quingentis peditibus, trecentisq; equitibus. Qui quotidie nunc hac nunc illa porta egressi, cum obsidentibus, vel castrametantibus, vel castrametatis, certamina conferebant. Erant Regis copiarum ex Castellanis Catalanisque promiscuarum, ad octo millia peditum, quatuor equitum. Sed acrius certamen erat machinarum, præcipueque bombardarum, quæ vtrinque prorumpabant: plurimum tamen e castris ac maiorum, quarum nonnullæ erant & vastitate & violentia mirabiles. Atq; quo crepitus horribilior, & ictus perniciosior foret, omnes non eodem momento, sed pene puncto temporis laxabatur, ad quarum impulsū puluereus ex discussis parietibus fumus diu in arce visebatur. Sunt qui vxorem Comitibus per nuntium orasse Regem affirmant, prægnanti parceret: nam scetum ex matris pauore ad sonum percussorum parietum atq; rectorum in vtero subuerti, cum amborum vitæ periculo: Regemq; respondisse, eligeret quam vellet arcis partem, in ea tuto mansuram, prohibitis illuc tendere ictus, qui machinas temperarent, sed ea lege, ne cum viro communiter vteretur: nec illam voluisse accipere huiusmodi conditionem, velut impiam ac turpem, sibi omni periculo acerbiorē. Nō enim in periculis modo, sed in morte quoq; viri nolle ab eo separari, nec quicquam sibi iucundum, nisi cum illo commune, cuius incolumitatem cuperet sua calamitate depacisci. Sunt qui dicant eos qui in muris erant, quotidie probra iecisse in Ferdinandum, nec eum, sed Iacobum Regem appellasse. Sunt qui velint per quosdam induciarum dies, in Regem transeuntem e muris multa missilia coniecta, duobusque confossum telis, cui insidebat equum cōcidisse, Rege supra collapso, illosque quasi victores exclamasse, extinctum Ferdinandum, Regemq; Iacobum regnaturum, nec vllis præterea verborum abstinuisset cōtumeliis. Ob quod tantum periculum, tantamq; iniuriam, simulque ob violatam fidem, iurasse Regem, Iacobum nō impune esse laturum: statimq; cunctas intendi machinas iussisse, ut ne nocturnæ quidem quieti parceretur, licet purgante Comite per vxorem: quippe hæc ad Regem commeari & tractare inter vtrosque cœperat. Nam postquam Comes ex multis qui ab Anglicis præfectis mittebantur internuntiis, vnum aut alterum ægre peruenisse ad se cognouit, eosq; fortius quam tutius hortantes, non putauit extremum sibi tempus, etsi pene extremum erat, expectandum, ne nullus relinqueretur apud hostem veniæ locus: cum præsertim in dies singulos, per causam dimicandi, sui milites ad Regem transfirent, tum eodem metu commoti, quo Comes ipse, tum quia stipendia, quod primum apud militum animos est, sponsonibus ac precibus magis quam rebus soluerentur. Multum etiam spei in vxore, quod matertera Regis esset, ponebat: multum in proceribus, & inter primos in duce Gandiæ, qui in castris aderat, apud Regem summæ & autoritatis & gratiæ, qui pro amico & propinquo, & nobilissimo viro officiose laborabat, ac mutua madata perfererebat. Sed Rex intelligebat illum frustratum omni spe ad deditionem descēdere, & aliquantum in alienis precibus, nihil in sua causa cōfidere, quod urbem nocturnis insidiis occupare voluisset, quod finitimos principes ad arma sollicitasset, quod externos Reges, quantum in ipso esset, in Cataloniam adduxisset, quod denique se Regem facere, eicctoq; Ferdinando, constituisset, præter ea quæ ex Ballagerio, vel factis, vel dictis iniuriöse fecisset. Nec immerito iram Regis summo opere verebatur, maioremq; esse culpam, quam quæ facilem veniam, aut leuem pœnam mereretur. Impetratū tamen est, ut nihil in vita, membrorūq; iacturæ pateretur, cætera & ipsum conspectum, & ipsam diem impetratū amici asseuerabant. Sunt qui addant, Regem promississe materteræ, proceribusq; oratibus, nec diutinam captiuitatē fore, nec extra regnum. id magis vulgatum est, quam constat, & ab Rege magis non de-

VV ij

negatum poscentibus, quam promissum. Progreditur igitur Iacobus e natali oppido, suaque domo, sed iam non sua, qui suus iam ipse non esset, equo sedens, mæsto magis quam demisso vultu, coma ac barba flaua, gladio, qualis heroum mos fuit, pendenti ex humero, oculis omnium in eum intentis ac fortunam miserantibus. Cui iam portam egredienti obuiam fit miles quidam, nondum obducta ingentis cicatrice vulneris quod pro illo pugnans in capite acceperat: & vt erat ipso corporis habitu miserabilis, opem orat, ne militis suum plagam morbo, fami, nuditati, tanquam immanibus feris conficiendum, relinquat. Huic Comes, Tu quidem recte, sed ego te miserabilior, qui non modo nihil quod dem, sed ne me quidem metipsum habeo. Quid loquor? agedum miles, habeo quod dem. gerebat lorica hamis cõtextam, non consertam, non parum pecunie, eam protinus sibi detractam militi dedit, cunctis qui aderant, talem fortunam in tanta virtute prope desistentibus. Vbi ad conspectum Regis venit, in angusta sedentis sella, extra iactum lapidis ex equo descendit, genua posuit, paulumque progressus, iterum adorauit, tertio non procul ab Rege cum adorasset, nec Rex assurgeret, nullumque dum signum clementiam in vultu ostenderet, erumpebant omnibus lacrymarum gemitusque ac singultus, cogitantibus, quae spe, & in quam recidisset, cui genua submittentem ad pedes sedentem in regia sella paulo ante competitoris, in tanto procerum amicorum cœtu, ne salutationem quidem aut clementem vultum impetrare fas esset: cum praesertim Regis Petri filia, eademque matertera ad pedes sororis filii aduoluta, muliebribus precibus veniam marito precaretur. Rex commotos assistentium ac stentes vultus intuens, Prospexisset sibi, inquit, mature, & non ad vltimum obstinationis peruenisset, nunc postquam venenum in nos omne consumpsit, ad clementiam venit, voluntas tamen eadem persistat quae fuit. Cui detur iterum grassandi materia, iam denuo de nostra pernicie cogitabit. Necessitas hoc ab eo officium expressit. Voluntati igitur quae nulla neque erga nos, neque ad bonum & equum est, nihil debemus: necessitati, quae promissus, abunde prestabimus. Vltioribus autem beneficiis nos ita subito in eum uti, mores sui dissuadet, ne nobis iterum officiat bene fecisse, & anguem gelu enectum nostro lare refocillasse. Meis tamen moribus quam istius potius utor, & mihi quam ipsi ero similior. Tu vero Aluare ducito tecum hunc in aliquod pro sua dignitate rectorium. Hic finis conatum Iacobi Aragonii fuit, vt minus deformis quam Bernardi Capreae, ita multo miserabilior: quippe ex tanta regni assequendi spe, ex maximis opibus, ex ingenti popularium atque optimatum fauore, vulgata iam fama velut Regis futuri, in perpetuum carcerem ergastulumve coniecti. cuius calamitatis haec quoque accessio fuit, vt quem adire nunquam, etiam si ab eo cum summo honore excipiendus esset, constituerat, Regem videre non sustinens, eum victus captiuumque, & quod extremum malorum est, omnis spei vacuus adorauerit. Tertio mense quam obsideri Ballagerium coeptum est, & oppidum & dominus in deditionem venerunt. Finisque bellis atque certaminibus, in omnibus quae Regi Aragonum parent regionibus, impositus est. Eadem in castra maiorum in Italia rerum allatus est nuntius: Ladislaum Regem Neapoli vel febris, vel veneno paucis diebus quam illuc languens applicuerat, demortuum esse. Is simul ac Ferdinandum audierat declaratum Regem, legatos miserat, qui gratularentur: praeterea de foederatione contra Ludouicum communem amborum hostem agerent. Ferdinandus ubi gratias egit, quod legatos ad gratulandum ille misisset: quod ad foederationem attinet, amicitiam, inquit, Ladislai charam quidem sibi esse & expendendam, foederationem vero aduersus Ludouicum inire, non esse suae aequitatis. Filium illius competitorum suum fuisse, hostem eum nunquam: nunc sublata aemulatione, agnoscere se vtrumque & amicum & propinquum. Quorum pater consobrini vir esset, filius ex consobrino eadem natus, promptioremque se esse ad amicitiam inter ambos Reges conciliandam, quam ad inimicitiam fouendam. Suadere vtriusque ne toties in fortunatum vitamque veniant aleam, ne vrbes suas absumi eueritque velint potius, quam aliquantulum de suo iure decedere. Nihil pace iucundius, nihil bello esse tristius. Quod autem ad se ac regnum suum pertineat, magis e commodo suo fore vtrumque Regem, aut vtrumque habere aut facere sibi amicum, neutri fauendo, hoc ipso, vt neuter offendatur, quam alteri fauendo, alterum inimicum. De Ladislai virtutibus vitiumque dicerem, nisi

nisi res longius a proposito nos retraheret. Huic successit Ioanna fato quodam intra breue spatium, tot regnis ad foeminas recidentibus, quem admodum paulo post contigit de regno Nauarrae, quod postea Ioannes Ferdinandi secundus ab Alfonso filius, matrimonii iure fortitus est, cum Neapolitanum sperauisset. Nam de coniugio cum Ioanna regina conuenit, ad quam cum se deferret maritus, in ipso itinere vxorem nupsisse accepit Iacobo Comiti Marci, viro in primis strenuo, & qui sub Ferdinando in vtraque expeditione aduersus Granateneses militauerat. Huius facti culpam nescio an ipsi adscribam, aut suorum qui in Gallicanam quam in Hispanam gentem propensiores, Gallicum virum praeligere coegerunt, inausulto atque infelici euentu, tum ipsis coniugibus, tum reip. Neapolitanorum. Hunc semper exitum habent quae ab infandis illicitisque inceperunt. Verum id me maxime angit atque afficit, quod iram diuinam aut non intelligunt homines, aut post interiectum aliquod tempus obliuiscuntur. Vti nunc reginae sui ciues suaserunt, moxque dissuaserunt, vt Ioannem Regis filium virum acciperet, sic iterum Alfonso vt adoptaret filium, deinde abdicaret. Magna tamen criminis portio penes ipsam quoque fuit, nullorum minus amantem, quam maritorum, aut filiorum, in alterum fratrum fallacem vxorem, in alterum pessimam matrem. De qua cum multa in sequentibus libris dicenda sint, haec pauca attigisse sit satis, ad significandam temporum memoriam. Nunc eodem vnde discessimus reuertamur. Confecto bello, Rex ex Ballagerio digressus, specie prope triumphantis in Aragoniam, Caesaraugustamque versus iter intendit, diadema accepturus, maior etiam ac venerabilior quam abierat. Nam prius populi sui strenuitatem eius tantum audiuerant, nunc etiam praesentes cognouerant. Exoratus ab Ierdensibus qui maxime victoria ea exultabant, vt illac transfiret, non transiit solum, sed etiam apud eos mansit complurimos dies. Vbi Alfonso peractis iam conuentibus, patri occurrit, atque ita Caesaraugustam peruenerunt. Conuocati autem ad solennia coronationis sunt, ueneruntque ex omni ferme Hispania proceres. Portugallenses soli, praeter Granatenenses, non affuerunt, quod alieno a Castellanis animo essent: quorum Rex aliqui haud dubie, sicut Rex Nauarrae, regalibus festis ceremoniisque affuisset. Constat inter omnes qui illi festo vel praesuerunt, vel interfuerunt, nec vidisse nec audisse celebriores splendidioreque pompas atque ceremonias. Ideoque de ea satius est tacere, quam parum dicere, ne aut longiores simus, aut non pro dignitate perstringamus. Augebant autem iucunditatem solennitatis, quod quingenti filii circa patrem viscebantur, quorum medius inspectante omni cœtu, patrem, priusquam regali chrismate tingeretur, cinxit ense equestris, utpote praeditus illa dignitate, quod magister equestris sancti Iacobi esset. Nondum enim Rex equestris erat, quales alii multi, quorum & Rex Petrus auus eius, fuerunt, & talem priusquam Regem necesse est esse. Sed aiunt eum qui creatus est Rex, posse sibi suapte autoritate tribuere illam autoritatem. Haec est recepta hominum opinio, haec militarium virorum velut sanctio, quasi quisquam sibi ipsi queat esse autor, ac se ornare dignitate, aut si habet, eam praerogatiua Regii culminis opus sit ab altero quoque accipere, aut sacrosancta maiestas quae ritu sacerdotum vngitur, vnde Christi vocantur, necesse habeat post haec titulo equestris decorari, exili, friuolo, & ex ignorantia nato ausim dicere, quod pace cum aliorum, tum praecipue regum dictum sit, contumeliam regiae maiestati faciunt, qui hanc dignitatem, si hoc nomen meretur, suscipiunt: non secus atque si supra diadema fertum ex rosis floribusque suspenderent. Postquam Rex ab episcopo Oscensi, quia Caesaraugustana sedes vacabat, archiepiscopi partibus fungente, vnctus coronatusque est, deducitur ab omni illa celebritate e templo per vrbes sub vexillis, primum in domum regiam, deinde in idem templum, in quo noctem illam peruigil armatusque iuxta vexilla, accensa ingenti vi cereorum, venerabunde religioseque permansit. Postridie Alfonso primigenium Gerundae principem creat, quae est peculiaris dignitas eius filii qui patri in regnum est successurus. Hic quoque die quidem cum mirifica pompa per populos suo diademate coronatus obequitauit: nocte vero iuxta vexilla peruigilium egit. Caeteraque haud admodum magna, nec ita digna memoratu, satius est omittere. Eodem anno legati a Sigismundo qui concilio Constantiensi praerat, vt Roma

norum imperator, venerunt, postulantes vellet certum locum & tempus consti-
 tuere, in quo possent vterq; de republica Christianorum, quæ ad summum ponti-
 ficatû pertinere, communicare. Eadem mandata habebat ad Benedictum, itemq;
 ad Regem Castellæ. Rex animaduertens torum pondus hoc suis humeris incum-
 bere, nō modo quod vtriusq; regni vnus ipse gubernaculum teneret, sed etiā quod
 Benedictum ad vnitatem ecclesiæ solus adhortari posset, & prope impellere, lega-
 tum ad imperatorem misit, quem habuit honoratissimum Ioannem Isceri domi-
 nū, ex vetusta regum stirpe, & in literis humanitatis ex omni Hispania nulli secun-
 dū: idq;, quod mirabile sit, sine præceptore. ea est vehementis ingenii, & immortalis
 memoriæ felicitas. neminē ne ex iis quidem qui omnē operam atq; omne tempus
 in studiis ponunt, videre mihi cōtigit, in quotidiano sermone abundantiorē vete-
 rū testimoniis præceptisq; referendis. Auget etiā admirationē, quod corpus athle-
 ticum, decorq; vultus ab omni eum studio reuocare debuisset, nisi ab ineunte ad-
 olescencia, nō excellere literis puduisset, quem nemo nec genere, nec opibus, nec
 corporis atq; animi dotibus, ex sua gente antecelleret. Huic mandatū est, non mo-
 do vt locū tempusq; atq; alia imperatori nota faceret, sed etiā vt eum ex imio comi-
 tatu deduceret Perpinianum. Hūc namq; locū delegerat, vbi certior factus esset,
 papā Regemq; illo se contulisse. Vbi legati imperatoris functi legatione apud Be-
 nedictum, in Castellā iter intenderant, Rex a papa per nuntios petit, quem ad locū
 diemq; libeat in colloquium vtrunq; conuenire. Responso accepto, Moreliam, id
 nomen est loco, sed anticipato die venit, quasi officii gratia papam excepturus. E-
 nimuero modestioris animi habetur præstolari nos eū qui par maiorve sit nobis,
 quam velle vt ille nos præstoletur. Id papa iniquo sane animo tulit, interpretatus se
 tanquam ad superiorē videri venisse, cum Rex ad papam vt inferior venire debu-
 isset, nec excusationē vel officii, vel ignorantia volebat accipere, vsq; adeo vt vica-
 rio eius qui dixit, Discite a me qui mitis sum & humilis corde, professa dominatur
 ambitio. Multæ sunt latebræ in pectoribus humanis, atq; abditū recessus. Id ipsum
 fortassis obtendebat papa, vt aliqua ratione postulatis Regis nō acquiesceret: itaq;
 re infecta digressi sunt. Iterū post dies complures, cum papa in oppido cui nomē
 est sancto Matthæo ageret, illuc eum adiit, persuasitq; vt Perpinianum vna se con-
 ferrent, ne causam suam absentia, veluti diffidentia damnare videretur. Conten-
 debant autē de papatu in tria membra lacerato, ac tria capita diducto: Benedictus,
 qui Clementi: Gregorius, qui Innocētio: Ioannes, qui Alexādri successerat. Sed
 cum prius celebrare nuptias primigenii decreuisset, impetrat ab eodem, vt Valen-
 tiam ad sanctificandos coniuges proficiscatur. Extructoq; mirifico apparatu atq;
 omnifaria pompa quæ cum die coronationis certaret, aduenit Sancius episcopus
 Palentinus ducens sponfam, pronubus & velut parens puellæ, cū Henrico Infan-
 te qui pro Rege Castellæ Perpinianum pergebat, cumq; omni nobilitate Castel-
 lana, eam benedicens & suo & matris, a qua vices acceperat, nomine, sponso tra-
 didit. Quos ambos dehinc summus pontifex, vt moris est sacerdotum, in templo
 multis cum ceremoniis sanctificauit atq; deduxit. Exornauit autem læticiam nu-
 ptialem, tum anni tempus (sub extremum enim veris erat) tum natua soli cœliq;
 temperies, pene ad nuptias contrahendas nata. Siquidem liquet nusquam in omni
 Hispania vrbs situm esse clementiorē. Quod indicant cum alia multa, tum vero
 horū non tantū citris consiti, sed etiam citreis parietibus viuentē materia conclu-
 si: vt dubites horti ne sint, an ædes. Nam cum nihil aliud insit quam arbores frugi-
 feræ atq; felices, manu positæ, institutæ, digestæ, quid nisi horti dicendi sunt? Rur-
 sus cum audis extrinsecus esse parietes, intus autem aulam, conclauiam, curiā: item
 sacella, altaria, sedilia canonicorum, thronum episcopi, & cætera huiusmodi, non
 aliud quā ædes esse succurrit. Sunt enim parietes ex truncis citriorū confecti, & ta-
 men frondibus vestiti, vt respici introrsum nequeant, ne dum intrari. Ita cum ra-
 mi adulescunt in torquentur atq; inflectuntur, ita insiti atq; inserti, consiti atq; con-
 ferri coalescunt, vt omnes rimæ expleantur, vt nihil vacui relinquatur, vt pariter
 firmitatis ex truncis, & decoris ex frondibus, ratio constet. Eodem pacto intror-
 sum quæ enumerari composita sunt, clericis per se, laicisq; deseruiētia. Pavimen-
 tum la-

tum laterculō quadrato, vitreatoq; ac picto constratum est: vt non alias apud Ely-
 sium sedes beatorū, in nemoribus lucisq; poetæ sint imaginati: nec aliæ quodam-
 modo in paradiso terrestri innocentium hominū futurę fuerint. Hi horri intra mu-
 ros Valentia sunt: proxime eis amœnitate sunt, alteri extra pomerium, secundum
 Regiam domum quam pons fluuium amplectens, vrbi pene coniungit. Celebratio
 hæc per quindecim circiter dies extracta est. Post totidē ferme dies, nequa gau-
 dia sine calamitate aliqua traducatur, sicut raro tristitia sine aliquo solatio sunt (sic e-
 nim nos deus admonet subinde, & nostræ fragilitatis, & suæ clementiæ) accidit vt
 Rex sicut sedebat cum domesticis colloquens, subita defectione corporis delabe-
 retur, & inter assistentiū succurrentes manus aliquandiu intermoreretur, tum orq;
 in vniuersa non solū domo, sed vrbe quoq; vulgaretur, repentina morte subtractū.
 Medici, vt in extremo casu opitularentur, acciti, dicuntur se occultasse præ metu,
 ne ve in præteritū negligentia, ne ve in præsens inscientiæ pœnas luerent. Labora-
 uerat quidē Rex ex renibus, vir alioqui prospera ac yegeta valetudine. Subitū au-
 tem morbū pituitæ volunt incurrisse ex assidua mansionē sub dio per noctem: ad
 hæc frequentiore edulio cucumeris cuiusdā, quem vocant malignanum. Accitis
 tamen indigenis medicis, fomenta adhibita sunt aliæq; curationes: atq; ita reuixit.
 Postero die post acceptam portionē cum melius haberet, gratulabantur ei nōnulli,
 quod hunc in modum vaticinio defunctus esset. Etenim fertur quidā siue ex præ-
 gnosticis corporis prælagiens, siue oraculo aliquo instinctus (nam astrologiæ præ-
 dicere mortes non tribuo) dissipasse famam, nōdū exacto quatriennio Regem vi-
 ta defuncturū. Rex tamen neq; prophetanti plane crediderat, neq; nunc magnō
 opere consolantibus acquiescebat: plus suæ conscientia de valetudine sui corporis
 fidei habebat, quā in vtrāq; partem aliorum verbis. Vbi aliquantulū conualuisse
 visus est, hærebatur in dubio, an apperente atq; instante tempore Perpinianū se con-
 ferret: an Alfonso pro se mitteret. Atq; vt ipse ambigebat, ita diuersæ erant sua-
 dentiū sententiæ, vel potius voluntates. Pauci nāq; in consulendo quod sentiant,
 plæriq; quod cupiunt, loquuntur: vt non sine causa Regis prudentia præstare cæ-
 teris debeat, cui non satis sit displicere quæ dicantur, nisi etiā quo animo dicantur.
 Nam frequenter consiliū quod alioqui optimū videbatur, deprehēsa consulentis
 obliqua voluntate, autoritate perdit, ac velut inane cōtemnitur. Non attinet affe-
 ctus causasq; omnium qui consulebant, ac mysteria profere: tantū quid suaderent,
 & quibus rationibus adduci se dicerent, satis est attigisse. Alii hortabantur ad con-
 stitutum locum ire, ne imperatorē, ne summum pontificē, ne concilium senatūq;
 Christianorum, ne gloriā suam contemptū haberet. Alii rursus adhortabantur,
 nunc rogantes nequid saluti suæ anteferreret, parceret domui quæ ex sua vnus vita
 penderet: nūc admonentes nihil transigi, nisi incolumi salute posse, nemini magis
 quā pro viribus esse præstandū, excusare licere suā cuiq; incommodam valetudi-
 nē, cum præsertim id per alios recte administrari possit. Rex verecundia tactus, ne
 in tanto theatro vbi papa & imperator digladiaturi essent, incusaretur, quod filium
 adolescentē quam se interesse maluisset, honestatē saluti præposuit, si salus honeste
 negligi potest. Facto igitur profectiois suæ papa certiore per complures antea di-
 es, ne rursus quod in Morelia contigit, vsu veniret, cū omni familia mare ascendit.
 Nā neq; reginæ tam affecta valetudine virū non comitari fas erat, & cū plæraq; per
 Alfonso in patris vicē administranda essent, inhumanū videbatur vxorē puellū-
 lam nuper ductā, domi solam in vrbe peregrina relinquere. Profectæ autē sunt co-
 dem aliæ duæ reginæ Iolanta & Margarita Giores, humanę conditionis exemplū.
 Nullæ enim sceminæ infelicius viris orbantur quā reginæ sine communibus libe-
 ris. Iunior grandiori comes iit veluti matri, cum Sigismundo acturæ de concilian-
 da amicitia, ineundoq; scedere inter generum & Ferdinandum, ad recuperandū
 illi regnum Neapolitanum. Rex prope omnem suæ ditionis oram quam longa est
 emensus, pluribus diebus aduersa tempestate vsus est, & cum altum tenere nol-
 let, sed quo minus iactaretur, terram legeret, eo diutius iactatus est. Transierat au-
 tem iam æquinoctium autumnale, atq; ita vexatus, vt per omne tempus quo fuit
 Perpiniani, decubuerit, nec vnquam equo vectus sit, ægreq; aduenienti imperato-

ri obuiam processerit. Nam papa (vt diximus) anteuertat. Quod si Ferdinandus officiose & ex sua Cæsarisq; dignitate egit, vt certe egit, quod illum præuenit, prudentium relinquo iudicio, an idem sit de illa Moreliana antecessione sentendum. Quantum autem certaminis fuerit Perpiniani inter multos canes ac vetulam vulpem, & prælongū est relatu, & a nostro non nihil opere alienū. Cuius viri quantus animo vigor, quāta viuacitas fuerit, hinc fides documentumq; accipi potest, quod iam ab omnib. fere destitutus quos sibi affuturos sperauerat, die quodam septem horis disputationem extraxit. Defatigatisq; audiēdo omnibus, ac plærisq; iam abeuntibus, dicere perseverauit citra signū vllum defatigationis, cum maior esset septem & septuaginta annis. Nitebatur autē probare tum verum se papam esse, tum si renunciandum ob cōmune commodum foret, in se vno nonnullisq; Romanis canonicis quos ipse nūcupasset, consistere summi pontificis electionem. Nam se vnum omnium esse indubitatum cardinalem, ab indubitato creatū papam: cum cæteri qui se eodē nomine appellarēt, creati essent tempore schismatis, vt incertū sit, an veri sint cardinales, & ob id an rite deligere summū pontificem possint. Aduersus hanc orationē multis iam annis commentatam meditatamq;, cum Rex eodē recideret (quid enim intererat an nulla ratione vellet abdicare se papatu, an vlla hortabatur Rex vt cōcordiæ ecclesiæ, vt saluti animarū, vt conscientię consuleret: commonefaciebat Alfonsus (nam is quā pater ad eum frequentius ventitabat) vt trepidationē animi, vt corporis periculū, vt præsentem & apud posteros futurā infamiā deuitaret: minabatur imperator suā vniuersalisq; concilii censurā: obsecrabant amici ac familiares, vt certa cōmodā, quamuis minora, quā incerta quantumlibet magna, si qua modo magna super sint, præponeret. Non deesse spē recuperandæ dignitatis: quippe in tanta virtute ac literatura, qua nō modo præstaret iis qui de papatu secū contenderēt, sed prope nemini cederet. certe summū cardinalem, & secundū a papa futurū, si alius freret. Post quem defunctū aliam spem fore, habiturū legationes perpetuas, quib. pene par summo pontifici esset. Afferebatur ab omnib. exemplū Gregorii ac Ioannis, quorū vterq; pontificatu se abdicare vel spondebat, vel cogendus esse dicebatur. At ille qui annuū papatum mallet, quam longissimā vitam priuatus viuere, quiq; iam dediscere non posset alium quā papā agere, cætera neglexit præ vmbra illius nominis. Itaq; infecto negotio, ac principibus legationibusq; desertis, Colibriū abiit, ibiq; mare conscendit, ac Paniscolā petiit. Hoc loco Rex insignē atq; maiorem multo quā videatur rem fecit, quod illum pro conuictō pronuntiare præcepit, neminēq; ex suis & Regis Castellæ prouinciis ad Petrū Lunam, sed conciliū Cōstantiense rerum sacerdotaliū gratia pergere. Nā se autorē ille cogendi concilii de Rege declarando, se deligendorū iudicium principē, se iudicii maturandi ducē, se vt iudices ita sentirēt atq; auderent, effectorē fuisse, dicebat. Nec id omnino falso prædicabat. Qua spe fretus nō existimauit fore, vt ab eo Rege desereretur, de quo tam meritis esset. Sed is qui neglecta valetudine ad diē venisset, vt de iure papatus disquireretur, nō potuit animū inducere post cognitā huius vel iniustitiā vel obstinationē, vt criminis tanti particeps ei esset: voluitq; hominē huiusmodi veluti sektionē aut adustionē sanare, ne totus interiret. Duo quoq; familiarissimi illius atq; eloquentissimi viri, Vincētius Ferrarius, & Philippus Malia: alter Perpiniani decretū Regis aduersus Petrū quōdam Benedictū, notū populis fecit: alter pro legato Cōstantiā missus est. Quare ausim affirmare, Ferdinandū Regē ad vnitatē ecclesiæ plus quā cæteros principes, etiā quam ipsum Sigismundū contulisse. Ille vt conciliū in sua vrbe ad finē perduceretur, vehementer annexus est: hic (vt cætera transeā) pontificatū ex vrbibus suis exemit, amicissimū ac de se optime meritū virum a sede domoq; sua eiecit, & omnē prope Hispaniā concilio & ignoto summo pontifici donauit. Quarto demū mense ab omnib. Perpiniano discessum est. Qua in vrbe omni eo tempore victū gratuitum imperatori legatisq; præbitū, & cuncta non carius mercatos fuisse homines, quā prius cōsueuerant, minora sunt, quā vt in tantis rebus memoranda sint. Reuersus illinc Ferdinandus Rex itinere terrestri ob tædiū maris, nondū defæuiente hyeme, Barcelonā peruenit, extenuato corporis habitu præ diutino morbo, cuius ortū ignota causa

ta causa attulit, incrementū nauigatio, accessionē cura laborq; rerū cum imperatore ac papa componendarū, mæror quoq; ex discessu tā obstinato amici, & necessitate sua, qui primus eum quodāmodo ferire gladio regio coactus est. Addita sunt ad extremū ex ira atq; indignatione agritudini alimēta, & morti calcaria. Orta est ira atq; indignatio ex re quam animo quidē iam pridem præiudicauerat, sed asperiorē opinione sua expertus est. Et alioqui ægroti hominis, vt corpus, ita animū grauius afficit omnis offensa. Paucis diebus quam Barcelonā venit, cum se nihil sane ex morbo conualescere animaduerteret, dixit inter domesticos se in animo habere Castellā petere: primum vt in cælo ac solo natali maturius ad bonā valetudinem rediret: deinde vt negotia Regis pueri recognosceret, atq; ordinaret: tum vt Granatense bellum necessitate intermissum instauraret, cum propter superiores causas, tum vero vt eo parto, atq; in manus Ioannis Regis tradito, vicissim ab eodem grandi pecunia adiuuaretur ad luendū regni sui patrimonium. Sed multo magis esse e sua tum dignitate tum utilitate, si citra alterius opem, & mutuo acceptā pecuniā, sola auctoritate a suis populis quod suum esset recuperaret. Itaq; aptius tempus esse ad rem tentandā, priusquam in Castellam iret, ne res ipsa diuturnitate obduresceret, neve pecuniam hanc nisi ea indigeret, cogendā curaret. Quæ cum cogi commode nisi se præsentē non posset, necessarium erat eodē iterum se redire, si obstinatos ad restituendū gratis patrimonium regium populos suos intellexisset. Nam quod se absente per alium isti ad hoc ipsum adducerentur, non erat sperandū. Voluit igitur a minimis tentare Barcelonensium animos. Siquidē vt minimum est, si pretium æstimet, Regem vectigal pendere ciuibus suis: ita maximū, si rei indignitatē, præcipue in emundis obsoniis, cuius vectigalis immunes sunt clerici, atq; olim nobiles erant. Quæ res adhuc in controuersia est. Et contigit forte prima pugna cū lantio, a quo regius dispensator obsonium mercatus, in soluendo pretio cū portio nem illam vectigalis non connumeraret, primū lis, mox clamor, postremo atrox tumultus exoritur. Res hinc ad Regem, illinc ad senatū magistratūq; defertur. Omnia vtrobique, ita, sollicitudine, querimoniis, minis implentur. Rex iubet accersī principē magistratuum senatorumve, quos consiliarios vocant, numero quinq;. Quorū princeps est, qui sæpius cæteris eum magistratum gessit: vocaturq; consilii caput. Is erat Ioannes Ceuillierius, qui veluti ad mortē vocatus, cum detrectare nō posset, inito concilio inter primores ciuitatis, iussus est bene sperare: si periret ipse, se parentaturos ei sanguine omnī qui apud Regem essent. Neminē, si moriendū sit, honestius vnquā aut mortuum, aut vindicatū esse. præstaret patriæ generosam animi indolem, redderet cæteros suo exemplo ad capeffendam virtutem alacriorēs. Nullum veterum Romanorū præclarior fuisse facinus: hoc quoq; æternæ memoriæ literisq; mandandum. Hæc tamen si excitabant animū, tamen magis ad non pereundum confirmabat, quod clausis tabernis videbat magnam partē populi in armis esse, & magistratibus operam suam polliceri. Disposita itaq; re familiari, cōditoq; testamento, ocellis hostiis ac fenestris domus, extincto igni, sedentibus in pauimento vxore atq; filiabus, prosequentibus aliquantulum collegis, ac cæteris veluti damnatarum destinatarumq; inspectantibus ac miserantibus, ad regiam pergit. Iam magis ac magis tumultus inualescebat, iā vulgus passim fremere audiebatur, & se inuicem acuebant, nec exhortatores ex primoribus vsquam deerant. Ipsi etiam magistratus palam consiliarios Regis culpam hanc esse dicebant, ideoq; si male consultum sit in principem consilii publici, neminem ex his qui cum Rege sunt, eadem vitaturum, præter vxorem ac primogenitum. Nam hæ tres personæ apud eos sacrosanctæ habentur: Rex, regina, atq; successor in regno: quamquam ille Gerundæ per eos dies agebat. Vbi peruenit Ceuillierius ad ianuam conclauis, vbi ab Rege expectabatur, pulsat ianuam: nam ministros in prima aula (vt moris est) reliquerat. Ianitor semiaperto hostio, quis esset interrogat, an Ioannes Ceuillierius. Hic aliquid fauoris ex nomine magistratus acquirere volens, consiliarius, inquit, sum ciuitatis. an Ceuillierius? ciuitatis inquam consiliarius. Responde an Ceuillierius. Respondeo quod consiliarius. Responde quod rogo: nam alium quam Ceuillierium intrmittere iussus non

sum. An me intromittas, an excludas, in tua est manu: ego cōsiliarius vnus, sed pro omnibus sum. Ideoq; parui refert interrogare de nomine. Hęc cum ille ad Regem detulisset: Aperi, inquit, Ceuillero. Ex pertinacia enim se Ceuillero esse confitetur, & contumaciā qua mecum vsurus est, in istis verbis quæ dixit hætenus, præfert. Cum ingressus est hic, & Regem adorauit: Quo mihi, Rex inquit, istam adorationem tanquam regi, quem cogis veluti subditum pendere vectigal, & quidem subditum tibi tuisq; collegis? Nam cui tributū vectigalq; penditur, nisi his qui pendendi cogunt? Vos ergo me ad hanc seruitutem cogere potestis? vos Regem vestrum tributarium vectigalemq; facere vultis? vos regiam maiestatem vestro, si nomen meretur, magistratui obnoxiam addidistisq; videri non erubescitis? Quod (ni vos Reges, nō ego, aut superiores Rege estis) monstri profecto ac prodigii simile, Regem ciuibus suis pendere vectigalia. Episcopus, abbates, priores, canonici, & quicumq; sunt ordinis clericalis, immunitate hac fruuntur. Nobiles pro eadem recuperanda litigant: nam olim fruebatur. Nos Reges infra nobiles, infra humilimos quoq; clericorum, quatenus ad immunitatem huius vectigalis pertinet, erimus? Non afferam e regno patris mei, non ex aliis huius ætatis exempla. Certe Lacedæmonii apud quos bini Reges erant, & magis perpetui cōsules quam Reges, ita parum in vrbe, multū in bello poterant: voluerunt illos huius contumeliæ exortes esse. Taceo gentilia. Quis vnquam Hæbreorum regum aliquando vectigal audiuit pependisse, & non potius regi vectigalia esse pensitata? Non id nunc postulo, vt mihi illa pensitentur, quamquam & possem, sed vt regis dignitatis ratio constet. Neq; enim de pecunia res est, de qua si certaretur, pudendum vobis erat tantulum sumptū regi vestro nō gratificari: sed de pudore meo, de autoritate huius sedis, de fama apud exterarum nationes. Quibus reb. cum vos tantopere aduersumini, quid aliud nisi cupidus esse significatis nostræ turpitudinis, dedecoris, infamiæ, sine vlla vestra, si sauperetis, laude ac dignitate? Et cum decorum vobis pulchrumq; ducatis Regem vestrum afficere contumeliis, tamen de vestra in Regem fide atq; charitate apud nos aliaq; nationes gloriamini. Dedecus potius vestrum ac contumaciā perfidiamq; confiteamini. Licet & vobis persuasistis, hæc indigna mihi toleranda esse. Ego regnum filii fratris propagavi, ego statum clericalē, quantum per vnum Regē præstari poterat, direxi, schismate ex Hispania expulso, meum ipsius ius negligam: ac maiestatem regis ab improbis, ne vi magis videar vos quam ratione velle cohercere. Nec ignoro id vnū quod responsuri sitis: sed istud commodius vbi abs te prolatum fuerit (vt pero) confutabitur. Quare datur tibi potestas pro te respondendi tuisq; collegis. Tum Ceuillero, Recte tu quidem Rex, quod ais vnū esse quod responsurus sum, & id quod sit opinor diuinas. Sed hoc ipsum vnū magni sane momenti, & quod in te conformidasti attingere. Scis enim te iureiurando adactum promississe conseruatum nostram priuilegia, nec aliquod eorum rescindere conaturū. Idem superiores Reges vt promiserunt, sic excoluerunt. Quos cur nolis imitari Rex, sed potius damnare, iusurandumq; tuum polluere, ac promissa tua facere irrita, magnopere miramur, & tua pariter ac nostra causa dolemus: tua, qui (cū bona venia dictum sit) iniuste facis: nostra, quib. iniuria fit. Ex quo pariter optamus tuam honestatem & nostram vtilitatem incolumem esse. Neq; indignum duxeris Rex clarissime, te pro nostra in principem nostrum obseruantia a nobis vel admoneri vel rogari, vt & pudori tuo & quieti tuorum populorum cōsulas. Sed ego plus quam vnum pergo dicere, nec de iure tantum loqui video, sed etiam (quod absit) consilium dare. Quare id vnum quod inceperam dicere, pro nostro iure dictum sit, vectigalia reip. esse, non tua, eaq; conditione nos te Regem accepisse, teq; iureiurando interposito rata nobis hæc fore recepisse: id eoq; nos sanctius (iterum pace tua dictum sit) certare quam te. Verum quid ad tuam honestatem pertineat, ipse videris. Id tamen quod meum est, ac meorum collegarum, testatū apud te volumus, vt quantum coneris, intelligas, citius nos vitā quam istam libertatem tibi concessuros. Neq; enim honestior ac gloriosior nobis obitus contingere potest quam pro libertate, pro ornamentis, pro amplitudine patriæ. Nec minus nos defunctos celebrabunt ciues nostri quā suos celebrāt Athenienses atq; Romani: tamen si, quod maximum

maximum est, merces nostra apud deum, veluti martyrum (martyres enim sunt qui veritati ac iustitiæ assunt) nobis proponitur. Quo magis, vt bonos & Christianos decet, quod facere nolebam, admonere te habeo. Prospicito quo progrediaris, neue innocentiæ tuæ ciuitatis ac tuorum saluti male consulas. Non enim moriemur, si moriemur, inulti. Cum hæc rex audisset, conuerso ad assistentes vultu, Quanta versatur, inquit, in pectoribus humanis vesania: qui sub vmbra iustitiæ non intelligunt patrociniū se auaritiæ vanitatiq; præstare, & si pro ea pereant, non temerarie ac furiose perire, sed fortiter. Refers mihi nō modo Athenienses Romanosque, sed etiam martyres: quæ si tu pro honesto, pro vero, pro religione contendas, qui ne pro patria quidem verba facis, sed pro scelere, perfidia, superbia. Quo de periculo nunc agitur? & propter quod tantas rerum verborumque procellas cietis? Credo templa spoliantur, innoxii homines ad necem suppliciumque rapiuntur, ærarium denique, ne dicam grauiora, compilatur: pro quo conseruando tantum concitari tumultum deformissimum erat. Vectigal carnis similitumque ne rex pendat ciuibus suis, id vos tantopere commouet: in hoc salus & amplitudo patriæ vertitur? pro hoc tibi mortem oppetere honestissimum ac gloriosissimum est: hoc te Atheniensibus, hoc te Romanis, hoc martyribus similem faciet? O rem inauditam, regem suum in seruitutem ciuium suorum redigi velle! Id vero pulchrum, laudabile, & immortalis gloria dignum est? An non hæc abiectionum hominum contumacia est, atque ambitio, & Luciferi arrogātia? qui dicit, Ponam sedem meam ad Aquilonem, & ero similis Altissimo. Iam posuistis vobis sedem ad Aquilonem, iam similes mihi estis, & nisi fallor etiam maiores. At enim iureiurando adacti sumus ad promittendum. Vos adegistis? an mihi erat integrum nolle iurare ac promittere, cui proponebatur conditio? Si regni possessionem vellem, iurandum pariter ac promittendum. Quid si non promittam? Rex non ero. Videtis quo nam modo promittere cogitis, ac iurare, immo peierare. Peierare enim est, non ex animi sententia iurare. Cuius tamē rei penes vos culpa est, nulla penes me. Ego enim id me præstiturum promisi (neque aliter licebat) quatenus iustum sit. Nunc regni leges quas iuravi de conseruando patrimonio regis, hoc me præstare prohibent.

30 Quas infringere, quam istud iusurandum, maius crimē est. Nam de superioribus regibus quorum culpa aut necessitate in hoc deuentum est, nolo dicere. Nō enim regum nomina, sed egregia facinora habent auctoritatem. Illi nauem hanc ad suum iudicium moderati sunt: ego qui nunc eius clauum teneo, nō exemplum, sed rationem sequar. Iuravi: si recte, seruandum est: si secus, corrigendum. Neque enim iusurandum est, quod nec ius, nec iurandum est. Sed quid ego aduersus hunc disputo qui non modo rationibus, sed minis mecum agere ausus est, & tumultum ciuitatis & eadem meorum ostendere? Hoc plus est quam vectigalis iura defendere. Secede paulisper in conclaue illud interius. Illi vbi introiit, vt postea retulit, circumferebat oculos, si quem laqueum, si quem gladium, si quem humorem vbi præfocaretur, si quam fenestram qua præcipitaretur, videret. Omnia imaginabatur, omnia timebat, omnem sonum strepitumq; horrebat, tanquam nex sibi iam inferretur: & verba regis apud se voluentem aduentus sui pœnitere inceperat. Interea rex cum cæteris consultabat. Omnes obsecrabāt, præcipue Garas Ceruelio præses Catalonia, Guilielmus Raimundus Moncada, Bernardus Caprera, ne quid in consiliarium ciuitatis male consuleret, neue præsentem furorē plebis imperitiæ magis irritaret. daret rei spatium, nondum adesse maturitatem. Quod nunc negant, id vltro postea delaturos. Motum plebis esse torrenti similem, qui ad breue tempus inflatus perennibus aquis concitatus fertur, mox æstum ac feruorē perditus. cogitaret quod ipse perspicere poterat, necdum tantum beneuolentiæ contractum esse inter se & gentem Catalanam; vt onus hoc libentibus animis possent accipere. Eius rei causam esse, quod aliter quam fert eorum consuetudo, parum se familiarem præbuerit, ob ingentes fortasse curas atque occupationes tot regnorum. Additum quoque est, nō esse tentandum quid facere audeant, qui primigenio dicere ausi sunt die quodam in dissensione de supplicio fontis cuiusdam, nondum exiccatum esse atramentum, quo exarata sunt instrumenta declarationis

de successione, & præter leges moreque iam fieri. Ignorabat id rei ipse rex. Namque eo in tempore in castris agebat. Qua audita vehementer commotus iussit euocari Ceuillerium, ad certam se mortem euocari opinantem. Atque ei prope exangui, & timorem ipso vultus habitu atque incessu declarati, inquit: Quid ita mortis metu apud te ipsum non videris esse, qui tibi pulchram ac gloriosam contra regem tuum mortem ducis? Ne timeto, viue, ut collegis tuis atque ciuibus respondeas, vestigalia vestra vobis incolumia esse, meque cedente ab hac pugna penes vos quidem esse victoriam, sed non tamen de me triumphaturos. His dictis Ceuillerius abiit, veluti qui de mediis hostium telis ægre elapsus est. Quem timorē magna apud ciues gloria compensauit. Et sane si pro patria contendisse dicendus est, eximiam magnanimitatis meruit laudem. Hunc subsecuti sunt Garaus præses, & Guilielmus Moncada, vestigalque ex suo pernumerauerunt, ne regem illi qui sibi solui utique volebant, soluere coegisse viderentur. Postero die rex, nullis præter domesticos præmonitis, ex vrbe excessit, lectica vectus. Id cum palam factum est in ciuitate, partim lætabantur quod tanta tempestas sedata esset: partim vicem regis dignitatis dolebant, quod tali a suis ciuibus contumelia afficeretur, succensebantque superbis atque auaritiæ magistratum: partim, & hi plerique omnes, dolebant vicem suam, qui permagnis quæstibus ex regis absentia fraudarentur. Enimvero quemadmodum in præsentem certamine ciues fauebant causæ ciuitatis, ita postquam resedit feruor animorum, ad repentinum turbati regis discessum, æquam fuisse causam eius affirmabant. Mittunt ergo qui orent, ne discedat ab eorum solo, neue hunc in modum declarat in se in suam ciuitatem animo esse, futuros se in officio, pensaturos obsequiis aliis, si quid offendissent. Hic cum regem circiter sex millia passuum extra murum nacti essent, breui responsione remissi sunt. Sunt qui dicant eum respondisse, si rediret, ut petebant, illorum malo rediturum, & si viueret, Barcello nam castigaturum. Sed non perinde compertum est, ut pro vero queat affirmari. Et si dictum est, non nisi inter intimos dictum, ut aliquo potius familiarium vicem regis indignitatem dictum est, atque ab aliis exceptum: ideo non ita pro magno habitum. Vbi ad Aqualatam venit, quod oppidum Barcello na abest paulo plus itinere diei, grauius ægrotare cepit. Quem ad locum accurrit Alfonso filius, nam Petrus aderat: duo, secundus ac tertius, in Castella cum patruale degebant: Sancius paucis antea diebus, sed pater ignorabat, calculo decesserat paterno morbo. Hunc deus ita præmisit, ut mortuum patrem in alio seculo exciperet, iucundus ac gratus post mortem, qui moriens nullum illi doloris vulnus infixisset. Magnum itaque patri morienti solatium fuit, nescisse Sancium defunctum: sed maius, affuisse Alfonso. In huius ore, in huius alloquio, in huius pietate acquiescebat, huius se præsentia existimabat diutius viuere, huic illud mirabile, quod non ab omnibus æque ac magnum est ponderatur, testimonium reddidit: Ex septem liberis nulli magis obitum suum doliturum esse, quam Alfonso qui defuncto patre foret regnaturus, ideoque si non primigenius extitisset Alfonso, huic quantum in se esset, regnum relinqueret. Extracta est valetudo duos circiter menses, eoque omnis nobilitas suorum regnorum atque Castellæ non ad id modo oppidum confluxerat, sed ad vicina quoque. Nam cuncti sedulitatem atque officium suum declarare studebant, non tantum regi, sed filio. Ibi testamentum condidit. Legata plurima reliquit, religiosa pluraque, ita ut non suppetere pecuniarum quas relinquebat. Ante se mortuum stipendiorum quæ domesticis atque officialibus quocunque ex tempore debebantur, pernumerari voluit, & ab illis ipsis certior fieri an pernumerata essent. Hæc atque cætera quæ ad animæ salutem, ad domus incolumitatem, ad regni stabilitatem pertinebant, ubi prouidit, inter suorum colloquia atque amplexus ad extremum usque halitum plane loquens, velut in soporem soluere-
tur, animam efflauit, quarto nonas Aprilis anni sextidecimi post millesimum quadringentesimumque. Cuius obitu præmaturo magnam non solum Hispania illa, verum etiam nomen Christianum iacturam fecit. Nemo enim regum Ferdinando maturius Granatam, ne dicamus Africam, subegisset. Siquidem constituerat non magis numero quam delectu militum Aragoniæ atque Castellæ Granatam urbem obfide-

obfidere, biuis e regione positus castris, vnus Aragonum, alteris Castellorum, ut certatim pro gloria gentis vel religionis dimicarent. Sed nonnunquam optimi principes culpa populorum ab æterno iudice subtrahuntur. Nam magis subditorum quam sua eum viuere intererat. Cuius fere vita, sicut in plerisque licet, ex iucundis sane fuit tristibusque permixta. Etenim Ferdinandus rege patre ortus fuit, sed illum ante tempus amisit. Ornamenta sortitus est animi corporisque, sed ea apud fratrem minus fauorabilia fuerunt. Felix fuit prouentu liberorum, sed ob hoc liuore proximorum perstrictus. Vidit filium regis generum, sed ne spe laboretur extimuit. Rursum, ut a malis incipientes in bonis desinamus, in administratione regni ac belli a fratre præteritus est, sed amicorum præsidio sua virtus non est destituta. Proditus ad Seranillum, sed aliis victoriis cladem compensauit. Ad Anticheram sæpe frustratus, ad extremum voti compos effectus est. Rursumque regnum hæreditariū sperauit, sed multis difficultatibus est iactatus. Adeptus est possessionem regni, sed rebelles cum magno status sui periculo compefcere necesse habuit. Diadema cum tanto pompæ splendore accepit, nuptiasque celeberrimas filii vidit, sed subito morbo decubuit. Aspexit Cæsarem in domo sua & papam, regiam opem auxiliumque deprecantem, sed contumacia suorum exulceratus est. Ita quicquid ex iusto vitæ spatio supererat, ut multa læta, sic multa fortassis tristia fuisset expertus: veluti illi d quod ex quinque filiis, quasi dexteræ digitis, vnum iam se perdidisse rescisset. Quod si quemadmodum a sapientibus dictum est, acerbiora sunt aduersa, quam iucundiora prospera, dicamus præclare cum Ferdinando esse actum, quod viridis adhuc & in media ætate excessit e vita: cum præsertim hoc secum gaudium tulerit, quod tribus regibus proximis denegatum erat, ut filio regnum per manus traderet, ne dicam tali filio, quali nemo vnquam meliore gloriatus est. Fuit autem Ferdinandus natura sane sublimi, ab omni tamen remota fastu: animo fidenti atque intrepidus, sed aduersus iustitiam veritatemque demisso ac pusillo. In contumaces nocentesque vehemens, sed erga eos qui allegarent necessitudines, paupertatem, morbum, ætatem, aliasque misericordiarum causas clementissimus. Amator bellicæ gloriæ, sed ita ut pacem præoptaret. Liberalis inter primos, sed non nisi religionis ac meriti causa. In admittendis ad intima domus turbis procerum, & exercenda familiariter cum plurimis consuetudine non ita facilis, ut reges superiores extiterant, sed qui nunquam claudi fores voluerit his qui se indigerent, & in cœtu aut in itinere faciendo, si quem non facile posse accedere videbat, iuberet homini viam aperiri, & ad loquendum hortaretur, comiterque & audiret & responderet. Ab obscenitate non factorum modo, sed etiam dictorum ita abhorrens, ut pene nimius putaretur. Cibi vini que nullo paratu ad gulam, sed ob dignitatem personæ magifico ac splendido. Veneris incredibili temperantia, & ut affirmabant, intra matrimonii sanctitatem. Nam ut incertum est, cum alia eum scemina post coniugium habuisse vsum, ita nulla non nocte cum vxore cubasse compertum est. Neminem domesticorum patiebatur scortum in domum ducere, licet cuncta ut resciret flagitia domestica, fieri non poterat. Si resciebat, præsentem pœna plectebat. Forte die quodam cum apud eum inter familiares controuersia foret atque altercatio, vter præstantior in bello extitisset, Hector an Achilles, interuenit Ioannes Ferrandis, quæsiuitque quænam tanta omnium altercatio esset: nemo enim non alterutri parti aderat. Vbi controuersiam audiuit, Absit, inquit, optime rex in hoc apud te quæri patiaris, & fortissimum omnium & longe præclarissimum Hectorē cum fœdo ac flagitioso Achille cõparari. Qua admonitione adductus rex, edixit, si quis domi suæ Achillem nominaret, continuo eum nunquam reuersurum exploderet. Caste quidem rex ac religiose: sed Ioannes imperite sane atque indocte, homo quidem grauis probusque ac strenuus, sed idiota. Apud Homerum quidem qui hæc scripsit, longe abhorrent Achilles ac Patroclus ab omni suspitione flagitii. Quorum alter non modo Hectorē, sed omnes Troianos, auxiliareque principes atque exercitus, solus fugauit, & nisi dii obstitissent, cõtrucidasset, ita ut ne vnus quidem fuerit superfuturus: alter qui aliquantulo maior natu erat, aut par Hectori fuit, aut fortior. Qualis fuit etiam Agamemnon. Nam Aiace atque Diomedē fortiores Hectorē fuisse, qui

eundem poetam sumpserunt in manus, non ambigunt. Itaque in hoc errore non qui accepit, sed qui dedit consilium, reprehendus est. Fuit enim Ferdinandus parum excultus literis, sed in illo seculo, & ut in Hispana nobilitate, non indoctus: doctorum tamen mirifice fautor, & suorum ad studia hortator. Nulli domestico-
rum salarium numerari voluit, nisi qui testimonium a sacerdote attulisset eo an-
no se esse confessum, & corpus ac calicem domini communicasse. In honorem
beatissimæ virginis ad Anticheram instituit, ut fasciam albam, quam stolam vo-
cant, transfectam ad pectus cum hydriala volentes ferrent ab institutore impo-
sitam, certa lege ieiuniorum ac precationum. Execrantium numina punitor a-
cerimus. Aleatores ut pestes exofus. Nihil enim boni viri adesse existimabat ale-
atoribus & blasphemis. Pro absentibus & quos ipse misisset, quam pro his qui ade-
rant diligentior: quippe qui scripta eorum nomina in priuato quodam libello ha-
bebat, & quoties quippiam vacaret, quod conferendum esset, ad illud tanquam
ad ephemeridem se conferebat. Nec petentibus statim beneficia indulgebat, sed
duo hæc prius animaduvertebat, an alteri indultum esset, & an alius dignior. Nihil
intercedente pecunia contulit: nam eius minime auarus. Auxitque pecunia sua
quam e Castella aduexerat, Aragoniam, Valentiam, Cataloniam. Ideoque ægre
ferebat non posse munificentiam consuetam exercere in tanta prouentuum ex-
iguitate ex suis regnis: solitus dicere, non agere regem qui non plus quam posce-
retur, donaret. In patrimonio regali tuendo tenax: quod qui alienarent, aiebat ini-
micos potius sibi parare quam amicos, quia ex subditis illos quosdam regulos fa-
ceret, semper sollicitos ac suspicantes eorum iura licentiamque iri deminutum.
Statura fuit supra iustam, aspectu graui ac suauis, colore candido, satis plenis mem-
bris ac satis robustis. Elatus autem est maiori funerum pompa quam quispian o-
mnis memoriæ Aragonum rex, inter proceres prope totius Hispaniæ, maiorque
& tempore & viarum spatio. Plus enim triginta millibus passuum ab Aqualata re-
motum est templum sanctæ Mariæ ad Populeum, vbi reges Aragoniæ sepeliun-
tur. Ita Ferdinandus rex non in sepulchra regum Castellæ suorum ma-
iorum, sed in regum Aragoniæ illatus est. Illinc nemo regum
qui ex ea familia fuit, abest, præter Ferdinandum:
& hic nemo rex adest, præter hunc e-
undem ex aliena familia.

LAURENTII VALLÆ HISTORIÆ DE FERDINAN-
DO ARAGONVM REGÈ FINIS.

AELII



AELII ANTONII NEBRISSENSIS, EX GRAM- Matico ET RHETORE HISTORIOGRA-

PHI REGII, RERVM A FERDINANDO ET

Elisabe Hispaniarum felicissimis regibus
gestarum, Decades duæ.

EIVSDEM AD CLARISS.
HISPANIARVM, ATQVE VTRIVSQUE
SICILIÆ, INSVLARVMQVE MARIS NOSTRI
moderatore Ferdinandum diuinatio in
scribenda historia.

NON possum non magnifacere tuum de me iudiciū,
clarissime Princeps, quod ex tanta doctissimorum
virorum copia, qui per omnē ditionis tuæ imperium
diffusi sunt, me potissimū delegeris, cui immortalia
tua gesta Latino sermone describenda mandares.
Vereor tamen ne hoc tuo delectu habendo tale ali-
quid tibi euenerit, quale Alexandro Macedonum
Regi. Ille namque, ut scis, post superatā omnem A-
siam & Egyptū magni cognomen adeptus edicto
publice vetuit, ne quisquam ex coloribus imaginem suam pingeret, nisi Apelles,
nemo ex typis æream duceret, nisi Lysippus; nemo in anulorū usus gemmis in-
sculperet, nisi Pyrgoteles: cū essent illi tres quisq; in sua arte eminentissimus. Hoc
nimirum famigeratus ille vir faciebat sapientissime, ne quisquā opifex artis im-
peritia quicquā ex vera facie deprauaret. Quod si fuisset Alexander tā solers in
nominandis autoribus qui literis mandarent res ab eo gestas & victorias, quibus
totum prope orbē terrarū illustravit, quā fuit in deligendis artificibus qui linea-
menta & corporis ductus effingerent, nihil profecto in tanto Principe desidera-
retur quod ad summam hominis conditionem pertineret. Sed quando ita fit, ut
nihil unquā natura omni ex parte absoluerit (tanquā ceteris non sit habitura, si
vni cuncta concesserit) ille cui neq; ingenium, neq; doctrina, sed neq; rerū usus de-
fuit in cunctis artibus quæ sunt homine libero dignæ, vna tantum in re legitur
fuisse deceptus. Ex tanta nanq; poetarū, historicorū, oratorumq; copia, quibus
tunc abundabat Græcia, vni Chærilū delegit qui res a se gestas carmine descri-
beret, cum esset omnium sui tēporis poeta ineptissimus, inuitās etiam illum proposi-
ta laboris mercede, pro singulis versibus aureo Philippo, magni pōderis moneta,
quam pater Philippus percuti iusserat. Hæc sunt a me clarissime Rex tā multis
repetita, non quo velim me Apelli comparare ad depingendos fortunæ tuæ suc-

XX iij

cessus incredibiles, non Lysippo ad exprimendas ingenii tui dotes innumeratas, non Pyrgoteli ad scalpendas figendasque posteritatis memoriae animi tui virtutes. Non commemoro nunc illas quae sub fortuna dominio posita sunt, potentia, victoria, felicitas, in quibus nemo te fuit superior: non illas quae sunt hominis propriae, quae homo est, temperantia, fortitudo, mansuetudo, liberalitas, comitas, in quibus etiam privatos excellis: sed illas quae sunt Regum propriae, magnificentia, magnitudo animi, clementia, iustitia, seueritas, grauitas, in cunctos mortales beneficentia, rerum omnium sub fortuna positarum contemptus. Quod vero Celsitudo tua me praeter ceteris delegerit, cuius humeris tantam rerum molem imponeres, non deerunt qui existiment, te non minori fuisse in errore, quam fuerit Alexander, cum nemo sit, qui non iudicet me multo esse Chaeilo inferiorē, quippe qui fuerit posteritatis iudicio poeta non contemnendus. Sed Alexandrum in tanta doctissimorum virorum multitudine qui tempestate illa floruerunt, non delegisse optimum, quis non possit iure reprehendere? Tu vero Princeps inuictissime, quos habebas Onesicritos, quos Callisthenes, quos Clitarchos, quos Aristobulos, quos Ptolemaeos, quos alios complures viros eruditissimos itineris tui comites, ut in deligendo historiographo non facilis esset ista deliberatio? Sed quod apud nos huiusmodi viri non facile reperiuntur, in Italiam puto eundem fuit, ut Angelus Politianus, ut Picus Mirandula, ut Hermolaus Barbarus, aut ex iis qui supersunt, ut Antonius Flaminius, ut Aldus Romanus inde adscisceretur. Non tamen opinor satis tuto peregrinis hominibus historiae fides concederetur, Italis maxime, nullius rei magis quam gloriae auaris. Inuidet nobis laudem, indignantur quod illis imperitemus, contumeliantur inter se omnes odisse peregrinos, nosque Barbaros opicosque vocantes infami appellatione faciunt. Quodque M. C. ad filium de Graecis scribit, possumus et nos de Italis dicere, quandocumque gens ista nobis literas dabit, omnia corrumpet. An qui Latinae linguae alterum lumen Quintilianum, qui Silium Italicum, quos Hispanos fuisse constat, qui alios complures, non veriti legem Fanniam de plagiaris, extorquere conantur, pure ac sincere Hispanarum rerum historiam prosequuntur? Quid? quod res nostrae non minus ignotae sunt illis quam nobis Italicae, atque ut est in adagio illo vulgari: Multo callidior est inspiens domi suae, quam sapiens alienae? Sed esto, aequae illis ac nobis res Hispaniae sint nota, utri magis ex animo res ipsas scribet, illi qui simulatae cuiusdam libertatis amore regum nomen odere, regumque imperia detrectant, an nos qui sine Regibus degere nescimus, qui religiose Reges salutare consueuimus, de quorum salute non minus quam de nostra solliciti sumus, quos non minori obseruantia colimus quam ducesum suorum apicula? Et quoniam, ut inquit poeta, vitis nemo sine nascitur, optimusque ille est, qui minimis urgetur, uter vitia mitiorem in partem nominabit, qui diligit, an qui negligit? Pater qui strabonem filium amat, patrem vocat, varum, eum qui sit vanae suae compennis. Appelles ille nunquam satis in arte pingendi laudatus, cum Antigoni Regis imaginem pingeret, qui altero lumine orbatus erat, catagrapha, id est, obliquam fecit, ut quod corpori deerat, picturae potius deesse videretur, tantumque ab honestiori parte ostendit, cum posset totam ostendere. Erit itaque historia tanquam pictura, pulchra extollet, turpia, si tolerabilia sunt, dissimulabit, si latere non possunt,

sunt, mitiori vocabulo nominabit, fallatque; potius vitium specie virtutis & umbra, quam is qui sit fortis, a timido vocetur audax, ab audaci timidus. Atqui dicitur quippiam, prima historia virtus est, ut vera narret. Sit ita sane: sed si paululum est a veritate declinandum, quia non est cuiusque medium assequi, tutius atque magis ingenium in favorabilem partem declinare. Quando igitur ab Italia his rationibus excludimur, forsitan ex Pannonia, aut ex Germania, aut ex Gallia suppliciter implorabimus? Quid si apud nationes illas non minus literatorum hominum penuria est, quam in Hispania? Quid igitur in tanta rerum difficultate faciendum fuit? Nimirum, ut si optimi non possunt, eligantur tolerabiles aut minus mali. Haec forsitan causa te Princeps sapientissime in mediocri literaturae hominem impedit. Qui si non sumus ex prima classe, possumus tamen in secunda censerī, et si non possumus magnitudinem rerum gestarum stylo exaequare, at certe conabimur, ut imbecillitatem nostram atque ingenii paruitatem studio ac diligentia compensemus: et si Latinas literas in Latio non didicimus, nec in Sarmatia quidem, sed in Batia, quae (ut inquit Strabo) prima omnium Hispanorum se in Romanos ritus & linguam transformavit: et si Romanum sermonem Romae non didicimus, nec Lilybaei quidem, sed Bononiae, urbe scilicet omnium bonarum artium altrice. Neque adeo a Musarum fonte abhorremus, ut non sumus corruales Columella, Canio, Silio, Haena, duobus Senecis, unicoque Lucano, aliisque poetis Cordubensibus, quavis scribat Cicero pingue quiddam illos & peregrinum sonare. Quid? quod his in rebus quas scripturi sumus, aut ipsi interfuimus, cum gererentur, aut ab iis qui interfuerunt, accepimus: & quasi diuinarem fore, ut aliquando hanc operam nauaturus essem, ita omnia inquirerebam, omnia explorabam, omnia notabam. Vale Princeps clementissime, quo sospite nunquam res Hispana detrimentum patietur. Ex municipio Complutensi ad idus Aprilis, anno salutis Christianae M D I X.

XX iij



AELII ANTONII NEBRISSENSIS, EX GRAMMATICO ET RHETORE HISTORIOGRAPHI REGII, AD BENEUOLUM candidumque lectorem, ut Ferdinandi & Elisabethae Principum auspiciis praclare res gestas legat, exhortatio.

NILLVM fuit tempus, candide lector, in quo res Hispaniae ab idoneis scriptoribus magis illustrari cuperent, quam illud in quo nostra respublica Ferdinando & Elisabethae Principibus administrata est. Nunquam enim ad aetatem nostram Hispania finitimis, nunquam longinquis nationibus arma circumtulit, quin potius e diverso semper exterarum gentium praeda fuit. Atque ut a cataclysmo illo ingenti exordiamur, in quo totus orbis terrarum aquis obrutus est, ac praeter illas octo animas quas litera sacra commemorant, omne mortale genus intercidit: Iubal siue Tubal (nam de nomine inter autores non satis constat) primus in Hispaniam venit missus a Noa, quem Berofus Chaldaeus Ianum patrem interpretatur, sub quo diluuius illa fuit memorabilis. Is Iubal regnare orsus est in Hispania anno post diluuium circiter centesimo quinquagesimo, ante salutem vero Christianam supra bis millesimum centesimo septuagesimo, regnavitque annos centum quinquaginta quatuor. Cuius anno centesimo sextodecimo ipse Noa venit in Hispaniam, ubi duas urbes condidit Noelam & Noegam, priorem in Gallicia, quam ex nomine nurus suae Iapeti uxoris cognominavit, alteram in Asturiis, dicta ex nomine alterius suae nurus Chami uxoris. Iubali successit Iberus, ex cuius nomine dicta putatur Iberia atque Iberus amnis. Cuirurusus Iubalda, a quo mons Iubeda cognominatus, qui postea dictus est Aucensis supra Burgos triginta millia passuum, in quo sedem regni sui fixisse autor est Berofus. Atque ita deinceps ex eadem familia Reges alii successerunt, de quibus aliubi disseremus, & quo ordine apud Celtiberos rerum potiti sunt. Curetes praeterea Iouis educatores Gargoro duce ex Creta in Iberiam venere, qui Tartessus salu occupato quatuor millibus passuum a Calpe Tartessi, qua postea cognominata est Carteia, regnaverunt, unde totam provinciam moderati sunt. Eo in saltu bellum contra gigantes per ea tempora gestum est, quod, quemadmodum poetae dicunt, postea in Thessalia fuit finitum. Gargoro deinde successit Abydus ex filia nepos, atque deinceps alii Reges ex eadem familia, donec ad Argantionum ventum est, quem regnasse annos octoginta, visisse autem centum quinquaginta autores sunt. Anacreon, Herodotus, Strabo, & ex Latinis Cicero, Valerius, Plinius, aliique complures. Ante excidium Troiae annos prope ducentos, quo tempore Israeliticum populum indicabat Debora cum Baracho, qui fuit ante salutem Christianam annus millesimus circiter quadringentesimus, Dionysius, qui & Liber pater est cognominatus, cum exercitu in Hispaniam venit, non tam dominationis cupiditate, quam ut parem gloriam reportaret ei quam ex superata India retulerat. Itaque victor nullum aliud sui adventus apud nos vestigium reliquit, quam quod in Betica inter astuaria Bais fluminis Nebrissam patriam meam condidit, quodque ex Lysia itineris sui comite ac socio Lysitaniam appellavit, atque ut in aliis multis, ypsilon verso in u vocalem, postea cognominata est Lusitania. Eodem praeterea tempore Zacynthii & ipsi quoque Herculis comites ex Zacyntho maris Ioniis insula, non procul a Cephalonia quam superioribus annis exercitus noster expugnauit, Hispaniam petiere, qui Sagunto urbe condita, Diana quam ex patria secum aduexerant, templum in sine construxerunt. Cuius religione inductus Hannibal cum oppidum expugnare iur, insit parci & templo & iis qui se in templum receperant, autor est Plinius, qui etiam addit, adhuc suo tempore durasse trabes ex iunipero, quibus templi contignatio erat contexta. Post Liberum patrem annos prope centum sub tempus Gedeonis iudicis Israel Hercules, quicumque tandem ille fuerit, Hispaniam illustravit, qui superato Geryone victor in patriam rediit, Ceretanis viae suae comitibus relicta, qui Pyrenaei montis radices incoluerunt. Nam quod de Pyrene nympha ab Hercule compressa Silius Italicus prodit, tanquam fabulam Plinius excludit. Illa vero quae de Caco siue Cato monte, & de Hispano, Liberia, Pyrrhoque dicuntur, a nugiendo quodam fabulatore conficta sunt. Troia euerfa, ex Graecorum reliquis complures

complures eodem quoque tempore in Hispaniam nauigarunt, atque in primis Diomedes Tydei Aetolorum Regis filius, qui post excidium Troiae cum comperisset Aegialam uxorem a Cilleboro Stheneli filio adulteratam, praepudore in Italiam migravit, conditaque in Appulia urbe Argirippa, atque inde in Hispaniam prouectus Tyden in Gallicia urbem ex nomine Tydei patris sui dictam fundavit, populosque inter Minium & Letben flumines rexii, quos nomine corrupto pro Grauis, hoc est, Graecis, u litera interiecta Grauios dixerunt. Sub idem quoque tempus Teucer Telamonis filius atque Aiace frater, quos pater ad bellum Troianum miserat ea lege, ut alter sine altero non rediret, mortuo Aiace cum a patre in patriam non reciperetur, in Cyprum nauigavit, ubi Salamine urbe condita in Hispaniam prouectus, Carthaginem nonam, que & Spartaria cognominata est, a fundamentis excitauit, quam postea Hasdrubal Carthaginensium dux restituit. Teucris etiam comites Hellen & Amphiloebus in Galliciam inde profecti duo condiderunt oppida ex suis nominibus appellata. Ulysses praeterea in decenali illo suo errore Hispania exteriores lustravit oras, ubi Olysiopem urbem ex suo nomine cognominatam fundavit, atque ibi Minervae quam peculiariter colebat, templum erexit. Autor est Aesclepiades Myrleanus, qui in Turdetania provincia Betica litterarum ludi magister fuit. Is monumenta quaedam de Ulyssis errore in templo illo se vidisse commemorat, parmas suspensas, & aplustra, rostraque naualia. Per idem tempus, quemadmodum scribit Silius Italicus, Astur auriga Mennonis, quem Titonus ex Auriga genuit, in Hispaniam quoque nauibus est impulsus, ubi Asturica urbi a se condita atque Asturibus nomen ex suo nomine communicauit.

20 In eandem quoque Hispaniam Iberes Asiae populos Albanis Colchisque finitimos venisse, autor est M. Varro. Sunt tamen qui dicant nostros in Asiaticam Iberiam penetrasse, quod est consentaneum ei quod in parte superiori de Ibero Rege scripsimus, ut in dubio relinquatur, utri populi alteris nomen indiderint. Ex Asia quoque in Hispaniam nauigare Phoenices octingentis annis ante Christianam salutem, quo tempore maris imperis potiti sunt. Causa vero huc nauigandi fuit mercium permutandarum ratio, auri maxime & argenti & aeris, quae ex incendio Pyrenaei montis fluxisse autor est Diodorus Siculus. Condiderunt etiam in ea nauigatione urbes quamplurimas in insulis Hispaniae adiacentibus, utraque Baleares, hoc est maiorem minoremque, utraqueque Pitiusam, id est, Ebusum & Ophiusam, & in Oceano exteriori Gades Herculis cognominata: in continenti quoque in nostri maris ora Mellariam, Malacam, Hexos, Abderam. Ex Phocide inter Atticam & Boeoticam regione penetraverunt in Hispaniam Graeci, urbemque in collimitio Betica & Tarraconensis provinciae fundauerunt Castulonem, ex nomine Castalii fontis in monte Parnasso, a quo Musa Castalides cognominata sunt. Ex eadem urbe Hannibal uxorem duxit Himilcon, ex qua natus est illi Aspar in obsidione Saguntis. Massilienses etiam a Phocensibus oriundi Emporias Indigetorum urbem, & a qua non longe Rhodii Rhoden, condiderunt. Lacedaemonii quoque Laconimurgos & Laconium in Betica, & alterum Laconium in Lusitania posuere. Venere praeterea variis temporibus Perse, Massagetes, Sarmatae, Celtae, qui per omnem Hispaniam oppida complura excitarunt. Annos circiter tercentos ante Christianam salutem Gaditani cum terra marique florerent, atque illorum potentia inuidiosa foret, a finitimis bello lacepti suppetias a Carthaginensibus petierunt, qui non modo consanguineis supplicibus opitulati sunt, sed & Hispanis bellum intulere. Quo deinceps cum validiori exercitu Barcam, deinde Hamilcarem duces suos miserunt. Hic per annos nouem magnis rebus gestis in insidiis ab hostibus illectus occiditur. In huius locum Hasdrubal gener est substitutus, qui & ipse octo annis omnem Hispaniam usque ad Iberum amnem Carthaginensium ditiori subegit, & factus cum Romanis renouavit, ut Iberus finis esset utriusque imperii, Saguntinis qui in parte Carthaginensium erant exceptis, propterea quod eo tempore in societatem Romanorum fuerant recepti. Sed & Hasdrubal a seruo, qui ut mortem domini ulcisceret, occisus est. In eius locum Hannibal Hamilcaris filius Imperator ab exercitu saluatus succedit, qui Sagunto expugnata, quod reliquum fuerat Romanorum, suo imperio adiecit. Circa ipsa belli Punici secundi initia, Cn. & P. Scipiones in Hispaniam cum exercitu a Romanis missi, primo aduentu magnam provinciam parte in studia parteque Romanorum flexere. Sed illis occisis cum omnia essent incerta, nemoque inueniretur qui succedere illis vellet, P. Scipio P. Scipionis nuper occisi filius, qui postea Africanus est cognominatus, imperium sibi deoposcit, atque in Hispaniam profectus exclusis Carthaginensibus uniuersam populo Romano restituit. Atque ita sub Romanorum dominatione fuit ad Gothorum, Vandalorum, Alanorumque tempora annos prope modum sexcentos. Hos Roderico ultimo Gottho-

rum Rege fugarunt, atque Hispaniarum possessione spoliare Pœni Maurique, qui totam fere aut magna ex parte per annos circiter septingentos quinquaginta tenere, quoad nostra ætate ductu atque auspiciis optimorum Principum Ferdinandi & Elisabæ pulsati sunt, atque Hispania tota sibi ipsi restituta est. Quod vero Plato in eo dialogo qui Timæus inscribitur, atque iterum in volumine quod de bello Atlantico scribit, Atlantes ex Erythea insula Hispania adiacenti per Galliam Italiamque cum magno exercitu omnia populantes inuasisse Athenas, atque tandem ab Atheniensibus fusos delectosque, totum hoc cōmentitium videri potest, quamquam Plato, non ut fabulam, sed quasi veram historiam se narrare testetur. Nam neque que sit Erythea insula Gadibus contigua ego video, neque alios Atlantes noui, nisi qui sunt in Aphricæ continentis, nisi forte, quod refert Plinius, in totum abstulit terras mare quod nunc Atlanticum dicitur. Illud præterea quod in historia quam vocant generale, vulgo legitur, venisse in Hispaniam nescio quos Almonides, nemo arbitratur dicet mihi, qui sint illi, aut quid egerint, aut quo postea conceperint. Quin potius ausim affirmare, nunquam fuisse tale genus hominum, sed totum fuisse confictum ab aliquo fabularum concinnatore. Nisi forte quisquã velit dicere, sumptum esse illud ex Ouidio, qui in quintodecimo transformationum volumine scribit Mycillum Almonidem ex Græcia in Italiam penetrasse, ibique Crotonem urbem condidisse, licereque historico atque poetæ, undecumque accepta materia, suum opus contexere. Nam quod Diodorus Siculus scribit accolæ Sicoris fluminis Hispani qui agrum Ilerdensem rigat, venisse in Siciliam, atque ex suo flumine Sicaniæ nomen illi indidisse, cui Seruius quoque Grammaticus astipulatur, quid? si magis credi oporteat Solino & Martiano, qui a Sicano Rege ante belli Troiani tempora eo nauiganti, ut regnaret, dictam fuisse putant? Sed esto, Hispani Sicoris accolæ venerint in Siciliam, hæc erit rara avis in terris, nigroque simillima cygno, quemadmodum ab hinc annos ducentos aut non multo amplius Tarracoenes ad imperium eo acciti sunt, & ab hinc duo de septuaginta Alphonsus eorundem Rex fortunatissimus, huius nostri Ferdinandi Regis patruus, Neapolitanorum atque Appulorum regno potitus est. Sed unde obsecro tanta ignavia nostrorum animos occupauit, ut per tot annorum volumina non modo non lacesterint bello exteræ nationes, sed neque se ipsos ab hostium incursum tutati sint. Quo minus ignoscendum nobis est, quod non arma, non equi, non comæatus, nõ reliqua belli instrumenta, non denique animus ad propulsandas atque etiam ad inferendas iniurias deest. Quid? quod ea est regionis natura, ut ab omni latere munita sit, hinc mari nostro, illinc Atlantico atque Britannico, atque ubi cōtinenti adnectitur, arduis præruptisque montibus inaccessibleis. Hispania, inquit Florus, nõquam animus fuit aduersum Romanos vniversæ consurgere, nõquam inferre vires suas libuit, neque libertatem suam tueri publice, alioquin ita undique mari Pyrenæoque vallata est, ut ingenio sitis nec adiri quidem potuerit. Sed antea a Romanis obfessa est, quam se ipsa cognosceret, & sola omnium prouinciarum vires suas, posteaquam victa est, intellexit. Hæc Florus. Vnde igitur tam graui torpere passa est sua regna veteris? An quia gentes extere aut soli malignitate, aut finium angustia laborantes, cum nouas sibi quererent sedes, audita cæli clementia atque terræ fertilitate eo se contulerunt, cum e diuerso indigenæ omnium rerum copia affluentibus nullam haberent causam quæ illos cogeret patriam deserere? An quia ceteræ nationes quantumuis libera, ducibus suis in bello haud grate obtemperant, facillimeque sub disciplina militari continentur? Ex quo fit, ut milites neque tam crebros comæatus petant, neque sint aut emansores, aut stationum suarum desertores. At Hispanis ea est animi pernicitas, ut neque cupiditate aliis imperiandi, neque communis libertatis defendendæ causa, neque vitæ dulcedine persuasi alteri quam Regi suo parere velint. Quare euocati non facile conueniunt, coactique diu persistere nequeunt. An quia cæli vertigine impulsuque siderum ab ortu ad occasum lege quadam fatali regna transformantur? idque experimento haud dubio videmus, quod cum ex paradiso voluptatis qui ad orientem Solem a Deo plantatus est, primi parentes egressi genus hominum propagassent, prima monarchia in Assyrios, & ab Assyriis in Medos, & a Medis in Persas, & a Persis in Macedones, & a Macedonibus in Romanos, & a Romanis in Gallos Germanosque cum cæli conuersione translata est. Nunc vero quis est qui non intelligat, quamquam titulus imperii sit in Germania, rem tamen ipsam esse penes Hispanos Principes, qui Italiae magnæ partis atque maris nostri insularum domini iam moluntur bella in Aphricam transmutare, atque missis classibus cæli motum secuti iam pertingunt insulas Indorum populis

populis adiacentes. Neque eo contenti, alterius orbis magna parte explorata parum abest, ut Hispania atque Aphrica finis occiduis cum orbis terrarum fronte orientali adiungatur. Sed ut ad nostri sermonis exordium redeamus, vides amice lector, quantum se nobis res describenda offerant, non modo bella, quæ fuerunt necessaria ad stabilien-
da regnorum fundamenta cum Lusitanis, ut Hispania daretur vnum caput, cum Pœnis & Gallis ad consuendos resarciendosque sinus qui fuerant auulsi, cum Italis ad augendas imperii vires, cum Indorum insularis ad propagandam Christiani nominis religionem. Quid illa domestica? repurgasse religionem, vindicasse reip. vectigalia, hoc est, regale patrimonium, ius suum cuique reddidisse. Vides, inquam, quam longe lateque pateat rerum scribendarum campus, ut quamquam natura neget, ipsa tamen materie amplitudo, indulgentissimique Principis nostri fauor, ingenii vires perquam exiguas excitare possit.



AELII ANTONII NEBRIS-
SENSIS, REGII HISTORIOGRAPHI, EX-
CVSATORIA PRÆFATIO, IN QVA ENUME-
rat difficultates quæ scriptorem rerum gestarum, tam Hi-
spanarum, quam Hispaniensium, ex locorum per-
sonarumque & aliarum rerum temporis
nostri nominibus confe-
quuntur.



SCRIPTVRO mihi res Hispanas atque Hispanienses, quæ Fer-
dinandi atque Elisabes Principum auspiciis gestæ sunt, ingens
quædam sylua occurrit, immensumque aperitur opus, & quod
ab vnus hominis integra ætate perfici nō possit, nedum ab ho-
mine præcipiti iam senio confecto. Et quanquā sunt multa quæ
mentis meæ aciem perstringunt, nihil tamen est quod me ma-
gis a scribēdo deterreat, quam locorum atque hominum pro-
pria nomina, quæ maiori ex parte vsque adeo sunt aspera & dura, vt nullo cultu
molliri, nulla diligentia possint mansuescere. Accessit altera nō minor difficultas
in nominādis Latine publicis magistratibus, cum in plærisque alia sit nostro tem-
pore formare ip. quam ea quæ

*Hoc in loco in Nebrissensis autographis desideratur folium, quod ab
improbo aliquo suffuratum non dubito.*

rissima omnium fœminarum, atque proinde omni immortalitate dignissima hu-
ius nominis tertia Hispaniarum Regina. Franciscus Nojanus in Sicilia Cephalce-
ditanus episcopus & Antonius Geraldinus Apostolicæ sedis logotheta, viri pan-
gēdis carminibus omniumque qui apud nos peregrinati sunt (Petrus Martyrem
meum semper excipio) eruditissimi, atque ingenio propemodum singulari, in epi-
grammatis ad eandem Reginam scriptis Elisabetam vocabant, quam appellatio-
nem ipsa non dissimulanter auerfabatur. Baptista Mantuanus adhuc licentius al-
ludens ad nomen Didus, Elisam dixit adiecto Bellæ cognomento. Alii ex Euan-
gelio cognominem Zachariæ vxori Elisabet vocitabant. Quid si nos nō Elisabet,
non forma declinabili extensione vnus syllabæ Elisabetam, non Elisam Bellam,
non corrupto nomine Isabelam, sed Elisaben cum doctissimorum virorum vsu
ex declinatione Græca dixerimus. Nam cum sit hæc vox origine Hebraica, eius
literatura ex Hebræo fonte petenda est. Duas omnino huius nominis fœminas in
sacra scriptura legimus, alteram in veteri Testamēto, filiam Aminadab atque Aa-
ron sacerdotis vxorem, alteram ex qua, vt Euāgelista scribit, Zacharias Ioannem
Baptistam genuit, quæ prioris illius Elisabes quasi gentilis nomen referebat, cum
præsertim fuerit ex eadem familia. Vxor, inquit, Zachariæ fuit de filiabus Aaron,
& nomen eius Elisabe. Sic enim debere scribi, & non per t exile, vt Græci, vel per
th aspiratum in sine, vt Latini scribunt, ex Hebraica literatura manifestum est. In-
terpretaturque Dei mei iuramētum, siue Dei mei septima, siue Dei mei saturitas.
Sabe namque per sin scriptum, iuramentum siue septem significat, per same vero,
abundantiam, ex Hieronymo, Remigio, Samuele Talmudista, omnibusque He-
bræis. Vnde tamen siue t exile, siue th aspiratum in hoc nomine irrepserit, aliubi
disputauimus. Nos vero interim cum plærisque viris doctissimis Elisabe accentu
in penultima acuto eademque breui ex Græcorū regula proferemus, quæ etiā si
fit breuis, ex Græcorum regula, vltima existente longa non patitur accentum in
tertiam a sine syllabam transferri.

Tertia

Tertia difficultas a magistratibus.

TERtia difficultas accessit a nominibus Principum, magistratuumque, & officio-
rum, ex eo quod apud antiquiores aliæ fuerunt rerum publicarū formæ quā
sint nostro sæculo, atque proinde alii magistratus, cum præsertim ex aristocratiā Ro-
manorum Latinæ appellationes in regiam gubernationem sint trāsferendæ. Sed
sunt quædā nomina Latina, quæ ex æquo Hispanis respondent, vt Regi, Rei: Duci,
Duque: Comiti, Conde. Quædā, cum sint multa, atque proinde videatur esse diuer-
sa, in idem tamen recidunt, vt qui Regum temporibus fuit Tribunus celerum, sub
10 Consulibus fuit Magister equitum, sub Imperatoribus Præfectus prætorio, is ma-
gistratus a nostris dicitur Capitan de la guarda, cum alioqui Præfectus prætorio sit
prouocationum Iudex. E diuerso idem nomen aliquando variis accommodatur
officiis, vt præses, ei qui præsidio tenet arcem, Alcaide vero Punico vocabulo Hi-
spani vocat, & ei qui urbem, siue castellum, siue montium iuga, vel fauces, siue lo-
cum aliū armis tuetur, Capitan de guarniciō vulgo dicitur. Qui præterea Hispanie
dicitur Corregidor, si urbem siue municipiū præsidio tenet, præses est: si rem fisci
agit, procurator: si tantū iuri dicūdo præest, prætor: si vice regis fungitur, pconsul.
Sunt etiam vocabula, quibus nihil in altera gubernatione respōdet, vt ei quod est
Dictator siue Censor apud Romanos, nihil respōdet apud nos, & ei quod est apud
20 nos Marques aut Almirāte, nihil respondet apud Romanos. Quare in huiusmodi
rebus nomina fingenda sunt, vt illum appellemus Marchionem, quasi a marcha,
hunc classis præfectum, aut si te magis Græca delectant, Nauarchū siue Architha-
lassium dicere licebit. Nam Archimarinus, quo aliqui vsuntur, neque Græce neque La-
tine diceretur, cum nullum sit nomen quod ex duobus peregrinis componatur.
Atque idem de aliis rebus est faciendum quæ non constant natura, sed hominū ar-
bitrio cotidie immutatur. Ex hoc genere sunt vestes, arma, naues, vasa, instrumē-
ta, machinæ. Recentiores, aut non multo plures anni sunt, ex quo inuentū est hoc tor-
menti genus, quam vocat bombardam, & in eo genere multæ diuersitates. Sed cū
res nuper inuentas nō possis Latine dicere, fingenda sunt nomina, vt quod vir qui-
dam doctus nimis audacter de Ostia Tiberina dixit: Tunsa iacet bombis ardentibus
30 Ostia, &c. Alii sulphurarias aut nitrarias machinas, aut aliquid tale fingere au-
si sūt. Nam scelopetra quod a sono dicatur, hoc est, ab spiritu illo sonoro qui ex buc-
carum perforatarum compressū erumpit, haud dubium est. Cum sit igitur a nobis
omnium quæ scripturi sumus, reddēda ratio, illarum maxime quæ possunt lecto-
rum vel auditorum aures offendere, visum est, anteaquā rem ipsam aggrediamur,
causas attingere, cur in eiusmodi nominibus præter aliorum cōmunē vsu tan-
talicentia vsi simus, ne sit nobis necesse, in medio operis cursu in hæc, tamen non
penitus aliena, diuertere: atque imprimis de iis quæ ad locorum rationem, hoc est ad
cosmographiam pertinent.

Descriptio totius Hispaniæ.

HISPANIA ab omnibus lateribus pelago abluitur, nisi quatenus ab Oriēte, quā
est angustior, aquarū diuortis Pyrenæi montis a Gallia distinguitur. Is a Vene-
ris templo, quod est promōtorium prope Illiberos, initiū capit. inde in ipsam Hispaniam,
hoc est, in Caurū ventum incūbens porrigitur, definitque septentrionalis
Oceanus ad OEasonem. Vnde ipsius Hispaniæ septentrionale incipit latus, tenditque
in Zephyrum, id est, occasum æquinoctiale per Vasconum, Cantabrorum, Astu-
rum, Callaicorumque littora, terminaturque in Nerio Artabrorum promōtorio. Ab
eo latus occidentale inchoatur, rectaque in Austrum per Callaicam Lusitanamque
50 oram ad sacrum promōtorium tenditur, deinde per Bæticæ littora hyemalē or-
tum versus ad fretum Herculeum contrahitur. Inter Calpen Hispaniæ & Abilam
Aphricæ promontoria Oceanus ab occasu influit terras, quæ ante Hercule, quem
admodum est in fabulis, fuerant continentes. Atque ita nōno Nostri maris nomine
Hispaniam a læua, a dextra Mauritaniam Tingitanam relinquens, ortum æquino-
ctialem, & quo vltius procedit, magisque Europam vndis obruens, dum se per
YY

Bætici atq; Tarraconensis prouinciæ oram meridionalem explicat, Hispaniam contrahit ad promontorium siue templū Veneris, vnde paulo ante illam fecimus exordium capere. Atq; in hunc modum longior quam fuerit eius latitudo, & iuxta Pyrenæum nō modo confini Gallia, sed angustior se ipsa, quemadmodum inquit Strabō, exhibet nobis imaginem pellis vaccinæ in solo explicatæ. Interiora Hispaniæ in tres partes diuiduntur, in Bæticiam, Lusitaniam, Tarraconensemq; Hæc citior, illæ ambæ vno nomine Hispania vltior vocitantur. Bætica a septentrione terminatur Ana fluuiio: ab occasu Atlantico Oceano, qui interiacet Anæ ostiū fretumq; Herculeum: a meridie mari Nostro, quod est inter fretum & Charidemi promontorium: ab oriente vero terminatur linea quæ protenditur a promontorio eodem per Castulonem, cuius vestigia hodie monstrantur, quindecim millibus passuum occidentem æquinoctialem versus a Biatia, deinde recta ad fluuium Anam, vbi est oppidum quod Oretania vetus cognominatur. Lusitania a septentrione terminatur amne Duria, ab ipsius ostio, qua erumpit in Oceanum Atlanticū flumine aduerso, ad pontē qui est e regione ad Septimancas. Ab occasu terminatur pelago Atlantico quod est inter Duriam atq; Anæ fluuium. A meridie habet latus quod diximus a septentrione Bæticiam habere. Ab oriente terminatur linea recta, quæ ducitur ab Oretania veteri ad pontem Duriam, qui nunc est contra Septimancas. Quod reliquum est Hispaniæ complectitur prouincia Tarraconensis, quæ habet terminos a septentrione Oceanum Britannicum, ab OEasone ad Nerium siue Artabrorum promontorium: ab occasu littus quod est inter idem promontorium & Duriam ostiū in Atlantico Oceano, & latera orientalia quæ diximus Bæticiam & Lusitaniam habere. A Meridie terminatur latere quod a septentrione dedimus Lusitaniam, & nostri maris ora, quæ est inter Charidemi promontorium & Veneris templum. Ab oriente habet Pyrenæos montes, quibus diximus Hispaniā a Gallia determinari. Ex iis quæ dicta sunt, conuincitur error illorum qui eam quæ nostro sæculo Portugallia dicitur, Lusitaniam appellant: cum Lusitania latius pateat, quippe quæ cōplectatur Caurium, Castra Cecilia, Castra Iulia, Placentiā, Abilam, Salmanticam, & eam quæ nunc Ciuitas Roderici nuncupatur. Atq; e diuerso pars illa Tarraconensis prouinciæ, quæ interiacet Duriam & Limiam, qui alio nomine Lethes quoq; vocatur, Portugallensium Regi contributa est, quam tamen in historia Lusitanorum Regem nominauimus, ita tamen vt per totum eius potissimam partem intelligamus. Eadem præterea ratione qui nomine corrupto nuncupatur Aragoniæ Rex, Tarraconensem Regem semper in historia diximus, cum alioqui Tarraconensis prouincia præter Bæticiam & Lusitaniam, omne quod reliquum est Hispaniæ contineat, apud antiquissimos tamen Romanos Tarraconensis tantum vocabatur portio illa breuis quæ citra Iberum amnem erat, dicta a Tarracone eiusdem regionis vrbe nobilissima. Neq; sunt audiēdi qui furore quodam Bellonæ perciti diuinant, aut illa quæ somniarūt, dicunt se pro comperto habere, quod Aragonia dicta sit ab Arago nescio quo flumine, appellato sic ex eo, quod Hercules quo tempore in Hispaniā venit, ad ripas eius amnis aras erexit, ad quas egit pecudes sacrificaturus: itaq; dictus Arago ab ara & agēdo, vnde sit postea ductum Aragoniæ nomen. Hæc speciosa dictu sunt, si autem aliquo vel mediocri defendi possent. Quæ vulgo nunc Andalusia, Gothorū temporibus a Vandalis habitatoribus Vandaliā nūcupata, ea putatur esse quæ fuerit apud Græcos & Romanos Bætica, & nos totam Bæticiam Vandalia contineri dicimus, sed nō idcirco tota Bætica est Vandalia. Nam Murgi, Mentesa, Vbeta, Biatia, Tarraconensi prouinciæ cedunt, quæ tamen sub Vandalia comprehenduntur. Portio illa quoq; Bæticiæ, quæ protenditur inter Anam fluuium montesq; Marianos, quæ Magistratibus diui Iacobi & Traiano ponti contributa est, a nemine in Vandalia cōnumeratur. Quare & nos nō omnia dabimus antiquitati, sed neq; semper incertum vulgus sequemur: fugiemus tamē, quoad fieri poterit, barbaras appellationes, sequemurq; voces sermoni Latino vsitatas, etiam si tantundem non valeāt. Itaq; Portugallensium Regem Lusitanorum potius appellabimus, & Aragonensium Regem potius Tarraconensem, & Nauariorum potius Vasconum, & Castellatorū potius Hispanorum, non ignoran-

ignorantes Lusitaniam & Tarraconensem & Vasconiam latius patere. Apud antiquissimos sub Hispaniæ nomine continebatur Narbonensis prouincia Neumasiū vsq; & Auenionem, deinde sub Romanis principibus contracti sunt fines ad Pyrenæum. Atque iterum Gothi Reges ad terminos illam præcos extenderunt. Vnde & in conciliis quæ sub Gothorum principibus in Hispania sunt habita, Narbonenses, & Bessenses, & Carcaffenses, & Carpentoractenses, & Helenenses, & Beterrenses Episcopi nomina sua in decretis subscripserunt.

De montibus Hispaniæ.

- 10 **I**NTER Hispaniæ montes Pyrenæi altitudine cæteros excedunt, cognominati, vt Silius Italicus in primo Punicorū volumine scribit, a Pyrene nympha Bebrycis Indigenæ principis filia, quam Hercules illac traiciens violato iure hospitii vitiauit. Aut si quis non admittit poetarū fabulas, quemadmodum Plinius, qui tertio libro naturalis historiæ scribit totū illud de Pyrene fabulosum esse, credat Diodoro Siculo, qui libro sexto bibliothecæ prodit, dictos Pyrenæos esse a pyr vocabulo Græco, quod Latine veritur ignis, quo montes illi diu conflagrarūt. Hi, sicut in superioribus dictū est, posteaquam a templo Veneris ad OEasone m disteminarunt Gallias ab Hispania, per Catabros & Astures maritimos porrecti occidentē æquinoctialem versus in Gallecia tandem euanescent. Idem præterea montes ab ortu solis in occasum porrigūt brachium per mediam Hispaniæ longitudinem paribus intervallis, ad eos quos diximus protendi per oram maritimā ab OEasone in Galliciam. Hoc Pyrenæi brachium distinguit Hispanos, vt hi vocētur Citramontani, illi vero Ultramontani, terminaturq; ad in ora Lusitaniam occidentali. Est & Iubeda mons, quem Saluum Aucensem hodie vocāt, ab Auca vrbe antiquissima vnde incipit, cuius vestigia cum nomine adhuc visuntur iuxta Villā Francam, oppidum supra Burgos circiter viginti passuū millia. Dicitur autē hic mons Iubeda a Iubalda Iberi Regis filio qui a Beroso Chaldeo ibidem regnasse traditur. Hic mōs ab Auca protenditur meridiem versus æque distanter Pyrenæis montibus, arcens Iberum amnem ne fluat in occasum, quo cætera Hispaniæ flumina maiora influāt in mare occidentale. Mons quoq; Orospea initium capit nō longe a noua Carthagine, tenditq; in occasum per nostri maris oram maritimam tangens Illiberos, Malacā, Arundam: desicq; tandē in Atlantici maris ora contra Hercules Gades, Mariani montes incipiūt a Tygenū saltu, porrigunturq; occasum versus per mediā Bæticiam, euanescentq; in mari Atlantico. Hos Ptolemæus corrupto nomine Temmerianos vocat pro Marianis. Sunt & alii cōplures Hispaniæ mōtes, sed vt brachia siue articuli superiorum quatuor sunt, aut per se colles potius dicendi, quā montes.

De maximis fluminibus Hispaniæ.

- 40 **F**LVMINA, quemadmodum & mōtes, crebro memorātur in historiis, propterea quod sunt a natura posita quasi fines regionum æterni, per quos in cognitionem multarum rerum perueniemus. Quare visum est de omnibus Hispaniæ qui maxime principes sunt, aliquid delibare, & imprimis de quo Lucanus, *Qui ferit Hesperiam post omnia flumina Batis*. Hic ortus in Saltu Tygenū nō longe a Caltaone fluit in occasum, atq; ab Andugaro Bæticiam mediam secat, & prouinciæ nomen imponens, eius vrbes nobilissimas Cordubam, Italicam, Romuleamq; quōdam Hispaniam vocitatam præterlabitur. Hæc a Pœnis deinde Ispilia, & a barbaris postea in uersis literis prioribus, & p in b mutata, Sibia dicta, nūc Seuilla nominatur. Tandemq; per vnum ostiū exit in mare iuxta municipium quod Luciferi templum ab antiquis dicebatur. Olim hic fluuius duo habuit ostia, quorum alterum quod erat meridionalius, oblimatum est cum alueo eodem pertendente a Nebrissa per Astam coloniam ad Turrim Capionis. Ex quibus facile soluitur illa dubitatio quæ solet harum rerum curiosos mouere, & me ipsum plarumq; ambiguum reddidit. Cum Strabone, Ptolemæo, Mela, Plinio, omnibus cosmographis authoribus, Nebrissa & Asta colonia inter æstuaria Bætis positæ sint, qui potuit fieri, vt hodie non paucioribus quam octonis passuum millibus a flumine distent? Nimirum, quia vt

statim dixi, alveus ille qui Nebrissam & Astam præterfluebat, oblimatus est, sic tamen, ut illius vestigia hodie visantur cum æstuariis atque diorygibus manu factis, ut inquit Strabo, ad exportandas scaphis & lintribus fruges ex agris in vicinas vrbes. Sed quemadmodum a Bæti fluuio Bærica nomen accepit, ita ab Ibero amne vniuersa Iberia cognominata est, qui vn^o ex omnibus Hispaniæ fluminibus in Austros defluit, cum reliqui omnes ob ortu in occasum delabantur. Cuius rei causa altius mihi nunc repetenda est. Per medium totius orbis cogniti ab ortu Solis ad occasum porriguntur excelsi montes, quasi dorsum quoddam terræ, ex quo omnia prope flumina oriuntur partim ad septentrionem, partim ad meridiem. Hi montes dum per Indias tendunt, appellantur Caucasus: cum per Syrias, Taurus: cum per Ciliciam, Amanus. Tum duo porrigit brachia, alterum per Isthmon interiacentem sinum Arabicum atque mare Nostrum, deinde per mediam Aphricam procurrit vsque ad ¹⁰ † maris Atlantici promontorium. Alterum præterea brachium porrigit per montes incognitos, qui iunguntur montibus qui diuidunt Thraciam a Macedonia, qui deinceps respondent alpibus Italiæ, a quibus per omnem longitudinem surgunt in Apenninum. Tum per Cemenos montes medias Gallias pertendentes applicantur Pyrenæo, a quo, quemadmodum paulo ante diximus, porriguntur montes qui Hispaniam diuidunt per mediam longitudinem, desinuntque in ora maris Atlantici iuxta † Lusitaniæ oppidum. Cum itaq; omnes fluuii capitales ex causa superius tradita partim in septentrionem, partim in meridiem delabantur, sola Hispaniæ flumina fluunt ab ortu Solis ad occasum, euntque recta in Atlanticum pelagus, præter Iberum amnem, qui, ut diximus, a Septentrione labitur in Austrum, ab Iubeda monte prohibitus ire occasum versus. Anas igitur in agro Laminitano prouinciæ Tarraconensis ortus, nunc se in terræ cuniculos mergens, nunc in stagna refundens, quemadmodum paulo superius dictum est, ab Oretania veteri secundo flumine Bæticam a Lusitania determinat, præterlabiturq; Ceciliam Gemelinam, Emeritam, Pacemque Augustam Lusitaniæ vrbes præclaras, factoque flexu anteaquam in Atlanticum pelagus exeat, per duo ostia non procul a † effunditur. Tagus in Celtiberia Tarraconensis regione ortus Carperaniam secat, deinde Talabricam præterfluit, & a ponte quem nunc Archiepiscopi vocant, Lusitaniam diuidit mediam, atque non longe ab Olyssipone in Atlanticum erumpit Oceanum. Hic Poetis aureas arenas in mare traditur voluere, quod non omnino fabulosum est, cum cernamus nunc in eo bracteolas aureas per medias arenas interlucere. Durius amnis oritur in Pelendonibus prouinciæ Tarraconensis, fluitque in meridiem quoad perueniat Numantiam urbem Celtiberorum clarissimam, deinde flexit occidit occasum versus, præterfluensq; Cluniensis conuentus oppida nobilissima a ponte qui situs est e regione ad Septimancas, Lusitaniam a Tarraconensi determinat, per Turrem sellarum, Taurum, & Ocelum, tandem exit in Oceanum Atlanticum iuxta urbem quam vocat portum Callaicorum. In Lusitania flumen est Munda in eadem ortum, exitque in Oceanum quoque occidentalem. Est & in Bætica ciuitas eiusdem nominis, iuxta quam Cæsar Pompeii liberos superauit, bellicisque ciuilibus finem imposuit, quamquam sunt qui accipiant urbem pro fluuio, & fluuium pro vrbe, cum inter flumen & urbem intersint centum parasangæ, aut non multo minus. Limiam Galliciæ flumen, quod antiqui Lethen, hoc est, obliuionis appellauerunt, & Minium amnem quoque insignem eiusdem Galliciæ, quem Poetæ dicunt voluere in pelagus arenas aureas, id quod de Tago diximus. Et de omnibus Hispaniæ magis insignibus hæc dixisse sufficiat, nunc de regionibus, populis, urbibusque differendum est.

CÆTERA DESUNT.

ÆLII

AELII ANTONII
NEBRISSENSIS, HISPANARVM
RERVM FERDINANDO REGE ET
ELISABE REGINA GESTARVM, PRIMÆ
Decadis Liber primus.

Premittit quaedam necessaria ad sequentis historia declarationem. Cap. I.



ENRICHVS huius nominis tertius Hispaniarum Rex, qui ex longa valetudine Valetudinarius est cognominatus, cum obiret diem suum, Ioannem bimulum fere puerum quem ex Catharina filia Ducis Ioannis ab Alencastro Britanni suscepit, sub tutela eiusdem Catharinæ vxoris ac Ferdinandi iunioris natu fratris, heredem regniq; successorem ex testamento reliquit. Qui cum ad pubertatis annos peruenisset, vxorem duxit Mariam patruo atq; tutore suo Ferdinando genitam, ex qua Enriquem primogenitum procreauit. Hæc posteaquam vita functa est, alteram superinduxit Elisaben, Ioanne Ioannis Lusitanorum Regis filio natam: ex qua duos suscepit liberos, Elisaben matrem cognominem, quæ postea Hispanorum auspiciatissima Regina fuit, & Alphonsum, qui inter ipsa statim regni exordia morte immatura interceptus est. Cum vero institutum nobis sit, Ferdinandi atque Elisabes vxoris historiam Latino sermone profequi, pauca de Enriquo & Alphonso fratribus repetenda sunt, ut ostendamus quo iure, vel quo potius numine ad Hispaniæ reipublicæ moderationem peruenerit, & qua via Ferdinandum prouinciæ Tarraconensis atque insularum nostri maris Regem designatum coniugio sortita est. Enriqus ab Enriquo illo primo huius nominis quartus Hispanorum Rex, Ioanne patre defuncto regni administrationem iniiit, qui sub ipsa regnandi initia optimum principem gessit. Nam & aliquot expeditiones in Mauros Bæticæ in quibus fecit, & regni populos ciuitatesque in summa tranquillitate continuit. Hic cum adhuc princeps esset (sic enim vocant Hispani filium Regis primogenitum, qui omnium procerum & ciuitatum populorumque iureiurando futurus Rex designatur) Blancham Ioannis Nauariz atque deinceps Tarraconensium Regis filiam duxit vxorem, sed ab illius nuptiis se continuit, siue impotentiz suæ conscius, siue ex alia quadam ratione incognita. vnde ingentes sequuntur sunt querelæ atque dissensiones, altero in alterum sterilitatis causam reiicienter: donec controuersia ad summum Pontificem deuoluta est, qui facta partium disquisitione, illos ad certum tempus lege cõiugali soluit. Facto itaque diuortio Enriqus alteram superinduxit Ioannam Eduardi Regis Lusitanorum filiam, ex qua nihilo magis quam ex priore liberos genuit. Cumque apud omnes Hispanos atq; exterarum quoque nationes constaret Regis infœcunditas, idque multis experimētis virginum corruptarum, natu grandiorum, atque mulierum etiam vulgo profutarum omnibus testatum esset, quinto anno postea quam conuenerant, Regina præter omnium spem deprehensa est concepisse: neque fuit qui dubitaret illam a quodam ex Regis amicis adulteratam, cuius nomen honoris causa etiam nunc tacendum esse decreui. Sunt qui opinentur Regem ipsum ex cacozelia per manus, ut aiunt, in manus amico potius tradidisse. Quæ res cum non solum apud regni primores, sed etiam apud infimæ conditionis homines certo certior esset, indignitate rei omnes permoti Regem aduersari detestatique: Reginam verò

YY iij

non dissimulanter odisse, quod virū tam insigni macula dedecorauerit: ipsum vero tāti sceleris autorem violatæ fidei publicæ atq; proditiōnis insimulare. Non defuerūt interea præfules & religiosi atq; ordinis equestris boni viri, qui tū sermone præfentes, tū per literas absentes Regem hortarentur, suaderentque sortum illum male ominatū turpique ex adulterio cōceptum ablegaret aliquo, vbi lateret æternū: atq; eadem via & regis ipsius ignominia dilueretur, & regni perniciofa illa fax intercideret. At Rex secum reputans Reginæ conceptum non posse celari, atque proinde si partus cuiuscumq; alterius nomine exponeretur, magnū dedecus inde subeundū, nullū exhortationibus monitisque amicorū reliquit locū: quin potius quicquid Regina peperisset, decreuit tollere atque pro suo educare. Peperit itaq; 10 filiam, cui inditum est nomen Ioannæ, quæ multorum postea malorum causa fuit.

Ioanna Enriqui designatur Princeps, ea que abiurata Alphonfus substituitur salutaturque Rex, ex partium dissidio pugnatur, vinciturque Alphonfus. Caput II.

REX cum putaret se turpitudini suæ quasi velum quoddam posse prætere, si puellam profiteretur ex se genitam, simul etiam ut suæ virilitatis argumētum aliquod relinqueret: ex primoribus regni alios pollicitationibus, quosdam etiam præmiis, nonnullos quoque precibus, complures & minis, cū quibus etiam & ciuitatum municipiorumque procuratores inducēs eo rem deduxit, ut supposititiam 20 illam recens natam pro vera filia iureiurando principem regniq; hæredem ex Hispanorum consuetudine designarent: id quod est Madriti gestū. Quæ res cum publice transigeretur, a plerisque tamen secreto reclamatum est, dicentibus se in isto terrore compulso peccasse, propterea quod Regis potentia esset illis tūc formidolosa. Qui non multum post tempus conscientia tanti facinoris adacti, remque ipsam professi palam a Rege desciuerunt, missis oratoribus qui dicerent illi, se nolle stare iuriurādo quod esset ab illis extortum, aut minis, aut illicitis pactationibus: quin potius illū per superos, perq; maiorū suorum manes, & per ipsius regni maiestatem obtestabatur, puellā vel ipso teste atq; iudice ex fœdo concubitu genitā abdicaret, ablegaretq; aliquo vnde nec nomen ad Hispanos vnquā redire posset. Pe- 30 tere insuper ut Hispanæ reipublicæ prospiceret, ne quid detrimētī pateretur: quod fieri non posset facile, nisi Alphonsum fratrem natu minorē declararet principē hæredem regniq; successorē. At Rex permotus siue cōscientia, quæ valet pro mille testibus: siue quod verebatur, ne proceres atq; populi, nisi id faceret, se ab imperio subducerēt: siue quod intelligebat, vno omnium consensu fratrem expeti, qui sibi succederet: oratoribus respondet, quandoquidē iusta & honesta petebāt, se illorum precibus velle acquiescere: id quod est ab eo factū e vestigio. Nam & Alphonsum fratrem principē sibi successorē regniq; hæredē declarauit. Quæ res omnibus omnium ordinū viris qui modo erant pacis & quietis amatores, iucundissima fuit. Nā ex ea principis hæredisq; nuncupatione pax Hispanæ reipublicæ haud dubiè promittebatur. 40 Cum deinde Rex cœpisset omnia ex arbitrio paucorū agere, quippe qui erant illi voluptatū administri, idq; regni primores ægre ferrent, cū vellent alioqui rerū nouitate experiri, publica vtilitate neglecta, & quisq; sua cōmoda secutus, dissidiū fecere. Nā & altera pars Alphonsum principē designatū salutauit Regē, dicēs non esse parandū homini tā molli & effœminato, tamq; rerū gerendarū negligentī & securo, & qui neq; proprio decori parceret, neq; publicæ tranquillitati prospiceret. Quare apud exemplo eum qui sit deterior ex duobus Regibus, neci dedēdum, ignauiumque fucos pecus a præsepibus arcendum. Altera vero pars Enriquiū secuta excusare, quod esset Rex, & ab illo quidem vnctus in Regem, cuius manu cor Regis est, & per quem Reges regnant. Quodque si ex ea causa Rex esset abdicandus, quod male rem gereret, non esset tolerabilior illa gubernatio, in qua puer 50 vnde decim annorum, cuius ætatis tunc erat Alphonfus, regnaturus erat: attestante scriptura sacra, Vt terræ illi, cuius Rex est puer. His se vtraque pars rationibus tuebatur apud multitudinem, re autem vera secreto sua quisque commoda sequebatur. Nec tamen erat animus vtriusque bello decernendi, quam cunctando vtriusq; regis

regis potentiam infirmandi, quo facilius possent, deinde pro sua libidine regnum inter se partiri: id quod postea experimento compertum est. Sed cum vtraque pars exercitus coereret, atque opportunam castris sedem exploraret, Vmetum simul contenderunt: siue quod locus ille tali situ est, ut qui eo potiretur, meliorem esset belli conditionem habiturus: siue quod fatalis ille campus moliebatur tradere victoriam Regi qui potiore videbatur causam habuisse, exemplo illius pugne quæ eodem in loco Ioanni Regi de Ferdinandi liberis victoriam dederat. Congregatis igitur vtrinque copiis, cum de conditionibus pacis non posset conuenire, neque fieri, quin signis collatis dimicaretur, victoria penes Enriquum māsit. Quod vero 10 ea pugna citra voluntatē primorū fuerit, ex eo facile coniectare licet, quod victores in persequendis belli reliquiis non perstiterunt. bellum namque nō tam finire quam protrahere volebant. Cum essent in procinctu acies, diceretq; quispiā, Nulla ne ratio inueniri potest qua prælium hoc possit dirimi? Optime, facetus quidam homo respondit. Quia nam inquit ille. At hic rursus, Si alter exercitus aufugerit.

Alphonfus obit, illiusque partes hortantur Elisabeth sororem, ut regni sceptrum arripiat: quod illa recusat. Caput III.

ALPHONSVS acie superatus sub tutoribus illis qui sibi in bello fuerant adiutores, vixit annos tres, obiitq; diem suum Cardeniosæ agri Abilenfis exiguo pago, in pestilentia illa infami quæ per id tēpus grassabatur. Erant autem ea tēpestate cum illo qui suarum partium studia fouebant, Alphonfus Charillus Archiepiscopus Toletanus, Ioannes Patiequus qui ex Marchione Villenati Magister militiæ diui Jacobi Spathiferi fuit, Aluarus a Stunica Comes Placētinus, qui deinceps fuit Areuacorū Dux, Alphonfus Pimentellus Comes Beneuentatus, atq; alii cōplures omnium ordinū viri principes. Qui ex morte sui ducis animo consternati, formidantes Enriqui Regis auctam ex victoria potentia, quem probris & maledictis per literas perq; acclamationes sæpe lacesserant, nullū aliud sibi præfidiū ab irato Rege inueniebāt, quam si in demortui fratris locū Elisabeth sororē quæ eodem tempore atq; in eadem erat vrbe, substituerent, Reginamq; salutarent. Sic enim posse 30 & factionem suam confirmare, & cōmissorum impunitatē assequi, cum esset præferti Regis filia atq; soror vnica, ad quam non minus hereditariū regni ius, quam ad Alphonsum fratrem germanū pertinebat. Adeunt itaq; illā, & dicta acceptaq; salute, Alphonfus antistes Toletanus cui reliqui omnes primas orandi partes dederant, huiusmodi fere sermonē habuit. Si apud Deū immortalē vota nostra valuisent, optima Princeps, & tu iucundissimo fratre tuo nunc fruereris, & nos haberemus regē quē sequemur obseruare musque. Sed quando superis ita visum est, ut ille raperetur, ne malitia forte mutaret mentē, aut quia placita Deo anima illius, tu sola nunc restas altera spes atq; vnica lux, quæ possit Hispanæ reipublicæ tenebras illustrare. Quāta reipublicæ labe ab Enriquo fratre orta est, ex eo tēpore quo 40 supposititiā illam, & quam simulabat esse filiam, hæredē Reginamq; futuram etiā iureiurando procerū interposito designauit, oprime nosti. Sed fuit tēpus illud primum tolerabile. Postea vero cum neglecta regni administratione, omni voluptatum genere affluens per quosdam impuratos contubernales vniuersa negotia exequeretur, iurisq; & iniuriæ nullum tum esset discrimen, coacti sumus quasi in demortui Regis locum Regem alterum nobis sufficere, qui illius negligentia rē perditam instauraret. At nunc illo acerba nec indigna minus morte preempro, quid reliquum est, nisi quod bonū, foelix, faustumq; sit, ut regni gubernacula suscipias, fessiq; rebus atq; luxatis operam tuam opemq; accommodes? Neq; est quod oblatam a nobis conditionē recuses, nisi mauis te ipsam, tuosque ciues ire perditum. 50 Nam si tu, ad quam regni successio ex iure manu confertum pertinet, non arripis occasionem, vide ne frater auctus hac quoque parte quam nos tibi tradimus, totā regni molem in subditiciam illam tui æmulam transeat. Hæc Toletanus præsul, cui reliqui primores sunt assensu. At illa ex recenti fratris obitu in mœrore ac luctu degens, paululum lachrymis & cogitatione morata, paucis tandem respondit.

Ego venerande Præsul, vosque principes mihi charissimi, voluntatem istam quam geritis erga me, admodum laudo, atque proinde magnifacio, & si quâdo mihi dabitur facultas, gratiam vobis cumulatissime referam. Sed qualis antehac mihi animus fuerit, quemque in præsentiarum habeam, quia, vt intelligo, vobis perceptum non est, breui ostendam. Quo tempore frater meus idemque germanus mihi dulcissimus vobis adiutoribus rerum potiebatur, quia discorditer cum Enriquo fratre communi viuebat, nullo modo poterat mihi placere status ille reipublicæ. Nam quis sanæ mentis probaret fraternas acies, alteraque bella profanis decernere odiis? quis fas & nefas misceri, legesque & iura violari? Quæ omnia ex bicipiti gubernatione illa sequebantur. Sed quoniam sic fata voluerunt, vt ex duobus alter alteri cesserit, non censeo amplius repugnandum esse diuinæ voluntati, quæ bis iam manifestissimis argumentis declarauit, quid nos sequi debeamus, semel cum victoriam, atque iterum cum fratri vitâ abstulit. Quod si vos, o amici, Hispaniæ reipublicæ cura tangit, illud potius curate, vt res ad illius imperium deferatur, cui Deus ipse deferendum esse iudicauit. Sed quia non modo omnium ordinum consensu, sed etiam ipso qui ab aliquibus dicebatur esse pater, iudice, abdicata est illa quam dicitis mei æmulam, si me Ioannis Regis filiam, si dignam tanto nomine putatis, efficit per ipsum Regem, perque reliquos Hispaniæ proceres, vt res Hispana in alienam familiam illegitime non transferatur, sed post fratris obitum ad illam deuoluatur, cuius potior videbitur esse causa.

Agitur de concilianda Elisabe Regi fratri, & Archiepiscopus Hispalensis negotium suscepit. Caput IIII.

His rationibus commoti proceres abierunt, addubitâtes quam potissimum viam insisterent. Quos ancipiti consilio distractos Ioannes Patiequus Magister equestris ordinis sub diuo Iacobo merentis in hunc modum allocutus est. Quæ sit magnanimæ huius puellæ mens, sapientissimi viri, quod consilium videtis: quam non libido regnandi, non odia in partis aduersæ studiosos flexerunt, eam nos miremur oratione in sententiam nostrâ non potuisse impelli? Credite mihi o proceres, magnam quiddam hæc indoles promittit. Non est puellæ huius ingenium vulgare. Nam quis illius rationes quibus nunc vsa est, confutare aut refellere potest? Quis enim non videt reipublicæ, atque etiam nobis ipsis magis conducere pacem, ad quam nos illa hortatur, quam bellum quod vtrisque perniciosum est? Nam timor ille noster a Rege quem offendimus, facile sedari potest vel per ipsam regni participem factam sororem, cuius ea est prudentia, vt vel vno verbo nos possit facere illi beneuolos. Quid? quod ego pulcherrime noui Regis ipsius ingenium? in media iracundia, etiam minima excusatione placabilis est. Quare sententiam meam ego breui vobis ostendam. Sororem censeo fratri conciliandam ea conditione, vt ille solus imperio potiatur, illa vero si fuerit superstes, in regni administrationem succedat, idque ex gentis nostræ consuetudine, procerum procuratorumque totius Hispaniæ iureiurando sanciat. In Magistris sententiam omnes pedibus manibusque tunc ierunt, quod videbatur æquabilior, & cui nemo possit obistere, tamen non erat illis ignotum ipsum iam pridem cogitasse de reditu in gratiam cum Rege, quippe qui cotidie apud omnes testaretur, prædicareturque illum vnicum benefactorem suum, seque omnium fortunarum suarum illius esse debitorem. Ex quo factum est, vt omnes factionis illius socii, atque ille imprimis, cepissent agere de concordia inter fratrem & sororem. Is namque autor fuit, vt Alphonfus Fonseca Archiepiscopus Hispalensis, vir bonus atque dicendi non imperitus, & qui vtriusque partis esset amicus, Regem adiret, atque imprimis ab illo venia petita, de pacis conditionibus ageret. Qui vt erat homo ad res agendas natus, non grauate negotium suscipiens regem adit, apud quem huiusmodi sermone vsus est. Cum in constituendo Rege, clarissime Princeps, omnia virtutum genera sint necessaria, & quæ possint illum, & bonum virum facere, & sapientem: duæ tamen iure videntur primas sibi vendicare sedes, clementia & iustitia, quæ solæ possunt efficere mortales proxime ad Deum accedere, qui & ipse clementissimus iustissimusque est.

que est. His duabus ita moderatur orbem, vt in suis operibus nunquã altera sine altera reperitur. Pars illa, optime Rex, quæ fratrem tuum sequebatur, forte sibi persuaserat se a tua Celsitudine duriuscule tractari, quod videbat te propensiori quodam modo amicis quos tibi priuatim delegeras, indulgere, quodque beneficia quæ consueuerunt a regali beneficentia proficisci, non peruenirent ad illos pro dignitate. Sed esto partim inuidia, partim indignatio illos a te alienauerit, iam pudet eos pigetque facti, iam fatentur se & tuo Marte, & diuina sententia victos. Erigitur clementiæ tuæ, & illos facere tibi obsequentes amicos, errata illis condonâdo, & iustitiæ, si regni tui vires sparsas recollegeris, cõposuerisq; rerum statum præsentem, & deinde futuræ tranquillitati prospexeris. Quod vtrūque vno tuo singulari beneficio in remp. efficies, si fororẽ iã prope vno omnium consensu principem nõ modo expectatã, sed animo quoque designatã, tu tibi illã successurã, regniq; legitimã heredem declaraueris: atque eadẽ via te ab omni molestia liberabis, omnesq; primores obnoxios tibi facies, & rebus Hispanis quietem pacemque in longum relinques, efficiensq; vt misericordia & veritas obuient simul, & iustitia & pax osculetur se. At Rex tamen erat illis non dissimulãter iratus, a quibus hæc petebatur, benigne tamẽ patieterq; Archiepiscopũ audiuit, responditq; se die postero illi responsa daturum, atque ita illũ in hæc verba dimisit. Erant familiares atque amici Regis secti in factiones duas, altera quæ studebat Regis sorori, altera quæ partis supposititiæ illius filię sustinebat. Qui audita legatione cum intelligerent Regis ingenium flexibile, atque paruo momẽto posse huc vel illuc impelli, regem aggrediuntur, tentantque rationibus ad rem accommodatis, quæque pars in sententiam suam pellicere. Qui adulteri-næ Regis filię partes tuebatur, dicebant venisse tempus in quo Deus traderet hostes in manus suas, quando spoliati duce, atque consilii inopes, nesciebant quo se conferrent, nisi ad eum quem re & verbis læserant. Reuocaretque in memoriam, quo pacto ab imperio suo descuerunt, atque contra diuina & humana iura creato sibi Rege, armati etiam in acie contra suum verum Regem decertauerint. Meminisset quæ probra & maledicta in vulgus sparserint, atque etiam ad principes exterarum gentium scripserint ea quæ de maiestate regia consumxerunt prædicaueruntque, quibus etiam scorta & prostibulæ meretrices abstinerent. Quare huiusmodi hominum generi, non modo veniam non esse dandam, aut in gratiam recipiendos, verum etiam bello persequendos, exagitandosque ad extremas mundi oras, quo abluerent commissa, dignasque pro suis sceleribus pœnas reportarent. Exaggerabant præterea hominum superbiam, vel impudentiam potius, qui cum debuissent petere veniam supplices, postularẽt suo arbitrio designari debere principem regni-que heredem, imponentes legem quam victores victis imponere consueuerunt. At pars altera, siue quod diffidebat Regis ingenio, quod erat magis pronũ ad occidũ atque in cordiã, quam ad decertandum vindicandumque bello iniurias, siue quod intelligebant regni hereditatẽ ad fororẽ pertinere, siue quod videbant mala impendẽtia nullam esse habitura finem, nisi frater & soror redirent in gratiã, obtestabantur Regem, vt ex hostibus faceret amicos illos qui antehac sibi obstiterant, simul etiã fororẽ sibi beneuolam faceret, declararetque illam principem regnotumque futuram heredem, si foret sibi aliquando superstes. Erant qui suaderẽt illi omnia superiora per simulationem esse faciẽda, quoad foror in potestatem suam redigeretur. posse enim tunc illã alicui exterarum gentium principi matrimonio locare, atque eadẽ via tradere filię, siue putatiuæ, siue ex se genitæ, regnũ quod a maioribus suis receperat.

Regem dubium in Elisabes partes Andreas Caprarius proniorem facit: statuiturque pacis conditiones. Caput V.

EX tam variis sententiis Regem ancipitem, dubiumque quid faceret, Andreas Caprarius quem Magisterio domus præfecerat, & cui ex omnibus amicis magis fidebat quam nulli alteri, huc in modum est allocutus. Etsi intelligo, clarissime Rex, me apud Celsitudinem tuam non habere tantum autoritatis, vt audeam te aliqua de re admonere, est tamen fidei meæ & obsequii quod tibi debeo, testatum

apud te relinquere, quid ego sentiam de hoc negotio quo te implicitū esse video. Audiui nuper ex quodam viro doctissimo qui se philosophum profitebatur, scriptum esse apud Platonem, tantum quemque in sua rep. debere contendere, quantum civibus suis persuadere posset. Nam quemadmodum patri, sic etiā patrie non esse vim inferendam. Omnibus regni primoribus simul & vulgo, atque omnium ordinum viris persuasum est, hanc quā Regina vxor tua peperit, non esse ex te genitam, idque factum esse illis probabile argumentis, quae nos amici tui qui saepe cum populo disceptamus, nulla ratione possumus dissoluere. Si tibi animus est, quā cupis credi tuam esse filiam, regni hæredem relinquere, tota erras via. Nam est nemo qui non indignetur parere illi, ad quem regni successio iure non pertinet. Quod si viderint te arces munitionesque & castella præsidio firmare, atque amicis tuis credere, ut post obitum tuum filiae tradant, hoc est patriae vim afferre, hoc est contēdere plus quam effici possit, hoc est Gigantum more cōtra superos pugnare, voluntati que diuinæ obistere. Neque imperio tuo subditi magis id patiētur, quam si velis illos in manus infidelium tradere. Si respublica Hispana loqui posset, non aliud opinor diceret, quam quod ego nūc sentio, esse videlicet ignoscendum illis qui pro fratre tuo contra te arma sumpserunt, qui forte non tam offendendi tui causa, quam utilitati publicae prospiciendi id fecerunt. Deinde sororē tibi conciliandam, tractandamque proinde ac si esset filia ex te genita, quandoquidē ita Deus voluit, ut tu sine prole decessurus esses, illique regni successione volens nolensque decernas. Hac enim via omnes tibi fatebuntur esse debitores, tibi que libentissime obtemperabunt, tu summo ocio & tranquillitate fruere, res Hispanae in dies magis magisque efflorescent. Pro quibus in republicam meritis illud præmiū tibi dabitur, quod omnibus qui commissum sibi imperiū cōseruauerint, adiuuerint, auxerint, a deo propositum est. In hanc sententiam quae ex altera parte timorem intentabat, ex altera ocium pollicebatur, Rex facillime acquieuit, iubetque vocari Archiepiscopū, cui responderet, velle se reipublicae & cōmunis utilitatis causa cōdonare illorum errata qui ab imperio suo descuerint: velle præterea sororē sibi cōciliare, atque in principē regni que successorem cooptare, modo illa in sua verba persancte iuret suo iniussu nuptū ire mortaliū nemini. Suscipit Archiepiscopus se & illorum quibus est cōcessa venia, & sororis designandae principis, & Hispanae totius reip. nomine immortales gratias agere pro tā mansucto benignoque ingenio. Tum agi cœptū de conditionibus pacis, idque foedus est in hac pacta conuēta: Imprimis, ut soror princeps designanda, & Ioannes Patiequus Spatharius Magister, & ex reliquis qui in eadē causa fuerunt, qui vellēt, regalē curiā frequētarent, quo per omnē Hispaniā reditus in gratiam atque cōcordiā illustrior esset: quodque Rex intra quadrimestre tēpus Reginam ex furtiuo illo concubitu filia dimitteret in Lusitaniā, curaretque per pontificē cum illa diuortium facere, quandoquidē cum foedus coniugale cum illa inierat, ad præfinitum tempus fuere legibus soluti, experiundi tantum gratia in vtro esset gignēdi defectus, cum alioqui permanēdum illi esset cum prior vxore: tum demum, ut in alimenta sumptusque nouē principis decerneret stipendiaria oppida cū iurisdictione, ex vrbibus Abilam, Optum, Molinam, Vbetam, ex municipiis Methymnam cāpestrem, Vmetum, Ascalonem. Ipsa vero Princeps iuravit stantibus his conditionibus, nisi per Regē fratrem liceret, se nemini mortaliū nupturam. Constitutum est præterea ad præfinitum diem, ut Rex & soror conuenirent in æde ac cœnobio diui Hieronymi, quod est ad locum quod vulgus Guisandi tauros appellat.

Enriqus & Elisabeth soror conueniunt, rursus designatur princeps, & Ioanna Regina fugit. Caput VI.

ERAT ea tempestate Rex in oppido quod ipse plurimum frequentabat, antiqui Carpetaniae Mantuam vocabant, nostra ætas Madritum nominat. Soror vero Abilæ morabatur. Quae accepto Regis responso conuocatis primoribus, cum primum potuit, venit Zebberos comitatu virorum principum frequenti, inter quos erant ex ordine ecclesiastico Toletanus & Hispanensis Archiepiscopi, & Enicus Manriquus

Manriquus præsul Cauriēsis. Ex ordine vero militari Magister diui Iacobi, & Placentinus, Beneuentanusque, & Oforninus, Comites, alique complures vtriusque ordinis principes viri. Rex vero ex Madrito profectus, venit ad Cadahalsum, qui in agro Ascalonitano pergrandis est vicus. Locus in quem constitutum est se conuenturos, distabat vtrique in intervallo pari. Quo posteaquam conueniunt, seque inuicem salutarunt, Rex benigne ac comiter sororē longo post tēpore visam breuiter allocutus est. nam cætera dixit, se in aliud tempus referuare. Tunc accedens diui Iacobi Magister, genua Regis amplexus, pauca pro se atque pro cæteris qui in eadē causa fuerūt, est locutus, partim excusans, partim confitens suum atque aliorum errorem, pollicēs suo atque sociorum nomine cōpenfatuos se obsequiorum crebriate pristinas offensiones, si quid fuisset in quo læserint regiā maiestatem. Erat in ea conuentus celebritate ad hoc ipsum inuitatus Antonius Venerius Apostolicæ sedis legatus, idemque Legionēsis Episcopus, & qui deinceps fuit Conchēsis præsul, atque S. R. E. Cardinalis. Is petēte ipso Rege absoluit, atque relaxauit a priori iureiurando illos omnes qui iā pridē Madriti iurauerāt principē regni que hæredē futuram illam quæ falso dictitabatur filia Regis. At qui Rex ipse declarauit extēplo imperii successione, hæreditatēque, ac regni dominiū ad sororē pertinere, quemadmodū & antea Alphonsum fratrem futurū Regē designauerat. Quo intercepto in superstitem vnicam sororē hereditarium ius esset deuolutum. Nam quæ sua dicebatur esse filia, illā abiurabat, abdicabatque perinde atque alienā. Iurauitque euestigio in Apostolici legati verba, se hanc vnicam sororē regni hæredē agnoscere, & præter eam neminē, atque hanc hæredis institutionē declarationemque sub eodem iureiurando affirmauit se nunquam per se aut per alium quempiam interpellaturum. Idemque coegit omnes omnium ordinum viros, summates & infimates, qui aderant, iureiurando sancire. Per edicta quoque præcepit, ut omnes ciues, oppidani, municipes, & populi suo imperio subditi idem secum iurarent, atque si contingeret, ipsum e vita priorem excedere, haberēt illam certam, legitimam, & indubitam Reginā. Edixit præterea, ut omnes ciuitates, oppida, municipia mitterent procuratores suos Ocaniam, vbi futurus erat conuētus procerum, in quo de statu reipublicae decerneretur. Per idem fere tempus Ioanna Regis vxor quæ mittenda fuerat in Lusitaniā, ex certis quibusdam causis posita est sequestro in potestate Archiepiscopi Hispanensis, qui tradidit illam adseruandam Petro a Castella ex sorore nepoti suo, in arce quam ipse ædificauerat munitissimam Alahegiis. Egregia interea coniux, quo mariti dedecus magis testatum esset cunctis, oculos in adolescentem coniecit, & non multos post dies comperta est ex eo pregnans, neque eo contenta, aucta quoque est ingens facinus. Agit cum adolescente, ut illam per muros noctu deducat. Composita re cū sefellisset custodes primum, deinde circitores & vigiles, lapsa per funes, atque erepens, tandem veredo imposita duce ad ultero postridie Butracum venit, quo in loco erat Ioanna filia quam ex furtiuo concubitu genuerat, obseruabaturque publice ab Enriquo Mendoza Tendillano Comite. Exactis diebus paucis, Rex cum sorore principe cæteroque procerum comitatu venerunt Ocaniam, procuratores quoque ciuitatum & municipiorum eodem conuenerunt, quemadmodum per Regis edicta illis fuerat imperatum, qui & ipsi procuratorio nomine iurarunt se habituros illius sororē loco principis hæredisque, & post eiusdem obitum pro vera, certa, legitimaque Regina.

Agitur de coniugio Elisabeth principis cum Alphonso Lusitanorum Rege, & cum Ferdinando Siciliae. Caput VII.

ALTERA vero pars que Vmetano prælio Enriquem Regem secuta fuerat, indignabatur, quod non fuisset habita ipsorum ratio in illa Regis Principisque cōcordia: nihilominus tamen partim illuc accessere, partim misere procuratores suos, qui vtrique illud idem iureiurando sanxerunt. Hi fuerūt Marchio sanctæ Iulianæ, Comes Pharius, Episcopus Secontinus, alique complures eiusdem factionis. At Rex, siue Magistri Spatharii suafu, siue quod ipse per se natura erat varius &

mutabilis, nihil eorum exequatur, de quibus cum sorore transactum erat, quin e diuerso per literas egit, vt Alphonſus Rex Luſitanorum qui tunc orbatus erat vxore, peteret cōiugio ſororem principem designatam, eoque venit Archiepiſcopus Olyſſiponenſis cum literis, & mandatis, & procurator ipſius Regis nomine. Archiepiſcopus Toletanus econtrario laborabat illam iungere Ferdinando Regi Siciliae, ac Principi hæredi Ioannis Tarraconēſis Regis. Qui, vt poſſet commodius atque citra vllam ſuſpicionem peragere negotium, conceſſit Hypperos ditionis ſuæ municipiū, cœpitque exequi rem per Gutterrium Cardeniū ipſius Principis ſtruſtorem, vt ſpretis Luſitanorum Regis cōditionibus, acquieſceret potius Regi Siciliae. Rationes autem quæ poſſent illā in Siciliae Regem pellicere, atque e diuerſo a Luſitanotū Principe deterrere, complures fuere, ſed illa imprimis quod Enriqui fratris conſilia eo tendere videbantur, vt ſororem ex regi limites ablegaret, nulla dignitatis habita ratione, dum modo efficeret quod cupiebat, id eſt, quo poſſet commodius ſubdituam filiam in regni ſucceſſionem ſubſtituere. Ex quo illud efficiebatur, vt quoniam Luſitanorum Rex haberet ex priori coniuge filium hæredem, ſi ſuſciperet ex ea liberos, relinqueret eos exhæredes: ſi minus ſuſcepſiſſet, ipſa nihilo minus maneret indotata. At rex Siciliae idemque Tarraconēſium Princeps designatus, qui necdum vxorem duxerat, neque liberos procrearat, non modo poſſet habere filium qui ſuccederet in gubernationem, ſed etiam poſſe fieri, vt auitum regnum cum regno dotali coniungeretur. Accedebat ætatis æqualitas, quæ ad animos conciliandos valet plurimum, cum alioqui Luſitanus eſſet natu grandior. Eo quoque accedebat, quod ſi res in diſcrimen eſſet ventura, vt inter duos Principes armis decerneretur de regni poſſeſſione, quod Rex Siciliae idemque Tarraconenſium Princeps habebat in Hiſpania ex primoribus complures ſanguinis propinquitate coniunctos, qui cuperent ipſum potius quam alienum regnare, & qui ſi vires ſuas cum ipſius Principis viribus coniunxiſſent, facile poſſent ſubmouere, atque ſemel ex Hiſpania æmulam illam atque in ipſius regni perniciem genitam eradicare. His ſuaſionibus apud Eliſaben Principem Gutterrius utebatur. Quas illa ſecum reputans, ſimul etiam quod videbat fratrem Regē nolle ſtare pactis conuentis, neque tradere illi vrbes & municipia, quemadmodū inter eos conuenerat, ſed illud imprimis quod frater nihil aliud moliebat quam ipſam ex Hiſpania pellere, atque perinde regni ſucceſſione ſpoliare, facile aſſentiebatur ſtruſtore admonitionibus: ſed pudebat illam publice fratris voluntati obſiſtere, qui per ſe atque per amicos inſtabat, vt in hoc ſibi obſequeretur, promittēs (vt aiunt) maria & auri montes. Quare vtriuſque partis rationibus obtuſa, & dubia quid potiſſimum ſequeretur, tandem reſpondit ſe huius deliberationis curam omnem ad Hiſpaniæ proceres velle deferre, precata Deum imprimis, vt quod rei publicæ foret vile, ſibi que honeſtum, id illis animum induceret. Sed cum vtraque pars inſtantius vrgeret, atque intelligeret plerofque omnes ex proceribus atque inſimæ mediocriſque conditionis hominibus in Siciliae Regem propenſiores, Olyſſiponenſi Archiepiſcopo reſpondit, velle ſe hanc rem tam grandem, & quæ nō tam ſua quam omnium communis eſſet, cum Hiſpaniæ primoribus commentari: atque ita demum re cum omnibus communicata, ſe per oratores ſummam totius negotii miſſuram Luſitanorum Regi. In hæc verba Archiepiſcopus eſt dimiſſus. At illa ſecreto per ſtruſtorem Toletano præſuli reſponderet, ſi per primores proceresque regni ſibi liceret, ſe facturam quod ille tam inſtanter eſſagibat.

Enriqus a pactis conuentis diſcedit, atque in Baticam profecturus Comiti Placentino Areuacum cum Ducis titulo dono dat. Caput VIII.

CÆTERVM Rex cum videret omnes conatus cogitationeſque ſuas in caſſum recidiſſe, veritus ne ſe inuito ſoror nuberet, cui minime ipſe veller, cœpit agere cum amicis quo pacto illā poſſet in vincula cōiicere: idque feciſſet, niſi timeret ne proceres ab eo deſciſcerent, illamque bello vindicarent. At Toletano præſuli factus eſt inſeſtior, tanquam auctori conciliatorique matrimonii ſororis cum Rege Siciliae,

ge Siciliae. Succenſebat præterea illi, quod ad priſtina ſua errata hic nunc cumulus acceſſiſſet maximus, in re præſertim quæ ſua omnia interturbaret conſilia. Itaque cum pararet cohortes quæ illum comprehenderent, ſuſpicio fuit Magiſtrum Spatharium feciſſe Præſidem omni de re certioſem, monuiſſeque vt cauere ſibi. Idque faciebat nō tam quod Archiepiſcopus erat ſibi aut amicus, aut ſanguine propinquus, quam quod ſecreto fouebat alterius partis primores, vt ex illa cunctatione diſcordiæ in dies creſcerent, vnde ſibi putabat magnas fieri poſſe fortunæ acceſſiones. Quare cum ad conſlictum erat veniendum, nunquam ſinebat alteram partem euadere ſuperiorem, ſed ſubleuabat ſemper partem quæ eſſet abiectior.

10 His artibus & alterutra pars & illius ope indigebat, & ipſius potentia cotidie augebatur. Rex cum neque blanditiis, neque precibus, ſed neque minis poſſet ſororem in ſententiam ſuam attrahere, neque auderet illam in vincula conicere, ſtatuit ad tempus diſſimulare, atque in Baticam proficiſci, vt conciliaret ſibi vrbes, & municipia, atque illius prouinciæ primores qui Alphonſi fratris factionem aduerſam ſecuti fuerant. Et quo id facilius aſſequeretur, extorſit a ſorore literas quibus ſignificaretur cum illo reditus in gratiam, neque alia ex cauſa ipſum illuc proficiſci, niſi vt res vtrique communes agerentur. Profectusque eſt cum illo Magiſter Spatharius aliique complures ex primoribus. Princeps vero vt daret inferias, iuſtaque perſolueret Alphonſo fratri deſuncto, profecta eſt Areuacum municipium illud ornatiſſimum, quod

20 decretum erat in ſumptus Eliſabes Reginę ipſius Principis & Alphonſi Regis matris. Tenebatur autem præſidio a Placentino Comite, qui veritus ne Princeps illum excluderet, atque municipium ſibi præſidio muniret, egit per Spatharium Magiſtrum, vt Rex donaret ipſum & municipio & Areuacorum Ducis cognomine. Magiſter vero reputans ſi rem perageret, eadem via & Regis potentiam debilitari, ſimul etiam & Comitem Placentinum qui eo tempore inter Hiſpaniæ proceres eminebat, apprehenſa municipii poſſeſſione in ea tantum re implicitum fore, egit cum Rege, vt donaret illum & municipio, & municipii titulo ſub Ducis nomine. Quod Rex fecit non grauate, ſiue vt ſorori negotium faceſſeret, ſiue quod erat ingenio facilis ad euertendum regale patrimonium. Hanc largitionem tam profuſam omnes omnium ordinum viri ægre ferebant, partim inuidia, quod videbant Comitem Placentinum in dies fieri potentioſem, partim quod regiæ vires huiusmodi largitionibus minuebantur, partim etiam quod Reginę viduæ miſerebantur calamitatem, cum illud vnicum ſuæ viduitatis ſubſidium eripiebat. Princeps itaque ab Areuaco pulſa, contulit ſe Abilam, vt deſuncto fratri parentaret. Ludouicus interea Gallorum Rex factus certior regnorum Hiſpaniæ ſucceſſionem ad Eliſaben Ioannis Regis filiam eſſe deuolutam, ſimul etiam peti coniugio a duobus Principibus ſibi ex factione publica inſenſis, quod illorum erat vterque confœderatus Britannorum Regi, veritus ne ab altero illorum duceretur vxor, atque proinde partis aduerſæ vires auerentur, & ſuæ decreſcerent, ſtatuit mittere legatos qui

40 peterent illam coniugio Caroli fratris ſui Aquitaniæ Ducis. Erat autem legationis eius princeps S. R. E. Cardinalis. Cum interim Princeps obtunderetur cotidie rationibus, vt in alterutrum ex duobus competitoribus ſecteretur, ecce legatio a Gallorum Rege aduentabat. Erat illa tempeſtate Eliſabe Princeps in municipio Matricali, quod quemadmodum de Areuaco diximus, erat decretum Eliſabes Reginę matri. Quo poſteaquam oratores acceſſere, dataque eſt illis copia Principis adeundæ, cum aſſiſterent aliquot ex optimatibus qui illam aſſeſtabantur, Cardinalis hanc orationem habuit.

Cardinalis oratio in qua Eliſaben Carolo Gallorum Regis fratri coniugem petit, cui excuſans ſe illa reſponderet. Caput IX.

50

NISI Galliarum regnum atque Principum Hiſpaniæ vetus amicitia & ſcœdus æternum apud omnes nationes teſtatum eſſet, atque iam inde a multis illuſtribus officiis confirmata ſocietas, poteram ego clariffima Princeps multa nunc commemorare quæ ad eam rem pertinerent. Sed in hac cauſa de qua oratores adueni-

mus, nolo profici nobis fuisse Gallos Hispanis semper amicos atq; socios, idemq; semper de re communi sensisse. Non nobis profici Celsitudinis tuæ competitoris semper fuisse aduersæ factionis, semperq; Britannorum Regi confederatos. Nolo commemorare nunc immortales inimicitias & incurabile odium inter utrosq; populos confirmatum multis stragibus hinc inde acceptis. Illa tantum prosequar quæ sunt propria huius causæ, ut competitorum meritis detur tantum victoria. Petit connubia tua Lusitanorum Rex, petit Rex Siciliae, petit Aquitanie Dux. Consultatio tibi est, quis ex tribus sit deligendus. Lusitanorum Rex omnino excluditur, & quod est natu grandior, & quod habet filium hæredem, unde quot tuæ dignitati sequantur incommoda, facile est videre, querelæ propter ætatum disparilitatem, quod filii a patre futuri essent exhæredes, quod inter Lusitanos & Hispanos semper est simultas, atq; utriusq; partis alterius contemptio. Atqui Siciliae Rex tametsi ætate florescit, noster tamen illi non cedit & corporis elegantia, & ingenii acrimonia, & animi sapientia. Sed neq; est illi potentia inferior. Neq; enim Aquitania aut soli benignitate, aut fortunis, aut tractu cœli, prouinciæ Tarracoeni cedit. Esto tamen sint utriq; omnia paria, non valebunt in electione hinc amicitia, illinc inimicitia paternæ & auitæ? non summus consensus maiorum huius cum Ioanne patre tuo, cum quo illius pater ingentes egit inimicitias? Quod si apud eos qui vita exceperunt, aliquis est rerum nostrarum sensus, nihil magis oblectabit utriusq; Regis defuncti manes. Quare quemadmodum in vita se ipsi dilexerunt, ita & posteri sui in eadem maneant charitate. Quid quod hac via & frater iratus tibi reconciliabitur? idq; Rex Ludouicus curabit atq; conficiet. Aut si tibi pro regni possessione fuerit cum æmula disceptandum, unde tibi certius, unde firmitus subsidium putas venturum, a Lusitanorum Tarracoenensiumve principibus, an a Galliarum Rege potentissimo? Quare ut vno verbo legationis huius madata colligam, Rex Gallorum offert tuæ præstantiæ coniugio bellissimum fratrem, viribus ingenioq; præstantem, patrimonio amplissimo præditum, cuius maiores cum maioribus tuis vixerunt in summa concordia: quo pignore & antiqua fœdera renouabuntur, & utriusq; regni vires cotidie magis magisque inualefcunt. Idq; ut facias, non solum te vehementer rogat, tibiq;, oblitus se Regem, supplicat, atq; eo nomine omnia quæ possidet, non modo vtenda, sed etiam abutenda permittit. Ad hanc Cardinalis orationem illa respondet, recordationem auitæ amicitia atq; societatis antiquæ fuisse multo iucundissimam, & si quando rerum Hispanarum potiretur, securaturam vt idem fœdus vinculis firmioribus sanciretur. Simul etiam dicebat se agere Ludouico Regi gratias immortales pro eo animo quem erga se resq; suas ostendebat, quodq; dignam existimaret, cui fratrem matrimonio coniugi peteret: sed se ea de re omnem curam in regni proceres optimatesq; reicisse, quandoquidem sibi non esset pater qui patrimonium fundaret, neq; frater qui utriusq; parentis curam sustineret. Rogabat præterea Cardinalem, vt se apud Regem excusaret, quod non fuerit in potestate sua, vt illius voluntati obsequeretur, quoniam hæc deliberatio iam non ex sua, sed ex optimatum consultatione pendebat. In hæc verba oratores dimissi, re infecta domum redierunt.

*Elisaben quid faceret dubiam, structoris impellit oratio vt Ferdinando Sicilia Regi nubat: celebranturq; nuptiæ.
Capit. X.*

AT Princeps non tam a competitoribus iam efflagitabatur, quam ab ecclesiarum præsulibus, religiosis, optimatibus ciuitatum, regni primoribus, domesticis ac familiaribus, vt ex tam longa deliberatione tandem decerneret, cui potissimum veller nubere: quamquam plerisque omnibus videretur Siciliae Regem esse cæteris præferendum. Id etiam vt faceret, Enri qui fratris amici ac familiares etiam admonebant. Adiurabant etiam obtestabanturq; illam, vt prospiceret rebus Hispanis, quæ proculdubio tendebant in interitum, nisi daret operam, quemadmodum ex se prolem relinqueret. Sed imprimis structor ille suus qui hac de re sæpius cum

cum illa familiariter loquebatur, cogitans secum hunc esse virginum morem, vt præ pudore nolint facile connubio præbere assensum, his illam verbis adortus est. Scio ego, clarissima Princeps, cum de maritandis virginibus agitur, non ad ipsas, sed ad parentes, ad propinquos, ad tutores, atq; ad ipsos in quorum potestate sunt, adiri solere: tuæ vero Celsitudini omnia hæc propinquitatis vincula fors ademit. Pater qui hac de re imprimis consultare debuit, obiit diem suum. Mater quæ secundas post illum debuit obtinere partes, vni tantum viduitatis suæ dolori indulgens in luctu ac mœrore degit. Frater qui debuit utriq; succedere, te in dotatam regno spoliare nititur. Familiars & amici restant soli, qui nõ sine lachrymis tibi supplicant, ne stabiliendi regni quod tuæ posteritati relinquant, tantam occasionem oblatam amittas. Hoc te Prælati omnes ecclesiastici obsecrant, hoc primores populi, hoc regni proceres, hoc ciuitatum optimates, hoc omnes omnium ordinum Hispani, conscientiam tuam testantur, ne fraudes illos legitimis successoribus, ne finas regnum Hispaniæ in alienam transire dominationem, ne des locum, vt frater a te vera indubitataq; hærede, in subditiã atq; ex turpi concubitu genitam transferat imperium. Vides te a tribus potentissimis Principibus peti, decerne quis illorum tibi magis animo sedeat. Quod si te pudor impedit, quo minus edas nomen, dicam ego quod sentio, ex illis omnibus magis tibi conducere Siciliae Regem, eundemq; Tarracoenensium Principem, est tibi cœuus, est robore atq; animi virtute præstans, habet regnum tuo confine, habet in Hispania tua propinquos a viribus & diuitiis præpollentes. Proh Deus immortalis, quid dubitas vno verbo tot bona, tot commoditates, non modo tibi ipsi, sed tuis omnibus atq; vniuersæ Hispaniæ reipublicæ præstare? His verbis Princeps iam victa, Quando, inquit, omnibus ita visum est, me debere assentiri coniugio, non credo id sine quodam numine atq; diuina prouidentia euenisse. Quare vos o amici efficit quod videbitur e reipublica debere fieri, neq; amplius hac de re sententiam meam expectetis. Quicquid enim de me statueritis, id ratum, firmum, gratumq; habebo. Sed huius meæ voluntatis facite imprimis certiore Archiepiscopum Toletanum, qui huius mei sensus semper mihi fuit autor. Quem ego certo scio, cum acceperit hunc nuncium, peculiari quodam gaudio gauisurum. Archiepiscopus certior factus his de rebus, venit Fontiueros Abilenfis agri vicum pergrandem, quo se iam Princeps e Matricali oppido profecta receperat, atq; inde profecti sunt Valladolidum, vbi tunc erat Archithalassus Fredericus Regis Siciliae maternus auus, aliiq; complures ex regni primoribus, qui eo conuenerant ad sponsaliorum pacta conuenta nuptiarumq; lætitiã celebrandam. Rex ipse Siciliae idemq; Tarracoenensium Princeps venit tandem comitatus Petro Manriquo Comite a Triuinio, qui deinceps fuit Dux Naiarensis, atq; ex prouincia Tarracoeni aliis quamplurimis proceribus optimatibusq;. Longum esset enumerare, qui complexus & quanta gaudia utriusq; partis fuere. Nihil illustrius illo die Hispania vidit, in quo nuptiæ tantorum Principum celebratæ sunt. Nemo enim fere fuit qui non lætitiã gestiret, non exultaret, non Deo gratias ageret: non municipium, non ciuitas, quæ non supplicationes ludosq; publicos decerneret.

ZZ ij

AELII ANTONII NEBRIS-
SENSIS, RERVM HISPANARVM ATQVE
HISPANIENSIVM HISTORICI, DECA-
DIS PRIMÆ LIBER
SECVNDVS.

De epistolis Ferdinandi & Elisabæ Principum ad Enriquum Regem missis. Cap. I.



NUPTIIS scilicet peractis, instauratisq; repotiis, visum est Prin-
cipibus facere omni de re certiorum Enriquum Regem, atq; per
litteras excusare, quod illius iniussu nupserit soror. Missa itaq;
per honestos viros literæ cum mandatis in hæc verba. Enriquo
Hispaniarum Regi, fratriq; pietissimo, Elisabæ Princeps eadēq;
soror bene agere. Non sum ignara te mihi succensere, quod ini-
iussu tuo Regi Siciliae nupserim. Sed cum audieris causas ratio-
neq; quæ me id facere coegerunt, facile opinor placaberis. Nam si aliqua in re cul-
pa est, illam non mihi, sed tibi ipsi imputabis. Scis humanissime Rex (neq; enim te
latere potuit) quali animo fuerim erga te, cum Alphonfus frater regum sibi nomē
assumpsit, & quam mihi diffidium illud displicebat, quamq; detestarer inter duos
fratres decertari de regno quod alter possidebat, alter si foret superstes, possessurus
erat. Scis præterea post illius obitum, quam sine cunctatione vlla regnū quod mi-
hi ab aduersariis tuis offerebatur, abdicauerim, dicēs te superstitute nō licere regna-
re. Adhuc nihil est in meis operibus quod tibi displicere possit. Iussisti me venire
quo tu volebas, declarasti me Hispaniæ Principem, fecisti quod iure debuisti face-
re, tamen si ob id factum magnas tibi habeo gratias. Pollicitus es te intra quatuor
menses repudiatum uxorem, si vxor appellanda est, quam neq; per iura diuina
neq; humana tibi habere licebat, missurumq; in Lusitaniam cum filia tali matre di-
gna. Pollicitus quoq; es te mihi traditurum in sumptus oppida quadā ve & galia.
Acta transacta omnia, iuravi stantibus his conditionibus, te inuito me nupturum
nemini. Posses tu me eo nomine periurii accusare, si fecisses illa quæ te facturū mi-
hi promissisti. Nunquid repudiasti uxorem? nunquid ablegasti illam cum filia? nun-
quid tradidisti municipia & vrbes, vnde hoc inane principatus sustinerem? Omit-
to cætera quæ sunt omnibus nota, quo me nitebaris obtrudere, alteramq; quasi in
demortui locum substituere. Quando igitur tu mihi nō prospexisti, prospexi ego
met mihi. Conscientiam tuam recole, comperies me fecisse nihil cuius pudeat pi-
geatve. Sed omnia hæc omissa faciamus. Mihi nunc idem est animus qui fuit sem-
per, te diligere vt fratrem, te colere vt patrem, te obseruare vt Regem, precariq;
Deum immortalem, vt quam diutissime viuas. Quod si tu aliud cogitas, aut me cu-
pis regni hæreditate mihi per leges debita spoliare, iniurius es in me, conquerar
apud regni proceres, & apud optimates ciuitatum, cōtestabor vicinos Reges, de-
feram querelam meam deniq; ad Deum immortalem. Hæc sunt, quæ putavi ex
cordis mei penetralibus depromere, vt animi mei sensum tibi declararem. Quæ
sequuntur, meo atq; dulcissimi coniugis mei nomine rogo, vt quæ gesta sunt, bo-
ni consulas, probeq; nosq; ambos in filiorum numerum adoptes, vitæq; necisq;
ius penes te sit, perinde ac si ex te essemus procreati. Vale. At Siciliae Rex in hunc
modum. Etsi decretum mihi fuerat non dare literas ad illustrissimam Digna-
tionem tuam, quod mihi foret compertum, quali animo esses in me, coniugem-
que meam, eandemque sororem tuam, non potui tamen non obsequi volunta-
ti illius, cui nihil denegare possum, quæ me admonuit, vt aliquid omnino ad te
scriberem. Sed impræsentiarum quid aliud debeam scribere non occurrit, nisi
vt petam ab humanitate tua obtesterque, vt quæ facta sunt te absente, æquiori a-
nimo feras, quoniam Deo imprimis auspice, & cunctorum deinde summa-
tum infimatumque consensu facta sunt. Neque te iniquorum consilia transuer-
sum

sum agant, qui sua commoda, non tua & quæ reipublicæ sunt, requirunt. Scis, opi-
nor, optime Rex, quos significem. Quod si tibi animo est alienos tueri, non idcir-
co tuos abalienare debes, & si nobis volueris esse pater indulgens, & nos erimus ti-
bi filii obsequētes, & si fueris nobis Rex mitissimus, & nos erimus tibi clientes ob-
seruantissimi. Cætera per amicum ac familiarem meum Petrum Vaccam qui ist-
huc cū his literis ac mandatis proficiscitur, commodius loquemur. Cui vt Digna-
tio tua fidem habeat, vehementer oro. Vale. At Rex vt erat natura incertus ani-
mi, siue Magistri illius Spatharii suasu, cuius arbitrio agebat omnia, non literis, nō
mandatis, non viris qui ad eum fuerunt missi, respondit aliud quicquam, nisi velle
se ad eam rem consultandam conuocare regni proceres, vt ex illorum consilio da-
ret responsum quid factururus esset.

*Magister Sancti Iacobi agit per literas cum Rege Gallorum, vt Carolus frater
Ioannam Enriqui filiam ducat uxorem. Caput I I.*

AT Spatharius Magister qui egerime tulerat matrimonium illud, dies noctesq;
nihil aliud moliebatur, quam quemadmodum impediret labefactaretq; suc-
cessionem illam Principum qui iam omnium ordinum consensu fuerant adiurati.
Angebat callidissimi hominis spiritum, quod ex illarum nuptiarum fœdere dissol-
uebatur patrimonii sui fundamentum, quod ad illum deuenerat ex iactura Infan-
tium. sic enim appellant Hispani filios Regum post primogenitū, qui posteaquam
adiuratus est successor atq; regni hæres, dicitur Princeps. Filii namq; Ferdinandi
illius qui Ioannis Regis fuerat tutor, atq; ex tutela fuit adscitus ad Tarraconensium
ac Siculorum insularumq; nostri maris imperium, Infantes sunt cognominati. vnde
& Gentilitii agri qui hodie a Mendocinis possidentur, Infantatus appellatur. Igi-
tur cum Enriqus Princeps adhuc ab Ioanne Rege patre suo dissideret, hic Ioan-
nes Patiequus autor fuit, vt pater cum filio rediret in gratiam, vt ex ea concordia
vtriusq; copiis viribusq; coniunctis Ioannes Nauariorum Rex, idemq; pater Fer-
dinandi huius Siciliae Regis & Tarraconensium Principis, cum Enriquo fratre,
qui & ipse fuit vnus ex Infantibus, regno pellerentur, spoliarenturq; Gentilitiis
hæreditatibus, quæ illis ex testamento Ferdinandi patris obtigerant. His regno
pulsis fugatisq; bello, bona publicata sunt, ex qua bonorum publicatione Marchi-
onatus Villenensis Ioanni Patiequo cessit, quem deinde transtulit in filium primo-
genitum hæredem. Magistratus quoq; ordinis Cisterciensis a Calatrava cogno-
minatus, quo fuerat multatus Alphonfus Ferdinandi Regis Tarraconensium fili-
us, eodem iure, siue iniuria, ad Petrum Geryonum eiusdem Ioannis Patiequi fra-
trem deuolutus erat. Qui cum videret Hispaniæ regnum per illas nuptias ad Regē
Siciliæ peruerturum, veritus ne postliminii iure Marchionatus & fratris Magistra-
tus ab illo repeterentur, nihil omittebat, nihil intentatum relinquebat, quo minus
omnia interturbaret, coelumq; ac terrā misceret. Itaq; secreto mittit literas ad Lu-
douicum Galliarum Regem, hortans illum, vt mitteret petitum connubio Ioannā
quæ dicebatur Enriqui Regis filia, fratri suo Carolo Aquitaniæ Duci, qui iam pri-
dem fuerat repudiatus ab Elisabæ Principe, quemadmodum in libro superiori di-
ximus. Per idem tempus Enriqus Rex erat in oppido quod vocant Methym-
nam ad campū, emporium illustre Hispanorum. At qui Rex Galliarū qui ex pe-
titione illa passus fuerat repulsam, iratus Elisabæ Principi, & quod sibi atq; fratri suo
conducere videbantur huiusmodi nuptiæ cum Ioanna Principe altera designata,
atq; iterū si opus esset designanda: mittit oratores, quorū princeps fuit idem Car-
dinalis S. R. E. quem superius dictum est venisse ex simili causa petitum Elisabæ
principem. Erāt cum Enriquo Rege Methymnæ complures ex regni primoribus,
sed imprimis Magister Spatharius, Archiepiscopus Hispalensis, Episcopi Secontin-
us & Burgenfis, Rodericus Pimentellus Comes Beneuentanus. Quo cum venis-
set Cardinalis, honorificeq; esset exceptus, vsus est eadem prope oratione qua in
petenda Elisabæ Principe antea fuerat vsus, commemorans Gallorum atq; Hispano-
rum Regum antiquam amicitiam, sociosq; penates, quod fœdus dicebat nunc

at tiori vinculo posse connecti, si Regis filia traderetur coniux Duci Aquitaniz. Ostentabat præterea Gallorum Regis potentiam, si inter duos Principes de regni possessione decernendum foret. At Rex Enriqus, & quod forori erat infensus, & a Magistro Spathario pulcherrime subornatus, non habita iurifurandi ratione quo illam principem declarauerat, non curans quod ex tam turpi facinore multa sequerentur mala: respondet se libentissime velle facere, quod petebatur, seq; daturum operam, vt quam primum fieri posset, filia princeps regniq; hæres a cunctis iuraretur. Et ne res aliqua ex causa interpellari posset, dixit se statim velle exequi quod spondebat. Itaq; comitatus quibus dictū est proceribus, & Gallis oratoribus, cœpit tendere iter Butracum, vbi erat Ioanna iunior cum Ioanna matre. Quæ aduentante Rege profecta est in occursum cum filia virginiam nubili, ad quatuor millia passuū, stipata ex primoribus Marchione sanctæ Iulianæ, & Comitib. Cluniensi, & Tendillano, aliisq; compluribus ex eadem familia viris nobilissimis. Atque ita in medio agro vtriq; consistentes, proh pudor Hispani sanguinis, illi idē qui ad Tauros Guisandi, atq; iterum ad Ocaniam Elisaben iurauerant Principem, nūc eandem abiurarunt, atq; in eius locum Ioannam antea abiuratam, regnorum Hispaniæ Principem hæredemq; iureiurando rursus sanxerunt, perinde ac si, vt clauus clauo, sic iuramentum pericurio refrigeretur.

Sponsalia Caroli cum Ioanna celebrantur, & Enriqus literis Ferdinandi & Elisabes Principum incusatur. Caput III.

O tempora, o mores! strenui milites illi & duces qui sub prisca regibus fuere, cum pro religione atq; pro republica multum sanguinem fudissent, equum & arma merebant, qui regni fines propagabant, pauca agri iugera quasi magnum virtutis suæ præmium assequabantur, sic Hispana respublica in dies crescebat. At nostri proceres pro iurifurandi contempta religione præmia petunt. Alius perfidia suæ precium vrbem pacificatur, alius municipium, alius arcis præsidium, vnde iniquam possit exercere dominationem agroq; populetur, alius tertias decimarū ad commeatu limitaneorum decretas, alius ex decimis regalibus decies centum millia dipondium annua, alius vicies, alius tricies, alius Episcopatū, alius Magistratum, & quisq; pro sui sceleris magnitudine debitam mercedem. Quod nisi ciuitates & populi sibi ipsis consuluisent, seq; integros venturis Principib. reseruassent, actum erat de pulcherrima Hispanorū republica: nullam certe hodie haberemus. His transactis, Cardinalis procuratorio nomine Ducis Aquitaniz & noua Princeps se inuicem coemētes, ille promissis arris, hæc spe regni dotalis, ex more antiquo, & Romanæ ecclesiæ consuetudine, sponsalia contraxerunt, signatæ tabular, dictum sceleriter, ingens cœna sedet, nihil aliud defuit, nisi vt iaceret gremio noua nupta mariti: inde Segouiam regiam vrbem profecti, vnde Cardinalis cum cæteris oratoribus collegis dimissus est. Et populi, ciuitateq; & optimates, immo vero optimus quisq; audita sponsaliorum celebritate, quasi iam Galli transcenderent Pyrenæum, & ex altera parte cogentur exercitus ad decertandum armis ciuilibus, ita miserabantur fortunam Hispaniæ, ita flebant omnes casus impendentes, & quæcunq; solent in bellis intestinis accidere. Erant tamen pleriq; omnes in Ferdinandum & Elisaben animo propensiores, oderantq; in dies & Regem & Magistrū, tanquam omnium impendentiu malorum autores concinnatoresq; sed Magistrum imprimis, qui nouam Aquitanorum Ducis spōsam curauit, vt in potestatem suā redigeretur, quo pignore vt atq; abuti posset regia potestate pro arbitrio suo. Quo nuncio ad Ferdinandum Elisabenq; Principes delato, cum intelligerent omnia iam ad arma spectare, constituerūt antea quam aliud quicquā molirentur, obtestationibus ipsum Regem ab incepto deterrere. Qui si nollet abistere, illū diris imprecationibus execrari, tanquam artificem & fontem malorū quæ inde prouentura forent. Literæ autem in hunc fere sensum scriptæ. Superiori anno missimus ad Celsitudinem tuam literas cum mandatis, in quibus continebatur excusatio, quod te inconsculto iniimus scædera coniugalia, quodq; id non est a nobis peractum

peractum eo animo, vt regiam Dignationem tuam læderemus, quin potius vt liberius illi obsequeremur, inseruiremusq; nō tanquam alieni, sed vt filii obnoxii atque obærat, cuius animi nostri certa quædam pignora nos daturos esse pollicebamur. Responsum est certi nihil potuisse nobis reticere, nisi te communicata prius cum quibusdam ex regni primoribus quos Celsitudo tua erat ad hoc ipsum conuocaturus. Quod responsum expectantes nihil interim omisimus eorum quæ probos atq; obtemperantes filios facere decuit, tum honorifice de humanitate tua, & loquentes, & sentientes, tum etiam alios ad illud idem faciendum exhortantes. Testes sunt complures ciuitates & municipia, quibus suauimus, vt tibi tuisq; iussis obsequerentur, atq; imprimis ornatiissimum hoc oppidum Valladolidum quod a Celsitudine regia plane descuerat. Quod si aliud officium nostrum desideratur, parati sumus illud crebritate obsequiorum resarcire. Erit itaque tuum iubere, nostrum vero iussis obtemperare. Cum vero supplicationis nostræ oraculum expectarem, non modo nihil responsum, sed etiam facti sumus certiores te animo in nos hostili excitare exterarum nationes genti nostræ inuisas in perniciem euersionemq; reipublicæ Hispanæ, quodq; ægrius ferimus, id non tam arbitrio tuo, quam suaui quorundam hominum, qui neq; tuum obsequium, neque publicam utilitatem, sed propria commoda sequuntur. Nam quæ alia potuit esse causa tantæ nouitatis post iurata a te imprimis, deinde a cunctis summatibus & infimatibus, regni successionem nobis per iura diuina & humana debitam, cum præsertim nihil omiserimus eorum quæ filios erga parentes facere oportuerit? Quod si nos, cum eo simus animo, non impetramus tanquam a patre, at liceat nobis obtinere tanquam a bono viro iustoq; iudice, vt ius nostrum non amittamus. Id autem quo pacto libere possit fieri, nos hanc rationem excogitauimus, nisi alia potius tuæ videbitur prouidentia. Constituatur municipium natura arteq; munitum, idq; teneatur præsidio quatuor ex regni primoribus, ex vtraq; parte duobus, qui sub fide publica præstent securitatem de suo iure disceptantibus, atq; etiam ipsis iudicibus de causa decernentibus. Eo conueniant omnes omnium ciuitatum Hispaniæ procuratores, & viri religiosi probatæ fidei, iidemq; doctissimi quotquot in regno parati possint, qui per sanctæ imprimis iurati se decreturos quod ex iure decernendum esse censuerint, audiant rationes quas vtraque pars pro suo iure tuendo attulerit. Quorum sententiæ ex hoc tempore nos staturos pariturosq; neq; vnquam prouocatos pollicemur, cui discrimini causam nostram subiicimus, ne ciuilibus atque peregrinis armis diuini cultus obseruatio intermittatur, & regni tranquillitas perturbetur. Atq; vt ad breuiorem numerum iudices redigantur, simul etiam, vt suspecti reiciantur, liceat vtriq; parti quinquagenos, aut centenos, aut quotquot visum fuerit, ex omni numero reprobare. Quod si, vt plerunq; fit, inter ipsos iudices non conuenierit, est Perrus Verascus Comes Pharius vir bonus, idemque sapiens, vel vtriusq; partis, vel potius omnium consensu huiusmodi iudicatus. Is cum quatuor viris religiosi, quatuor ordinum prælatis, beatorum Francisci, Dominici, Hieronymi, Cartuxensis, qui & ipsi iureiurandi addicti pro arbitrio suo atq; conscientia decernant atque componant inter partes, quid sequi, aut quid fugere debeant. Quando igitur non sine vlla doli suspitione submittimus causam nostram iudicio talium virorum, petimus obtestamurq; per ipsum qui est iudex viuorum & mortuorum, scrutans corda & renes Deus, ne deneges nobis id quod nec infimo cuiquam ex tuis subditis denegare potes. Quod si neq; hoc quidem impetramus, ipsam cœli pietatem quæ talia curat, imploramus, quæ distribuit cuique pro meritis, his præmia, illis pœnam. Nos plane omni scelere immunes erimus, tibi omnia reipublicæ atq; diuini cultus detrimenta imputabuntur. Vale. Ad hæc omnia Rex nihil respondit aliud, quam ipsam potius sororem fuisse autorem omnium malorum quæ ex illo connubio prouentura erant, quando se inuito, immo etiam prohibente, ausa esset maritum sibi quærere. Mala igitur omnia quæ ominabatur, in se ipsam, atque in eos quibus talia placebant, potius esse retorquenda.

Sepulveda, Arunda, Agreda, Turdesella municipia Ferdinando & Elisabæ Principibus se dedunt. Caput IIII.

AT Principes habito Regis responso, quo tutiore in loco essent, ex Domnis cōtulerūt se Methymnam ad flumen Siccum, quod municipium erat Hispaniarum Archithalassi, ibiq; aliquot dies māserunt, expectantes quid Rex interim moliretur. Magister vero ille Spatharius cui nihil vnquam faus fuit, petit a Rege artis suę stipendium Sepulvedam municipium ornatissimum, quod sibi atque posteris suis hæreditario cederet iure. Quod Rex non grauate, quemadmodum & alia huiusmodi multa concessit, paratus etiam donare quicquid per improbitatem ille ausus esset petere. Id fuit initium, vt vrbes, oppida, municipia, castella, & arces, non habita vlla Regis ratione, desciscerent, quando videbant patrimonium regale tam facili ex causa dissipari. Sepulvedani itaque facti certiores de municipii sui alienatione, munire oppidum vallo & fossa, reficere muros & pinnas, disponere pluteos & propugnacula, intendere tormenta & machinas, parati vitam pro libertate pacisci, facti virtute, quos non validissimus hostis, non iniqua Regis iussa & interminationes flectere potuerunt. Sed quia deerat illis tam præclari facinoris autor, adsciuerunt sibi Principes, ad quos videbant eius oppidi quemadmodum aliarum omnium rerum possessionem ex iure peruenturam. Qui nuncio accepto, ne amitterent occasionem, accurrerunt. Itaq; in hunc modum oppido sunt potiti, atq; ex eisdem oppidanis disposito præsidio profecti sunt Complutum, vbi erat Archiepiscopus Toletanus, ibiq; per aliquot dies morati sunt. Per idem vero tempus Arundam ad Durium municipium pulcherrimum, quod erat decretum Ioannæ Reginæ sumptibus, pulsus qui eiusdē Reginæ nomine res administrabant, se quoq; Principibus dederunt. In eorundem quoq; potestatem venit Agreda municipium item celebre, quo Rex donauerat Ludouicū Cincinatū Comitem Methymnæ celi. At oppidani quanquā ex hoste detrimenta multa pertulerant populatis agris & parte oppidi ambusta, nihilominus tamen se in libertatē vendicarunt. Per idem quoq; tempus castrum Inui præses, qui longe lateq; per vias publicas, perq; agros vicofq; grassabatur, præsidio occupauerat oppidum Turdesellas ad Durium flumen. Id hac ratione venit in Principum potestatem. Erat Alphonsus Quintanilla vnus ex familiaribus Elisabæ Principis, vir ingeniosus & prudēs, & cuius opera posteaquam Principes rerum potiti sunt, fuit in repub. singularis. Is egit cum quibusdam oppidanis, vt deceptis vigilibus & circitoribus, ostenderent aditus per quos Principum milites auxiliares in munitiones penetrarent. Re composita Princeps ipse cum Duce Albanorum in tempesta nocte bipartito agmine oppidum adorti sunt, alteri a Durii fluminis parte secreto scaphis cymbisq; inuecti, alteri a parte fluminis aduersa, tandemq; admissi oppido sunt potiti. Præses vero per tenebras fugiens in castrum Inui se recepit. Hæc quatuor municipia venerunt in ditionē Principum anno a natali Christiano millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo.

De morte Caroli Aquitanie Ducis. Laborat quoq; Enriquus, vt det filie sponsum Alphonsum Lusitanorum Regem, & deinde Enriquum Enriqui filium. Caput V.

ANNO insequenti Carolus Aquitanie Dux, cui aibus sinistris Ioannam filiam putatiuam, immo nec putatiuam quidem, Enriquus Rex desponderat, veneno extinctus est, cū esset OEafone Vangionum Aquitanie municipio nobili. Fuerūt qui opinarentur a Ludouico fratre Gallorum Rege perpetratum id facinus, propterea quod sentiebat cum Ducibus Britannorū Burgundiorumq; acerrimis hostibus Regis, aliisque quamplurimis qui in illius perniciem coniurauerant. Qui nuncius cum ad Enriquum Regem peruenisset, doluit plus quā pro materia, cum præsertim hominis ingenium esset, vt ille doleret nihil quod soleat homini dolorem incutere. Itaque exclusus illa spe aliam viam aggressus est. Agit per nuncios cum Alphonso Lusitanorum Rege, vt conueniant ad Pacem Augustam, quæ ciuitas est in collimitio vtriusque regni, commentaturi scilicet de rebus ad vtriusque Regis vti-

gis vtilitatem spectantibus. Igitur constituto loco & tempore conueniunt ad præscriptum. Qui collocti inter se quædam communia, paucaque ad rem pertinentia, cætera quæ ad sponsalia conducebant, egerunt per amicos & familiares. Petebat Lusitanorum Rex arraboni siue pignori earum rerum quę spondebantur, certas quædam vrbes, & municipia, & castella, arcesque in limitibus vtriusque regni id quod Enriquus nullo pacto præstare poterat, propterea quod illius vires & potentia erat iam perexigua, atque multo minor autoritas, in alienandis maxime rebus quæ ad regale patrimonium pertinerent. Quare nihil est effectum iis de rebus propter quas eo conuenierat. Fuit suspicio Lusitanorum Regem declinasse coniugium illud propositis cōditionibus, quas intelligebat adimpleri non posse, re autem vera alias fuisse causas: siue quod diffidebat iuri neptis ex sorore, eo quod iam erat diuulgatum Reginæ fororis adulterium, neq; poterat salua conscientia huiusmodi vxorem ducere, cuius dos iniuria foret repetenda: siue quod intelligebat dari sibi acerrimum competitorum Sicilia Regem, qui præter suas vires quę erant alioqui satis validæ, haberet in regno de quo certandum erat, complures ex primoribus sanguine & affinitate propinquos, atq; alios complures amicos, ad hæc ipsius Regis Sicilia propria. Quid quod iam præiudicata atq; adiurata erat regni successio Elisabæ Principi ab optimo quoque viro, atq; vrbium populorumq; procuratoribus: itaq; ex superioribus causis colligebat, non tam dari sibi eo nomine vxorem regno dotatam, quam bellum quod in perniciem suam suorumq; complures annos videbatur duraturum. Atque infecto negotio digressi sunt. Exclusus ea quoque spe Enriquus Rex, iniicit animum alio. Erat Enriquus Ioannis Tarracoenis Regis ex Enriquo fratre nepos, quem posteaquam ex vulnere quod Vimetano prælio acceperat, diem suum obiit, perinde atq; filium ex se genitum educarat. Huic Enriquus Rex destinat despondere quam volebat nuncupari filiam, vt inter patruales de regno dotali disceptaretur, agitq; per Rodericum Pimentellum Beneuetanum Comitem, qui erat Enriquo propinquus arctissimo sanguinis vinculo, vt ascisceret illū ex Tarracoenis prouincia, exposita causa cur inde venturus esset. Factus igitur a Comite certior omnibus de rebus, nō accepto, neq; petito a patruo Rege comite, properat ad regni spem, tamen si sciebat, cum patruale sibi fore decertandum, cuius aduentus Enriquo Regi fuit iucundissimus.

Magister sancti Iacobi disturbat Ioannæ sponsalia cum Enriquo Enriqui filio, obtinet Madriti arcem, petitque Segouiensem. Caput VI.

INTER Spatharium Magistrum & Comitem Beneuetanum illius generū erat non obscura similtas ex eo, quod cum esset Comes in ipso articulo magistratum illum assequendi, socer quibusdam cauillis anteuertit negotium, ac veluti ex generi manibus extorsit dignitatem quæ post regiam in Hispania habetur omnium prima. Videns itaq; Magister Comitem fuisse autorem euocandi Enriqui in alioqui propinquum suum, veritus ne si ad regni fastigium aliquando peruenisset, inde sibi labes aliqua suboriretur, contulit se ad artes consuetas, cœpitq; disturbare nuptias, cum præsertim sponsa foret in potestate sua. Cumq; Rex instaret perducere rem ad id quod iam diu concupierat, Magister causabatur inimicitias cū genero, atq; proinde cum Principe futuro, petebatq; a Rege arcem Madriti, quo posset tuto in curia permanere, quando quidem Rex municipium illud frequentare cōsueuerat. Arx illa tenebatur præsidio ab Andrea Caprario, quem Rex præfecerat domui suę villicum, & cui ex amicis fidebat plurimum. Is semper fuerat autor reconciliandi Magistrum Regi, iam inde ab eo tempore quo desciebat, sequebaturq; partes Alphonsi fratris, & Magister ipse fatebatur se eo nomine multū villico debere, sed in hac re quę sibi esset tam conducibilis & opportuna, non debere illum, dicebat, sibi obsistere, cū præsertim aliis in rebus quæ ad illius vtilitatē honoremq; pertinerēt, posset illi gratificari. Quod si animus erat, qualem se esse profitebatur, ex lege quę de amicitia est a philosophis constituta, negociū erat dimittendum. Ea est, q; amicus debeat reddere amico, si ex ipsius paruo detrimento sequatur amico

grandia commoda: & quæ poterant esse maiora quam sui capitis securitas? quæ proculdubio sponderi videbatur arce illa occupata, militisque sui præsidio munita. Sed nihil villici preces, nihil officiorum commemoratio, nihil querelæ, atque parum grati animi inculcationes valuerunt, quin Magister ex præcepto Regis arce potiretur. Qui factus voti compos nihilominus nuptias intèrturbabat, causatus iterum pericula quæ sibi inde tam a genero quam a futuro Principe impendebant, neq; satis illi esse ad sui capitis incolumitatem tutandam Madriti arcem, nisi etiam Segouienfis adiungeretur, propterea quod illud quoque oppidum & maiori quidem anni parte Rex frequentaret, se autem non posse consistere, nisi vbi Rex senatusque regius & curia esset. Quod si impetraret, se daturum operam pollicebatur, quemadmodum ex Regis voto omnia conficerentur. Cæterum Rex intelligens se delusum Magistri dolis, & quod post traditam illi arcem Madriti, petebat rursus Segouiensem, quam si traderet, suspicabatur pari ratione aliud quicquam petiturum, cœpit subindignari Magistro. neq; enim id palam facere audebat, veritus ne si beneficium beneficio non cumularet, omni sua spe fraudaretur, & amicū qualitercunq; fidem perderet, maxime cum in illius potestate filia esset, quam cupiebat Enriquo Infanti quamprimum collocare. In ea igitur perplexitate positus, dubiusque quid faceret, secutus est tandem aleatorum perditum illud consilium:

Sic ne perdidit, non cessat perdere lusor.

Imperat præfidi, vt tradat Magistro arcem. Is erat idem Andreas Caprarius, qui cœpit illudere Regis iussa, dicens nihilo magis Magistrum effecturum quæ pollicetur arce obtenta, eo argumento, quod qui vna in re fidem sefellerit, credibile esset & in altera simili paria facturum. Inde Magistri cum Regis villico inimicitia confirmata, neque id iam occultis odiis, sed palam, donec ventum est ad arma, Magistro nitente oppugnare arcem, præfide non modo propugnare, sed ipsum oppugnatorem vrbe atque suburbio pellere: id quod factum est, nec difficulter quidem. Nam & portæ vrbis, & templa, cæteraque munita loca tenebantur a præfide, in quem oppidani erant propensiores, vt in bonum ciuem, potioremq; causam defendentem. Magister vrbe pulsus, se Madritum contulit. Per idem tempus Petrus Mendoza Episcopus Secontinus a Sixto Pontifice huius nominis quarto creatus est S. R. E. Cardinalis sub titulo sanctæ crucis, vocatusque est deinceps Cardinalis Hispanus. Iisdem præterea diebus Michaelus cognomento Lucas, quem Rex Comestabilem creauerat, per tumultum a Mentefena plebearmis obrutus est, in cuius locum sufficitur Petrus Verafcus Comes Pharius, idemque Regis cubicularius maximus.

De aduentu Vicecancellarii Cardinalis in Hispaniam, & quod Enriqus redit in gratiam cum sorore Principe, & deinde frustratur. Cap. VII.

ANNO insequenti, qui fuit quartus & septuagesimus supra millesimū quadringentesimum, Rodericus S. R. E. Cardinalis Vicecancellarius cum potestate legati de latere venit in Hispaniam. Qui primo suo aduentu cœpit agere de concordia inter Enriquum Regem, & sororem coniugemque illius Principes designatos, quibus imprimis curauit Magistrum reconciliandum, quod intelligebat illum esse inimicitarum caput atq; interpellatorem pacis. Cæterum Rex cum videret ex ea cum Magistro reconciliatione consilia sua impediri, & ipse per amicos egit, quemadmodum Principes in gratiam secum redirent. Qui cum eius accitu venissent Segouiam, eos benigne excepit, atq; verbo & opere illos honorifice tractauit. At Principes e diuerso se posthac Regi obsecuturos, neq; ab illius voluntate deinceps vnguem transuersum declinatos professi sunt, simul etiam se illi ostensuros dicebant, quibus prestigiis a quibusdam hominibus eluderetur, qui non ipsius Regis decus, non reipub. vtilitatem, sed sua propria commoda sequerentur. Hic reditus in gratiam Magistro permolestus fuit, cœpitque & ipse nouas aliunde amicitias querere. Venit itaq; Collarium, quod municipiū erat Ducis Alburquerqueri (is erat qui putabatur a cunctis subditia Principis alterius pater) agitque cum

cum illo de molendis rebus nouis contra factionis aduersæ partes, sed imprimis contra Regis villicum qui conatus suos in obtinenda Segouienfi arce impederit. Interim homo callidus, & qui nihil vnquam intentatum, nihil inausum relinqueret, secreto Regem sollicitat, si vellet omnia ex voto sibi succedere, filiamque sine contouersia cui destinatar, matrimonio tradere, atque proinde dum viueret, nullo interpellante regno potiri, atque post obitum certam regni hæredem filiam relinquere, vno facto hæc omnia facillime posse confici, si principes simul & Archiepiscopus Toletanus cum Andrea Caprario in vincula coniicerentur. Ex altera quoque parte Comes Beneuentanus qui summopere cupiebat propinqui sui cum subditia Principe nuptias quamprimum confici, Regem ad properandum facinus extimulabat. Cæterum Rex homo natura quoquo versus impelli leuissimus, simul etiam maturandi filie matrimonii cupidus, neq; minus Toletani præfulis puniendi audus, non veritus fidei atq; violatæ amicitia iura soluere, non abnuuit scelus oblatum. Ad quod peragendum constitutum est, vt milites clam intra vrbe certis in locis disponderentur, qui signo dato erumperent ex cōposito, remq; conficerent. Non defuerunt qui Regi dicerent tam pessimi exempli facinus non attendendum. Posse enim fieri, vt ciuitates & populi indignitate rei permoti iudices asfertoresq; accurrerent, ipsiusq; Regis capite lueretur, quicquid consiliarii pessimi delirarent. Certiores facti Principes omnium quæ aduersum se gererentur, Ferdinandus in castellum munitissimum Turocanum se recepit. Elisabe vero vxor tamen admonebatur a cunctis, vt & ipsa quoq; ad tempus secederet, voluit potius fortunam suam atq; amicorum fidem experiri, magnoq; animo, magnaq; sui fiducia perstat in vrbe, curatq; per Regis villicū ceterosq; amicos fidos, portas, & templa, & vrbis loca munitissima præsidio firmari, ne quid detrimenti ab aduersariis capere posset. Rex cum videret se frustratum sua spe, cessit vrbe forori, seq; Madritum contulit, quem e vestigio secutus est Magister, vt odii stimulos acriores ad moueret in sororem, coniugemq; ipsius, atq; imprimis in villicum Segouienfis arcis præfidem, tanquam in præcipuum excludendi ab vrbe Regis autorem.

De castri Iulienfis arce Magistro sancti Iacobi tradita, deq; illius obitu, & conuersionibus inter competitores Magistratus. Caput VIII.

INTER vrbes & municipia quibus Rex Magistrum donauerat, fuerant castra Iulia, quod oppidum vulgo dicunt Trogillum, & ingenio situs, & ciuium opulentia in Lusitania nobilissimum. Eius arcem sub fide publica tenebat præsidio Gratianus quidam cognomine Sessius, qui nolebat Magistro possessionem cedere, quamquam esset id sibi a Rege crebro imperatum, causatus nescio quos sumptus quos in munitiones & milites præfidiarios distribuisset. Qua de causa Rex eo profectus non potuit alia conditione Gratianum arcis præsidio extrudere, quam si hæreditario iure concederetur illi castellum sancti Felicis Callaicorum cognomento. Quo die tradita est arx cui Magister suo nomine tradi voluit, ipse ex abcessu quodam pernicioso in altera maxilla oborto diem suum obiit in vico sanctæ Crucis, qui distat a castris Iulii austrum versus duodecim millibus passuum. Cū animam singultaret moriens, quærebat identidem ab adstantibus, an Iulienfis arx præfidi suo iam esset tradita. Pulchra in morte cogitatio, atque vitæ exactæ similima. Sed proh Deus immortalis, quam dissimilis hic Epaminundæ illius Thebani, qui cum apud Mantineam quo prælio Lacedæmonios superauit, pro patria pugnans vulnus illud letale accepisset, noluit ferrum ex vulnere trahere, quoad audiuit victoriam penes Thebanos esse, quærēs quo in statu res Thebana foret: hic vero quærere moriens, an arx iniuria & contra rempub. sibi donata præfidi suo per manus, vt aiunt, tradita sit. Sed neque qui precio arcem prodidit, supervixit diu. Siquidem a sancti Felicis sui inquilinis, lapidibus per tumultum obrutus, pœnas suæ proditionis debitas exoluit. Ex obitu Magistri aliquot secutæ sunt simultates, atq; Spathiferorum ordinis dissidium inter duos acerrimos Magistratus competitores, Rodericū Manricum Pariciniū Comitem, eiusdem militiæ Commendatariū a Secura, & Al-

phonsum Cardeniensem prouinciæ Legionensis commendatarium maximum. Cumque illius ordinis duæ sint prouinciæ, Legionis altera, cuius conuentus est sub primore diui Marci, altera Castellæ, cuius conuentui præsidet Primor Vclensis, vterque ex competitoribus curauit ab altero Primoribus fieri conuocationem tredecim commendatariorum, ad quos Magistri electionem ex ipsius ordinis consuetudine atque decreto pertinebat. Parietinus namque Comes conuocationem illam dicebat fieri debere ex antiquo ritu, a Primore Vclensi: Commendatarius maximus e diuerso, a Primore sancti Marci, cum præsertim in ipsius ordinis constitutionibus esset definitum, comitia debere fieri in illius prouinciæ conuentu, in qua Magister diem suum obiret, obiisse autem decessorem in agro Castroliulensi, qui proculdubio ad Legionis prouinciam pertinebat. In hac controuersia suffragatoribus ab utroque Primore conuocatis, vterque ex competitoribus eligitur, salutaturque Magister, Comes Parietinus Castellanæ prouinciæ, Commendatarius maximus Legionensis. At parte ex alia Iacobus Patiequus Ioannis Patiequi decessoris Magistri filius, idemque Marchio Villenatum, dicebat patrem cum adhuc viueret, abdicasse Magistratum in manus summi Pontificis, spectaretque in dies Apostolicæ sedis confirmationem, habereque sui studiosos fautoresque nonnullos ex tredecim viris, atque imprimis Ofornini Comitum Castellanæ prouinciæ Commendatarii maximi suffragationem non contemnendam.

De institutione prima ordinis militiae Sancti Iacobi, & quomodo deinde propagatus est. Caput IX.

SED vt eo vnde digressi sumus, aliquando reuertamur, dum Iacobus Patiequus Magistratus obtinendi causa suffragatores ambit, simulans innocentiam suam fiduciam, sed re vera cupiditate quadam præcipiti, Ofornino Comiti qui & ipse eo dignitatis aspirabat, se satis inconsiderate credidit, a quo ex infidiis quas parauerat, comprehensus, & in arcem commendati sibi oppiduli Fontis dominæ cognominati perductus, custodiæ adseruandus traditur. Cuius rei nunciatus cum ad Regem esset delatus, magis quam pro materia, & quam Regem decebat, ægre tulit. Amabat namque præ cæteris omnibus amicis Marchionem, atque illa potissimum causa fuit Ofornino Comiti eum comprehendendi, quod putabat illo pignore se habiturum magis propitium ipsum Regem ad magistratus consecutionem. Erat autem Rex licet natura & voluntate abstemius, lithanicus tamen & nephriticus & ileofus, quibus morbis eo tempore vehementius vrgebatur. Qui tamen a medicis prohiberetur iter facere, intentantibus imminens periculum quod inde sequebatur, nihilo tamen segniter iter arripuit. Quem affectati sunt Cardinalis Hispanus, Comestabilis, idemque Comes Pharius, Marchio sanctæ Iulianæ, Comes Beneuentanus, Comes item Cluniensis, aliique complures ordinis equestris primores. Conuenerunt præterea eodem Archiepiscopus Toletanus, & Episcopus Burgenfis. Qui omnes pro parte sua negotio insistentes, rem sic transegerunt, vt Marchio sub certis conditionibus tandem absolueretur. Cæptum est præterea ibidem agi, de cõcordia Regis cum Principibus, sed dum altera pars Regem placat, exulcerat altera, nihil est confectum. Rex vero cum in dies morbi conualescerent, nihil iam medicis promittentibus, Madritum rediit, vbi vita defunctus est, quinto decimo posteaquam eo concesserat die, qui fuit tertius ante Idus Decembris, anno a natali Christi quarto & septuagesimo supra millesimum quadringentesimum: regnavitque annos viginti, menses quatuor, dies duos & viginti: vixit annos quinquaginta. Deposuit est corpus in cœnobio diui Hieronymi iuxta Madritum, deinde non multos post dies translatus est in monasterium Guadalupi, vbi cum moreretur se humandum præceperat. In ferias duxit, curauitque funus, & cum deponeretur cadauer, & cum transferretur, Cardinalis Hispanus, qui Mausoleum quoque illi, vt benefactori suo, simulachrumque faciendum locauit. Instituit præterea duorum sacerdotum collegium, qui bis illi cotidie parentarent. Testamentum quod cum solennitate, que madmodum dicitur, fecerit, repertum est nullum, nisi quatenus cum moreretur, dictauit pauca voluntatis suæ verba, quæ notis excepit Ioannes Oueranus, cui ex omnibus Secretariis maiorem habebat fidem. In quibus conti-

dam incrementi gradus eo potentiam hic equestris ordo peruenit, vt nostro sæculo mille cataphraetos equites bello armare possit, quas copias beneficio Principum acquisiuit, ob insignes res gestas in bello quod sine intermissione cõtra Mauros Baticæ iniustos possessores ad hæc tempora gessimus. Nam & pugna illa memorabili qua Miramamoliu superauimus, sub Petro Ario eiusdem ordinis Magistro singularem operam nauauit, quæ victoria parta est anno salutis duodecimo supra millesimum ducentessimum, Hispanorum Rege Alphonso nono. Atque deinceps Ferdinando Rege in oppugnatione Vbetæ, & Cordubæ perquam strenue hic ordo militauit, sed præcipue in obsidione Hispalensi, vbi Pelagius Corrigha cognomento, ensiferorum equitum Magister, firmissimum tenuit præsidium. Fuere deinde huius ordinis Magistri viri splendidissimi, quorum insigni opera in bellis Reges vsi sunt, quæ contra nominis Christiani hostes Mahumetis cultores gesta sunt. Vnde militia hæc diui Iacobi nomine instituta, ex præda hostium, Regumque beneficio, & Pontificum benignitate opulentiam, ex crebris victoriis immortalis gloriæ cõsecuta est. Sed de ordinis huius origine atque regulæ primordiis fortasse plura hoc in loco, quam oportuerit, dicta sunt, cum de magnis rebus fatius fuerit omnino silere quam pauca dicere.

De Marchione Villenate comprehenso & absoluto, & de obitu Enriqui Regis, eiusque habitu & moribus. Caput X.

SED vt eo vnde digressi sumus, aliquando reuertamur, dum Iacobus Patiequus Magistratus obtinendi causa suffragatores ambit, simulans innocentiam suam fiduciam, sed re vera cupiditate quadam præcipiti, Ofornino Comiti qui & ipse eo dignitatis aspirabat, se satis inconsiderate credidit, a quo ex infidiis quas parauerat, comprehensus, & in arcem commendati sibi oppiduli Fontis dominæ cognominati perductus, custodiæ adseruandus traditur. Cuius rei nunciatus cum ad Regem esset delatus, magis quam pro materia, & quam Regem decebat, ægre tulit. Amabat namque præ cæteris omnibus amicis Marchionem, atque illa potissimum causa fuit Ofornino Comiti eum comprehendendi, quod putabat illo pignore se habiturum magis propitium ipsum Regem ad magistratus consecutionem. Erat autem Rex licet natura & voluntate abstemius, lithanicus tamen & nephriticus & ileofus, quibus morbis eo tempore vehementius vrgebatur. Qui tamen a medicis prohiberetur iter facere, intentantibus imminens periculum quod inde sequebatur, nihilo tamen segniter iter arripuit. Quem affectati sunt Cardinalis Hispanus, Comestabilis, idemque Comes Pharius, Marchio sanctæ Iulianæ, Comes Beneuentanus, Comes item Cluniensis, aliique complures ordinis equestris primores. Conuenerunt præterea eodem Archiepiscopus Toletanus, & Episcopus Burgenfis. Qui omnes pro parte sua negotio insistentes, rem sic transegerunt, vt Marchio sub certis conditionibus tandem absolueretur. Cæptum est præterea ibidem agi, de cõcordia Regis cum Principibus, sed dum altera pars Regem placat, exulcerat altera, nihil est confectum. Rex vero cum in dies morbi conualescerent, nihil iam medicis promittentibus, Madritum rediit, vbi vita defunctus est, quinto decimo posteaquam eo concesserat die, qui fuit tertius ante Idus Decembris, anno a natali Christi quarto & septuagesimo supra millesimum quadringentesimum: regnavitque annos viginti, menses quatuor, dies duos & viginti: vixit annos quinquaginta. Deposuit est corpus in cœnobio diui Hieronymi iuxta Madritum, deinde non multos post dies translatus est in monasterium Guadalupi, vbi cum moreretur se humandum præceperat. In ferias duxit, curauitque funus, & cum deponeretur cadauer, & cum transferretur, Cardinalis Hispanus, qui Mausoleum quoque illi, vt benefactori suo, simulachrumque faciendum locauit. Instituit præterea duorum sacerdotum collegium, qui bis illi cotidie parentarent. Testamentum quod cum solennitate, que madmodum dicitur, fecerit, repertum est nullum, nisi quatenus cum moreretur, dictauit pauca voluntatis suæ verba, quæ notis excepit Ioannes Oueranus, cui ex omnibus Secretariis maiorem habebat fidem. In quibus conti-

nebatur tantum dare se conficiendi testamenti facultatē atq; voluntatis exequen-
dæ Cardinali Hispano & Marchioni Villenati. De Principe vero quæ diceretur
ipſius filia putatiua, fieret quod ab eiſdem testamentariis & inſuper a Marchione
ſanctæ Iulianæ & Areuacorum Duce & Comite Beneuentano faciendum decer-
neretur. Fuit ſtatura aliquanto procerior, corpore bene compaſto, facie latiuſcu-
la, naſoq; complanato, citra deformitatem tamen. Deleſtabatur plurimum in ve-
nationibus, propter quas frequenter petebat ſolitudoſ & loca deſerta. Inſume-
bat multum temporis in Muſica, tum audiens cantores fidicineſq;, tum ipſe per ſe
fidibus accinens, & quidem cum vocis quadam ſuauitate. Erat mirum in modum
ædificandi cupidus, vnde & arces complures muniuit, ædeſq; ſacras a fundamen-
tis excitauit, monaſteriaq; conſtruxit, locupletauitq; veſtigialibus & donariis. Fuit
natura clementior quam regnorum gubernatores decet, profuſior in largitioni-
bus quam Regum magnificentia poſtulat, ſed præcipue in excipiendis exterarum
gentium legationibus. Vtebatur veſtibus, neq; ex preçioſa materia, neq; figura ex-
quiſitori, ſed qualibus mediocriſ conditionis ciues honeſte vti poſſent. Exerci-
tum pergrandem alebat, tum prætorianarum cohortium, quæ ſemper exuberan-
rent in armis, tum etiam euocatorum, quibus vtriſq; ſumma fide ſtipendia ſtatutis
temporib. reddi curabat, & hæc omnia vſq; ad regni ſui annum decimum, in dies
conualuerunt, vnde nõ ſubditis modo, verum etiam finitimis Regibus erat verend-
us, cum ſubito paulatim omnia deſuere atq; deinde in præceps ire cœperunt, al-
terorq; decimo tantarum gloria rerum intercidit, vt ne veſtigium quidem illius vl-
lum relinqueretur. Nam & amicorum ſuaſu, quæ prima labes mali fuit illi, præto-
rianas cohortes emiſit, quibus exarmatus cum voluptatib. ſuis indulget, primum
abiis quibus fidebat, deinde ab alienioribus contemptui ſimul & ludibrio haberi
cœptus eſt, atque eo tandem calamitatis deuenit, vt ex publicis veſtigialibus nihil
aliud reciperet, quam quod per regni primores gubernatoresque ciuitatum lice-
bat. Quæ omnia fortiffime patiebatur, non tam ex inſenſibilitate, cum alioqui na-
tura eſſet ingenioſiffimus, quam ex quadam ſibi innata animi æquitate, iocabatur-
que ſæpe in fortunam ſuam. nam fuit & in hoc emunctæ naris, ac perquã facetus.
Cum aliquando inſimularetur quibuſdam de rebus quarum nõ erat ſibi conſcius,
Miror, inquit, cur me non inſimulant quoq; quod monetam ferio, quod de falſa-
riis dici conſuevit. Cumq; illius iuſſis non obtemperaret quiſpiam, non abibit mi-
hi impune dicebat. nemo enim me vnquam læſit qui non e veſtigio debitas mihi
pœnas exoluerit. Sed de vita & moribus plura, ſi contigerit nobis aliquando illius
hiſtoriam latiori ſtylo proſequi.

AELII ANTONII NEBRIS-
SENSIS, RERVM HISPANARVM ATQVE
HISPANIENSIVM HISTORICI, DECA-
DIS PRIMÆ LIBER TERTIVS.

*Elifabe cum Ferdinando coniuge Rex & Regina declarantur, & ex primoribus, qui
obſequium exhibuerunt, qui reſtitere contumaces. Caput 1.*



Vo tempore Enriqus Rex vita defunctus eſt, Elifabe Prin-
ceps agebat Segouix. Quæ cum primum facta eſt de obitu fra-
tris certior, inferias illi iuſtaq; magnificentiffime perſoluit, ſe q;
Reginam declarari ſalutariq; ab omnibus curauit. Nam con-
iux ea tempeſtate aberat, ex bello Ruſcinonenſi multis nego-
ciis in Tarraconenſi prouincia implicitus. Paucis enim menſi-
bus ante Ioannes pater Perpiniãa obſidione a Gallis oppreſ-
ſus, ſuppeticas a filio implorauerat, qui comparato quam maximum potuit exerci-
tu ex Hiſpanis Tarraconenſibusque, tum grauis, tum leuis armaturæ militibus,
patrem de faciendâ ſub iniquis conditionibus deditione cogitantem, repentino
ſuo ad-

ſuo aduentu obſidione liberauit. Segouienſes ciues editiffimo ſuggeſtu facto, quo
omnium ordinum viri conuenerant, ſigna vexillaq; regia ſubſtulerunt, inclaman-
tes identidem Ferdinandum Regem, Reginamque Elifaben iuſtos, legitimos, &
indubitatos hæredes ac dominos Hiſpaniarum naturales. Ipi deinde Reginæ in
ſubiectionis argumentum ex patria conſuetudine manus exoſculati, ſub hde pu-
blica iuraturunt, ſe futuros illi atque ſuo coniugi ſubditos fideles, obnoxios, atque
iuſſorum omnium obtemperantes. Comes deinceps Beneuentanus, Marchio
ſanctæ Iulianæ, Dux Albanus, Comeſtabilis, idemque Comes Pharius, Beltra-
nus Dux Alburquerquerus, Comes Triuinius, Archithalaſſus quoque Alphonſus
10 Enriqui ipſius Ferdinandi Regis auunculus, aliique complures regni proceres, o-
ptimateſque ciuitatum. Ac præterea ex antiſtitum numero imprimis Cardinalis
Hiſpanus, idemque Archiepiſcopus Toletanus, aliique Præſules eodem conue-
nerunt, qui Reginæ fidem quoque ſuam iureiurando ſimili obſtrinxerunt. Qui-
bus aliqua ex cauſa facultas veniendi non fuit, miſere procuratores, qui ſuo no-
mine idem munus exequerentur. Qui omnes poſtea eandem fidelitatem ſe præ-
ſturos Ferdinando Regi, perſanctè polliciti ſunt. Is namque accepto nuncio re-
rum omnium quæ gerebantur, ad Reginam vxorem magnis itineribus contem-
dit. Atqui alia ex parte Areuacorum Dux, Villenas Marchio, in cuius poteſtate
adſeruabatur Ioanna quæ falſo dictabatur Princeps, Magiſter a Calatraua, Vrenas
20 Comes, Marchionis vterque patruelis, neque eodem venerunt, neque tuos miſe-
re procuratores qui obſequium debitum Regibusque nuper creatis exhiberi ſoli-
tum deferrent. Areuacorum namque Dux petebat Areuaci titulum, atque Ioan-
ni filio Magiſtratum a Traiani ponte confirmari. Marchio petebat Marchionat-
um, quo Ioannes Tarraconenſium Rex fuerat ſuperiori bello ciuili ſpoliatus, ve-
rebaturque a Rege filio repetendum: inſuper & vrbes, municipia, caſtella, veſti-
galia, quæ pater ſuus Ioannes Pariequus ex patrimonio regali fuerat depeculatus.
His adiungebat Magiſtratum diui Iacobi quo pater fuerat perfunctus, debere ſibi
reddi, cum reliquis omnibus quæ ſibi hæreditario iure obuenerant. Neq; tantum
ea eſſagitabat quæ ad ſe pertinere diceret, ſed quæ ad fratres, ad propinquos, ad
30 clientes, ad amicos, quæ omnia, ſi Principes illis indulſiſſent, magnum regale pa-
trimonium, atque proinde reſpublica Hiſpana detrimentum pateretur. At Prin-
cipes interim tempore cedere, reſponſa in longum protrahere, dubios præmiis
pollicitationibusq; allicere, amicos honorificè alloquendo, comiterq; tractando
in fide retinere. In perduelles nihil noui decretum. Creati ſunt quæſtores maximi
Gutterius Cardenius, quem ſuperiori parte diximus fuiſſe matrimonii concilian-
di autorem præcipuum: Gondifaluus Caconius, & ipſe quoq; Reginæ antiquus fa-
miliaris: adiectus & tertius Rodericus Vlloa, qui & ipſe Enriquo Regi fuerat quæ-
ſtor quoq; maximus.

40 *Legati ad Regem Gallorum mittuntur qui de ſædere confirmando & de Ruſcinone cum
illo agant: interq; Regem & Reginam diſceptatio. Caput 11.*

ATQVI Rex & Regina vt aliquod ſpecimen futuræ gubernationis oſtenderēt,
ſeuite iuſſerunt iuſtitia adminiſtros in graſſatores, latrones, homicidas, depe-
culatores, reliquosque id genus facinoroſos homines. Quæ res quemadmodum
optimum quemque ad bene de reſpublica ſperandum erexit, ita criminoſos alie-
nauit, coegitq; ſcelerum ſuorum impunitatem quærentes ſe perduellibus adiu-
gere. Horum cum eſſet magna copia, ex qua partes aduerſæ videbantur intaleſce-
re, temperari iuſſum eſt ab hac iuris animaduerſione, data maleſciorum impuni-
tate ab ea die, in qua regni gubernacula inierunt. Ex antiqua præterea conſue-
tudoſ obſeruata inter Hiſpanorum & Gallorum Reges, vt cum eorum quiſpiam
decederet, alter de illius obitu fieret certior, miſſi oratores qui Ludouico Gallia-
rum Regi nunciarent Enriquem vita functum, ſceduſque & antiquam ſocietatem
renouarent, ſimul etiam Regem admonerent, vt ſi amici, ſi boni, ſi iuſti Principis
munere fungi vellet, reſtitueret Ioanni Tarraconenſium Regi Comitatum Ruſci-
A Aa ij

nonis, quem illi Gothalanico bello sub certis conditionibus oppignerauerat, quibus non obseruatis ad pristinum dominum debere reuerti. At Gallus accepto nuncio de Enriqui obitu aliquot sui doloris argumenta monstrauit, atque e diuerso de noua Regis & Reginae successione oratoribus est gratulatus, velleque se libentissime antiqua fœdera instaurare respondit. Quod vero ad Ruscinonis Comitatum attinebat, dixit se nihil ex conditionibus oppignerationis immutasse, quin potius deberi sibi summam illam aureorum stipendii nomine quod bello Barcinonensi suus exercitus meruerat, velleque se mittere iurisconsultum qui suam causam tueretur, doceretque penes se debere pignus retineri, quoad stipendium sibi redderetur. Venit itaque consultus, cum Principes essent Valladoliti, disputataque est causa in senatu regio, cumque nihil inter partes ea de re conueniret, decretum ut tam ad iuris disquisitionem, quam ad fœdera renouanda mitterentur vtriusque oratores ad vtriusque regni collimitium, qui procuratorio nomine rem omnem transigerent. Per idem vero tempus cum Rex & Regina Segouiaegerent, coeptum est inter virum & uxorem de iure successione gubernationisque disceptari, non tam æmulationis dissidiique causa, cum aliqui omnibus in rebus esset inter illos tanta concordia, quanta nunquam inter alios binos coniuges fuerit, sed quod ea iuris disceptatione prospiceretur in futurum, ne regni administratio in alienam familiam transmutaretur, si filia superstiti eademque hærede succederet ex propinquis is qui esset ex consanguinitate proximus, id quod in Gallia aliique in nationibus obseruatur. Ex primoribus Hispaniæ qui erant Regi sanguine propinqui, asseuerabant, quandoquidem Enriqus sine prole decesserat, successione ad Ioannem Tarraconensem Regem esse deuolutam, quippe qui esset Ferdinandi Tarraconensis Regis filius, atque Ioannis primi Hispanorum Regis nepos, eodemque iure ad Ferdinandum huius Reginae coniugem pertinere successione, regni que administrationem non quasi dotalis, sed quasi hæreditarii. E diuerso pro parte Reginae obiicitur ex legibus atque Hispanorum consuetudine, Castellanos præsertim, virili sexu ex stirpe regia deficiente, feminas esse legitimas hæredes, regni que idoneas moderatrices, afferebanturque exempla iam inde ab Infante Pelagio repetita, cuius filia Ormisinda cum virilis ille sexus liberos non haberet, in Legionensis regni hæreditatem successit, nupsitque Alphonso qui Catholicus est cognominatus. Ormisinda quoque Froila fratre defuncto sine liberis in eodem regno successit, nupsitque Siloni. Eodem præterea iure Xanthia Ferdinandi cognomento Magni vxor ad eiusdem regni successione peruenit, Veremundo fratre sine liberis extincto. E regione etiam Castellæ afferébantur exempla, quod Eluira ex Vasconum Regina hæreditario iure obtinuit Castellæ Comitatum, cuius filius Ferdinandus primus Castellanos Rex fuit. Vrraca etiam quæ Raimundo Tolosatum Comiti primum, & deinde Alphonso Tarraconensem Regi nupsit, Castellani atque Legionensis regni hæres fuit. Berenguela quoque, Enriquo fratre immatura morte Pallantiæ intercepto, regni hæreditatem adiiit. Catharina præterea Britanni Ducis filia cum Enriquo primi Ioannis filio omnium ordinum consensu adiurata est Hispaniarum Princeps. Iidem e contrario asseuerabant, ex historiis nusquam exemplum reperiri in Hispania, quod relicta hærede fœmina, ex laterali serie quisquam in regni gubernationem adscisceretur, quo iure Ioannes Tarraconensis Rex omnino excludebatur. Quod vero ad regni administrationem attinebat, pro parte ipsius Reginae obiectum est, ad eandem pertinere, ad quam & regni dominium pertinebat. Quod si quemadmodum legibus definitum est, regnum dotis nomine marito non potest tradi, neque gubernatio quoque. Nam quo iure qui rei dominus non est, aut regale patrimonium administrare, aut in bene merentes ex regio censu collocare beneficia, aut arcium præsidia sub publica fide alicui potest credere? Hæc partium concertatio, tandem hunc in modum composita est, regni hæreditatem successioneque ad ipsam Reginam pertinere tamen fœminam, propterea quod esset vnica Ioannis Regis filia superstitis a Regi-

a Regibus Castellæ & Legionis recto stemmate descendens, neque posse ad alium quemquam pertinere hæredem qui per lineam lateralem ab eisdem Regibus descenderet. Definitum præterea ad eandem pertinere regni administrationem, in tribus præsertim illis que in parte superiori memorata sunt. Hunc itaque in modum rebus compositis, Regina his verbis Regem allocuta est.

Post disceptationis definitionem oratio Reginae ad Regem.

Caput III.

NIL opus fuerat o iucundissime coniux altercatione tam longa, vbi tanta est animorum coniunctio. Nam si quemadmodum audiui ex quodam antiquitatum peritissimo, in sponsalibus hæc fuisse verba sponse ad sponsum, vbi tu Caius, ibi ego Caia, hoc est, vbi tu dominus, ibi ego domina, cur mihi non liceat inde mutuari, vbi ego Regina, ibi & tu quoque Rex? qui cum sis mihi coniux dulcissimus, idemque dominus non modo meus, sed rerum omnium mearum, quidquid ab his legum cōsultis decretum sit, nihilo minus tu Hispaniarum Rex es, quam ego Regina, mihi que hoc animo sedet, æternumque sedebit, me atque omnia mea tuo arbitrio administranda permittere, cum præsertim futuri sint nobis omnium rerum nostrarum communes hæredes. Sed quando ita visum est regni primoribus qui hoc negocium in controuersiam deduxerunt, non ab re fuerit hanc iuris ambiguitatem, quæ aliquando in dubium venire possit, ex legibus & consuetudine Hispanorum decidisse. Vides optime cōiux vnica esse nobis filiam Elitaben, ad quam, nisi quicquam Deus interim prospexerit, regni successio ex Hispanorum legibus pertinebit. Quod si quispiam ex regia stirpe stemmate recto non descendens asferet rem Hispanam ad se pertinere, quia viri non ad communem filiam, quia fœmina: labefactaret profecto, aut, quod Deus auertat, forsitan posteritatis nostræ feriem conuelleret. Quæ res quam sit indigna vel miseranda potius, nemo est qui non intelligat. Sed esto, sine vlla controuersia rerum potiarur ex nobis genita, nu- batque cuiuspiam externo Principi, num minus periculum inde sequetur, si regnorum gubernatio in illum transferatur? Fieri namque potest, ut ille quisquis est nobis futurus gener, arcium præsidia, publicorum vectigalium quæsturas, dignitates ecclesiasticas, atque publicos magistratus ad eos sit delaturus, non qui sint Hispaniarum indigenæ, sed qui exteri ac peregrini. Quare illa iuris decisio, quod ad nos attinet, nihil profuerit, nihil nocuerit, sed fuerit quasi quoddam præiudicium ad ea quæ possunt aliquando contingere. Atqui Rege intelligente quæ sunt ab vxore perorata, non solum veritati consentanea, sed esse quoque iusta & æqua, imperatum est ab vtroque, ut hac de re impofterum non disceptaretur, constitutumque inter eos, ut diplomata, & dicta, literæque publicæ sub vtriusque nomine ederentur, quodque sigilli characteres sub Hispani Tarraconensisque regni insignibus fierent. In moneta quoque percutienda vtriusque imago cum nominibus in typis excuderetur.

Villanatum Marchio & Archiepiscopus Toletanus prætentunt causas a Regis & Reginae obsequio discedendi.

Caput IIII.

DVm hæc Segouia geruntur, Marchio Villanatum literas cum mandatis ad Regem Reginamque mittit, quibus postulabat Magistratum sancti Iacobi sibi debere decerni, quo dicebat patrem suum Ioannem Patiequum adhuc viuentem se abdicasse, ea conditione, ut sibi traderetur, quodque subditiua illa Princeps quæ suæ fidei credita erat, locaretur viro decenti, pro personarum dignitate constituta dote. Quorum vtrumque si denegaretur sibi, se habiturum causam iustissimam, ut aliunde sibi rebusque suis prospiceret, quasi vellet interminari se facturum dissidiū cum reliquis primoribus earumdem partium studiosis. Ad hanc Marchionis postulationem responsum est, tamen si Ioanna quæ falso diceretur esse Princeps, non erat iis natalibus procreata, cum qua homines rerum nouarum cupidi possent in Hispania dissidium facere, cum satis constaret non esse neque vnquam fuisse hæ-

bitam Enriqui Regis filiam, quodque Magistratus iam esset partim in potestate Comitum Parietini, partim Commendatarii maximi Legionensis provincie, quorum uterque fuerat de republica Hispana pulcherrime meritus: ut tamen res ad concordiam regni que tranquillitatem perduceretur, sibi placere Ioannam decenti marito collocare, libelloque supplices ad Pontificem maximum mittere, quibus peterent Magistratum eidem Marchioni a sanctitate sua decerni, sed interim Ioannam sequestro deponendam, ne ante aut post illius nuptias quicquam emergeret, unde Hispana res publica aliquid detrimenti pateretur. Ad hæc Marchio respondit se non traditurum mulierem fidei suæ creditam mortalium cuiquam, nisi cui fidem ipse haberet, cumque de sequestro non conveniret, cepit res in diffidium tendere. Marchioni accedebant omnes qui scelera suorum pœnas extimescebant, quique erant rerum novarum studiosi, sed imprimis eiusdem Marchionis fratres patruelles, omnesque illorum clientelæ, quæ per Hispanias longe lateque patebant. At Marchio interim per fidos internuncios clanculum agebat cum Alphonso Lusitanorum Rege, eodemque Ioannæ auunculo, ut neptem ex sorore uxorem duceret, seque habere dicebat eiusdem consilii socios ex primoribus Hispaniæ tantam multitudinem, quæ sufficeret rem inceptam conficere. Archiepiscopus Toletanus qui usque ad id temporis fuerat anceps utras partes sequeretur, audita Marchionis rebellionem, cepit prætere de causâ quibus honeste posset a Regibus ad perduellium partes desciscere. Poscit ab illis munera quæ diceret sibi promissa iam inde ab eo tempore quo fuerant adiurati Principes, & quæ fuerant iam in benemerentes collocata, petit & alia complura, qualia solent ab iis qui occasionem quærunt ab amicitia discedendi. Atqui Rex memor obsequiorum, atque hospitalitatis, qua fuerat aliquando usus apud illum, cepit hominem placare, tum datis præsentibus, tum futurorum pollicitationibus, tum honorifice compellendo, tum communes mittendo amicos qui illum in fide retinerent, obtestarenturque ne vellet ab officio desistere. Ipse prætere Rex per seipsum eadem omnia exequatur, etiam diuersorium adeundo, quem honorem ad ea tempora alteri præstiterat nemini. At ille nihilo magis flecti, aut sententia sua pellicari potuit, quin immo quo magis rogabatur, eo obstinatius in cœptis persistebat. Neque fuit qui dubitaret, pertinaciæ suæ causam extitisse æmulationem quam non dissimulanter gerebat cum Petro Mendoza S. R. E. Cardinale Hispano, cui ex omnibus Rex & Regina plurimum indulgebant, cum esset Archiepiscopus alioqui natura factiosus, & qui plurimum delectaretur armorum strepitu, familiarique nobilissimorum hominum ampliori. Atque ita cum neque blanditiis, neque precibus, neque pollicitationibus Principum vllum reliquisset locum, frendens, fremensque, & minabundus ex curia discessit, stimulosque perduellibus faceretque ad bellum civile concitandum admouit. Non multos post dies Rex & Regina Segouia profecti Methymnam campestem venerunt, petieruntque a Duce Albano eiusdem municipii arcem quæ ipsius præsidio tenebatur, id quod ille haud grauate fecit. nam continuo arcem tradidit, cui Principes tradi iusserunt. Deinde Valladolidum iter faciētes, ab oppidanis magnificentissime excepti sunt, ubi per aliquot dies omnigenis ludis atque celebritatibus operam dedere. Veniebant prætere eodem ciuitatum populorumque procuratores qui antea non venerant, obsequium debitum sub fide publica oblaturi, inualescebantque in horas causæ iustioris auxilia.

Marchio per literas Lusitanorum Regem ad bellum capeffendum hortatur, Regisque ad Marchionem responsum. Caput V.

INTEREA Marchio non cessat sollicitare quos secum ad studia Ioannæ Principis trahat, simulque mittit ad Lusitanorum Regem literas cum mandatis in hanc sententiam. Iam sibi exploratum esse, quemadmodum ex obitu Enriqui Regis hæreditas cum administratione deuoluta erat ad Ioannæ filiam, quæ omnes primores bis iam iureiurando declarauerant Principem, regniq; paterni hæredem vnicam.

unicam. Quodq; Rex Siciliæ atq; Elisabe coniux, humano atq; diuino iure contempto, rem Hispanam nihil omnino ad se pertinentem arripuerint. Ioannam ex sorore sua neptem, paterno atq; auito imperio spoliata, non habere alium quemquam ad quem confugeret quam ad ipsum, quippe qui esset sibi auunculus, & quidem potentissimus, & qui posset illam solus ab iniuria vindicare. Obtestaturq; ut puellam omni præsidio destitutam, aut cum regno dotali uxorem acciperet, aut propinquitatis iure, ut legitimus tutor, non pateretur ab iniustis possessoribus bona illius occupari, idq; fore factu facilimum, si comparentur utrarumq; partium vires. Habiturum illum ex primoribus Hispaniæ belli firmissima robora, atq; imprimis se fratresq; suos patruelles, Magistrum a Calatraua, atq; Comitem Vrenatem, nec non sororum suarum maritos, Gaditanum Marchionem, Alphonsum Aquilariū, Comitem Beneuentanum, Archiepiscopum prætere Toletanum, Duceq; Areuaci atq; Alburquerqueri cum suis appendicibus, & clientelis, atq; hi omnes hostes ex professo infestissimi: quatuordecim quoq; vrbes, quæ nihil aliud expectant, nisi ducem quem in bello sequantur. Quod si semel Hispanorum Regis sibi nomen assumpserit, atq; in ipsum regnum potenter penetrauerit, complures alios ex Hispaniæ Principibus futuros qui declarent odia sua in aduersarios, quæ nunc futuræ dominationis timore occultant. Adiungebat superioribus omnia Hispaniæ oppida in duas factiones esse diuisa, quarum alteræ necesse erat vt Lusitanorum partes sequerentur. Iam vero quod ad ipsos belli gerendi imperatores attinet, Regis Siciliæ vires esse perquam exiguas, quippe qui esset in summa rerum omnium egestate, & in maximo ære alieno, & qui non modo non haberet, unde posset stipendia militibus soluere, sed neq; ad sumptus cotidianos pecunias, nisi emendicatas, aut violenter extortas. E diuerso Lusitanorum Regem habere exercitum robore ac numero firmissimum: habere pecuniarum tantam vim, quæ sufficiat ad alendum milites, quo ad res conficiatur: habere commeatus, cæteraq; alia belli adiumenta. Cumq; semel per Hispanorum agros vel vnam excursionem populabundus fecerit, fore vt ciues, oppidani, agricolæ, mercatoresq; illum sequantur, seq; eius arbitrio ac fidei continuo tradant. Ad hæc Lusitanus, tamen si animo secum versabat quantum facinus aggredere, quamque fore arduum latam belli conditionem accipere, neq; tantum ex sorore sua nepti regnum asserere, sed & illam cupere matrimonio sibi complecti, seq; ad breue tempus cum exercitu quam maximo posset, intraturum per mediam Hispaniam, qua sibi via commodior videretur. Hortabatur prætere Marchionem ipsum, vt cœptis insisteret, & quod maximo animo inchoauerat, multo maiori exequeretur. Simul etiam scribit ad regni primores, ciuitatumq; optimates, tam suarum partium, quam alienarum: ad illos, vt in fide retineret: ad hos, vt præmiis pollicitationibusque ad studia sua pelliceret. Stimulabat eius animum repulsa quam fuerat passus ex eo tempore quo Elisaben Principem coniugio petierat: regnandi prætere immoderata cupiditas, imperiiq; terminos pulchritudo prorogandi. Observabatur illius animo, regni quod appetebat amplitudo, simul & opulencia, tantarumq; gloria rerum. Sed anteaquam rem ipsam adoriretur, placuit experiri sui regni proceres, & quali animo erga se forent explorare. Consilio itaq; ex omnium ordinum viris habito, suam illis mentem aperit. Qui omnes vno prope consensu pedibus manibusq; in Regis sententiam iere, siue quod intelligebant, id sibi animo sedere, neq; posse iam a proposito dimoueri, siue quod illorum quisq; sperabat, aut ex bello prædam ingentem, aut ex victoria dignitates amplissimas, aut ex rerum nouitate fortunarum suarum accessiones, quorum omnium esset in Hispania per magna facultas. Dicebant prætere non esse amplius hæc de re consultandum, sed cum primum fieri posset, rem exequendam, anteaquam hostium vires magis magisq; inualescerent.

bes, summopere dissuaserunt, amissurum ea via illum omne suum ius, omne hominum studium, nec a Catalonia, sed ab Aragonia incipiendum esse. Cataloniam quidem studiosam eius semper fore, verum tantam labem minime subituram esse, ut regem ipsa & prima & sola faciat, contra suas & quidem maiores natu sorores. expectaret quid eligendi iudices pronuntiarent. Iam concilium, quod illi parlamentum vocant, cogi ex omnibus prouinciis in Calatauibio. Sed hoc illi molestum erat, quod res in Aragonia, quod archiepiscopo autore, quasi nauis gubernatore, administrarentur. Quid enim sperandū sibi de brachio ecclesiastico (quatuor enim brachia in Aragonia faciunt) cuius caput sit archiepiscopus, competitoris studiosus, sui inimicus, cum quo Benedictus papa faciat, ut omnia communi abbatorum consilio geri videantur? Quid de nobilium equestrumque cum gubernatore prætorque tam sibi infensi, quam archiepiscopo obnoxii sint, cum alter affinis, alter generi illi esset? Quid de brachio ciuitatum, quod vocant regale, quorum plerique superiorum vel auctoritatem vel gratiam sequuntur? Eo quidem magis, quod dabat operam archiepiscopus, ut concilium Cæsaraugustā transferretur: idque recte ac iure fieri per suos papa asseuerabat. Quod si fieret, multo meliores fore partes Ludouici intelligēs Comes, utriusque minatus est: archiepiscopo se pro pileo pontificali impositurum cassidem ignitam: papæ rasurum esse verticem non aqua, sicut fieri solet, ante persusum. Interea quotidie cædes seditionesque per prouincias fiebant, nec cuiusquam auctoritas aut potestas ire obuiā poterat: nemo satis alteri credere, nemo obtemperare, ipsa capita inter se dissidere, ac digladiari. Vtique adeo iam in contemptum venerant exteris. Si quidē in Sicilia, de quo postea dicemus, Bernardus Caprera res nouas moliebat, & insulæ regnum affectabat. Cuius non minor metus incessit animos eorum qui bonum publicum & gloriam Aragoniæ curam habebant, quam quis Aragoniæ rex esset, cum plus damni fieret, alienata Sicilia, quam quolibet competitorum rege facta. Igitur omnia plena motus, timoris, turbationum, ac periculorum, & velut in tempestate multorum ventorum, cum inter nautas non modo litigatur de gubernatio, sed etiam pugnantur. Huc accedebat, quod Ludouicus suasu archiepiscopi, quo maior causæ suæ esset & auctoritas & gratia, miserat ad fines Cataloniæ copias militum, nuntiosque ad concilium, qui hortarentur ad iustitiam, nihil metueret, præsto esse copias aduersus perturbatores ordinis iudiciorum & iuris, nec defuturas pecunias. Idem facit Ferdinandus, non ignorans a Ludouico non minus illa in fauorem fieri iuris priuati quam publici, & contra Comitum factionibus armisque cœlum ac terras miscentem, auctoritate armorum esse agendum. Ferdinandum quantum fauor in aduersarios propensus lædebat, tantum recens gloria rerum gestarum commendabat, quod mari terraque victor redisset, quod imperium Castellæ ampliasset, quod pro re Christiana fortissime ac felicissime dimicasset, quod nisi ad expediendam litem de successione venisset, prope iam regem barbarū debellasset: & de eo quotidie magis ac magis homines fauorabiliter & sentiebant & loquebantur. Ex quo animaduertēs Comes, iam duos externos competitores in dies maiorem sibi auctoritatem comparare, idque archiepiscopi opera, facinus exequi festinat, & quod minatus fuerat, perpetrare. Itaque Antonio Lunæ negotium dat, ut hominem per speciem colloqui euocatum obruncet. Erat autem Antonius etiam diuersæ factionis, tamen per familiaris archiepiscopo, ac pene cliens. Nam annuis quasi stipendiis ab eo donabatur, & eodem mense septingētos aureos Aragonicos acceperat. Id dicitur fecisse archiepiscopus, quod cum fuisset tutor Ioannis Ferrandis, fraudarat pupillum dimidiata hæreditate, eamque in Blascum qui gentilis atque agnatus suus erat, transtulerat, indignum existimans tantam generis sui hæreditatem, totam in alienum deferri, nulla ei qui ex ipsa domo esset relicta portione. Is cum postea cerneret Ioannem erecto ac sublimi animo virum, Blascum veto seigniori ac longe imparem, vidit fore, ut se defuncto, ac nedum quidem defuncto, Ioannes Blascum hæreditariis bonis exueret. Ea re præsidium homini infirmiori aduersus potentiorum in diuersa factione comparauit, propinquum suum in contraria acie ponens, ducem hostium intra sua castra versari patiens ac volens, vnde mortis suæ origo

origo defluxit. Et postea cum rerum merita nesciamus, iudicia diuina mirari soleamus. Enimuero hanc quam retuli causam, paucissimi notam habeant. Neque ego nunc de iudicio dei in vniuersum pronunciasse intelligar. Scio equidem iustos sæpe multatos infortunio fuisse, & iniquos secundissima fortuna vsos. Sed non nunquam sapientissimi non longe absunt a coniectanda dei voluntate, cum patrem ille aut dominum agere videtur. Archiepiscopus e Calatauibio reuertentem, atque in oppido Almuma agentem, Antonius ait se adire velle colloqui gratia. Etenim sæpe cum pro familiaritate interuisebat, collocatisque ad insidias in proximo nemore ducentis equitibus hastatis, & ex parte magna loricatoris, ipse cum paucis armatis procedit. Nam armatum omnes fere qui ex factionibus professi erant, incedebat, ac præmittit e vicino ad archiepiscopū, qui dicat se ad colloquium venire. Eo hic nuntio lætatur, tanquam aliquid quo gauderet ab amico auditurus, cōscensomulo, obuiam egressus est, decem duodecimve comitibus: Nam festinantia plures vndiq; conuenire non fuerat. Ille tardius de industria iter faciens, plus duobus stadiis procul a muris archiepiscopum excepit. Cumque se mutuo salutassent, hic illum filii, ille hunc patris nomine: Ecquid, inquit Antonius, erit rex Comes Vrgelli? Non me viuo respondit. Ego, inquit, aut te capto, aut mactato. Mactato respondit fortasse, captiuo nequaquam. Atque hæc dicenti frenosque se et et Antonius colaphum in medio ore inussit, arreptoque protinus gladio, caput ferit, re fugientem cæteri viderant, subinde caput muli, ut ab instituto cursu auerterent, percutientes. Inter eos Antonii armiger, qui vnus lanceam gerebat, ea subitus brachium adducta, incurrens præcipitavit e mulo, atque ita iacentem contrucidavit, manumque inter cætera vulnera amputarunt. Ita is qui diadema imponere regis debebat, imperio eius qui diadema sperabat, teterrima morte est affectus, ultores angelos relinquens, ne vnquam in fellam regiam illi daretur ascendere, per quem summi in regno antistitis corpus sceleratissime cōfossam laceratumque iacisset. Ideoque statim diuinum, si recte æstimemus, numen apparuit. Nam si tantum animi ad inuadendam urbem illis, quantum ad aggrediendum facinus fuisset, haud dubie sublata lis erat, & oppressa factione Vrgella, Comes regiam dignitatem vel extorsisset, vel impetrasset. Nunc sceleris, non voti, compos effectus est, dum hostem debilitatum mancumque magis de fuga, quam de vltione cogitaturum putat, tam procul posito Ludouico, a quo peterentur auxilia: nec in mentem venit ei, plerisque hinc in aliis auctiora arma in fuga esse, & ingenium ex necessitatibus crescere. Dato hunc in modum spatio inimicis ad sibi consulendum, illi tamen illatæ iniuriæ dolore, tum inferendæ metu, ad proximum ac magis validum Ferdinandum, de cuius iure bene quoque sentiebant, præsidium confugiunt, longe decepta aduersariorum spe, qui a semel suscepta causa in aliam descituros hostes non suspicabantur: ignari plus posse odium quam beneuolentiam, & dolorem quam gratiam, & cupiditatē se ab atroci iniuria vlciscendi, quam alieno honori inferuendi. Blascus quoque qui ingressu Antonio opem tulisset, nunc ingressus cum potentia aliis opem ferre, nisi sceleratissimus videri vellet, & a bonis cadere, coactus est. Ferdinandus intelligens ex vna re tria sibi commoda fore, quod partes suæ robbrentur, quod competitorū qui validissimi erant, alter debilitaretur, alter hostes supra caput accerrimos habiturus esset, non grauate auxilia misit. Perit autē archiepiscopus anno circumacto, ab obitu regis eodem mense. Cuius morte solutū concilium est Calatauibii, & postmodum cōuentus prouinciales agi incepti, ab Aragonensibus in Alcamitio, a Valentinis in Tragera, a Catalanis Dertusa, quod hæc oppida finitima sunt aliis duabus prouinciis. Quo difficilius fuit, inter distractos conuentus, mature deliberari, cum præsertim quotidie maiora confererentur in Aragonia certamina, gubernatorē volente prouinciam in officio tenere ac quiete, Comite, accersitis e Valconia & trans montes copiis, annitente reliquias aduersæ factionis euertere, & suam rebus gerendis præficere. Tandem post aliquot menses, per conuētus vniuersos, hoc est, per terna brachia, Valētiæ & Cataloniæ, ecclesiastica, patritia, plebeia, vltra quatuor illa Aragoniæ quæ diximus, locus delectus est in Aragonia, oppidū Capla, mādaturumque gubernatori ut dispositis præsidii armatorū, cu-

Hispanorumq; perduelles admonet, ad certum diem sint in armorum procinctu, vt communi consilio atq; ex composito vno tempore rem gerant.

Rex Valladoliti manet, & Regina Toletum proficiscitur. Caput VIII.

ERANT illa tempestate Valladoli Rex & Regina, qui nuncio accepto de hostium expeditione, nihil amplius cunctandū esse rati, constituere, vt Rex Valladoliti maneret prospecturus citramontanis regionibus, Regina vero Toletum proficisceretur, vnde Bæticas aliasq; vltromontanas Hispaniæ regiones in fide retineret, prospiceretq; ne quid detrimenti paterentur. Fuerunt in comitatu illius **Duces Infantatus, atq; Albanorum, & Comestabilis idemq; Comes Pharius.** Tentauit Regina ex medio itinere reconciliare sibi Archiepiscopum Toletanum, qui eo tempore Compluti morabatur, non quo putaret illius vires in alterutram partem magni esse momenti, sed familiaritatis antiquæ memor, atq; obsequiorum illius erga se in superiori fortuna. Voluit & ipsa præfens hominem conuenire, blandicijsq; ad pristinam familiaritatem reducere, sed verita est, ne ea res aut timori, aut maiestatis regiæ immitutioni tribueretur. Itaq; per Comestabilem decreuit experiri omnia, qui tametsi homo prudens, idemq; singulari quadâ facundia præditus erat, nihilo plus ex eo potuit exculpere, quam qui ad illud ipsum antea missi fuerant, quam frater eius Comes Hemorocalius, quam alii propinqui & familiares, qui fere omnes, præter vnum Ferdinandum illum Alarconium quem diximus a Marchione subornatum, studebant ad iustiorum causam ipsum reducere. Atqui Rex cum videret in huiusmodi temporum motibus omnia etiam tuta esse timenda, statuit ire Salmanticam, atq; deinde Zamoram, vt illarum ciuitatū optimates, decuriones ordinis equestris viri, atq; tribuni plebis iurarent iterum in sua verba, renouarentq; fidem publicam quam sibi atq; Regiæ coniungi obstrinxerant, cum primum regnare cepissent: id quod omnes præstiterunt, atq; imprimis Alphonfus Valentinus castrorum Metatus, qui Zamoranam arcem præsidio tenebat. Taurum urbem noluit adire, quoniam illic omnia erant incerta. Ersi enim arx oppidi tenebatur a Roderico Vlloa regio quæstore maximo, Regiæq; & Regiæ perquam studiose: frater tamen illius natu maior, Ioannes Vlloa, disposuerat præsidia per loca vrbis munitissima, obfirmaueratq; contra arcem stationes latronibus armatis perpulchre instructas. Idem sæuiebat in ciues quos putabat suæ tyrannidi obstaturos. Nam & Enriquo Rege suspensio adegit Rodericum quandam regium senatorem, atq; pari supplicio extinxit alterum ordinis equestris virum, aliosq; cōplures nobilissimos ciues quos dominationi suæ formidolosos existimabat, bonis spoliatos in exilium miserat. Is igitur timens scelere suorum debitas pœnas, statuit ad Lusitanum desciscere, illiq; urbem tradere, sperans se eo munere admisso impunitatem assecuturum. Erat castri Inui præses & ipse quoq; parium facinorum conscius, atq; grassatorum latronumq; receptator, qui non satis fidens Regiæ & Regiæ fidei publicæ, atq; promissis quibus illum non solum patris criminibus donabant, sed etiam se multis illum beneficiis cumulatos pollicebantur, deserta potiori causa Lusitano se adiunxit. Regina interim Toleti agens, ciuitatem populosq; finitimos confirmat, Bæticæ colonias & oppida quæ illi ab initio obsequia sua detulerant, vt in fide permaneant hortatur, suspectos & dubios, partim minis, partim pollicitationibus ad studia sua trahere conatur. In eos vero qui se hostes ex professo declararent, inimicitias bellumq; gererent, Roderico Manriquo Comiti Parietino, qui se diui Iacobi militiæ Magistrum profitebatur, rei administrandæ negocium commendat. Ipsa Valladolum ad Regem proficiscitur. Alcaracium oppidum non ignobile, ex patrimonio regum Hispaniæ diuulsam, præsidio Marchionis oppressum tenebatur. Oppidani vero indignati parere domino qui non iuste, sed violenter in ipsos iniquam exerceret dominationem, de excutiendo ex ceruicibus suis iugo, deq; se in libertatem asserendo, seq; suis Principibus dedendo agere incipiunt, arma corripunt, arcem inpositam vrbis obsident, Marchionis amicos, & qui ab illo iuri dicundo, aut vestigalibus exigendis

gendis præfecti erant, vrbe fugant, Parietinum Comitum orant, vt auxilio veniat, aut copias auxiliares ad conficiendum negotium mittat. At ille non impiger cum præsentibus copiis accurrat, præclarum facinus illorum laudat, suamq; operam ad id pollicetur, oppidanorum animos erigit, atq; hortatur vt arcem oblidione arctiori premant. Qui nuncius cum ad Marchionem peruenisset, contrahit copias quam maximas potest, tam ex suis, quam ex amicis, quam etiam ex iis quas Magister a Calatraua in procinctu habebant paratas, vt se Lusitano coniungerent. Cumq; satis magno exercitu se ad soluendam obsidionem accingeret, iamq; aduentaret, oppidanos trepidantes ac dubios, iamq; incepti pœnitentes, Parietinus Comes, vt magno animo sint, neq; se duce quicquam timeant, hortatur. Confirmat illorum animos opportunus aduentus Alphonfi Fonsecæ oppidi Cauensis & Alahegiurum domini, cum altero Alphonso Fonseca Episcopo Abilensi, quos Rex & Regina miserant cum expeditis cohortibus in succursum illorum qui arcem oblidione cingebant. Quo auxilio aucti, stationes extra urbem, & in agrum spectantes, firmiori præsidio muniunt. Itaq; Marchio a dissoluendæ oblidionis cogitatione destitit, & in alias curas animum transtulit, atq; imprimis oppida, & castella, arcesq; suæ ditioni subditas munit, ne incolæ, Alcaracenorum secuti exemplum, ad hostes desciscerent. Ad Lusitanum præterea literas mittit, nihil esse actum scribens, nisi properet, atq; suo aduentu opem ferat, partesq; dissipatas atq; conuulsas confirmet. Arcis præses soluendæ oblidionis spe amissa, se cum arcis Comitibus fidei ex pacto conuento tradit.

Marchio Lusitanum hortatur per literas, vt properet, & venit. Rex & Regina Lusitaniæ bellum inferunt. Caput IX.

MARCHIO cum intelligeret posse fieri, vt alia quoque oppida, castella, & arces quæ pro illo stabant, Alcaracenorum exempla sequerentur, literas ad Lusitanum dat, vt quam celerrime veniat, omnem bene gerendæ rei vim in celeritate positam esse scribit: quod si remissius agat, fore vt partium suarum feruor quem spes excitauerat, cum illius mora refrigeret. Ioannam vero Principem quam Enriqus moriens illius fidei credidit, ab Ascalone in castra Iulia transfert, aut quō tutiori loco foret, aut si Lusitano nuptui tradenda esset, commodius inde duceretur. Lusitanus Rex etsi iam paratus erat, vt viam ingrederetur, hostiumque fines armis inuaderet, Marchionis tamen literis excitatus, rem exequi festinat. Veniebant cum illo omnes regni sui proceres, tam ecclesiastici, quam sæculares, quorum & ex ordine equestri elegantissimus & strenuissimus quisque, sed neque superioribus inferiores cedebant, & armorum, & equorum, & ornamentorum apparatu, alii agros vendebant, alii oppignerabant, alii pretio villiori locabant. Atque vt est hominum genus superbum & arrogans, ex sumptuosiori cultu facti arrogantes, nihil non sibi pollicebantur, & imprimis Regiæ & Regiæ fugam in suam Tarraconensem, neque spectaturos vel minimum fortunæ euentum. Partiebantur inter se profugorum spolia, deinde oppida, municipia, castella, vicos, agros eorum qui fuissent Siciliæ Regem Reginamq; coniugem secuti. Atq; ita Placentiam perueniunt, quæ tunc sub Areuacorum Ducis ditione erat: eodemque Marchio deduxit, quæ se Hispaniæ Regiæ profitebatur. Deinde in media vrbis area suggesto Rex & Regina resident, dataque & accepta fide sponsalia contrahunt, acclamant lictores, & omnes qui aderant, vna voce, Viuant, Viuant Alphonfus Lusitaniæ Rex & Ioanna Hispaniæ Regina. Tunc nouorum Principum ex Hispanorum consuetudine manus auersas exosculantur, fidemque suam illis iureiurando obstringunt. Habitaque deinde consultatione quo potissimum iter arriperent, Areuacum placuit, propterea quod & comitatu rerum omnium abundabat, & ad belli cum hostibus, pacisque cum finitimis res gerendas erat locus opportunus. Cæterum Rex & Regina cum accepissent nuncium earum rerum quæ Placentiæ gesta sunt, atque hostes Areuaci, hoc est, in mediis regni penetrabilibus consediisse, seque Hispaniæ Reges iussisse appellari, & ipsi quoque se Lu-

fitaniæ Reges appellari, atq; Limitaneis in ipsam Lusitaniam bellum inferri iusserunt. A Paceaugusta visum est Lusitaniam inuadere, atq; in ipsiſ regni penetrabilibus Nodarum castellum expugnant, & Regi Reginæq; Hispaniarû subiiciunt, qui arcis præſidium Martino cuidam Septempubliano ciuitatis Hispalenſis Viginti quatuor viro credunt. Iſ triennio in fide permanſit, Luſitanorum finitimos agros populatus, armenta pecudeſq; in prædam agens, captos, niſi qui ſe redimerent, in vinculis ſeruans. Cumq; omnia hæc hoſtiliter exequeretur, nullius interim ſceleris generi etiam inter ſuos pepercit. Tandemq; Luſitano accepto precio arcē prodidit. Cumq; patria extorris in exilio eſſet, alteramq; proditiōem moliretur, deprehendi timens, neſcitur quo profugus exilium mutauit. Alphonſus quoq; Monro-¹⁰ ius qui ſe Traiani pontis Magiſtrum profitebatur, alia ex parte Luſitanorum fines tranſgreſſus Alegretum cepit, biennioq; tenuit multa incommoda finitimis inferens. Tandemq; a Luſitanis obſeſſus, cum nō potuiſſet mitti auxilium, quo ab obſidione liberaretur, coactus eſt deditiōem facere. Alphonſus præterea Cardeni-²⁰ us Legionenſis prouincię Commendatarius maximus, & qui ſe ex parte Magiſtrū militiæ ſancti Iacobi profitebatur, ſexaginta paſſuum millia intra Luſitaniæ fines pergrandi equitatu coacto excuſiones maximas fecit, prædamq; ingentem reportans, domum ſe recepit. In ea quoq; Tarraconenſis prouincię parte quæ inter Durium & Limiam flumina Luſitaniæ contributa eſt, & ea Galliciæ quę e regione ad ſeptentrionē adiacet, nihilo ſecius excuſiones populationes & latrocinia vtrinq;³⁰ aguntur, atq; intra ipſos Galliciæ terminos, Petrus Aluarides a Sotomaiores, qui pro Luſitano ſtabat, Tyden urbem quæ ad Epiſcopum Tydenſem pertinebat, non magno negotio capit, iuſſitq; ſe eius regionis Vicecomitem appellari. Atq; ut eſt genus illud hominum a labore in libidinem, & ab alienarum rerum abſtinentia procliue ad latrocinia & rapinas, poſt peractum bellum longo tempore apud eos mos ille perdurauit.

Luſitanus Gallorum Regem fœderat, Taurum & Zamoram capit, Hiſpanniſ copias parat, Luſitanum obſidet. Caput X.

ALPHONSVS Luſitanorum Rex auctus ampliffimis regnorum titulis, reputans ſecum quantam rem inchoaſſet, quodq; ſine ignominia non poſſet iam ab incepto deſiſtere, præter illos quos in Hiſpania habebat ex profeſſo hoſtium ſuorū hoſtes, ſtatuit a finitimis auxilia ſibi aſciſcere, atq; in primis a Gallorum Rege, cū quo ſciebat aduerſariū ſuum pro Ruſcinonis Comitatu repetendo belligerandi cauſas Tarraconenſium Principem eundemq; Regem Sicilia habere neceſſarias. Mittit itaq; legatos ad Gallum, atq; per illos oſtēdit, quam iuſto titulo Hiſpaniæ regnum dotale poſſideat, ſe habere in ipſa Hiſpania ex primoribus partem maiorem potioremq;, & ad rem conſiciendam nihil aliud de eſſe, quam fautorem moderatoremq;, cuius auſpiciis res tanta gereretur. Hunc eſſe vnum Gallorum Regē,⁴⁰ & præter eum neminē Hiſpanos omnes æſtimare. Gallus ſuæ gentis vitio non ſatis cōſtans in fœdere quod iam inde ab initio cum Rege & Regina cōtraxerat, in quo de Ruſcinonis Comitatu mentio facta erat, quem nō reddere ſtatuit, iuratum ſœdus abiurat, nouumq; cum Luſitano icit, & quo expeditior eſſet ad bellum Hiſpaniæ inferendum, cum Eduardo Britannorū Rege, qui bellum Galliæ illaturus ex Britannia ingēti claſſe cum exercitu quam maximo mare traiecerat. is namq; veniebat in primis vt Carolo Burgundionum Duci ſupperias ferret, atq; deinde vt ipſe per ſe auitas maiorumq; ſuorū antiquas inimicitias perſequeretur. Tranſegit vero in hunc modum, vt induciæ in ſeptennium proximum conſtituerentur, Gal-⁵⁰ lus Britanno cētum coronatorum aureorū millia ſtatim daret, atq; deinceps quottannis quinquagenos millenos, quodq; Gallorum Delphinus (ſic enim a Gallis appellatur quem Hiſpani Principem Regis regniq; hæredem vocant) Britannorum Regis filiam duceret vxorem. Liber itaq; in præſentiarum Gallus ab OEaſone Aquitanici oppido in Barduliam Hiſpaniæ regionem bellum inferit. Ioannes Vlloa Taurum Luſitano tradidit, qui arcem expugnauit quæ pro Roderico Vlloa fratre ſuo quæ-

ſuo quæſtore maximo Hiſpaniæ ſtabat, eidem Ioanni credit. Ioannem deinde Porriū qui Zamoranæ ciuitatis per partē populi facile princeps erat, pollicitationibus allicit, vt urbem ſibi tradat, generumq; ſuum † Hiſpaniæ Metatum, qui vrbis arcem præſidio tenebat, ſecum inducat, vt ſuam factionem ſequatur. Magnam pecuniarum vim illico ſe daturum promittit, atq; deinde poſt rem peractam agri Zamorani ad certum incolarum numerum vicis & caſtellis ſe illos donaturum. Quod cum Rex Ferdinandus perſenſiſſet, mittit ad illos nuncium, rogās vt in fide permanēat, neq; iuſturādum quo ſe ſibi Reginæq; conſorti obſtrinxerant, cū magna ipſorū infamia violaret, fideiq; ſuæ ingentia præmia illos relatuſ pollicetur.¹⁰ Quod ſi ad tenendam urbē grandiori præſidio erat opus, ſe miſſurū cohortes quæ illis viderentur ſufficere. Ad quę Porrius reſcribit, ſatis præſidii in ciuibus eſſe, dolere vero ſe perſidiæ inſimulari, non ſe iis maioribus orū qui talia facerent: nihilo minus tamen de ſecutionis conditionibus cū Luſitano agit, atq; accepto precio urbem illi prodit, ſecumq; in eandē proditiōem Metatū arcis præſidē trahit. Luſitani vexilla cum ſuis vulturibus attollūt, Regemq; Hiſpaniæ cum vxore identidē inclamāt. Vrbe Rex potitus arcem eidē Metato credidit, pontis vero præſidium Frāciſco Valdeſio Ioannis Porrii ex ſore nepoti committit, atq; Zamoranis rebus compoſitis Taurū ad Reginam coniugem redit. E diuerſo Rex & Regina copias ſuas recēſent, euo cātq; omnes quos ante monuerāt, vt eſſent in procinctu, &²⁰ parati ad bellum futurū, & qui equo merebāt, ſuas immunitates ex antiquo Hiſpaniarum more promittit, & alios quoq; propoſitis præmiis & honoribus prouocat. Conuenerūt præterea oēs ex omnibus oppidis, ciuitatibus, & municipiis totius regni, qui ab initio ſtudia ſua & obſequia obtulerūt, præterquā illi quibus alterius factionis duces negotiū faceſcebant. Ex primoribus regni aduerſum Petrus Mēdoza Cardinalis Hiſpaniarū cū illius fratre Iacobo Furtato Infantatus Duce, atq; ex eadem Mendozaſū familia duo illorū fratres Enicus Lupus Tendillanus Comes, Laurentius Suarius Clunienſis Comes, Alphonſus Enriquus Archithalaſſus Hiſpaniæ, Garſias Aluarus Albanorum ad Tormim Dux, Enriquus Enriqui ad Alifſtam Comes, Petrus Veraſcus Hiſpaniarū Comeſtabilis idemq; Comes Pharius,³⁰ Rodericus Pimentelus Beneuētanus Comes, Petrus Manriquus Triuinus Comes, Petrus Oſorius Aſturicenſis Marchio, Iacobus Sarmentus Salinarum Comes, Petrus Mendoza Montis acuti Comes, Ioānes Manriquus Caſtaneti Comes, Gabriel Manriquus frater eius Oſorninus Comes. Alii quoq; ſummates & inſimates Præſules, atq; ordinis queſtris mediocriſq; conditionis & opibus cēſiti viri ſuperioribus acceſſerunt. Dux a Methymna Aſindica cum ſibi affectis Hiſpalenſibus, & Egabrenſis Comes non venerunt, ſed neq; fuerunt vocati, propterea quod alteri cum Marchione Gaditano qui Aſindum opprimebat, alteri cum Alphōſo Aquilario qui per fauorem populi omnibus omnium ordinū ciuibus imperitabat, erat diſſidium. Qui proculdubio diuerſarū partiū habebātur, neq; dubitabāt, quin⁴⁰ Marchionem Villenatē atq; totam factionē illam ſequerētur, cum præfertim duæ illius ſorores vtriq; eſſent nuptæ. Beltranus a Cueva dubius erat vtrā in partem traheretur: hinc amor in ſuppoſitiuā illam quę vulgo putabatur eſſe illius filia, quod neq; ipſe inſiciabatur: hinc timor, quod in huius belli diſcrimine victoria in Regē & Reginam videbatur eſſe propenſior. Hi omnes quos enumerauimus, Valladoliti congregati acceſſerūt, quos a Toledo Regina exciuerat, atq; obiter quos a Segouia & ab Abila locis finitimis coegerat, eumq; exercitum cū Regis exercitu cōiunxit. Placuit debere luſtrari militum numerū, cēſaq; ſunt cataphraſtorum equitum quatuor millia, leuis armaturæ octo millia, peditū vero ex Callaicis, Aſturib⁹, & Bardulis, Citraq; montanis ad triginta millia. Tot tantiq; copiis Rex auctus di-⁵⁰ ſtribuit exercitum in quinq; & triginta cohortes, motiſq; ſignis ad Dorri dextrā ſecundo flumine Taurum petit, vbi eo tempore Luſitanus erat. Qui cernēs hoſtē & militū numero atq; robore & populorū fauore longe ſuperiorē, continuit ſe intra muros vrbisq; munitiones, ceſſitq; tēpori, non auſus credere ſe campo Martiq; cōmuni. Hiſpanus ad quinq; horas in procinctu armorum ordinatiſq; cohortibus in medio campo ſtetit, expectans an Luſitanus quicquā auderet, velletq; fortunam belli experiri.

AELII ANTONII NEBRIS-
SENSIS, RERVM HISPANARVM AC HI-
SPANIENSIVM HISTORICI, DECADIS
PRIMÆ LIBER QVARTVS.

*De nuntius hinc inde missis, ac prouocationibus vtro citroq; ad pugnam factis,
deq; penuria quam exercitus noster est passus. Cap. I.*

FERNANDVS vbi se frustra in armis esse, neque ab hoste copiam pugnandi fieri videt, Gomezium Manricum ad Lusitanum mittit qui hæc illi nunciaret: Meminisse eum debere, Rodericum Sotiam domesticum suum nuper a se missum postulatam, vti Fernandus atque Isabella eius vxor ex iis regnis quæ ad Ioannam eius neptem quam vxorem sibi desponderat, attinere diceret, egrederentur. Per quem eundem eos benigne placideq; respondisse, mirari se, quod tantus Princeps, tot egregiis artibus præditus, rem tam arduam aggredi, tamque iniustam petere vellet. Rogasse etiam se ne tantam seditionem cædium, incendiorum, non solum in Castellæ Legionisque regnis, sed in ipsa etiam Lusitania excitaret, vt armis relictis, æquitatis iurisque partes amplectus, ab eo incepto quod nulla ratione tutari poterat, desisteret. Quod eum minime facere voluisse, quin exercitu infesto eorum inuasisse regna, regioque titulo abusum esse. Proinde Fernandum hæc in summa dicere, se instructis copiis ad oppidum suum Taurum eo animo opperiri, vt lacerenti quouis modo responderet. Petere se, vt ex tribus vnum, quod malit, Alphonfus eligat: primum, vt ex ea parte regni quam vi occupasset, regio etiam nomine quod perperam sibi arrogasset, abnegato, quam primum egrediatur: si quod autem ius sponsa eius sibi esse contenderet, causa coram summo Pontifice ageretur, quod is decreuisset, id vtrique partitatum fore. Deinde, vt quoniam Alphonfus collatis signis cum Fernando se dimicare velle, professus esset, ne cunctaretur in pugnam descendere, nullam per eum moram fieri. Quod si neutrum placeret, quoniam opibus & copiis impar esset, ne tot homines innoxii duorum causa præliis & cædibus conficerentur, singulari certamine cum eo de regno certaret. Sperare Fernandum Dei ope, quam iniuste Alphonfus id negotium aggressus esset, eo duello planum fore. Ad hæc Lusitanus per Alphonsum Ferreram respondit: Sibi ius esse Castellæ Legionisque regna repetendi, vt pote sponso Ioannæ Reginæ quam Enriqui Regis filiam hæredem esse constabat, cuiq; etiam tres regni ordines publico consensu simul & iureiurando patris regnum tradiderant. Quare postulare se iterum, vt Fernandus cum vxore sua Regina Sicilia a Castella quam occupatam habebat, primum discederet, deinde placere sibi, vt coram Pontifice maximo ius suum vterq; persequeretur. Nam quod ad pugnam ad quam Fernandus prouocat, attinet, se regni sui proceres vna cum copiis quas diuersis in locis diuisas haberet, quam primum euocaturum, vt exercitu coacto in aciem descendat. Quod vero de singulari certamine Fernandus proposuisset, se id pro statu & communi salute omnium nõ detrectare, modo inter ipsos prius conueniat, qua ratione, & loci, & pugnae inter vtrumque conferendæ periculum præstari possit, ne victor suo frustreretur præmio. aliter enim frustra alterutrum victurum esse. Cuius rei firmitudinem alio modo obtineri non posse, nisi ab vtroq; Rege Isabella simul & Ioanna, pro quibus ambo Reges in contentione de iure regni venissent, obsides darentur. Quæ vbi Fernando nunciata sunt, videri sibi respondit, Alphonsum verbis non armis de iure regni certare velle, frustra etiam ea causari Lusitanum, cum iudex præsto non esset qui licet dirimeret, neque sibi honestiores validioresq; causas de fore, quod Enriqus Rex cū regni sui proceribus, approbante etiam rem summi Pontificis legato, Isabellam Principem hæredem

hæredem declarasset. Accessisse item ex ciuitatibus Hispaniæ procuratorum omnium consensum iureiurando vallatum. Ad hæc Enriquem ipsum, paulo ante quam e vita decederet, conuentum Segouix agere decreuisse, vbi conuocatis totius regni magnatibus & ciuitatum procuratoribus, de more maiorum regnum Isbellæ confirmaretur. Eiusque decreti autores fuisse, cum proceres multos Cæstellæ Primates, virosque alios religione, consilio, litterisque præstites: tum Marchionem Villenam qui nunc pro Lusitano staret. Conscium etiam sibi Alphonsum esse, si ex animi conscientia loqui vellet, quam nullo iure ad regni petitionem Ioanna niteretur. Iam vero quo liberius inter eos singulare certamen fieri, & victor victoria facilius frui possit, quando per alios Reges aut nationes securitas ea præstari nequiret, & res in longum protraheretur, hanc rationem iniri oportere: vt duos pro se Castellanos Alphonfus, duos item Fernandus Lusitanos eligant, notæ probitatis & fidei viros, qui solemnibus sacramentis astricti, pari equitum numero ab infidiis & violentia campum certaminis tutum liberumque reddant, vt in tali re fieri solet. Paratum esse se, intra triduum, quod sua interfit, exhibere. Indecorum enim esse tantis Principibus, negotium id in longius tempus differri. Quod autem de obsidibus Alphonfus peteret, indignum nimis esse Ioannam cum Isabella conferri, longe maximum inter vtramque esse discrimen, quod cū omnibus, tum Alphonso ipsi ignotum esse non poterat: daturum se tamen Principem filiam obsidem, & alia insuper quæ ad præstandam fidem idonea forent. Rursum Lusitanus, nisi Isabella obsides deponeretur, omnia irrita sibi videri respondit. Nam etiam si ipsi victoria obtigisset, bellum nihilominus aduersus eam iterum suscipiendum esse. Eo modo sæpe ab vtroque missis remissisque nunciis, vbi neque acie dimicare velle, & singulari certamini causas Lusitanum querere Fernandus intelligit, prope oppidum Taurum ad Durium flumen castra locat: triduoque ibi statua habita sunt. Quo tempore tanta commeatus inopia in castris fuit, vt ad decem denarios in eas mēsuras nonna peruenerit, quæ pridie duobus aut eo minoris venundabantur. Quæ res in dies magis ingratæ secebat. Nullū enim frumentum aliūde in castra supportari poterat. Ex iis namque oppidis & castellis quibus circa Taurum Lusitanus præsidia imposuerat, eorum præfecti cum magna armatorum manu egressi, frumentatum euntes prælio lacerare, prædas vndique agere, importata omnia interciperere, denique itineribus interclusis nostros frumēto facile prohibere. Quod cum Rex animaduertisset, de ratione belli cum Ducibus consultare cepit. Nouerat enim, Lusitanum copia rerum omnium abundare, sibi non commearum modo, sed pecuniam etiam deesse, vnde militibus stipendia persolueret, aliaque ad vsum belli necessaria compararet. Præterea hostem obsidione premi non posse. Nam neque Durium vado transiri poterat, & vltra eum magna vi militū opus erat quæ egredientibus oppido Lusitanis obsisteret, quorum magna manus cum Rege mœnibus continebatur. Nullasque denique ad impugnationē pontis machinas habere. Placuit igitur, ne maius in exercitu detrimentum indies fieret, castra moueri. Hoc autem cum militibus iis cognitum esset, qui ex ciuitatibus in auxilium Regis conuenerant, indignari primum quod cum tantis copiis Rex coegisset quibus facile bellum patratum iri omnibus persuasum esset, ita discederet, quin aliquid memoratu dignum egisset. neque enim eam posthac tantam vim militum contrahendi copiam fore. Deinde culpam in magnates reliquosque Duces transferre, quod ea Regi consulerent, quæ non ex dignitate ipsius, sed ex vsu atque dignitate sua essent, qui non contenti seditionibus bellisque pristinis, nunc denuo protrahendi belli causas quærent, vt interim ab vtroque Rege fauorem & præmia emererentur, suisque priuatis commodis consulerent, & potestatem regiam imminuerent. Postremo aliquot eorum Regem ipsum adire, proceres criminari, quod fidem ei debitam non seruarent, quod aperte illi imponerent, quod suæ ipsorum vtilitatis potius quam dignitatis regie rationem haberent. Sibi ipsi Rex prouideret, se ad omnia quæ aggredi vellet, patranda paratos esse, Regem futurum nõ deserturos, quoad bellum conficeretur. Quæ cum magnatibus comperta essent, tumultus in castris oriri cepit, his indigne ferentibus, quod a vulgo militum

falsoque accusarentur, dum ex commodo Regis atque e republica cuncta prouiderent, illis in suspitione sua atque accusatione perseverantibus. Denique Rex ut qui utrorumque fidem integram esse sciret, magnatum qui vrgenti necessitati & damnis imminentibus occurrerent, militum qui magna erga Regem suum pietate affecti nihil non formidarent, nunc hos, nunc illos seorsum allocutus, magnates apud milites defendere, commeatum, rerumque aliarum inopiam excusare, belli denique difficultatem ostendere, ad hæc militibus gratias agere, fidem collaudare. Sic animis eorum sedatis, non amplius immorandum ratus, castra confestim mouere iussit.

*Rex & Regina ex Segouienſi arce ararium accipiunt, ex ecclesiis argenti dimidium. 10
Villena & Requena capiuntur. Cap. II.*

CONCLAMATIS vasis castrisque desertis, Hispanus Methymnam, atque ex Turdesellis Regina eodem tendit, ceptumque est consultari de conquirendis pecuniis vnde cunque honeste possent. neque enim erat vnde militibus stipendia soluerentur. Nam in superiori militia iam exhaustum erat ignotum illud argenti pondus & auri, quod Enriquis Rex in Segouienſi arce deposuerat, quodque Andreas Caprarius arcis Præses idemque eiusdem Regis villicus Lusitano postulanti denegauit, Regique ac Reginae vltro tradidit. Quo facto magnam ab illis gratiam iniiit, & Marchionatu Moiano & perpetuo arcis præsidio atque aliis compluribus beneficiis donatus est. Cumque ex superioribus bellis & ex præsentibus rerum omnium 20 perturbatione ciuitates & populi essent extenuati, non sunt ausi ab illis mutuo petere, aut imperata exigere, ne exactio illa eorum animos alienaret, atque a se in aduersarium transferret. Plurisque omnibus visum est, argentum quod erat in ecclesiis diuino cultui dedicatum, in præsentibus vsum debere mutuo accipi, idque non esse nouum, sed iam inde ab antiquis temporibus atque etiam in lege veteri vſitatum: ut pecuniarum & templorum vasa quæ ornamenti causa fuerant donata, in huiusmodi necessitates conuerterentur, quando & in ipsam ædium sacrarum vtilitatem erogatio illa esset cessura, neque minus emolumentum prouenturum esse ecclesiis & monasteriis, vnde argentum illud tolleretur, ex tranquillitate quam beneiuuante Deo sperabatur omnes, quam ipsarum ciuitates & populi ex pace quæ victoriam 30 sequeretur. Quid quod negotio confecto supererat tempus, in quo possent ablata multiplicato scenore restitui? Quod senatusconsultum cum ad Regem Reginaque delatum esset, principio auersati sunt, atque a tali sacrilegio abstinendum esse censerunt. Sed cum illos præsentis necessitas vrgeret, neque instans periculum remedii moram pateretur, coacti sunt ad prouerbium illud quod est frequens in ore Hispanorum: In extrema necessitate res Deo etiam dicatas non esse nefas ex sacrario tollere. Constitutumque est, ut argenti dimidium tolleretur ex vasis quæ diuino cultui minus essent necessaria. Cautum est præterea ecclesiis, ut ex tricenis centum millibus dipondium, quæ in belli auxilium ciuitatibus & populis imperata erant, solutio fieret. Quod ecclesiarum Præsules atque omnis clerus habita ratione temporum 40 & regiarum necessitatis non grauate fieri passi sunt. Primoribusque monasteriorum diui Hieronymi in sua cuique prouincia ea cura demandata est, ut sine vlla fraude argentum illud, aut tantum daretur, quantum fuerat acceptum. Interea Parietinus Comes qui se Diui Iacobi militiarum Magistrum dici volebat, & Egabrensis Comes iussu Regis & Reginae, Magistrum a Calatraua & Vrenatiu Comitem fratrem eius, & vtriusque patrie Villenatum Marchionem bello laceſcebant. Atque imprimis ciuitatem Regiam quæ grandi præsidio violenter a Magistro tenebatur, in libertatem asserunt, in obsequiumque Regis & Reginae reducunt. Deinde ex eo oppido municipia, vicos, agros & castella quæ ditionis Magistri erant, bello vastant, aut a tributariis vestigalia exigunt. Quod negotium impedimento fuit, ne a Magistro in auxilium belli Lusitano auxilia mitterentur, cum neque ipse ad Magistratus sui tuenda loca satis præsidii haberet. Comes deinde Egabrensis ex certis causis in Bæticam suam se recepit, in Comitem Parietinum omnem rei gerendæ curam reiciens. Ille vero ex ciuitate regia Vclesium se recipit, ut inde Marchiona-

chionatus incolas infestaret, aut tributa exigeret. Sed incolæ, quod Lusitanos totamque factionem illam oderant, libentius Magistro quam Marchioni suo tributa reddebant. Villenates oppidani cum cernerent finitimis in locis regium Præfectum qui sibi cum exercitu subsidio esse posset, arcem obsidione cingunt, Marchionis clientes & amicos partim trucidant, partim bonis spoliatos oppido fugant. Ex Tarraconenſi prouincia venire auxilio copiam, quæ obsessos adeo coarctarunt, ut paucis diebus seipſos arcemque victori dederint. Villenatum exemplum cæteri Marchionatus incolæ secuti, partim sponte sua, partim formidine in imperium se regium transtulerunt, sed omnes Rex & Regina in tutelam suam reposituræ ea lege, ne vnquam a corona regia, ut aiunt, abalienarentur. Requenatis quoque arcis Præfectus, quam Marchionis nomine præsidio tenebat, cum intelligeret oppidanos de arce obsidenda cogitare, præuertit & ipse illorum conatus, arcemque Regi & Reginae tradidit. His difficultatibus Marchio in angustias positus, nesciebat, quo se potissimum conuerteret. Angebant præterea illum reliquarum arcium suarum Præsides, ut mitteret pecunias, commearus, & subsidia, quibus possent munitiones fidei suæ commissas propugnare. Coactus est igitur quidquid militum habebat per cætera municipia, castella, arcesque suas dimittere. Non minori rerum omnium difficultate laborabant Magister a Calatraua, eiusque frater Vrenatium Comes, & Dux Areuacorum, aliique eiusdem sectæ fautores, qui ex eadem causa non poterant Lusitano auxilia promissa transmittere.

Agitur de concordia cum Lusitano, sed frustra. Burgenſem arcem Rex obsidet, Regina Legionis Germanicæ turres. Cap. III.

ATQVE Lusitanus videns se ab iis destitutum quorum pollicitationibus moliri res nouas ceperat, simul etiam regni sui penetralia diripi, agros expilari, Nodarum & Alegretum teneri ab hoste, cogitans copiarum partem ad patriæ tutelam remittere, petit ab illis ex pactorum conuentorum formula, mittant quinque mille illos cataphractos equites quos se missuros ad commune bellum administrandum polliciti sunt, incusans etiã illos quod non ante miserint, cum sæpe fuerint ab ipso 30 requisiti. At illi non minori perplexitate confusi respondēt, se habere in armis promissum exercitus numerum, sed eo esse opus ad tuendas vrbes, oppida, castella, & arces, quæ pro illo stabant. Se quoque ipsos multis periculis obnoxios, rerumque suarum detrimenta cotidie pati, ut illum ad regni fastigium euehant. Quam temporis occasionem Cardinalis Hispanus arripens, secreto litteras ad Lusitanum mittit, consulens, an placeret illi, ut cum Rege & Regina de concordia ageret, & quibus conditionibus ea de re vellet agi. Ad quæ Lusitanus, cum cerneret se desertum ab iis quibus maxime fidebat, respondet sibi placere concordiam, seque in Lusitaniam suam rediturum, si cedatur sibi possessione Tauri & Zamore vrbiū quas obtinebat, & Callaici regni, quæ omnia Lusitanie suæ annecteret. Petebat in super magnam pecuniarum vim, quas dicebat se in militum stipendia reliquosque expeditionis illius apparatus distribuisse. Ad hæc Lusitani postulata per eundem Cardinalem magno animo Regina respondet, tamen omnia sub dubia etiamnum fortuna belli penderent, se tamen non permissuram, ut vel minimus vicus ex regno a maioribus suis accepto immineretur, cum e diuerso nihil magis animo sedeat, quam quemadmodum imperii fines propagare possit: passuram tamen, ut pro redimenda Hispani orbis tranquillitate depederetur illi tantum auri, quantum bonis viris vtriusque partis æstimatoribus videretur. Sed cum ea de re vltro citroque per honestos viros ageretur, neque satis inter partes conueniret, nūcius a ciuitate Burgenſi est allatus, qui 50 diceret Ioannem a Strunica qui pro Areuacorum Duce patruo suo arcem præsidio tenebat, militum auxilio ad id misso eruptiones in urbem crebras diu noctuque facere, ciues trucidare, prædas in arcem conuehere, iamque demolitum ex armorum vico ad tercentum domos, quæ fuerant arcis munitionibus proximæ, neque posse iam erumpentium imperpetus sustinere, nisi quamprimum sibi mittatur auxilium. Lodouicum præterea cognominatum Acunia Burgenſem Episcopum, qui & ipse factionem Lusitanam

fectabatur, excursions longe lateque per agros facere, ad quas compescendas equitatum implorabant. Ad hunc nuncium Principes grauiter commoti, curam animi quam acerrimam intēdunt, vt ciuitati bene de se meritæ, & quæ totius regni caput esset, semperque habita fuisset, auxiliares copias quam primum mitterent, quas Rex cum grandiori exercitu mox sequeretur, qui arcem obsidione cingeret. Subsidiariisque militibus dati Duces Alphonfus Arellanius, Comes Aquilarius, Petrus Manriqus, Xanthus Rogius, Stephanus Villacrencsis. Qui cum primum in urbem venerunt, stationes quam maxime possunt arci admouēt, atque ædiculæ diuæ genitricis proximæ, quæ vallo, fossa, ballistis, tormentis, machinisque munierant, vnde facilius erumpere, commodiusque ciuibus detrimenta inferri possent. Ex arce præterea per musculos egressi agros populabantur, frumentatores lignatoresque interceptabant. Rex vero, quo in statu res esset, factus certior, conuocato peditatu ex Asturibus, Cantabris, Vasconibus, finitimisque populis, cū equitatu, quem pro tempore contrahere potuit, subsidio venire maturat. Venit quoque eodem Alphonfus a Villa formosa Dux, ipsius Regis frater nothus: venit magnus Comestabilis. Iubet Rex ab intima extimaque vrbs parte muniri stationes, valloque ac fossa duplici arcem ædemque illā sacram cingi, ne cui aditus aut reditus pateret. Interim Regina quæ Valladolidi manserat, a Germanica legione nūcium accipit, Alphonfum quendam cognomēto Blancam, secreto agere cum Lusitano de tradēdis turribus quas vrbi superimpositas præsidio tenebat. Illa vero nihil morata illuc proficiscitur, ciues conuocat, arcis præsidium accersiri iubet, petit ab eo sibi tradi munitiones, quoniam e republica id esset. At ille cum tradendi moram faceret prætextu sarcinulas exportādi, non antea permisit a se abire, quam imperata exequeretur, Xanthoque a Castella munitionem traderet. Ordinatis deinde rebus ciuitatis Valladolidum rediit. Interim Rex non cessat parare scalas, ballistas, tormenta, aliasque machinas quibus arcem oppugnaret, & quia eides illa sacra videbatur oppugnatu facilius, simul etiā quod ea capta obsidio angustius premeretur, iubet intendi machinas, atque quantum fieri potest, ecclesiæ admoueri. Inuadunt ædis munimenta omni genere missilium, scalas applicant, gradusque per ipsos nituntur propugnacula muri prensare. At illi iam summa tenētes deturbāt, oppugnatur propugnaturque vehementer, vtrouique cadērium gemitus, & plurima mortis imago. At Rex cum videret suorum cædem, quamquā multo maiora damna inferebant obsessis, quam ab illis accipiebant, iussit tamen receptui canere, itaque ab oppugnatione desistere, vulneratos foueri, fessos recreari. Ipse vero pro concione omnibus collaudatis, Præclarum, inquit, facinus hodie gestum est a vobis milites fortissimi, quod hostibus intra munitionum septa circunvallatis maiorem cladem intulistis quam vos acceperitis. Sed hoc vos cōsolari potestis, quod illi contra patriam impia arma sumpserunt, vos pro patria in proditores insurrexistis. Illos scelerum suorum grauissimæ pœnæ, vos pietatis vestræ debita præmia expectant. Illos indelebilis ignominia, vos egregium decus manet. Nūc igitur re bene gesta ite domos, curate corpora, vosque oppugnationi crastinæ parate, quam non opinor expectaturos, nisi illos rerum omnium desperatio agit præcipites. Erant in ædis præsidio viri circiter quadringenti, quorum magna pars cæsa, maior vulnerata, reliqua exantlatis laboribus defessa erat. Deerant præterea illis non solum fouendis vulneribus medicamēta, sed etiam victui necessaria. Itaque timentes insequentis diei futuram multo acriorem oppugnationem, cœperunt de facienda deditio cogitare. Erat munitionis Præfectus Ioannes quidam Sarmentus Burgenfis Episcopi frater. Is paciscitur cum Rege suisque vitam membrorumque integritatem, quod facile impetrauit, non quod Rex victoriæ diffideret, sed quod natura erat clementissimus, & quod volebat rem conficere minoris suorum sanguinis effusione.

Lusitanus

Lusitanus parat se ad soluendam Burgenfis arcis obsidionem, & Centifontani Comitibus cum Lusitanis pugna tumultuaria. Caput IIII.

Ad id munitione obtenta promouentur arci stationes, obsessi angustius laborant. Nostris accrescit potiundæ arcis fiducia, illis propugnandi desperatio. Est in medio arcis impluuii profunditatis immensæ puteus, vnica obsessorum aquationis spes. In hunc Rex imperat a sex partibus agere cuniculos. Quos cum hostes præsentiscerent, cœperunt & ipsi transuersarios effodere. Neque segnior in visceribus terræ oppugnatio erat, quam in subdialibus. Sed eorum qui obsidebatur, eodeterior conditio erat, quod numerus cotidie imminuebatur, crescebat rerum omnium penuria. Eos tamen vnica fouebat auxilii spes quod a Lusitano expectabant, idque cum viderent differri, mittunt litteras cum mandatis ad Areuacorum Ducem, significantes, in quanta rerum omnium difficultate versarētur, futurumque, vt nō possent diutius obsidionem hostium sustinere. Habebat Areuacorum Dux in ciuitate illa complures clientelas, tum per se ipsum partas, tum a maioribus veluti hæreditario quodam iure susceptas, ex eo tempore quo arx sub fide publica fuerat ab Hispano Principe Stunicarum familiæ credita. Erat illius arcis præfectura nō solum honorifica, sed etiam firmissimum sui patrimonii fundamentum, quod alioqui ab Aquilone in Austrum per totam Hispaniæ latitudinem diffunderetur. Is itaque cum accepisset, præsidarios suos in tanta rerum omnium angustia versari, dat eidem Ioanni Sarmento litteras cum mandatis ad Lusitanum, quibus facit illum omnibus de rebus quæ apud Burgos gererentur, certiores: quodque si castellum illud, a quo, tanquam a capite, Hispaniæ regnū Castella est cognominata, in hostium potestatem deueniret, se non modo facturum grandem patrimonii sui iacturam, sed neque ipsum quidem facile regnaturum, si ex regni culmine deturbaretur: cum præsertim vtriusque partis fautores, & qui se indifferentes continebant, in hoc vnum certamen oculos coniecerint, spectantes, quem fortuna rerū sequatur euentum, haud dubium, inclinatuos omnes ad victorem studia sua. Quare ipsum orabat obtestabaturque, vt obsessis quam primum ferret suppeticas, nisi mallet hostibus cum regni possessione victoriam tradere. Stimulatus eo nuncio Lusitanus, reputans secum vera esse omnia quæ ab Areuacorum Duce dicerentur, tamen si habebat copias imminutas ex eo numero quæ a principio belli ex Lusitania secum adduxerat, quod pars suorum desiderio ex longa mora in patriam redierat, pars ex caluminatione morbo erat extincta, pars in tumultuariis quibusdam pugnis profligata, statuit tamen quantum posset exercitū contrahere, opemque obsessis ferre, anteaquam de facienda deditio cogitarent. Tauroque profectus Areuacum se cum præsentis exercitu contulit, cui se Archiepiscopus Tolletanus & Villenas Marchio coniunxerunt, perpulchre aliquot instructas cohortes secum adducētes, eidemque non modo auxiliares manus, sed etiam fidem suam iterum addixerunt, seque non agnituros alium Hispanorum Regem attestati sunt. Erat illa tempestate Regina Valladolidi, quæ facta certior de aduētu hostis Areuacum mittit præfectos cum cohortibus ad loca finitima, Gutteriū Cardenium questorem suum maximum Methymnam ad campum, Ioannem Syluium Comitem Centifontanum Vmetum, qui non paterentur Lusitanos libere per agros viscosque excursions facere. At Centifontanus Comes iuuenili ardore commotus egressum aliquod facinus moliri nō desinit, rectaque Areuacum profectus, vbi se Lusitani continebant, in condenso quodam spineto insidias collocat, mittit excursores qui agros populentur. Quos ingētem præ se agentes prædam Lusitani facta ex oppido eruptione e vestigio insequuntur, quoad ventū est in insidias. Vnde Comes prodiens iubet signa inferri, anteaquam subsidio augetur hostium numerus, qui haud dubie erant adhuc multo plures. Militū sententia fuit anceps. erant enim qui dicerent cedendum esse tempori, propterea quod omnia essent hostibus superiora, numerus amplior, ex quiete peditum equitum equorumque recens alacritas, a tergo subsidia in horas succedentia: nostris vero militum paucitas, ex notis heiternæ laboribus corporum lassitudo, auxiliorū præterea nulla spes. Quare

BBb iij

canendum esse receptui censebant, antequam hostes ab exploratoribus cognoscerent, non esse dispositas, quas timerent, alteras insidias. Alii dicebant turpem esse fugam, neque committendum, ut Lusitani aliquando possent dicere, Hispanos ab ipsorum conspectu fugisse. Dum tempus consultando teritur, iam ultimis nostrorum excursoribus primi Lusitanorum instabant, neque poterat paucis multorum impetum sustinere. Missi qui ferrent opem laborantibus, creverunt utrinque paulatim auxilia, donec totis viribus pugnari ceptum est. Editur strages maxima. Comes vero cernens hostium auxilia increbrescere, suos vero partim occisos, partim vulneratos, partim ex multo labore defessos, in proximam se verrucam recipit, collectisque ex pugnis reliquiis Ulmetum contendit. At Lusitani non incru- 10 enta victoria potiti, cum erepta ex hostibus præda spoliisque Areuacum rediere.

Regina Lusitanum Burgos euntem subsequitur, Pallantiaque residet. Comes Beneuentanus Baltanasi capitur. Caput V.

LUSITANVS interim non cessat partium suarum fautores, ut ad præscriptum diem sibi adsint, conuocare, & quam maximis copiis ferre opem obsessis festinent, hortatur. Ipse cum Archiepiscopo Toletano & Marchione Villenati Pinnam fidelem, quod erat Comitis Vrenatis oppidum, proficiscitur, ut illic auxilia- 20 res copias expectaret. At Regina eius rei facta certior Pallantiam ire properat. Erat in comitatu illius Cardinalis Hispanus, & Archithalassius, Comesque Beneuentanus, & alii complures Hispanorum viri principes. Dimittitque exploratores & excubias, qui capent hostis consilia, ut quum primum iter arripuerit, faciant se certiorem, ut illum a tergo insequeretur, si Burgos ad soluendum obsidionem ire contenderet. Simul etiam, ut hostibus commeatus intercluderet, disponit præsidia in locis Pinnæ Fideli finitimis, inter quos erat Baltanasi oppidulum neque arte, neque natura satis munitum, sed muro semiruto, fossaque non bene erudata. Hoc sibi Comes Beneuentanus præsidio suorum collocando deposcit, unde multa incommoda hostibus inferre posset. Stationes in locis iniuriæ obnoxiiis dis- 30 ponit, vigiles circitoresque distribuit, ne aduentu hostium repètino opprimatur, alioqui erat animo tam excelso, ut nihil a partis aduersæ copiis omnibus formidaret. Socii vero, clientes, familiares, & amici Comitem hortabantur, ut locum non multo negotio munitum defereret. Neque enim Lusitanos quieturos quoad illud ex munitione tam propinqua deturbent, idque hæud difficulter effecturos, quando tot aditus oppugnationi paterent. Sed ille neque precibus neque exhortationibus vllum reliquit locum, quin potius in incepto persistens, excursores cotidie mittit qui populentur agros, pabulatores, lignatores, frumentatoresque intercipient. Atqui Lusitanus videns se ab hostibus cõtemni, paucosque intra macerias parietesque potius quam muros se continentes commeatus sibi intercludere, decernit castel- 40 lum oppugnare, atque tam insigne opprobrium ex oculis tollere. Arripit iter nocte intempesta, atque sub lucem per ruinosas murorum partes castellum agmine octipartito iubet oppugnari. Muri erant fornacei ex terra sine calce, quos longa dies & ruina cæli deiecerant, magnaque ex parte per interualla nudauerant incolas. Eos aditus Lusitani inuadunt. Stationarii milites vigilum circitorumque clamore excitati ad loca sibi designata accurrunt, seque ab hostibus non tam muro quam acie defendunt. At Comes hortatur suos, quemque nomine proprio cum honoris præfatione appellas stationes circuit, laborantibus auxilia submittit. Hinc spes oppidi capiendi, illinc desperatio, si hostis admittatur, utrorum animos irritat, neutris pedem referentibus. Editur utrobique strages maxima, vis vi repellitur. Atque ita par- 50 tim instando, partim cedendo pugnatum est ad horas vespertinas. Bis Lusitani fuerat intra munitiones recepti, bisque sublato clamore Beneuentani hostem in murorum ruinas deturbant. Sed tandem per muri partem diffractam irrumpunt Lusitani, obstates impellunt, fundunt, fugantque per vias, omnia disturbant. Comes cum paucis ex suorum numero angiportum quedam occupat, ubi fortiter pugnans vulneratur, capiturque. Lusitanus

Lusitanus ea victoria spoliisque superbus, cum Comite aliisque principibus viris quasi in pompa triumphi præmissis, Pinnam Fidelem rediit. Eam calamitatē Rex & Regina magis quam pro materia ægre tulerunt. Nam præter id quod Pimentelorum familia est in Hispania facile princeps. Comesque ipse per se vir ingentis animi, atque rei militaris peritissimus, talem amicum tamque obsequentē suæ partis socium amisisse, non poterant non dolere. His duabus cladibus per præfectos acceptis, Regina secum reputans, hosti ex victoria elato creuisse animos, simul etiam quod rumor increbrescebat, illum habere iter ad Burgensis arcis obsidionem soluendam, contrahit præsidia quæ per locos hosti finitimos disposuerat, ut cum 10 primum ille castra moueret, ipsa e vestigio consequeretur, copiaque suas cum mariti Regis exercitu iungeret, aut ex communi consilio alter a fronte, alter a tergo hostem ancipiti pugna distraherent. Rex quoque non cessat interea obsidionem urgere, tormentis ac machinis munitiones pertundere, cuniculos in arcem agere. At Lusitanus videns nostrorum vigilantiam, alterius in obsidione premeda, alterius in auxiliariis copiis undique contrahendis, seque duobus exercitibus futurum imparem, si foret illi collatis signis cum hoste decernendum: simul etiam, quod audiebat, Zamoranos velle ad hostes deficere, diuertit ab itinere, ut Zamoram Taurumque validiori præsidio firmaret, putans illas duas vrbes esse regni futuri vel maxima fundamenta, propterea quod erant & ciui- 20 bus frequentes & Lusitanis suæ confines, eoque consilio Areuacum rediit. Erat Areuacorum Ducis coniux Leonora ex Pimentelorum familia, Beneuentani Comitiss foror patruelis, quæ illis temporibus non modo omnem Ducatus administrationem sustinebat, sed etiam coniugis affectus moderabatur. Ea cum Lusitano agit, quemadmodum Comes cum sociis qui in eadem fortuna fuerunt, ex fide quæ victi victoribus dederant, soluerentur, ea conditione ut partis aduersæ arma non iuarent. Dantur obfides Comitiss filius primogenitus, tria oppida ornatissima sequestro ponuntur, Maiorica, Portellum, Villa alba, quæ Lusitanus firmissimo præsidio instruxit. Comes itaque solutus fide, tametsi magnis conditionibus inuitaretur, ut studia sua in Lusitanum transferret, noluit acquiescere, sed in reliquum bel- 30 li tempus medium sequestremque se exhibuit.

Marchio amissa Ocania quam præsidio tenebat, Lusitanum hortatur, ut traiectis montibus ad Carpetaniam veniat. Caput VI.

ANNO insequenti, qui fuit a salute Christiana sextus & septuagesimus supra milleimum quadringentesimum, in ipso statim anni exordio, Ocanienfes quibus Marchio grauisimum imposuerat præsidium, ceperunt agere cum Cætifontano Comite, cumque Ioanne Ripario qui eo tempore Toleti commorabatur, de tradendo per illos municipio Regi & Regina, modo ipsi ad tempus adessent cum 40 exercitu. Atque imprimis oppidanos ob suspicionem domo pulsos a Marchione reuocant, unoque omnium consensu præfidiarios milites oppido pellunt. Accurrunt ex templo a Centifontano Comite subsidia, quem sequitur cum Toletanis cohortibus Ioanes Riparius. Regina eius rei facta certior oppidum Roderico Manriquo Spathiferorum Magistro tradi iubet. Hoc nuncio permotus Marchio, simul etiam videns opes maximas & patrimonium quod a patre acceperat amplissimum in dies minui, commeatum a Lusitano petit, & quam maximis potest itineribus in Marchionatum suum peruenit, ubi comperit omnia multo deteriori conditione quam ex nuncio acceperat. Urgebat illum omni ex parte hostis acerrimus diui Iacobi militis Magister, nitebaturque paucis oppidulis quæ supererant, spoliare. In 50 qua rerum omnium difficultate positus dat literas ad Lusitanum, commemorans quanto studio & fide sit illius signa secutus, quodque sibi pollicitus fuerit eo tempore quo illi uxorem nuptui tradidit, se pro illius capite ac fortunis dimicaturum, neque passurum, ut quicquam detrimenti pateretur, non etiã si sciret oēs vires suas fortunæ belli opponere: addebat in super, quod noluerit sequi partis aduersæ duces, quanquam magnis conditionibus inuitaretur: nunc vero eo se calamitatis deuenisse, ut parum

absit, quin non omne patrimonium a suis maioribus acceptum amittat. Quam iacturam non tam esse suam, quam ipsius Regis, ad quem pertinebat suarum partium studiosos tueri, atque seruare incolumes. Itaque orabat obtestabaturque Regem, ut cum exercitu copiisque omnibus quamprimum Taurinos montes traiceret, conferretque se Madritum, quod oppidum cum arce ipse præsidio teneret, futurum namque, ut inde commodius assequeretur quod concupiebat. Erant namque in ea regione Madrito proximi Archiepiscopus Toletanus, atque Magister a Calatrana, qui essent in tota prope Carpetania facile principes, suas quoque vires non esse adeo exhaustas, ut ex cæde quam esse hostibus illaturus, non sequeretur sanguis. Quod si Madrito vellet confidere, fore ut Ocania imprimis recuperetur, atque deinceps Toletani, ac totius Carpetaniae Lusitanique proximæ vrbes, municipia, & castella se illius fidei maiestatique dedant. Esse præterea in Bætica Marchionem Gaditanum, qui Afrindum armis & equis oppidum perquam nobile firmissimo teneret præsidio, & Alphonsum Aquilarem, qui Cordubam, qua nulla est in Bætica ciuitas equitatu frequentior, quasi vnum e suis municipiis possideret, utrumque duarum sororum viros, utrumque rei militaris peritissimum. Esse alios complures, qui cum primū audierint ipsum cum præpotenti exercitu in Carpetania cōsedisse, declaraturi essent animi sui sensum quem antehac occultauerint. Quod si suis rebus afflictis vltimæque necessitati non opitularetur, neminem esse tam perditum, tamque consilii inopem, qui vellet sequi ducem cuius animum suorum cura non teneret. At Lusitanus exhortationes querelasque Marchionis ad proceres senatusque suum refert, illorumque sententiā exquirat. Omnibus visum nullo modo illi motus esse traiciendum, afferbantque rationes complures, cur illud neque cogitandum quidem esset, atque illam imprimis, quod semper is habitus est Hispaniarum Rex, qui possideret citerioris Hispaniæ oppida Valladolido & Methymnæ adiacentia, in qua ipse obtinebat duas vrbes, & situ & ciuium frequentia munitissimas, atque Lusitaniam suam finitimas, Taurum, Zamoramque, quas haud dubie videbatur ire perditum, si præsidia inde transferret, aut cum exercitu longius discederet. Quid quod omnes interpretarentur illam non discessionem, sed fugam, cum esset hostis in conspectu, iam iamque decernendum esset ferro, utri Deus victoriam vellet tradere. Rescribit itaque Marchioni, ut cōsuleret interim rebus suis qua ratione melius posset, se daturum operam pollicetur, ut cum primum per temporis occasionem posset, omnia damna resarciantur, amissa restituantur, seque illum amplissimis beneficiis cumulaturum. Hoc Lusitani responso consternatus Marchio, cepit animo fluctuare, occasionemque, modo honeste possit, ad Regem Regiamque descendendi querit, modo sibi amissa, ex quo Lusitanum sequi cepit, restituantur. Erat eo tempore Tauri Lusitanus, qui cum accepisset Zamoranos de prodenda hostibus vrbe cogitare, eo profectus coniurationem patefecit, quatuorque ex primoribus oppidanis deprehensis non est ausus in illos iure suo uti, metuens ne per tumultum populus concitaretur. Regina quoque videns hostem a mittendis ad Burgensem arcem auxiliaribus copiis destitisse, & ipsa Valladolidum rediit, præsidiaque, quam maxime potest, in vicinis locis disponit, ne libere per agros vicoseque Lusitani vagarentur. Neque cessat interim blāditiis, donis, pollicitationibus, precibusque aduersæ partis sectatores pellicere.

Zamorani pontis atque vrbs præter arcem Ferdinando facta deditio. Caput XI.

ERAT Zamorani, pontis præfectus, quemadmodum in superioribus dictum est, Franciscus Valdesius, qui fuerat quondam ipsi Regi atque Regine familiaris, & a quibus honoribus amplissimis atque muneribus fuerat donatus. Cui hoc agit Regina, ut sibi pontis munitioem tradat, aditusque in urbem patefaciat. Non abnuuit ille conditionem, cum Petro Mazarieco quem ipse pontis præfecturæ substituerat, de re commentatur, qui cum esset vir bonus, idemque pacis amator, Franciscum impellit, ut Regine per omnia obsequatur. Constitutum est, ut Rex ab ob-

fidione Burgenfi adscisceretur, sine quo tantam rem non posse peragi existimabatur. Neque enim sola modo pontis munitio, sed & tota ciuitas cum Lusitanorum Principe vna opera videbatur tradi. Huius consilii perpauci fuere cōscii. Rex eius negotii factus certior, simulat se minus recte valere, & quo valetudinem suam commodius curare posset, velle se intra cubiculum ad paucos dies continere. Obsidionis curam fratri notho reliquisque primoribus qui cum eo tunc erant, communicata re commendat. Ipse cum duobus tantum ex familiarissimis, de media nocte Valladolidum arripit iter. Ne clatere potuit Lusitanum ea res, siue quispiam secretum prodidit, siue quod audiebat exercitus ab hostibus concitari, siue quod multis suspicionibus non nimium fidebat iam Francisco illi Valdesio. Quem iubet Rex ad se accersiri. Respondent sui, abiisse nescio quo. Statuit ea nocte siue dolo siue viribus pontis munitioem potiri. Mittit Ioannem Porrium qui erat Valdesii propinquus, atque omnium consiliorum socius, qui diceret Petro Mazarieco qui præsidio pontem obtinebat, aperiret pontis aditus, simulans se ea nocte milites trans flumen velle mittere qui hostium fines popularentur, re autem vera, ut intra munitioem recepti, præsidem cum præsidio loco deturbaret. At præses id quod erat suspicatus, respondet non esse illud tempus quo deberent armati intra arcem recipi, se tamen postridie sub lucem imperata facturum. Quod responsum tametsi visum est Lusitano suspicionis aliquid habere, expectat tamen euentum rei prope diem declarandum. Interea præses ex immani lapide ducit alterum murum a parte munitiois interiori, quæ spectat urbem, nunciumque ad Ferdinandum Regem mittit, qui dicat conspirationem esse detectam, Lusitanumque esse in animo potestatem oppugnare. Quam obrem properaret ferre supplicia, nisi mallet cum ponte spem omnem potiundæ vrbs amittere. Prima luce mittit Lusitanus Ioannem illum Porrium cum equitibus centum cataphractis qui iussa exequerentur. Qui cum ad pontis primum accessissent caput, sagittis, sclopetris, lapidibusque pulsi fugatique sunt, in clamatumque est a præfidiariis, Ferdinandum atque Elisabetham se agnoscere Hispaniarum principes, at præterea neminem. Quæ vox cum ad Lusitanum perlata esset, ira percitus omnes ad arma vocat, ipseque armatus adest, pontemque omnium tormentorum genere oppugnari iubet. Milites vero partim indignatione, partim sui Regis pudore, partim formidine commoti, testudine adacta, munitiois portas incendio corripuit, putantesque nihil esse aliud quod aditus intercluderet, non sine maxima clade irumpunt. Cumque negotium sibi iam confectum existimarent, offendunt alterum murum a parte munitiois interiori. Pugnatur utrinque vehementer, hi ut vallum quod obsistebat demolirentur, illi ut vallum cum vita propugnarent. Lusitanos tamen ab incepto arcebat fumus ex incendio quod ipsi portis adiuerant, quodque ex tanta ipsorum multitudine cum pauci pugnet, plures vulnerabantur. nullum namque telum erat inane, cum ediuerso Pontani præter laborem sudoremque defendendi, nullum aliud detrimentum ab hostibus acciperent. Durauit ea oppugnatio a prima luce ad horam eius diei vespertinam, cum interim Lusitanus non suorum strage permotus, non quod tanto dispendio nihil proficiebatur, suos exhortari non cessat, quemque ex amicis nomine appellat, stimulosque admouens, increpans etiam segniores, quæ res illos haud dubiam in mortem adigebat. Atque illum sic affectum Archiepiscopus Toletanus hunc in modum alloquitur. Non est mihi ignotum clarissime Rex, indignationem istam in proditores illos esse iustissimam. Sed quid opus est tanta sanguinis effusione, ubi nihil proficitur? Quod si te in vltionem ira præcipitat, non minus commiseratio in tuos reuocare debet. Audiui ego quendam ex numero illorum septem quos Gracia iactat sapientes, dicere solitum, victoriam non esse optandam quæ sanguine constatura esset. Quid igitur ille diceret de pugna quæ sine effectu cruore redundat? Vides quanta fiducia, vel constantia potius, patientiaque, rebelles illi pontis munitioes tueantur. An putas id facturos fuisse, aut te presente tale aliquid ausuros, nisi expectarent quam celerrime sibi auxilia missum iri? Noui ego hostium mores, neque omiffuros tantam sibi oblatam occasionem. Quod si a me, Princeps, optime, sententiam exigis, censeo tempori cedendum, neque expectandum quoad

hostes robore ac numero plures intra mœnia recepti sint, neque arbitrò cum illis esse pugnandum per vr̄bis vias, per domos, perque religiosa Deorum templa, cum præsertim habeamus ipsos ciues nobis infensos, atque in partis aduersæ studia pronos. Lusitanus hac Archiepiscopi oratione persuasus iubet ab oppugnatione receptui canere, timēsque ne quid per tumultum populatus aueret, conclamatis vasis imperat suos omnes in armis excubare, comportatisque in arcem farcinis, omnique preciosa supellectili, de media nocte cum noua coniuge Taurum proficiscitur. Quem secutus est Porrius ille Ioānes, veritus iram Principum, quos iam pridem offenderat. Vix dum Lusitanus discesserat, cum euestigio Aluarus Mendozius cum exercitu per alteram portam vr̄bis ingreditur, Lusitanorumque reliquias per totam ciuitatem sparsas explorat, spoliat, comprehenditque, quorum bona pars se cum omni re sua in ædem recipit maximam. At Mēdozius templum obsidione cingit, summisque viribus oppugnat: illi contra se acriter defendunt. Adest sub lucem ipsam Ferdinandus ipse Rex, cum Archithalasso, Duceque Albano, aliisque principibus viris eiusdem causæ studiosis. Quos Lusitani cum cernerent intra mœnia receptos, cœperunt ipsi priores de deditiois conditionibus agere, vt sospites cum rebus quas possent comportare secum, dimitterentur. Quod Rex clementissimus haud difficulter indulgit, & quod natura mitissimus erat, & quod nolebat in tam parui momenti negotio tempus consumere, cum præsertim ad arcis oppugnationem cui potissimum intendebat, ecclesia illa, quod arci proxima erat, plurimum conducebat. Lusitani facultate abundanti data, se cum bonis suis omnibus ad Regem suum conferunt. Quos vt consolaretur, simulat fiduciam, simul etiam vulgo iactare cœpit, totum hoc regni potiundi negotium non constare capiendis amittendisque arcibus, castellis, aut vr̄bibus, sed vno prælio, in quo decernendum foret in Hispania regnaturis: mittitque continuo ad filiū Lusitanorum Principem designatum literas cum mādatis, quibus imperat, vt omne Lusitaniæ robur in vnum exercitum contrahat, sibi que quam cum maximis possit copiis, cum primū euocaretur, adsit. Rex vr̄be potitus, Metati bona Ioannisque Porrii aliorumque rebellium publicat, atque imprimis murum vallo fossaque munitum inter arcem & vr̄bem duci iubet. A parte quoque vr̄bis extrema vndecim munitissimas stationes disponit, firmissimisque præsidii instruxit. Imperat præterea ex locis finitimis omnia tormentorum machinarumque genera comportari, & reliqua omnia parari quæ obsidioni oppugnationique futuræ v sui forent.

Burgensis arcis obsessio continuatur, & quæ ab vtraque parte sunt, exponitur. Caput VIII.

DVM hæc ad Zamoram geruntur, Burgensis interim arcis oppugnatione non cessat, sed neque præsidiorum crebræ in obseffores vr̄bemque eruptiones, vnde crebri ab vtraque parte milites cadebant. Sed cum viderent obseffi suorū numerū cotidie minui, hostium vero augeri, decreuerunt se intra munitiones continere, rem satis magnam se facere arbitrantur, si fidei suæ arcem cōmissam tuerentur. Quæ res obseffores admonuit, stationes arci ad iactū lapidis ad mouere. Ex qua vicinitate orta est ab vtraque parte colloquendi familiaritas, illis iactantibus se in dies Lusitanorum auxiliū expectare, idque se pro cōperto habere, Gallorū quoque Regē aduentare cum ingentibus copiis, populaturumque Vasconū Cantabrorumque fines, tandem longa obsidione fessis opem laturum, quæ spes faciebat eos obstinatior, in clamitabantque diu noctuque, voce quadā Stentoria geminantes identidem Alphonsi atque Lusitaniæ nomen. At nostri contra, O stulti, dicebant, qui ab vsque Lusitania expectetis auxiliū in Cantabrorum finibus positi, qui in Gallorū leuitate spes vestras posueritis. O perituri, atque temeritatis vestræ pœnā propediē luituri, non pudet vos pro illis stare, quorum maiores maioribus vestris semper fuere hostes? Ecquis putaret Zamoranos Lusitaniæ finitimos paucorum potentia oppressos ad nos descivisse, Burgenses vero Castellanos columen a suis Principibus Castellanis

Castellanis ad Lusitanos deficere: Respiscite miseri ciues, atque ad vostandem redite, reuocate in mentem vestram vulnus quod vobis cotidie obiicitur, sub Ioanne primo horum Principum nostrorum proauo acceptum. Qui cum Beatrix vxoris dotali iure regnaturus esset, vsque adeo Castellæ Castellanosque nomen illis fuit odiosum, vt potius sint passi Magistrum Auisum, quamuis nothum & ex professione fratrem religiosum, nihilque ad illum regni administratione pertinerent, in Lusitania regnare, quam Regem Castellanos ipsi præferere. Nunc vero vos cum habere possitis Regem Castellanos Castellanosque Regibus procreatum, coniugali que fide cum vera indubitataque Ioannis secundi Regis filia, legitimaque hærede, potius sequimini generis inuisi Regem, præsertim coniunctum matrimonio vxori ex turpi adulterio conceptæ? Qui neque vobis auxilio esse potest, neque vestris laboribus quos ipsius nomine exantlastis, gratiam referre, qui ex medio itinere, cum ad vos laturus auxilium properaret, nostrorum Principum timore reuocatus Zamoram quasi ex limine ad sui regni latebras fugiturum se recipit, atque inde iterum pulsus Taurum, hoc est ad latronum speluncā, potentissimus iste Rex vester aufugit. Circumspicite demū o miseri ciues, & cernetis bonam murorum partem tormentis machinisque labefactum impendere, quæ si vos destituerit nudos, fatiabitur, opinor, sanguine vestro inimicorum hostiumque oculos, atque vxoribus, natis, cognatis, affinibusque spectaculum perquam triste exhibebitis. Itaque dum licet, ad victorum potius clementiam misericordiamque confugite. Mitissimi sunt, erroribus vestris ignoscent, neque vos solum vobis rei que publicæ vestræ, sed & opes, dignitates, & omnia ornamenta vestra restituent atque etiam fortasse cum ulabunt. His vocibus obseffi visi sunt paululum acquiescere. Videbant namque propemodum vera esse quæ ab hostibus dicerentur, atque illud imprimis, quod muri pars maxima ruinam minabatur; quodque auxiliorum nulla spes certa esset, quodque commeatus in dies minueretur. Erant tamen qui dicerent, potius illis esse parendum, quam faciendam turpem deditio-nem. Alii non poterant adduci, vt putarent se auxilio ab Areuacorum Duce destitutos, aut consilio saltem; aut admonitione quid esset illis faciendum. Præterea tamen censebant non esse illis vltimam necessitatem expectandam, cum victor daturus esset, quas vellet conditiones, non quas victi peterent. Dum tempus consultationibus teritur, pars muri ad longitudinem passuum viginti repente corruit, alterumque patefecit, quem illud ipsum metuentes, in subsidium ex terra fecerant, qui & ipse cum tormentis pertūdi cœpisset, alterius muri collapsi pars impediēbat, quo minus solo æquaretur. At præces animo iam consternatus, quod neque muri possent illum ab hostibus dirimere, quodque præsidiarum milites partim vulneribus, partim languore, partim lassitudine, atque simul omnes cunctarum rerum penuria laborarent, cœpit assentiri illis quorum sententia fuerat, agendum esse conditionibus quibus se victori dederent. Conuocatoque ad id Comestabili, cui Rex discedens fratrique notho summam belli commiserat, pacti sunt se tradituros arcem, si a Rege Reginaque vitæ incolumitate atque erroris venia & bonis amissis donarentur. Sub his pactis conuentis Regina ex Valladolido accersitur, illa properanter Burgos venit, arcem recipit, rebelles venia condonat, illisque bona restitui iubet. Compositisque ciuitatis clarissimæ rebus, Valladolidum redit, atque inde Tordeellas, vt esset hosti propior, ad incutiendum terrorem, captandumque quid ille consilii caperet, & qua ratione cum illo esset belligerandum. Per idem tempus venit eodem Petrus Stunica Ducis Areuacorum filius primogenitus, qui dissidebat plurimum a via cui pater institerat. Nam & ipse obsequia in Regem Regnamque fuerant non obscura, semperque de illis bene sentiebat, honorificeque loquebatur, quod ipsum Principem non latebat. Is, cum primum facta est Reginam alloquendi copia, cœpit exponere quanto studio ac diligentia, quanta obseruantia & pietate regalibus iussis obtemperauerit, quodque nihil vquam reliquerit faciendum quod putaret ad ipsius Reginæ Regisque statum pertinere, eaque fiducia venire dixit, vt peteret patri veniam, ne filio plecteretur parentis culpa, si culpa dicenda esset, quæ senectutis delirio sit commissæ: addebant

quoque id quod omnibus erat compertum, iam pridem illum fragilitatis propriae conscium, omnem rei domesticæ curam administrationis ad uxorem quæ sibi esset nouerca transtulisse. Ea quoque Ioannem filium ab Alcantara Magistrum ordinis Cisterciensis faceret, omne fas atque nefas, omnia iura diuina simul & humana miscuisse, omne Ducis patrimonium, ut id consequeretur, dissipasse, omnemque totius familiæ statum qui non ad illam, sed ad seipsum pertineret, sæpe maximis periculis obiecisse. Nunc vero dicebat se venisse missum a patre qui illius nomine sua omnia poneret in ipsius Reginæ potestate, ut omnibus rebus quæ ad se, quæ ad patrem, quæque ad nouercam pertinerent, pro arbitrio suo vteretur. At Regina tametsi ad condonandos errores erat paulo duriuscula, tamen **10** habita ratione ipsius Petri ad quem spectabat familiæ illius hæreditaria successio, quodque pater senio confectus omnem domus atque voluntatis suæ administrationem ad uxorem transtulerat, quæ cupiditate quadam omnibus parentibus ingenua filios extollendi viam illam inuasit, omnes venia condonauit, sibi quoque beneficio reddidit imposteriorum obsequentissimos. Areuacum eo pacto recuperatum est, Ducatus titulo in Placentiam ciuitatem translato. Magistratus Ioanni filio cum insignibus & titulo confirmatus, quem ob suffragatorum discordiam, ad sedem apostolicam conferendi iure deuoluto, summus Pontifex illi contulerat. Dicitur in superiori parte Ludouicum Galliarum Regem cum primo Ferdinandus & Elisabe regni administrationem adierunt, renouasse cum illis antiquum fœdus quod fuerat a multis annis inter Gallorum Hispanorumque principes obseruatum. Sed cum postea vidisset inter Tarraconensem Lusitanumque de regni successione disceptari, iniecit animum in Ruscinonis Comitatum quem Ferdinandus a Ludouico petebat debere restitui, repudiatoque priori fœdere cum Lusitano fœdus nouum percutit. Quos cum videret bello implicatos, ratus illud esse tempus rei bene gerendæ, bellumque hostibus inferendi, compositis cum Britannorum Rege simulatibus, mittit Oeasonem armatorum quadraginta millia, qui Vasconum fines Hispaniæ contributos ferro ignique vastarent, imprimisque castellum & loci situ & hominum structura munitissimum, fontem Rabiam nostro sæculo indigenæ appellant, quod in ipso Hispaniæ citerioris Aquitanicæque Galliarum collimitio situm est, habens portum in recessu Britannici maris, atque a latere flumē nomine Alduidam, quod in Cantabrorum iugis erupens, castellumque præterfluens, in ipsum portum influit. Itaque Galli traiecto flumine, quod per æstus reciprocationem non erat difficile, vicis populantur, castellaque finitima diruunt. Erat ea tempestate Regina Burgis (nam Rex interea Zamoranæ arcem obsidione premebat) quæ facta rerum omnium certior, mittit cum equitatu Iacobum Sarmentum Comitem a Salinis, cum facultate habendi delectus, cõuocandique ad arma finitimos, & comportandi commeatus, faciendique alia quæ forent vsui ad bellum gerendum. Ipsa præterea mittit literas ad omnes Vasconum Cantabrorumque & Asturum populos, ut cuncti ad regni fines ab hostibus tuendos cõfluant, seque Salinarum Comiti agglomerent. Ioannem quoque Gamboam virum rei militaris peritum præsidio castelli præficit, qui cum mille delectorum militum indigenarum numero ingressus oppidum, fossas eruderat, vallum, stationes, turres & murorum propugnacula scorpionibus, catapultis, tormentis, machinisque instruit. Neque Galli segnius omnia quæ ad oppugnationem castelli erant necessaria, vndique comportant. Erant cum Gallis ex Vasconum finitimis gregarii leuis armaturæ pedites complures, qui per anfractus, deuiosque tramites, callesque occultos, in nostrorum fines penetrabant, multaque detrimenta inferebant. Horum præfecturam gerebat Ioannes quidam cognomento Purgeta, vir strenuus atque regionum illarum peritissimus, qui cum in vico fonti Rabiæ propinquo cum Vasconibus ad mille numero confedisset, indigenæ stimulat, partim detrimentis quæ ab illo acceperant, partim quod videbant se a tam paucis contemni, collecta manu trium millium leuis armaturæ peditum, nocte in tempesta illos adoriuntur, & somno vinoque sepultos, alios trucidant, alios fundunt, fugantque in Gallorum castra quæ non procul aberant. Domum in quam præfectus diuerterat, cum

cum expugnare longum videretur, incendio corripunt, ipsumque præfectum cum ducentis qui erant cum eo, comburunt, seque in fontem Rabiam ad suos recipiunt. Tribus millibus passuum ab oppido aberant Gallorum castra, nam bombardis, colubrinis, serpentinis, aliisque sulphurariis machinis propius accedere prohibebantur. Itaque statuunt ducere fossam decem pedum altitudinis, non rectam, ne oppidanorum telis vulnerari possent, sed flexentes nunc ad dextram, nunc ad sinistram. Id oppidani prospicientes, & ipsi propugnacula contra fossam opponunt, constituuntque non ex loco superiori, sed ex æquo fossaque & vallo cum Gallis pugnare, quando loci angustia non his magis quam illis faueret. Murorum quoque altitudinem demoliuntur, ne ruina ex machinarum concussu labefactata, in ipsorum propugnatorum capita deciderent. Galli per fossam illam tortuosam, vallo & fossæ castelli admotam, non tam oppugnabant, quam in medio veluti campo cum oppidanis confligebant. Ex vicis populisque finitimis confluebat maxima hominum multitudo, qui ex arduis præruptisque montium iugis in plana descendentes, pugna lacebent eos qui tuendis castris relinquebantur. pugnatur utrobique, Galli pro castris, Hispani pro murorum defensione, cadunt ab utraque parte complures. Sed oppidanis crescebat spes, quod lacebiti non referebant pedem: Gallis desperatio, quod cum maxima suorum clade parum detrimenti hostibus inferebant, quodque non poterant obsessis auxilia & **20** commeatus intercludere, propterea quod per æstus pelagi, naues non poterant prohiberi ad muros accedere: ipsi e contrario victus omniumque rerum inopia laborarent, quod ab Hispanorum classe commeatus sibi importari vetarentur. Itaque cum dies nouem frustra, tumultuariis pugnis potius quam oppugnationibus consumpissent, Oeasonem redierunt, quod oppidum a fonte Rabia millibus passuum viginti abest.

Gallorum Rex a fonte Rabia suo exercitu pulso, maiori apparatu obsidionem repetit. Caput IX.

30 GALLORVM Rex indignatus tantas copias nihil effecisse, addit milites ducesque, addit machinas omnium generum: iubet maiorem commeatus abundantiam comportari, ne ob eam causam, id quod antea fecerat, ab obsidione desisterent: imperat ne ab oppugnatione diu noctuque cessent, quoad negotiū cõficiatur. Nec minus interea Fonterabiani reditum verentes hostium, fossas faciunt profundiores, muniunt vallos, propugnacula disponunt, & strenuissimum quemque militem adsciscunt. Regina quoque mittit eodeni grauis armaturæ militum tres cohortes, quibus præficit Xanthum a Campo, Ioannem Lezcanum, Ioannemque Salazarum, sulphurariamque ingentis magnitudinis machinam, aliaque tormentorum genera, machinarioque præfectos, earum rerum peritissimos. Igitur cum **40** nuncius attulisset, Gallos cum ingenti rerum omnium apparatu aduentare, oppidani magna spe attollunt animos, neque se intra munitiones continent, sed machinas & tormenta extra muros disponunt. Vtrinque igitur missilibus telis, machinarumque globis lapideis, plumbeis, ferreis, editur utrisque cædes maxima, sed Gallis multo maior, quod ex aperto pugnant. Qui videntes suorum coaceruatas cadauerum strages, castra reduxerunt ad vicum illum in quo diximus Ioannem Purgetam cum sociis incendio conflagrasse. Is aberat a fonte Rabia quatuor fere millibus passuum. Die postero Galli negotium repetunt, volentes experiri, an possent castra propius oppidum metari. At oppidani anfractuum, diuerticulorumque, & tramitum peritissimi, magnam hostium partem circumueniunt, atque ex tutiori loco miseranda cæde conficiunt, compluresque cum spoliis machinas ceperunt. Galli, ea clade consternati in hesternam se recipiunt castra, dieque insequenti cautius exercitum mouent, vitantque infidias, perque fossam illam machinas oppido admovent, castraque locant, neque potuerunt ab oppidanis arceri, propterea quod hostium numerus erat multo amplior, & ex lassitudine diei hesterni fatigati statuunt se intra munitiones con-

tinere, oppidumque modo tueri: atque ita per bimestre spacium, illi muros, hi castra machinis pertundunt, nonnunquam etiam tumultuariis se pugnis laceffunt.

Rex obsidionem continuat, neque a Lusitano laceffitus desistit. Tandem Regina suavis in certamen descendens, ille non sustinet. Cap. X.

Rex interim Zamoræ non cessat hostes obfessos vrgere, atque Metatum alia ex parte blanditiis pellicere, vt tradat sibi arcem, pollicens non modo erroris impunitatem, omniumque bonorum dignitatumque restitutionem, sed etiam maximorum præmiorum accessiones: ex parte alia præconiis & acclamationibus declarabat illum eosque qui cum illo sentirent, infidelitatis, prodicionis, læsæque maiestatis reos. Illi vero contra suorum scelerum conscientia, nihil fidum sibi fore putantes, simul etiam quod in horas expectabant Lusitanum sibi auxilio venturum, perstabat inceptis, seque in summa rerum omnium difficultate, patientia obdurabant. Videns itaque Rex tempus longa obsidione terri, iubet machinas validiores aliaque necessaria futuræ oppugnationi comportari. Lusitanus certior factus, ingētis magnitudinis bombardas, aliasque sulphurias, ligneasque machinas Zamoram aduehi, omnes copias armari iubet, atque ipse proficiscitur contra, vt illas intercipiat. Exploratum namque habebat, hostis exercitum non esse tantum, qui obsidioni continuandæ, & machinarum subsidio posset sufficere. Itaque alterum e duobus erat illi necessarium, aut machinas amittere, aut obsidionem soluere. Cumque a Zamora non amplius quatuor millibus passuum distaret, nuncium accepit, machinas omnes iam in hostium castra receptas. Ea spe Lusitanus delusus, mittit caduceatores qui dicant Regi, se venisse vt cum illo armis decerneret, medioque illum campo expectare, nisi mallet sibi regni possessione cedere, seque in Tarraconensem suam coniuge recipere. Iuuenes, & strenuissimus quisque, ac bello viuida virtus, eam conditionem oblatam libentissime accipiunt, pugnamque alacri animo deposcunt. At Rex Lusitani madata refert ad proceres, & quod responsum hosti redderetur, exquirat. Atque imprimis placuit rogare sententiam Comitem Albensem, cuius fides egregia in Principes, prudentia singularis, atque militaris disciplinæ admirabilis quædam solertia fuit. Is pro consuetudine sua, hac breui oratione est usus. Maluissimam ego clarissime Rex aliorum sententiam hac de re prius audire, quam dicere meam. Sed quando præter ordinem a Celsitudine tua iubeor, paucis pro ingenio meo absoluam, quid ego de præfenti negotio sentiam. Si nobis esset duo exercitus, optime Rex, vt altero posses obsidionem hanc continuare, & altero collatis signis cum hoste configere, adhuc subdubitarem, an vtrumque certamen nobis esset subeundum, propterea quod victoria propemodum parta fortunæ belli committeretur. Nunc vero neque copiarum sunt tantæ, vt vtrique negotio sufficiant, neque villo modo semel incepta obsidio soluenda est. Tu Regum clarissime cinxisti obsidione hanc arcem quæ ad hostes descuerat: Lusitanus cunctis artibus nititur obsidionem soluere. De hoc est inter vos certamen, vt tu perstes inceptis, ille vero suis opem ferat, quod quia non potest recta efficere, aliam aggreditur viam. Laceffit te ad pugnam, quam si admiseris, ille assequitur quod vult, tu ab incepto desistis: ille fit voti compos, tu operam & impensam perdidideris. Neque est quod quis posset obiicere, tibi non esse animum & vires ad decernendum cum hoste, quando quidem non audes credere te campo Martique communi. Immo vero tu, o Rex, in medio campo stas, hostemque in omnes horas illius arcem obfidens expectas. Quod si tu non inuadis illum, cur ipse non inuadat te? Iam vero ex disciplina militari satis constat, illum esse victorem qui perstat in eo quod semel cepit. Tu niteris arcem oppugnare, ille vero arci opem ferre: de hoc inter vos nunc omnis contentio. Tu igitur victor, si perstas, ille victus, si quod profitetur, non efficit. Atque vt vno verbo sententiam meam colligam, nullo modo cenfeo ab hac obsidione cessandum, quoad negotium conficiatur. Eo confecto, tunc poteris libere, quo velis, exercitum ducere, atque alias cohortes quæ ad intercludendos hosti commeatus nunc sunt in præsidia distributæ, vt se tibi adiungant euocate.

Conue-

Conueniunt præterea ex obsidione Burgensis arcis copiarum, & quas indies expectas ab amicis tuis auxiliares, & tunc bene iuuante Deo poteris hosti facultatem pugnandi offerre. In hanc Albenfis Comitis sententiã, quia videbatur temporis accommodatior, omnes pedibus manibusque ierunt. Per caduceatores vero responsum est Lusitano, si cordi illi erat acie decertare, veniret opem suis laturus, & a parte vrbis extrema experiretur armis, vt exercitus foret superior. Nam Regi statutum esse in obsidione persistere quoad expugnaretur arx, pœnasque ab iis qui illam præfidio teneret exigere. Lusitanus videns se delusum ea spe qua fuerat egressus, Taurum rediit, expectans Zamorensis obsidionis euentum, simul etiam & copias quas filius Princeps erat ex Lusitania ducturus. Complures interea frumentatorum, pabulatorum, lignatorum, exploratorumque vtriusque partis occurfationes atque pugnarum tumultuariæ fiebant, in quibus nunc hi, nunc illi euadebant superiores, nunc illatis acceptisque vulneribus mutua cæde cõflictabantur. Vnum tamen prælium non est silentio dissimulandum, quod ab Hispania duce Aluaro Mendoza, a Lusitania Comite Pinnamacoriq commissum peractumque est. Nam cum ad intercipiendos hostium commeatus hi a Tauro, a Zamora illi fuissent progressi, atque se in medio campo procul conspexissent, tanta ferocia inuicem irruerunt, adeoque obstinate pugnam ad horas quatuor produxere, vt neque iam eminus hastis & missilibus, neque cominus gladiis & pugionibus, sed pugnis & lacertis rem gereret neutri alteris cedentes, cum ex quingentis vix iam ducem superessent, qui possent arma tractare. Lusitanis demum fufis fugatisque, Hispani spoliis potiti sunt, ipsumque hostium ducem cum aliquot ex commilitonibus captum, Zamoram victores non incruenti deportarunt. Regina quæ eo tempore Valladolidi erat, cum accepisset Lusitani audaciam, vel potius temeritatem eo progressam, vt etiam Regem coniugem fuerit ausus ad pugnam prouocare, veritate ea fama studia populorum erga se alienaret, quod laceffitus ad certamen non descenderit, iubet euocari prætorianas cohortes, & eas quæ fuerant sparsæ per diuersa præsidia ad intercludendos hostium commeatus, Cardinalem Hispanum rogat, vt cum presentibus copiis ad Regem proficiscatur. Ad quem dat literas, vt det operam quemadmodum non intermissa obsidione deur & diuerso hosti pugnandi copia id esse magni momentum asserens, ad retinendos in fide animos illorum qui leui opinione ducti huc & illuc impelluntur. E Gallicia interim Petrus Aluarus Oforius Lemnius Comes misit cataphractorum equitum cohortem, peditatumque pulcherrimum ad duomillia hominum belli peritissimorum. Venit præterea Comes a Monte regio cum alteris copiis ex eadem regione. Instructis itaque stationibus paratisque reliquis quæ ad premendam obsidionem videbantur necessaria, placuit ire quæsitum hostes qui se in Tauri latebris continebant. Proficiscebantur acies instructæ sine vllis sarcinis, sine impedimentis vllis. Neque enim ibant ad ludicra feriati, sed expediti ad pugnam. Cumque iam abesset exercitus a Tauro duobus fere passuum millibus, missi sunt caduceatores qui offerrent hosti pugnandi facultatem. At ille videns se prælio impari, conditionem oblatam noluit accipere, seque intra vrbis munitiones continuit, nisi quatenus quidam armaturæ leuis equites vrbe egressi, tumultuarias quasdam pugnas proludentes inierunt. Hispanus vero cum per horas quatuor hostem in medio campo esset oppertus, iussit canere receptui, seque Zamoram ad continuandam arcis obsidionem recepit.

CCc iij

AELII ANTONII NEBRIS-
SENSIS, RERVM HISPANARVM AC HI-
SPANIENSIVM HISTORICI, DECADIS
PRIMÆ LIBER QVINTVS.

*Quod Ioannes Princeps ex Lusitania cum exercitu pergrandi ad patrem venit, qui
suis atque filii copiis, & Archiepiscopi cohortibus obsidionem Za-
mora parat solvere. Caput I.*



LUSITANVS cum videret se Burgenſi arce Zamoranaque ciui-
tate excluſum, atque proinde illorum ſtudia qui ſibi fuerant au-
tores alienos fines inuadendi, paulatim ad hoſtes deficere, euo-
cat filium Luſitanæ Principem, quem antea iuſſerat habere mi-
litum delectus, imperatque, vt cū exercitu quam maximo poſ-
ſit, ad ſe venire feſtinet. Qui patris iuſſui obtemperās, coactis ex
omni regno equitum peditumque ad viginti hominum arma-
torum millia, qua potuit hoſtem fallere, magnis itineribus Taurum contendit, co-
piasque ſuas paternis auxiliariisque & gregariis coniunxit. Auētus itaque re-
creatus Luſitanorum recenti exercitu Alphonſus, putanſque ſe habere ſatis viriū
ad decernendum acie cum hoſtibus, antequam belli fortunam experiretur, mittit
litteras ad partium ſuarum Duces, atque imprimis ad Aluarum a Stunica Ducem
Placentinum, quem neſciebat, aut ſe neſcire ſimulabat, ad hoſtes deſeciſſe, nunci-
ans veniſſe ſibi ex Luſitania ſua filium cum ingentibus copiis, velleque ſe hoſtem
ex latebris in medium campum elicere, aut ſi prælium recuſet, arctiori rem obſi-
dione premere, quam ipſe arcem obſideret. Sed quo firmiori exercitu eum confi-
ceret, rogabat Ducem, vt ſibi adeſſet, aut ſaltem cohortes ſuas mitteret. Veniſſe
namque dicebat tempus, in quo vel vno conſlictu poſſet hoſtis proſtigari, & arx
Burgenſis cum reliquis ſuis ornamentis in ſuam poteſtatem redigi. Ad hanc Lu-
ſitani poſtulationem, Dux, Non pudet, inquit, Regem veſtrum ab eo petere auxi-
lium, quem in ſumma rerum omnium difficultate deſeruit. Inde quærat ſibi ſup-
petias, vbi non ſit cognitum quo pacto Burgenſis arcis præſidium reliquerit hoſti
trucidandum, niſi victoris clementia præſidiarios noſtros, vt cum que meritis, ſer-
uaſſet incolumes. Itaque ſe non agnoſcere nūc alios principes, niſi a quibus acce-
perit beneficia, neque alios habere hoſtes, niſi a quibus acceperit tantam rei fami-
liaris iacturam. Accepiſſe autem a Ferdinādo Rege, atque ab eius conſorte Regi-
na, non modo vitæ ſecuritatem, ſed etiam patrimonii ſui certam firmitudinem: ab
illo autem veniſſe ſibi complura detrimēta. Quare ſe illum pro hoſte habiturum,
ſiquidem ille hoſtis eſt habendus, qui nobis aſſert incommoda. In hæc verba Lu-
ſitani dimiſſus eſt nuncius. A Marchione Villenate reliquiſque vltromontanis
nihil copiarum potuit accedere Luſitano, propterea quod & ipſi erāt eodem bel-
lo impliciti cum Regis & Reginæ præſectis. Conſtituit itaque cum ſuo, atque ex-
ercitu filii, cumque auxiliariis Archiepiſcopi cohortibus (nam is ſolus cum Lu-
ſitano manſit) quærare hoſtem, non qua debuit via. Nam cum ciuitas ciuitatisque
arx obſeſſa poſita ſit in ripa Durii, quæ pertinet ad prouinciā Tarraconenſem, ipſe
de prima nocte exercitum per aduerſam ripam ſecundo flumine adducit, & po-
ſtridie a prima luce cum omnibus copiis ad pontis caput exercitus hoſtibus appa-
ruit, contra quod ſtationes oppoſuit, ne per pontem quiſquam ad ſua caſtra poſſet
accedere. Rex cum videret hoſtem interpoſito grandi flumine caſtrametatū, non
poterat perſpicere quid ſibi vellet illa caſtrorum diſpoſitio, aut quid ſibi detrimē-
ti, aut hoſtibus emolumēti aſſerre poſſet. Nam neque poterat illac arcem obſidi-
one liberare, neque ſuis commeatus intercludere, ſed neque cum ſuo exercitu,
etiam ſi cuperet, decertare. Erant tamen complures ex noſtris qui cuperent per
ipſas

ipſas pontis anguſtias in Luſitanorum caſtra erumpere, ſed balliſtis & tormentis
repellebantur. Cōſilium autem Luſitani poſtea fuiſſe compertum eſt, quod cum
perſpiceret ſe imparem ſoluendæ arcis obſidione, volebat captare aliquid fauo-
ris ex rumore qui ſolet per vulgum ſpargi. Mittit namque litteras ad partium ſua-
rum ſtudioſos, atque etiam ad alieniores, quibus ſignificabat ſe veniſſe Zamorā,
cinxiſſeque Regem hoſtem ſuum obſidione, quæ Deo propitio putabat ſe tenere
concluſum, quoad caperetur, aut ſe in fugam proriperet. Neque ſolum fecit eum
rumorem ſpargi in ſinib⁹ Hiſpaniæ ſuæque Luſitanæ, ſed & dimiſit tabellarios ea
de re ad Galliarum Regem, ad Italię Principes, ad Imperatorem, ad ſummum de-
10 nique Pontificem, quaſi poſſet ex mendacio illo credulitateq; falſa, quicquam vti-
litatis ſibi cōparare, aut verbis & inani fama, non viribus & armis res foret decer-
nenda. Ea fama, tamen ſi vana, non nihil Hiſpanos mordebat, quod ea ex parte vel-
let hoſtis honorem aucupari, vnde ſi cāpi libertas daretur, eſſet reportaturus malā
crucem. Sed id multo ægrius Regina ferebat, quæ per id tēporis Tordeſellis mo-
rabatur. Mittit itaque Ducem a Villa formoſa, & Comitem a Triunio cum mille-
nis equitibus, qui teneāt præſidio fontem Sabuci, & Alahegios, quæ oppidula di-
ſtant a Zamora ex ea parte qua Luſitanus caſtra metabatur, vicenis millibus paſ-
ſuum, vnde commeatus hoſti intercluderentur. Sed erat Luſitanorum cōditio eo
deterior, quod per mediam hyemem erat illis agendum ſub dio, nudoque ſub æ-
20 theris axe: noſtris vero ex domibus & diuerſoriis, ſi quādo eſſet opus, ad pugnam
exeundum. Cœptum eſt per quosdam honeſtos viros agi de concordia inter duos
Principes, conſtitutumque vt Luſitanus ſecreto per noctis tenebras cymba traii-
ceret flumen, ad partem ripæ in qua Hiſpanorum Rex illum ad certam horam op-
periretur, cum que hora conſtituta feſelliſſet vtrunque ſemel atque iterum, ceſſa-
tum eſt ab ea commentatione, neque deſuerunt qui interpretarētur, non ſine di-
uina quadam prouidentia rem interturbatam. Eratque alioqui Reginæ in animo,
quo auerteret mala quæ ſolent in bello contingere, cum Luſitano decidere ingēti
ſumma auri & argenti, qua & Ioannæ Principi dōs conſtitueretur, & in Luſitani
exercitus ſtipendium pars conſumeretur. Sed fata aliam quærebāt viam, qua ho-
30 norificentius & minori diſpendio fieret tanti belli exitus.

*Quod Luſitanus de mutandis caſtris cogitat, petitque inducias, quo id
commodius agat. Caput II.*

CVM eo in loco Luſitanus caſſo labore quindecim dies conſumpſiſſet, videret-
que commeatus ab hoſtium præſidiis interceptos, quodque alia ex parte æ-
ris inclementia vexabat ſuos hybernantes ſub dio, ſtatuit mutare caſtra, ſeque in
Taurū ſuam in hyberna recipere. Idque quo poſſet cōmodius exequi, excogita-
uit huiusmodi commentum. Mittit noctu clam Aluarum Brigātini Ducis filium,
40 atq; Antonium Nunium iuriſconſultum per celebrem, qui procuratorio nomine
conſtituant cum Rege aliquot induciarum dies, ſub eo prætextu, quod illo tēpo-
re poſſit agi de concordia inter ipſos Principes: re autem vera, vt ſine detrimento
ſui exercitus poſſet caſtra relinquere, ſeque ad hoſpitia nota conferre, Qui cymba
per flumen traiecti adeunt Regem, mandata exponunt, offerunt, petūtque certas
componendi belli condiciones. Rex deſert negotiū ad ſuum illud anguſtius ſecre-
tiuſque cōſilium. Omnibus viſum eſt, neque iuſta, neque honeſta Luſitanum pe-
tere. Tunc ventū eſt ad id cuius cauſa venerant, vt daretur tēpus quo poſſet agi de
concordia: conſtituerūtque induciarum dies quindecim, quibus vtrique poſſent
hinc indeliberè commeare, conuentuſque ea dere fieri, tum etiam ipſius Reginæ
50 quæ tunc aberat, ſententiam exquirere. Erant qui Regi ſuaderent concedēdas in-
ducias, eſſeque opus regium hoſti ſuppliciter petita condonare, cum velleo ipſo ſe in-
feriorē fateretur. Quod ſi ea ex cauſa inducias petebat, vt ex eo loco tutius caſtra
moueret, & illud quidem eſſe Regi perquam honorificum, ſi qui veniebat ſuis o-
pem laturus, re infecta rediret. Addebant præterea Luſitanū eſſe in ſolo alieno,
ſibi que alioqui infeſto: faceretque indies ſumptus maiores quam ſua vectigalia
CCc iij

censuſq; paterentur. Quare neceſſe erat illius nervos indies debilitari, atq; aut illi
 tandē turpiter eſſe fugiendū in patriā, aut cladē maximam accipiendā. At Cardi-
 nalis Hiſpanus, & quib. erat melior ſententia menti, nullo modo inducias eſſe cō-
 cedēdas decernunt, quas nō alia ex cauſa hoſtis peteret, quā vt eo tēporis interual-
 lo tuto poſſet vaſa cōclamare, impedimenta colligere, & cohortes ordine ſuo cir-
 cuatas deducere. Quod vero altera pars dicebat, eſſe opus regiū ſupplici poſtulata
 hoſti concedere: immo vero inquit eſſe animi degeneris atque demiffi, ab hoſtis
 remeritate in tāta occaſione pœnas nō exigere, qui ſit auſus caſtra caſtris cōferre,
 non quidē medio in cāpo, iuſto exercitu, Marteque communi, ſed ſola fretus loci
 commoditate, atq; dolis, quibus non virtus vera, ſed ſimulata fortitudo confidit. 10
 Quod vero illi dicebant, ſi hoſtis re infecta diſcederet, vel eo ipſo ſe inferiore, vi-
 ctumque fateretur, neque vnquā poſthac vires reſumpturū: immo vero iſti ſubiū-
 ciunt, iam hoſtis aſſecutus eſt quod ab initio concupierat, diſſeminare per omnes
 Hiſpanias perque totū nominis Chriſtiani orbem, ſe habere copias quibus poſſet
 intercludere aduerſariū, qui tametſi arcem obſideret, ipſe arctiori obſidione pre-
 meretur? Qui rumor etſi vanus erat, non nihil falſæ opinionis apud homines cre-
 dulos rerumq; nouarum auidos generabat, qui ex leuibus huiusmodi cauſis, aut in
 officio perſtant, aut a fide publica deſciſcunt. Quare non eſſe diſſimulandam tan-
 tam hoſtis temeritatē, qui penetret in regna aliena, metetur caſtra, & tollat vbi &
 quando libuerit, atque dolo malo aucupetur honores falſos, vnde ſit ignominiam 20
 reportaturus. Quod ſi hoc eſſet in ipſis imperii noſtri limitibus de decoroſum, ne-
 que vllō modo tolerandum, quin totis viribus in tanti facinoris vltionem iretur:
 quid non faciendum eſt in illum quem non puduit tumultuaria caſtra ſtatis legiti-
 miſque caſtris opponere, non quidem campo explicito & aperto, & qua oportue-
 rat ſuis inopia laborantibus opem ferre, ſed quaſi latro ex inſidiis rem gerens, oc-
 cupatis anguſtiis, atque medio flumine interiecto, ne poſſet cum illo æquo Marte
 conſigere? Quas ob res, inuictiſſime Princeps, ſi nos cōſulis quid aduerſarii tui ora-
 toribus ſit reſpondendum, non modo decernimus inducias non eſſe conceden-
 das, qui pro arbitrio ſuo huc atque illuc caſtra mouēdo nos deludat, ſed in eo po-
 tius inſiſtendum, quo pacto temeritatis pœnas debitas luat, ſimul etiam, vt qui ex 30
 falſis rumoribus ab illo ſparſis acceperāt tuas copias ab illius tumultuario exercitu
 obſeſſas, cognoscant non impune id ab illo attentatū, atque ſtultitiæ ſuæ iuſta præ-
 mia tuliſſe. Nam quid opus eſt, inquit, inducias illi concedere, cui velit nolit ca-
 ſtra deſerere, ſeque in latibula ſua, ſiue cedentem, ſiue fugientem cōferre neceſſe
 ſit? Neq; enim diu poſſunt durare quib; omnia ſunt aduerſa, caſtra in media hyme-
 ne ſub dio, detrimēta ab hoſtibus in horas illata, & quod omnium eſt difficiliſimū,
 commeatus intercluſi, atque proinde rerum omnium penuria. Quod ſi tibi o clariſ-
 ſime Rex, atque dulciſſimę coniugi animo ſedet, pro cōmuni vtilitate, id quod
 aduerſarius petit, quodque tuis omnibus nō diſplicet, cum hoſte decidere, modo
 pacis conditiones ſint tolerabiles, præſcribe illi tempus breue, intra quod negotiū 40
 tranſigatur, ea tamen lege ne liceat illi interim loco vſquā diſcedere. Quæ ſenten-
 tia quia videbatur conducibilior, cum Regi placuiſſet, iubet ſecundum eam per
 Cardinalem Hiſpanū oratoribus reſpoſum dari. Quos in ſecretius altiusque con-
 ſilium accitos, in hunc modum eſt allocutus. Quod Regis veſtri nomine poſtu-
 latum eſt oratores nobiliſſimi, de componenda ſimultate hac inter Hiſpanos Lu-
 ſitanosq; nō omnino diſplicet religioſiſſimis Principibus noſtris, neq; illorum ſe-
 natui prouidentiffimo, modo interueniant pacis conditiones honeſtæ, non quæ
 paulo ante ſunt a vobis expoſitæ, ſed quas vtriuſque partis ratio exigit. Nā quis nō
 videt, quo in ſtatu res Hiſpana, atq; proinde Luſitana ſit? Nos numero plures, atq;
 robore præſtantiores, arcem veſtram obſidione premimus, cui vos infirmitatis ve-
 ſtræ conſcii aperto Marte ſuppeditas ferre non audetis. Nos domi noſtræ omnibus 50
 rebus abundantes rem gerimus, vos omni commeatus genere deſtituti in ſolo ali-
 eno fortunam laceſſitis. Nos medio in campo expectamus hoſtē, vos veluti ex ar-
 ce tumultuarias eruptiones faciſtis. Sed hæc diſputatione in aliud tempus omiſſa,
 Princeps noſter iubet impræſentiarum hoc breuiter vobis dari reſponſum, Regi
 veſtro

veſtro referendum: Si illius animo ſedet, vt de pacis cōditionibus agatur, & quoq;
 ſibi placere dicit, quando tam prope ſunt, vt internuncii crebro commeari, atque
 in horas ſingulas ire & redire poſſint, conſtituatur breuē induciarum tēpus, in quo
 negotium tranſigatur. Alioqui, ſi de pacis conditionibus inter eos non conuenerit,
 ſe nō permiſſurum, vt pro arbitrio ſuo caſtra mutet, bellumque de die in diem
 protrahat, quin prius experiatur, & ſentiat vter illorum viribus & armis euadat
 ſuperior. In hæc verba oratores dimiſſi, in caſtra redierunt.

Quod Luſitanus caſtra mutat, atque Hiſpani abeuntem perſequuntur. Caput III.

10 **H**OC reſponſo Luſitanus accepto, cernens omnia ſibi aduerſa, loci importuni-
 tatem, inclementiam temporis, commeatus intercluſos, ſtatuit medio noctis
 ſilentio caſtra mouere, ſeque in Taurū ſuā recipere, & quia hoſtium excubitores
 pontis que cuſtodes non longe aberant, imperat omnia clanculum atque ſine vllō
 ſtrepitu expediri. Itaque præmittit calones, lixas, cocos, & alia exercitus impedi-
 mēta. Ipſe interea equites pediteſq; in ſuos ordines redigit, ac tēporē noctis ante-
 lucano caſtra deſerit, impedimētaq; Taurum verſus ſubſequitur. At vigiles excu-
 bitoresque ſub primam lucem caſtra viris, equis, & iumentis vacua cernētes, Regi
 nunciāt hoſtes abiſſe. Qui extemplo imperat omnes armati, atque per pontis an-
 20 guſtias, qua maxima poſſint celeritate, in aduerſa fluminis parte conſiſtere, atq; ex-
 pectare, quoad diſpoſitis ordinibus hoſtem inſequatur. Obſtabant erūpere volen-
 tibus non modo pontis anguſtiæ, ſed & vallum ſoſſæque, & alia munitiones tum
 caſtris, tum etiam pontia noſtris prætentæ, obſtabat etiam ipſa erumpere volen-
 tium feſtinatio, qui quo magis properant, eo magis retardantur. Alii tā longas mo-
 ras non paſſi, per fluminis lapideos obices euadunt, aut flumen tranāt, aut ſcaphis
 & lintribus traſciunt, tanta erat cum hoſte congregiendi libido, ſed non potuit fi-
 eri quin in tanta difficultate traſeundi bona pars diei laboretur. Et quia vt quiſque
 prior eruperat, ita hoſtem inſequatur, atq; agmine incōpoſito procedebat, mit-
 30 tit Rex Iacobum a Caſtris Cæciliis cum bis centum equitibus qui præuertant ini-
 morenturque temere incedentium profeſſionem, ipſe interim cohortes ordina-
 ri iubet, atque imprimis prætoriā inſtrui ex contubernalibus, & regiis amicis pur-
 puratis, ac familiaribus, quibus adiungit copias auxiliares, quas a Gallia Comes Le-
 mnius, quas Salmantica, Vmetum, Methymna, Valladolidum, cataphraētis equis
 atq; equitibus inſignes. Hūic præfecit Enriquū Enriquez regiæ domus æconomū
 maximum. Inſtrui quoq; imperat ſex alias cohortes, quas ad dextram prætorianæ
 ordine ſuo diſponit. Primam duſtabat Aluarus Mendoza, quæ Rex & Regina nu-
 per Caſtri cognomento Xericii Comitem crearant, hanc quoq; ſequebantur duo
 quæſtores maximi Gutterius Cardenius, & Rodericus Vlloa: alteram cohortem
 40 ducebant parrueles duo Alphōſus Fonſeca Epicoſus Abilenſis, & Alphōſus item
 Bernardus Francus: quintam Petrus Veraſcus: ſextam Vaſcus Viuarius Gonſalui
 Salmanticenſis Epicoſi frater, viri nobiles, ſtrenui, atq; rei militaris periti. Ad co-
 hortis prætorianæ ſiniſtram, Cardinalis Hiſpanus primam cohortem ducebat: altē-
 ram Garcias Albanorum ad Tormim fluuiū Dux: tertiam Enriquus, Enriquez Al-
 bēſium ad Aliſtem Comes: quartam Garcias Oforius, qui nepotis ſui Marchionis
 Aſturicēſis copias equeſtres pedeſtreſque ad id bellū duxerat. Inter hæc duo cor-
 nua ſtopetarios, ſagittatores, haſtatos, velites, omnemque pediatum collocat, at-
 que ſic totū exercitū ſeruatis ordinibus iubet procedere, quoad vētū eſt ad an-
 guſtias quæ media regione inter Taurum Zamoramque, hoc eſt, decem millibus
 50 paſſū, vtrinque ſitæ ſunt. Has cliuorum arduitas flumini a dextra incumbentiū, atq;
 a læua ipſius fluminis impetus facit, cum alioqui pars agrorum finitima ripe plana
 ſit, latioresq; vias admittat. Et quia poſituri ſumus ante oculos inter potentiſſimos
 Reges duos pugnā illam memorabilē, ex qua victor regnandi auſpiciā erat repor-
 taturus, non importune locus, vbi tāta res geritur, impræſentiarum eſt a nobis ex-
 plicandus, cū præſertim a nobiliſſimis hiftoriarum ſcriptotibus huiusmodi locorū

descriptio nō solū particularis, verum etiā totius regionis nunquā sit prætermiſſa.

Quod Numantia non est ea, quæ vulgo dicitur Zamora, sed Soria, aut vicus in agro illius. Caput IIII.

POST exactam studiorum meorum rationem, cum primū in Hispaniam ex Italia redii, offendi opinionem disseminatam non modo inter homines omnium bonarum artium ignaros, verum etiam inter peritos, atque inuestigandæ antiquitatis curiosos, qui dicerent, asseuerateque stultitiam suam defenderent, Numantiam illam nobilē quæ per annos viginti Romanorum duces non solum sustinuit, sed pluries fregit, profligauitque, eam esse quæ sit nostra tempestate Zamora: non alia ratione ducti, quam quod vulgus incertū & Neoterici quidam scriptores hoc dicunt, & quod antiquissimi cosmographi & historici scribunt Numantiā ad Dorium flumen esse sitam. Sed si perconteris, qui sunt autores illi quos isti suæ peruicaciæ testes citant, obiiciunt nescio quem Lucam Tydensem, & Fratrem quēdam Ægidium Zamoranum, atque alios eiusdem classis viros obscuros, quos ego nunquam legi, neque me non legisse puder. Atque vt nos autoritate regia perterrefaciant, afferunt Historiam generalem, quæ sit ab Alphonso huius nominis decimo Hispaniarum Rege perquam illustri, aut illius iussu concinnata. Sed quantæ sit autoritatis imperita multitudo, aliis quoque in rebus experimēto cotidie discimus. Nam quod ad nouos attinet scriptores, ego non magis illorū dictis credam, quam illorū qui meras fabulas fingunt, aut ægroti veteris imitātur somnia. Quod vero de Alphonso afferebant historia, nemo reperiretur hodie qui operis illius atrocitatem susciperet. Sed quid opus est in re tam manifesta verbis contendere? Stant contra probatissimorum autorū testimonia, qui manifeste ostendunt, neque sub vlla dubitatione relinquunt, quid hac de re tenere debeamus, atque huius artis princeps Ptolemæus, qui Dorii fontes ad occasum solis vergere facit, si ad Numantiā situm comparentur, cum sit Zamora illis occidentalior, atque per longitudinē distet a Numantia partibus quatuor, quibus in parallelo qui declinat ab æquinoctiali partibus duabus & quadraginta, in quo sitæ sunt Numantia & Zamora, respondent circiter bis centum millia passuum, quæ distantia nunc propemodum reperitur inter Zamoram, & Numantiam, quam nos Soriam interpretamur, vel Garrai potius in agro Soriano, vicum antiqui adhuc pontis vestigia seruātem. Est & alia ratio breuiter demonstrans Numantiam non eam esse quæ sit hodie Zamora, ex Strabone, qui Numantiam facit octingentis stadiis, hoc est centum millibus passuum, a Cesarea Augusta distare, & Antonini Pii itinerario duobus & nonaginta millibus, hoc est, octo minus. Atqui Zamora, inquit, ad Dorium sita est, id quod omnes de Numantia dicūt. Esto, sed non ex eo colligitur eandem esse urbē, cum alia complura oppida idem flumen præterfluat, ad dextram Septimancas, Turdesellas, Taurum, & de qua nunc agimus Zamoram. Quod vel ex eo nouum esse putamus, quod neque Gotthorum temporibus, sed neque Romanorum vſquam Zamoræ sit mentio, nisi forte, quod aliis compluribus oppidis accidit, in Ocelum Dorii successit. Sed vt eo, vnde digressi sumus, tādē redeamus, qui Hispaniam in tres prouincias diuisere, per Dorium amnem Lusitaniam a Tarraconenſi distinguunt, atque ita, vt fluius ab ortu solis ad occasum incedens Lusitaniam ad læuam, ad dextram vero Tarraconenſem relinquat, in qua posita est Zamora, numeraturque inter populos quos antiqui vocabant Vaccæos. Hosa Vetonibus Lusitanicæ populis Dorius amnis determinat, atque vtrosque per pontem, de quo dictum est, ad commercia peragenda coniungit. Cumque Lusitanorum statua Tauri residerent, atque Zamoranæ arcis obsidio ex eadem fluminis parte fieret, oportuit illum qui suis laborantibus opem ferre volebat secundo flumine, atque eadem ripa exercitum ducere. Sed quia se, vel militum numero, vel robore, vel vtroque hostibus imparē putabat, Taurinum pontem traiecit, & quod ad dextram fluminis ripam faciendum erat, in læuam translatum est.

Deliberatur

Deliberatur a nostris, vtrum in castra sit redeundum, an potius hostis Taurum vsque persequendus. Caput V.

CVM itaque ventū esset in fauces illas, in quas paulo ante diximus coarctari viā quæ a Zamora Taurū ducit, quia non admittebat amplius quam binos aut ternos milites, substitit exercitus, atque in se conglobari cœpit. Regiꝫ nunciatum est hostes iam eo progressos, vt prius se possent in Taurū suā recipere, quam nostros angustias illas euadere. Iubet itaque vocari proceres, cohortiumque præfectos, & quid pro tempore locoque faciendū sit, exquiri. Quibusdam videbatur redeundum esse in castra & diuersoria nota, quoniam anteaquam tātus exercitus fauces traiceret, iam foret nox, in qua nihil aliud ageretur, quā suos frustra vexare, & viros equitesque fame sitique cōfectos periculo exponere. Nam quod ad vulgi opinionem attinet, nemo futurus erat qui non diceret, & Lusitanū fugisse, & Hispanū eo vsque persecutū, quoad illum in latebras suas occultaret. Ad hæc Cardinalis, Nondum, inquit, satis liquet Rex clarissime, hostisne fugiat, an agmine composito proficiatur, & quoniam adhuc neque exercitus noster vidit hostem, neque ille nos, nō deerit qui dicat, neque hostes fugatos, neque nostros fuisse ausos abeuntis prosequi. Licet itaque mihi per tuam Celsitudinem angustias illas euadere cū paucis equitibus, vt colle hoc superato possim libere de hostium copiis iudicare, atque inde ea de re meam sententiā dicere. Alioqui non ausim decernere, fugiant ne hostes, an potius læti exultantesque se in tabernacula sua recipiant. Assensus est Rex Cardinalis sententiæ, hortaturque illum, vt id quod decreuerat, exequeretur. At ille Petrum Guzmanum cum parte cohortis quam ductabat, acciri iubet, cliuumque faucium illarū superat, ad verticemque montis peruenit, vnde Lusitanorū copias æstimare posset quam facillime. Vider omnia per suos ordines incedere, nihil turbulentum, nihil temerarium, nihil denique per tumultum fieri. Igitur ad Regē redit, quæ viderit exponit, atque sententiā suā præter aliorū opinionem dicit. Vidi (inquit) inuictissime Rex, atque meis oculis contemplatus sum Lusitanorum acies ordinatas incedere, magisque expectare insequentes quā fugere. An non Lusitanorum superbia verbaque magnifica sunt omnibus nota? Pudet certe magna locutos cedere, atque timidissimo cuique aliquādo redit in præcordia virtus. Estque credibile veroque similitudine Lusitanū animo extimare quantū subiturus sit dedecus, si hostē fugiat quē vltro ad certamen lacererit. Idque nūc agit pedetentim incedens, vt possit aliquādo dicere, se non fugisse, sed medio in cāpo expectasse hostem, cū præsertim nemo fugientē possit vere appellare ab eo quē nō videt. Quod si hoc ex loco nostræ copiarum domū redierint, anteaquam hostē videant, atque ab hoste videantur, relinquatur in dubio apud absentes, eosque qui nascituri sunt, vter vestrū ex hoc die victoriā reportauerit. Quid quod antehac ex militibus nostris strenuissimis, quisque illū diē sibi dari optabat, in quo decerneretur quæstio illa inter Hispanos Lusitanosque diu agitata, vtri foret viribus animisque præstatiores? Quod si nunc in tāta occasione subtrahantur a pugna, refrigescet profecto ardor ille, virisque in exercitata læguebit. Atqui dicit quispiam, si citra cruorē victoria ex hostibus comparari potest, quid opus est acies in pugna committere? Immo vero Rex optime, si hodie in fortunam prælii non descēdis, bellū hoc de die in diem protrahetur, neque vnquam tuto in Hispania solus regnabis. Nunquam Cæsar imperium orbis obtinisset, si non cū Pompeio conflisisset, nunquam Augustus monarchiā, si non cum Antonio, atque vt est in fabulis, cœlum suo seruire tonāti, Non nisi fauorum potuit post bella Gigantum. Sed vt vetera illa omittamus, non hoc in Hispania nostra experimento sæpe didicimus? Si Ioannes socer tuus non cum patre patruisque tuis ad Vmetum conflisisset, neque regnasset vtique postea securus: neque Enriqus coniugis tuæ frater regnum illud suum qualecumque continuasset, si non cum Alphonso germano item fratre in eodem loco fortunam quoque belli fuisset expertus. Quid igitur reliquum est clarissime Rex, nisi vt bene iuante Deo tuisque auspiciis hostem regni alieni affectorem inuadas? ex quo siue fugerit, trophæum, siue expectauerit, triumphum haud dubiū sis hodie reportaturus.

Quemadmodum exercitus uterque se parat ad pugnam. Caput VI.

ATQVI Rex cui non minus erat curæ salus & vita suorum, quam rei bene gerendæ voluntas, visus est aliquantulum Cardinalis sententiæ assentiri. Sed cū cerneret suorum omnium alacritatem, atque animi præstatiam, clamoresque dari sibi hostem deprecantium, iubet exercitum angustias illas euadere, atque rursus in suum ordinem redigi. Vocatisque ducibus cohortiumque præfectis, admonet illos, ut magno animo sint, meminerintque verborum quæ cotidie in aula iactabatur, quoties de Lusitanorum arrogantiâ temeritateque sermo exoriebatur, iubet deinde illos ad suam quemque provinciam bonis auibus ire, atque, ut rem bene gerant, hortatur. Illi in suam quisque cohortem profecti, quid cuique faciendum sit docent, atque ita euasis faucibus eodem in ordine, quo prius steterant, consistunt, deinde agminatim hostem subsequuntur. Lusitanus cū intellexisset Hispanos aduentare, reputans secum quatum dedecus esset in fuga, potiusque pulcherrimam mortem esse obeundam, quam turpe aliquid committendum, iubet stare acies, atque in hostem conuerti, & collatis signis cum illo dimicare. Pollicebatur illi magnam victoriæ spem, quod equitum numero erat superior, atque hunc in modum disponit exercitum. Cohortem prætoriam constituit ex amicis, & familiaribus, atque aulicis purpuratis, ac præterea ex Hispanis viros quosdam non obscuros qui sub illo stipendia faciebant, adiungit, quibus addit Comitem Pharium, qui & ipse turmam equitum ex suis adduxerat. His omnibus præfecit Pereiram cohortium prætorianarum ducem. Huius ad læuam erat cohors quam Ioannes Regis filius idemque Lusitanorum Princeps ductabat, in hac erat robur totius exercitus firmissimum. Hanc sequebatur Eborensis Episcopi cohors, quibus duabus accedebat ingēs stlopetariorum & sagittarum numerus, atque diuersorum generum tormēta, & machinæ carris impositæ. Ad dextram cohortis regie erat Pharii Comitis manus, ex suis atque fratris Guimarani Comitis militibus structa. hæc sequebatur Archiepiscopi Toletani cohors, postquam villæ Regiæ montisque Sacri Comitum cohortes duæ. Peditatus omnis quatuor in partes distributus non procul a prætoriana cohorte ad fluminis ripam dispositus erat. Tunc Rex acciri iubet duces, primoresque exercitus, quos in hac sententiam dicitur allocutus. Quo in statu res nostræ sunt commilitones videtis, venit dies in quo decerneretur questio illa inueterata inter vos aduersariosque vestros, vtri sint armis animisque potiores. Sumus numero non pauciores, superamus equitatu, habemus causam pugnandi iustiore, decerrandum est cum illis quorum maiores a maioribus nostris sunt ad Aliubarotam superati. Neque obstiterit, quod illi intra patriam, nos extorres: illi omnibus rebus abundantes, nos omni com meatu destituti sumus. Necessitas hæc debet facere vos ad pugnam alacriores, & rabie concitatos in hostem ire præcipites, ut post victoriam bonis illorum iuste fruamur, quibus nunc illi iniuste abutuntur. Sic animati Duces a Rege discedunt, suos quisque hortatur, ut forti magnoque sint animo. Quæ præmia victores maneant, aut quæ victos detrimenta sequantur, illis ante oculos ponunt. In hunc igitur modum exercitus vtriusque cohortes militari gradu contra se inuicem tendunt, quoad ventum est ad spacium, vnde a ferretariis res agi posset.

De pugna inter Hispanos Lusitanosque ad Taurum. Caput VII.

INTERIM Alphonfus Fonseca, quem diximus ad Regis Hispani dextram secundæ cohortis præfectum, petit a Rege dari sibi primas certaminis in eundi partes, idem petit Aluarus Mendoza, idem alii eiusdem ordinis, quibus erat incurrendum in Lusitanorum Principis aciem. Quibus Rex, Immo simul omnes, inquit, inuadite, cuius agmen video equitatu peditatuque confertissimum. Sex igitur illæ cohortes quas diximus ad Hispani dextram positas, signo vtrinque tubarum dato, in Lusitani Principis atque Eborensis Episcopi cohortes signis collatis incurrunt, sed magna pars tormentorum globis stlopetarumque glandibus excepta, aut cecidit, aut ictibus faucibus ex pugna discedit. Alii cum in hostium robur firmissimum incidissent,

incidissent, facile pulsi sunt, sequi partim ad cohortem prætoriam, partim ad cornus sinistri cohortes receperunt. Igitur cornu nostrorum dextro fuso fugatoque, in sinistro quod erat ad fluminis ripam, meliori euentu pugnatum est. Nam cohors prætoriana cum eiusdem cornus reliquis cohortibus, hostem sublato clamore inuadit, editur hinc atque illinc magna strages, pugnatum est ad tres horas nusquam inclinante victoria. Sed fortuna tandem cepit aspirare nostris, atque hostem cedere cogit, quem neque pudor retinere, neque persequentium illata cædes, neque Princeps suus integro adhuc exercitu ad pugnam reuocare. Itaque fusi palantesque alii alia via Taurum petebant, alii se in flumen præcipites dabant, mortemque timore mortis oppetebant, quorum cadauera secundo amni deuecta, postridie eius diei cum armis spoliisque visa sunt. Illud pro certo compertum est, ex Lusitanis multo plures flumine absoptos, quam ferro cætos occubuisse. Lusitanus cum fusas fugatasque cerneret copias suas, hostemque fugientibus instare, neque subsidii quicquam a filio superuenire, ne in aduersæ partis armatos incidere, viam quæ Taurum ducebat, declinans, cum paucis dubia iam luce ad Castrum Inui tendit, vbi ab arcis præfide suarum partium fautore excipitur, magnificeque tractatur. Captum est Lusitani vexillum, cuius erat insigne vultur, sed Petri Verasci & Petri Vaccæ ignauia, quibus traditum est ut asseruaretur, ab hostibus postea est receptum. Vnde non sine causa inter Hispanos Lusitanosque in hunc usque diem disceptatur, captum ne fuerit, an non, vexillum illud regium. Illud certe inter vtriusque satis constat, signiferum ipsum in prælio comprehensum, Zamoramque deuectum, armisque spoliatum, quæ Regis & Regiæ iussu in Hispanorum Regum conditorio, quod est Toletum in maximo diuæ Mariæ, usque in hunc diem suspensa cernuntur. Capta sunt & alia quoque octo signa, & cum antesignano complures alii viri nobiles. Eorum qui ex alterutra parte desiderati sunt, non potuit certus numerus colligi: fuisse autem cætos multo plures, quam toto huius bellis tempore, nemo vnquam dubitauit. Ex nostris vnus tantum captus est, Enriques Enriquez Albensium ad Lissim Comes, qui putans se non deserendum a suis, dum persequendi fugientes ardore fertur, ad Taurini pontis caput exterior usque progressus est. Vbi circumspiciens an se quisquam ex suis sequeretur, a Lusitanis est comprehensus, Taurumque perductus. Atqui Lusitanorum Princeps cernens patris copias fusas profligatasque, contrahit suam cohortem, atque locum editiorem occupat, ut fugientibus subsidium præstet. Et quamquam nocte iam aduentante dubiaque luce supererat animus quibusdam ex nostris Ducibus, cohortem illam inuadendi, non potuerunt in ordinem redigere equites peditesque, per omnem campum sparsos, partim in hostibus persequendis, partim in cadaueribus occisorum spoliandis, instabatque nox, in qua nihil insigne agi poterat, cum præsertim in horas pluuia increbresceret. Tum Hispanus cum intelligeret in campo nihil iam hostile, nihil infestum, sed victoriam penes suos manere, iubet receptui canere, atque relictis Cardinale atque Albanorum Duce qui campum colligerent, ipse per noctis tenebras, pluuiaque vigente, ad inceptam obfidionem redire properat. Erat namque suspicio, Lusitanum per alteram fluminis ripam copiarum partem potuisse præmittere, quæ stationes raris custodibus munitas disturbarent, & obsessis cum com meatu recentes armatos immittere.

Quid Lusitani fugati fecerunt Tauri Rege suo amisso. Caput VIII.

QVO tempore Lusitanus acies ducebat eo consilio, de quo in superioribus dictum est, reliquit Tauri Guimaratorum Ducem cum præsidio, ne interim oppidani ad hostem deficerent. Qui videns Lusitanos suos fusas fugatosque, inermes, cætos, mutilatis membris truncos, atque interrogatos quo modo se Lusitanorum haberet, aut vbi esset, nihil certi respondere, suspicatus prodicionis aliquid ab Hispanis subesse, iubet portas obstrui, muros turreaque præsidio firmari, ne cum Lusitanis Hispanos quoque intra munitiones admitteret. Toletanus præsul, & qui sub illo militabant Hispani, & qui ex prælio fugerant Lusitani, Ducem orabant, ne de Rege suo bene meritos excluderet, simul etiam a persequentibus

imminere periculum dicitabant, si non intra mœnia reciperentur: vulneratique imprimis ad cœlum vsque clamores tollebant, crudelitatem in se a suis exprobrabant. At Lusitanus Princeps posteaquam ex suis quos potuit, in suam cohortem recipit, Taurum repetit, & intra muros admittit Archiepiscopum deducit secum, atque alios omnes in suum quemque diuersorium excipit iubet. Qui posteaquam partem suorum numero abesse comperit, ut erat ingenti animo, vix dissimulat Regis amissi damnum, premitque altum corde dolorem. Sed quod magis illum torquebat, erat præfulis Toletani fides suspecta, atque aliorum Hispanorum qui in partibus suis merebant. Nam quæ potest inferior esse conditio, quam illorum qui neque amicis audent confidere? Iubet itaque vulneratos curari, fessos recreari, mœstos bene sperare, atque in dubia fortuna ne deficient, hortatur. At non Guimaranus Dux cui fuerat a Rege custodia vr̄bis credita, potest se continere, quin omnibus manifesta doloris signa depromat, prorumpit in lachrymas, pulsat pectus, comam vellit, vestes dilacerat, atque in quoscunque obuios deserti Regis inuidiam concitat. O degeneres, inquit, & ingrati, beneficiorumque immemores, ubi est Dux vester? ubi Rex? ubi Dominus? ubi specimen? ubi Lusitanæ reip. columen? Non potuistis seruare vnum, in quo salus omnium continebatur, vitæque omnium sita erat? Non pudet vos venire, postque Ducem vestrum desertum proditumque, hominum conspectum intueri? Ab apibus saltem condiscere debuistis obseruare Regem, quæ ductorem circumstant suum fremitu denso, stipantque frequentes, & sæpe attollunt humeris, & corpora bello obiectant, pulchramque petunt per vulnera mortem. At non hæc illa sunt quæ in pace quondam pollicebamini, in Regis aula frequentes & officiosi, sed nunc in prælio ignavi & desertores. Itaque non solum facti estis læsæ maiestatis rei, sed etiam amicitia legem violastis, quæ iubet amicos in aduersis, antea quam vocentur, adesse, in prosperis non nisi vocatos. Hæc & huiusmodi mœstus ac lugubris Dux iactitabat. Illi vero præ pudore, scelerisque admitti conscientia, nihil respondebant, sed fortunam suam lamentabantur, quæ illos tali in tempore obcæcauit. Sed Hispanos, atque imprimis præfulem Lusitanum, non tam res male gesta damnaque in prælio accepta cruciabant, quam quod relicta potiori causa, pro transfugis ab omnibus habebantur, & quod ab iis in quorum partibus erant, suspecta fides haberetur. Dum hæc Tauri peraguntur, Lusitanus apud hospitem suum variis sermonibus noctem producit, quid de filio, quid de cohortium præfectis, quid de tanto exercitu sit actum ignarus: & quamquam animi dolorem vultu dissimulabat, stupor tamen illi omnem abstulit mentem, quippe qui non statim suos fecerit certiores, quo illum pugna tempestas appulerit. Sed iam primo diluculo respiciens, omnibus de rebus dat literas ad filium perferendas, quas deinde subsequitur ipse, seque suis expectatum reddit. Hispanus interim exercitum victorem laudat, gratulantibus se hilarem benignumque exhibet, atque Reginae literas tantæ victoriæ nuncias mittit, quæ Turdesellis eo tempore morabatur belli cœntum expectans. Supplicationes itaque solennesque pompas decernit, pulvinaria in templis iubet sterni, ipsa nudis pedibus ex aula regia ad ædem vsque diui Pauli extramuros progreditur, laudans & magnificans Deum, atque gratias agens pro tantis in se, consortemque suum, omnemque exercitum collatis beneficiis.

Zamorana arx capitur. Magister a Calatrana, & Vrenatium Comes a Lusitano desciscunt, a quo Toletanus discedit. Caput IX.

IN TERE A Rex imperat obsidionem arcuari, stationes & machinas arci admoueri, utque se ad oppugnationem parent, voce præconis edicit. Quod Alphonsus Valentinus arcis præfectus cum videret a Lusitano nihil auxilii amplius expectandum, quippe quem acceperat in acie profligatum, agit per Cardinalem cui erat consanguinitate propinquus, ut pristinis erroribus sibi condonatis, in obsequium famulitiumque regium restitueretur: dicebat velle se, omniaque sua, vitæ necisque arbitrium regiæ maiestati dedere. Cardinalis propinqui misericordia commo-

commotus, excusare apud Regem ætatis leuitatem, omnem culpam in Ioannem Porrium illius focerum conferre, respondere pro illo fidelem deinceps operam perpetuamque in Reges Hispanorum obseruantiam. Annuit Rex Antistitis tam bene de se meriti precibus, condonat adolescenti erratum, omnia bona restituit, arcem recipit, in quam Lusitanus preciosas vestes, aurum, argentum, ac pulcherrima quæque domus ornamenta congefferat. Erant qui a Rege peterent illa omnia spolia nomine in manubias redigenda, unde resarciretur damna in eo bello a multis accepta. At Rex neque sibi quicquam inde accepit, neque aliis habendum sibi permisit, sed omnia fide summa Lusitano reddi iubet. Accepta arce, validiorique præsidio commeatuque munita, Methymnam ad campum proficiscitur, quo se venturam ad certam diem ex Turdesellis Regina constituerat. Comestabilis interea non minus apud Regem & Reginam laborat de reconciliandis obsequio regio duobus egregiis fratribus, altero a Calatrava Cisterciensis militiæ magistro, altero Comite Vrenati, quos Villenatum Marchio patruelis natu maior ad Lusitani partes illexerat, & quo citius rem conficeret, despondet Comiti filiam, atque a Principibus impunitatem erratorum pollicetur. Principes vero nostri tamen si duos iuvenes ætate florentes, armis instructos, opibus copiosos ab aduersario subtraherent, sibi que obsequentes redderent, magnum fore momentum in utramque partem, & suas augendi vires, & hostiles debilitandi, Comestabilis precibus acquiescunt, errata condonant, illosque deinceps suorum numero esse iubent. Toletanus quoque Archiepiscopus cum fieret quotidie certior, omnia quæ ad ipsum præfulatum ratione pertinebant iura impediri, atque oppida, municipia, castella, & arces partim a circumstantibus præsidiis vexari, partim deficere, aut de defectione cogitare, petit a Lusitano commeatum facultatemque ad suos abeundi, antea quam noui quicquam molirentur. Petit præterea turmam equitum quæ illum comiteretur, quoad se ad suos reciperet. Id cum Hispano Regi compertum esset, mittit Petrum Manriqueum Comitem a Triuinio cum sua cohortisque prætorianæ parte, qui illum persequeretur, præhensumque ad curiam perduceret. Sed ille antea se Complutum, quod erat suæ ditionis oppidum, recepit, quam Comes eum consequi potuisset. Ea itaque frustratus spe, ad Regem Reginamque redit. Inter illos qui Lusitani partibus fauebant, erat Attencia arcis præses, natura hominumque labore munitissimæ, qui non contentus regiis vectigalibus quæ ex salinis opima percipiebat, finitimos populabatur agros, atque in remotiores quoque excursiones faciebat. Erat præterea terræ illius indigena Garsias quidam Brauus ordinis equestris, vir acer & strenuus. Is agit cum famulo quodam præsidis, ut qua nocte sortiretur vigiliam, ex muro demitteret funem, per quem scælæ sursum attollerentur. Quod cum ex voto processisset, scandit primus omnium Garsias ipse, tum alii centum instructi armis quos ad negotium peragendum duxerat, comprehensoque præside, vxore, omni que familia, potitus est optimis spoliis, quibus propter insignem viri operam in arce recuperanda, a Rege atque Regina donatus est: æstimata sunt spolia centum millibus ducatum aureorum. Idem Brauus paucis postea diebus oppugnat Camarenam oppidulum id erat, quo se recipiebat Ioannes quidam Touarius, famosus alter latrunculus, atque viarum grassator insignis, qui & ipsi Lusitani partes sequebantur. Quibus duobus monstris e medio sublatis, pax regionibus illis restituta est.

Lusitanus redit in regnum auitum, petiturus inde Gallie Regem: & quæ Madriti gesta sunt. Caput X.

LUSITANVS cum videret se acie superatum, amissis duabus arcibus quibus plurimum fidebat, Burgenfi ac Zamorana, debilem, & ab iis qui fuerunt autorestanti belli inchoandi, desertum, suarum quoque partium fautores indies minui, quid consilii caperet ignarus, huc atque illuc mentis aciem vertebat. Pudebat illum reditus in patriam quam iturus ad bellum peregrinum pecuniis exhau-

ferat. Turpe putabat venire in conditiones quas victor hostis proponebat. Vires suas impares iam prælio expertus erat. Pecuniæ vnde nouum exercitum conduceret, aut stipendia præsentis solueret, non suppetebant. Placuit tandem ab externis gentibus auxilium petere. Sed vnde peteret, nisi ab eo cum quo nuper fœdus inierat, & qui pro Ruscinonis Comitatu repetendo, iam bis nostros bello lacerarat: Sed antea quam in Galliam proficisceretur, statuit Lusitaniam suam repetere, vnde facilius tutiusque nauigare posset. Itaque partem copiarum per arces, castella, & munitiones, quæ adhuc pro se in officio perstabant, in prædidiarias cohortes distribuit, partem secum in patriam reducit. Et quia interim Ioannes ille Villoa qui sibi Taurum urbem cum arcæ ad futuri belli vsum tradiderat, diem suum obierat, 10 Marialbanorum Comitem in vrbe cum validiori præsidio relinquit, præsidiorumque præfectis edicit, vt quam diu ipse abesset, hostium agros populentur, ferro & igni omnia vastent, seq; breui ex Gallia cum auxiliariis copiis venturum pollicetur. Erant eo tempore Madriti, quod oppidum nos Carpetanorum Manruam interpretamur, erant, inquam, duæ factiones, quarum altera cuius caput erat Ioannes Zapata, vir qui inter indigenas nobilis & factiosus Machionem Villenatem sequebatur, qui non modo arcem, verum etiam totum oppidum firmissimo præsidio tenebat, cui præfecit Rodericum Castanetum Cifontani Comititis fratrem, pulsisque alterius factionis principibus, propterea quod Regis & Regi- 20 næ partes tuebantur, soli Marchionarii oppidum habitabant. Nam plebs sequitur fortunam, vt semper, & odit præsentem statum, & concupiscit nouum. Erat pulsæ factionis caput Petrus Nunius a Toletis, equestris ordinis vir. Is agit cum clientibus & amicis quos in oppido habebat quamplurimos, quemadmodum intra mœnia reciperetur, si maiores copias quam essent prædidiariæ conduceret. Communicat rem cum Petro Ario, atque vterque cum Duce Infantatus. omnibus visa est res digna, in quam omnes intendant neruos, putantes se in eo singularem operam non solum Regi & Reginæ, sed etiam vniuersæ Hispanæ reipub. nauaturos. Dux Reginam consulit quid sibi in tali negotio faciendum esset. At illa, vt ad rem conficiendam totis viribus insistat, non modo hortatur, verum etiam atque etiam rogat obtestaturque. Mittit præterea ex cohorte prætoria tres cataphractorum 30 equitum turmas, cum suis quamque præfectis, Iacobo ab Aquila, Ioanne a Roboribus, Ioanne item a Turribus: quibus imperat, vt Ducis iussa faceant, atque omnibus in rebus illi obtemperent. Dux igitur auctus copiis a Regina missis, simul etiam cum Petro Nunio, & Petro Ario, qui & ipsi magno poterant esse adiumento, cum omnibus suæ domus grauis & leuis armaturæ militibus rem aggredditur. Id cum Marchionis præfectus sensisset (neque enim tantus belli apparatus latere potuit) fugat ex oppido quos suspicabatur partis aduersæ fautores, plebem in partes regias procliuem minis terret, muros portasque oppidi præsidio validiori firmat, subsidiarios milites opportunioribus in locis disponit. Atqui Dux ea spe frustratus in oppidi suburbio metatur, oppidum arctissima ob- 40 sidione cingit, commeatus intercludit, vt quos non potuit viribus expugnare, caperet fame. Iubet præterea cuniculos agere ad portam qua itur Guadalaiaram, cui præsidebat Petrus Aiala ex ordine equestri diui Iacobi commendatarius, qui suspicatus id quod erat, portæ munitiones cum muri parte suffossas iam lignis incumbere, atque supposito igni non magno negotio ruituras, ne hostis irrum- pens oppidum diriperet, atque factio extorris quæ inter obsessores merebat, in aduersæ factionis partes acrius sæuaret, cœpit agere cum Duce de tradendo oppido certis conditionibus, quibus præcipue de oppidanorum indemnitate cauebatur, illorum maxime quibuscum erant inimicitia ex inueterato factionis ad- 50 uersæ odio. Duce igitur cum suo exercitu intra muros recepto, Marchionis præfectus cum omni præsidio se in arcem recipit commeatu, armis, tormentisque munitissimam. Sed nihilo secius illam Dux arctiori obsidione premit, musculoque duplices a parte arcis extima ducit, atque viris, armis, machinisque munit, vt non modo quisquam ingredi aut egredi non posset, verum etiam si grandior exercitus aliunde veniret auxilio, nihil obsessis vsui esse posset.

Alterum

Alterum quoque murum duxit per partem quæ est inter arcem oppidanorumque domos, infermissis quibusdam aditibus per quos tumultuariis pugnis se inuicem lacerarent. Ibi cecidit Iacobus ab Aquila, vnus ex tribus illis Ducibus, quem diximus ad hoc bellum misisse Reginam. Ceciderunt & alii complures viri nobiles, & obscuro, tam ex obsessis, quam ex obsessores. Ex munitionibus præterea quas in agro Madritano infederat Ioannes ille Zapata & Petrus a Corduba, cotidie fiebant excursiones, incendia, cædes, populationesque pecudum, & armentorum, vsque ad oppidi loca suburbana, quoad profectum est a Duce, vt certis in locis equitum præsidia disponderentur, qui latrunculos illos passim exultantes in late- 10 bras suas cogere se recipere, atque hunc in modum obsidio in duos menses protracta est.

AELII ANTONII NEBRIS-
SENSIS, HISPANARVM ATQVE HISPAN-
NIENSIVM RERVM HISTORICI, DE-
CADIS PRIMÆ LIBER
SEXTVS.

Matricali Panhispanion celebratur, ubi cœptum est de societate quam fraternitatem vocant, constituenda agi. Caput I.



30 **M** hęc Madriti geruntur, curia, hoc est, Rex, & Regina, senatusque regius, Matricali citra montes in Vectonibus oppido celebrari erat. Ibi quoque Panhispanion, id est omnium ciuitatum municipiorumque Hispaniæ conuentus, agebatur, curias in numero multitudinis indigenæ appellant, in quibus cum aliæ res complures decrete sunt, tū vel maxime quod Elisabe junior vno omnium consensu declarata est Hispaniarum Princeps, atque hæres regno- 40 rumque successrix, quod & iureiurando sanxerunt ciuitatum municipiorumque procuratores, si modo proles virilis Regi & Reginæ non contigisset. Cœptum est agi præterea de fraternitatibus, ita Hispani vocant populorum inter se societates, ad hoc potissimum institutas, vt latrocinia cædesque in viis publicis & agris perpetrata vindicarentur, quæ mala in vrbes quoque & municipia vicosque tyrannorum arcibus subiectos adeo serpebant, vt domi forisque nihil esset tutum, sed ubique terror, vbiq; pauor, & plurima mortis imago, eoque miseriarum deuentum est, vt grassantibus sceleratis hominibus, nemo iam esset vir bonus, & pie iusteq; viuendi cupidus, qui pro recuperanda libertate non libentissime dimidium fortunarum sua- 50 rum non pacisceretur. Idque cum omnes vellent, omnes cuperent, deque nulla re alia frequentius alter ad alterum loqueretur, quam de inueniendo tantis malis aliquo remedio, nemo tamen erat qui negotium assumeret, atque rem tam desperatam aggrederetur, & morbo tam pernicioso medicamentum aliquod inueniret. Primus omnium quasi signum aliquod ad bene de Hispana rep. sperandum sustulit Alphonsus Quintanilla, equestris ordinis vir nobilis, ingeniosus, acer, & vehemens, idemque fisci rationumque regiarum quæstor maximus. Hic ortus ex Asturibus montanis facile ostendit, summos viros in obscura quoque patria plerumque nasci, at e contrario ignobiles in patria illustri. Et quo maior tantæ rei peragenda accederet auctoritas, assumit sibi socium Ioannem Ortegam. Ambo Regem Reginamque conueniunt, quo in statu res Hispana sit, commemorant, quid in tanta rerum omnium 60 perturbatione debeat & possit fieri, demonstrant, hoc bonos omnes, hoc in commune populos exposcere, nil aliud deesse quam regiam facultatem, vt bene iuante deo negotium perageretur. Placuit iustissimis Principibus opportunus sermo, ad rem exequendam hortantur, auctoritatem suam omnibus in rebus decernendis pollicentur. At illi oppidorum procuratores adeunt, mala quæ sustineant

DDd iij

impræsentiarum, quæque in futurum expectent, ante illorum oculos ponunt, ex negligentia quot pericula impendant, atque diuerso ex prouidentia quot bona sequantur, identidem repetunt. Sed quia de tanta re consulendi erant ii quorum procuratorio nomine res agebant, placuit constitui diem & locum, in quibus hæc disputanda essent. Locum in quem vndiq; confluerent, placuit esse Donias. Quo posteaquam ad constitutum tempus conuenerunt, cœptumq; esset de re cuius causa venerant disceptari, alii aliud sentiebant, altercationibusq; tempus consumebant frustra, & contentio illa eo tandem est deducta, vt omnes in eo iam essent articulo, vt quisq; ad suos re infecta rediret. Quorum disensionem cum Alphon-
sus Quintanilla sensisset, videns omnes suos conatus cœsisse frustra, ne quid in ex-
pertum relinqueret, hac, aut non multum dissimili oratione, illos in concionem
vocos aggressus est.

Alphonfi Quintanilla concio pro inuenda Hispanorum societate. Caput II.

SI quisquam ex vobis est, viri Hispani, qui miretur, cur ego qui neq; ingenio, neq; doctrina, neq; multa rerum experientia præditus desumpserim mihi, vel potius arrogauerim hoc dicendi munus, desinet profecto mirari, cum vitæ meæ rationes institutaq; ab ineunte mea pueritia suscepta cognouerit. Ego, viri optimi, cum sta-
tuissem omne tempus meum in aula regia consumere, atque sine æqualium meo-
rum inuidia, obsequium meum infelicissimo Regi primum, ac deinde inuictissimi-
mis his Principibus meis præstitissem, nunquam destiti cogitare, si qua in re Hi-
spanis meis accommodus esse possem. Habeo huius animi mei testes cum alios
quam plurimos, tum maxime ex vestro numero non paucos, qui ex me sæpe audi-
erunt partim publice in huiusmodi locis verba facientem, partim priuate in ser-
mone familiari, quam me hic status reip. non delectaret, in quo bonorum nulla
aut certe perquam exigua ratio haberetur, malorum vero passim grassaretur im-
punitas. Neq; id quidem Principum nostrorum vitio, quibus nihil iustius, nihil in-
dulgentius, nihil humanius excogitari potest, sed temporum culpa, quæ non si-
nunt illos animaduertere in facinorosos, atq; pro dignitate bonos præmiis affice-
re, & quod ad commutatiuam pertinet iustitiam, ius suum cuiq; tribuere. Itaque
cum nuper ego cum hoc collega meo honestissimo viro retulissemus ad illos de
sermonibus quos de inuenda inter Hispanos societate Matricali habere cœpi-
mus, per quam omnia in meliorem statum reformari possent, incredibile dictu
est, quanta sint voluptate affecti, quanta gestierint lætitia, quanta nobis diligentia,
studio, & cura commendarint, vt vobiscum de tanto tamq; inopinato bono agere-
mus, operam omnem atq; autoritatem suam polliciti, si quibus in rebus opus esset.
Sed ad rem cuius causa huc venistis, redeamus. Negotium est quod non modo a-
nimos vestros a summo excitare, verum etiam ad facinorosorum hominum vltio-
nem inflammare debeat. Agitur de priuatis facultatibus vestris quas in agris, in pa-
stionibus, in mercaturis, in vestris domibus habetis, quarum bona pars aut pactio-
ne aut vi ab his latronibus intercipitur. Agitur de amicorum oppressione, de filio-
rum integritate, de filiarum pudicitia, de vxorum castitate, de clientum vestrorum
incolumitate. Agitur de fisco, regiiq; vectigalibus, quæ si non fide summa & sine
fraude exigantur, necesse est per capita siue censum vestrum distribui omnia quæ
ad illorum sumptus necessaria sunt. Agitur de vestra omnium securitate, qui neq;
per noctem domo egredi, neq; per diem extra urbium munitiones prodire aude-
ris. Agitur de pietate, de religione, deq; omni cultu diuino, quem videmus in dies
refrigerari, atq; in indubitatum tendere interitum. Quid igitur reliquum est viri
Hispani, nisi vt bonis auibus ineatur societas quæ tot nobis calamitates propulsa-
tura sit, totq; commoditates paritura, quæ dabit vitam cum tranquillitate iucun-
dam, restituet virtutes quæ nos Deo atq; proinde hominibus faciant beneuolos,
quæ nos ira atq; proinde libidine superatis, duabus animi pestibus ingentis, red-
dant nobis ipsis amicos? Et quoniam satis demonstratum est hanc societatem, si-
ue illam libet fraternitatem appellare, debere fieri, superest vt ostendamus, an
possit

possit fieri, & a nobis quidem fieri, ac præterea facile & a nobis fieri. Nam de im-
possibilibus, aut simpliciter, aut a nobis fieri, quia in potestate nostra non sunt, ne-
mo deliberat per se, neque alios in consultationem admittit. Quod autem id de
quo est præsens consultatio, posset fieri, & a nobis quidem fieri, & facile fieri, notius
est, quam quod demonstrari debeat. Suppetunt namque pecuniæ, neque deest
plurimæque omnibus conferendi voluntas, abundamus viris armisque, neque opus
est aliunde illa accersere. Habemus autoritatem Principum qui nostris inceptis
fauent. Habemus causam potiore, hoc est, iustam contra iniquos, quietis ama-
torum contra seditiosos multos, & fortes viros contra paucos & ex scelerum con-
sciencia pauidos. Hoc experti sumus in ipso statim initio, quo iustissimi nostri Prin-
cipes regnare cœperunt, cum iussissent in huiusmodi homines acriter animadu-
uertendum, id quod est Segouix gestum. Mirum dictu, vno atque altero ad sus-
pendium adacto, repente omnes alii aufugere, neq; vsquam deinde visi sunt. Qui
status in hunc vsq; diem permanisset, si non Lusitanorum illa tempestas quie-
tem nostram interpellasset. Nam quid ego de societatibus illis dicam quæ sub En-
riquo Rege fuerunt institutæ, cum omnes via latronculis & grassatoribus essent
obsessæ, cum viatores agminatim, ac nec sic quidem iter facere auderent, nonne
ad primam præconis vocem subito latuerunt? Durauit certe mos ille, quoad ipse
administri suis legibus abusi sunt, atque ditionis suæ terminos transgressi. Ex quo
necesse fuit ab Enriquo societates illas dissolui, quod certe nobis accidere non po-
test, quibus non est alia cura quam itinera pacare, latrocinia, furta, homicidia co-
ercere, ac præterea nihil. Erunt fortasse nonnulli qui huic sententiæ meæ obstant,
dicantque non posse iis de rebus facile conuentus fieri ex tam longinquis regio-
nibus, aut si fiant, in conferendis stipibus non fore concordēs. Erunt præterea qui
dicant huiusmodi societates non posse diu consistere, quod in aliis quoque huius-
modi societatibus factitatum sumus experti. Et quos interim æquo iure coegerimus
viuere, aut illi in quos fuerit acrius vindicatum, reddentur multo peiores quam
antea fuerint. Immo vero si opus fuerit, non magna erit difficultas semel, aut bis
in anno, per prouincias certis in locis conuentus aut nundinas fieri, quemadmo-
dum pastores menstruas faciunt, quas vocant mestas, atque etiam nunc annuas,
quæ sunt solenniore. Illi pro re tantum pecuniaria hoc faciunt, nos pro omni sub-
stantia nostra, pro vita, pro libertate, pro religione non faciemus? Nam quod ad
stipium collationem attinet, nemo est qui paruo ære mercari nolit, quod alioqui
sit omni patrimonio redimendum. Nemo est qui cum hac de re sum locutus, qui
non gestiat, qui non pruriat, qui non percipiat vnde cunque depromere, æstuarē,
extricare, quod sit tanto operi erogandum. Quod vero nonnulli timent, ne si ali-
quando dissoluantur istæ societates, acrius insurgant arcium præfides in subiectos
populos, in quos antehac exercebant iniquam dominationem, qui receptabant
latrones, qui facinorosos tuebantur: quin potius si nos intra ditionis nostræ termi-
nos continuerimus, si nos nobismet ipsis non defuerimus, si condiderimus leges,
quibus sacrum hoc collegium sanciat, non modo non dissoluetur, sed manebit,
æternumque durabit, quandiu pessima hominum seges suborietur. An inter ciui-
tatis regie incolas Talabricensesque potuit per annos quam plurimos permanere
qualicumque illa fraternitas ab hominibus obscuris instituta, quæ tot commodi-
tates per omnem regionem illam grassatoribus refertam attulit, & vos Hispani,
proceres illos saltem imitantes, non facietis in toto, quod illi fecerunt in parte?
Expergiscimini aliquando viri Hispani, & a maioribus vestris ingentes animos
concepit, quam iustam habeatis causam recogitate, cum quo hostium genere vo-
bis res gerenda est intelligite, in facinorosorum hominum vltionem insurgite:
Pro quibus meritis non solum in hac vita mercedem opimam labo-
rum vestrorum consequemini, sed etiam in beatorum
numero vestra nomina tran-
scribentur.

POSTEA QUAM dicendi finem Quintanilla fecit, visi sunt omnes propemodū illius orationi atq; sententiæ acquiescere, postulatūq; est vna omnium voce, vt conderentur leges, quibus sacra societas illa sanciretur, atq; stipis conferendæ statueretur modus, & militum numerus qui decreta exequerentur. Sed ne in ius regium contributio illa cederet, duraretque in æternum, cautum est, vt esset temporaria. Summa concilii ad Principes deuoluta est, & ab illis ad secretiorem illum augustumque senatum, quo res Hispana gubernatur. Principio quod ad con-
 10 dendas leges pertinebat, data est facultas optimis quibusdam viris ex ordine eque-
 stri, atq; vtriusq; iuris agendarumq; rerum peritis, numerus militum decretus bis mille equites, per classes vero stipibus distribuendis præfecti sunt viri boni, suarum rerum frugales, alienarum vero abstinentissimi. Constitutum est præterea colle-
 20 gium ex bonis prudentibusq; viris, quos Hispani consuevere deputatos appella-
 re. His præsidere voluerunt Lupum Riparium Carthaginensem Episcopum. Nemo vnquam a principio putauit societatem illam tandiu permanfuram, siue quod in primo illo triennio putabant a viarum latrocinii grassationibusq; posse Hispaniam purgari, siue quod populi grauate ferrent tam crebras fieri exactiones, siue
 quod antiquarum societatum exemplo, aliqua ex leui causa hæc quoq; posset dis-
 30 solui. Constitutæ itaq; sunt ab initio tumultuariæ quædam leges, quippe quas pu-
 tabant non longo tempore duraturas, sed qualescumq; illæ fuerint, nihilo minus
 confirmatæ sunt, additumq; robur, regiaq; autoritas, cum esset curia Matricali an-
 no salutis sexto & septuagesimo supra millesimum quadringentesimum. Cumq;
 postea ex triennio in triennium & deinceps societas illa propagaretur, & ex nego-
 ciorum varietate cotidie noui casus emergerent, opus quoq; fuit nouo Principum
 remedio. Fuerunt autem casus, in quibus societas illa iuris iudiciiq; exequendiq; iu-
 dicii facultatem haberet, quinque: primus in illos qui furtum, aut latrocinium, aut
 mortem, vulnusq; aut vim aliquam in loco deserto intulissent: secundus in eos qui
 illa eadem facinorosa in populo commisisset, perperatoq; scelere solum vertisset,
 in fugamq; se proripuisset: tertius in eos qui aut fores effringerent, aut domorum
 30 parietes effoderent, aut incendia valuis apponerent, aut scalis ad motis dicitas no-
 ctu conscenderent: quartus in eos qui stuprum in cuiusq; ætatis, aut sexus, aut con-
 ditionis hominem inferrent: quintus in eos qui iuris iudiciiq; executores impedi-
 rent, quo minus rem demandatam exequerentur. Constituuntq; vt in omnibus
 ciuitatibus, oppidis, municipiis, castellis, vicisque grandioribus, bini pedanei iudi-
 ces quotannis crearentur, & executor vnus, qui haberent facultatem iudicandi,
 determinandi, absolendi, condemnandi, sententiamq; exequendi, in iis dunta-
 xat casibus quinque. Si quid autem præter hos quinque casus legibus expressos emer-
 sisset, de quo merito dubitari posset, ad societatem ne illam, an ad ordinarios re-
 40 currendum esset, placuit rem integram ad ipsos Principes deferri, ex quorum ar-
 bitrio ea de re aut nouæ leges conderentur, aut si videretur, iuri communi defi-
 niendum relinquerent. His itaq; ordinatis omnes ciuitates, oppida, populiq; san-
 ctam & salubrem illam fraternitatem iniierunt, præterquam illi qui dominos priua-
 tos habebant, veriti ne inde sibi exactiones geminas exigerent, vnas quas frater-
 nitati, alteras quas priuatis dominis dependerent. Quæ res cum ad Comestabilem
 Hispaniæ delata esset, non modo non renuit, sed vltro illos qui dominationi suæ
 subditi erant, hortatus est, ne tam vilem, iustam, honestamq; societatem recusa-
 rent. Huius exemplo reliqui omnes Hispaniæ proceres secuti sunt, neque secutos
 fuisse postea penituit.

De Cantapetra Regis & Regina iussu obsessa, deque Beneuentani Comitæ liberatione. Caput IIII.

POST victoriam partam ex ea pugna qua in agro Taurino Dorii fluminis pu-
 gnatum est, Lusitani partes paulatim defluere, Regisque ac Regina procede-
 re in

re in melius cæperunt. Amissæ namq; munitiones quæ pro Lusitano steterant, ad
 Hispanos Principes accrescebant, & ii quibus autoribus ille tantum negocium in-
 choauerat, partim suis difficultatibus impliciti, partim fortunam secuti victoris, au-
 xilia promissa non mittebant. Sola itaq; Taurus cum paucis adiacentibus castellis
 & oppidulis in fide permanit, inter quæ fuerunt castrum Inui, Septem ecclesiæ,
 Cantapetra, vnde Lusitani excursions crebras in agros finitimos faciebant. Quas
 vt compescerent, visum est Principibus nostris Cantapetram in primis debere ob-
 10 sideri, propterea quod & captu facilius videbatur, & ad res deinceps gerendas lo-
 cus opportunior, & quod impræsentiarum latrones grassatoresq; plura nocumen-
 ta quam aliunde inferebant, non solum in vicis agrosq; finitimos Salmanticensiū,
 Methymnatium, Matricalem, sed etiam in longinquiora loca, excursions po-
 20 pulationesq; crebras facientes. Erat oppidum illud non ingenio loci, quippe quod
 erat in planicie situm, nō arte, neq; hominum cura munitum, cuiusmodi sunt epi-
 scopia, hoc est episcoporum prædia, quorum vsus fructus non perpetuus, sed tem-
 porarius est, & cum illorum vita terminatur, neq; tam futuris prospiciunt, quæ præ-
 sentibus vtuntur fruunturq;. Hoc tamen Lusitanus quanta potuit diligentia mu-
 niuit, atq; aggere, vallo, fossaq; præcipiti, & cuniculis reditis, transuersisq;, & muro-
 rum cauis in expugnabilem reddidit, ex equitibus peditibusq; addidit strenuissi-
 mum quemq; quibus præfecit Alphonsum Petridem Viuarium, paris strenuita-
 20 tis & audaciæ virum. At noster ballistas, tormenta sulphuraria, machinasque eo
 comportari iubet, stationes a tergo & a fronte munitas disponit, militesque per il-
 las distribuit, præfectosq; accommodat, quid cuiq; sit agendum, præcipit. Contra
 castrum Inui Septemq; ecclesias certis in locis præsidia disponit, ad compescen-
 das latronum excursions per agros, ne pabulorum, lignotumq;, ac frumenta-
 torum ministeria inciperent, & quia necesse erat Regem ipsum Panhupanio
 quod Matricali agebatur, interessè, obsidionis curam Duci a villa Formosa fratri
 notho, & Comiti a Triuinio commendat, ipse itque reditque viam, toties quoties
 vtrobique illius præsentia opus erat. Nullum interea tempus ocio dabatur, quin sta-
 30 tionarii milites stationes muris promouerent, machinarii tormentis mœnia qua-
 terent, stropetarii glandibus, arcuarii sagittis, fustibularii lapidibus obseffos lace-
 serent. At illi contra eruptionibus crebris non cessant ex improviso securos impe-
 tere, tumultuariisq; pugnis medio in campo cum illis decerrare. Editur vtrinq; cæ-
 des maxima, sed in Lusitanos proportione multo maior, quia ex paucis numeris
 minuebatur, qui suppleri non poterat, nisi auxilia mitterentur. Scribunt itaq; ad
 Regem suum, quo in statu res sit, certiore faciant, nisi supplementū cohortibus
 reficiendis mittat, nō posse diutius obsidionem sustineri, neq; fieri, quin se aut vi-
 40 ctori dedant, aut ferro fameq; mors oppetenda sit. At Lusitanus recensitis copiis
 quas habebat imminutas, tum suorum habitu qui desiderio domus sine comœditi
 in patriam redierunt, tum morbis ex laboribus victuq; maligno, tum quod ex au-
 xiliariis nemo apud eum remanserat, cum nō audere ad soluendam obsidionem
 recta proficisci, ad alias artes se cōtulit, exercitum statuit in Salmanticensem agrum
 ducere, vicis igni ferroque vastare, eo consilio, vt noster intermissa obsidione suis
 laborantibus opem ferret, & obseffis respirandi locū daret, & ad comœdatis alia-
 que necessaria importanda, & ad permutandos bene valentibus ægros, vegetis
 integrisq; fessos atque vulneribus confectos. Erant qui Regi dicerent, huiusmodi
 populationibus insistere non esse opus regium, sed latronum grassatorumq; illud
 50 vero magnificum, generosum, atq; ingentis animi opus, suis laborantibus optula-
 ri, in summis periculis positos media ex morte recipere. Quod si non suppetebant
 vires, vt cum hoste signis collatis decerrare posset, vastationem illam vicorū, agro-
 rumq; populationem, honestius tutiusq; per præfectos fieri posse dicebant. Erant
 qui suaderent, vt ad Gallorū Regis pacta promissaq; recurreret, quando in clinatis
 rebus ac propemodū perditis non erat vnde subsidiū maius certiusq; sperari posset.
 Alii contra, leuitati Gallicæ nō multum esse fidei dū, cum præsertim quo tempore
 fœdus illud initū fuerat, Lusitanis rebus fortuna aspirare videbatur, quæ nunc ad-
 uersa refragaretur. His sententiis Lusitanus incertus quid faceret, pergit, vt id exequere-

retur quod ab initio constituerat, in agrumq; Salmanticensem ducit exercitum. Quod ubi noster comperit, cum parte exercitus Comitem a Triunio mittit, qui Lusitani conatibus aduersetur, seq; cum Salmanticensibus iungat. Id cum Lusitanus ex interceptis exploratoribus accepisset, simul etiam & Hispanum, cui non erat par, Comitem subsequi, reputans secum non esse e dignitate regia cum Comite pugnare, neq; prudentis cum superiore confingere, cepit se paulatim in Taurum suam, hoc est in latebras notas, recipere. Sed ne suos in tanto periculo desereret, cepit cum victore de permutandis captiuis agere, vt ipse Beneuentanum Comitem datâ fide absolueret, oppidaq; & castella quæ secreto data erât, redderet, noster Comitem Pinnamancorum liberum ex vinculis abire iuberet, obsidionemq; Cantapetre tolleret, ea lege, vt præsidarii milites anno ab armis cessarent: id quod Pharii Comitis interuentu peractum est. Beneuentano Comiti in damni accepti compensationem a Rege & Regina aureorû ducalium millia decem dono data, la corona quoq; ciuitatis cum portu iam pridem illi facta, rursus confirmata est, imperatumq; arcis præsidi, vt illam Comiti traderet. At oppidani tamen si seditionibus intestinis erant discordes, ad hoc vnium facta conspiratione, arcem in Comitis potestate positam videntes, seq; a regali corona alienatos, pro communi libertate acriter insurgunt, arcem obsident, terra mariq; oppugnant. Cæterum Comes ex familiaribus cognatisque, & amicis, ac gregariis militibus cohortes parat, quas in auxiliû obfessis mittat. Oppidani vero ex instanti periculo facti acriores, obsidionem premunt, stationes a terra mariq; muniunt, diu noctuq; obfessis negocium facesunt. Comes deniq; cum eo quod semel intenderat, nihil proficeret, spe frustratus, cum oleum perdidisset & impensam, ab incepto desistit. At ciues magna cum sua lætitia ex Comitis seruitute in perpetuam se libertatem vendicant.

De profectioe Regis ad patrem, deque fontis Rabidi obsidione ab eodem Rege obiter soluta. Caput V.

CVM hæc apud Vectones in Hispania geruntur superiori, Ioannes Tarracensium Rex, huius nostri Ferdinandi pater, per literas sepe cum mandatis filium pellegerat, vt cum sibi per instantium negociorum intermissionem liceret, veniret ad se commentaturus de rebus quæ ad vtriusq; commoda regniq; gubernationem pertinerent. Erant eo tempore Rex & Regina Valladolidi. Sed Rex vt patris voluntati obsequeretur, in Tarracensense regnum proficiscitur: Regina vero Turdesellas cum præfenti exercitu, vt se Lusitani conatibus, si quid interea moliretur, opponeret. Per idem quoq; tempus Gallorum Rex fontem Rabidum obsideri iusserat, atq; in Bardulos finitimos vicorum direptiones agrorumq; populationes fieri. Cuius rei accepto nuncio Rex noster posteaquam patris desiderio satisfecerat, & rebus propter quas venerat ordinatis, ad Cantabrorû urbem Victoriam venit, atq; ex Asturibus, Bardulis, Cantabris, Vasconibus, superiorisq; Hispaniæ populis, ad quinquaginta peditum millia diuersorum generum armaturæ coegit, omninq; hoc belli apparatu ad fontis Rabidi obsidionem proficiscitur. Iam Galli de aduentu Regis cum exercitu intellexerant, Regemq; suum quid illis faciendû esset, consulerant, illisq; responderat, vt cederent tempori, seq; Oeasonem reciperet, ibiq; hibernarent, vere proximo eandem obsidionem redintegraturi: nec secus atq; sunt iussi, faciunt. Noster vero de Gallorum abitu factus certior, & ipse quoq; suas copias dimittit. Vtroq; Bardulos, montanosque populos lustrat, imperio suo legibusq; obsequentes laudat, in criminosos animaduertit, totamque prouinciam pacatam relinquit, atq; ad res inchoatas Reginamq; rediens, controuersias procerum ex regno Nauariæ obiter componit. Nam erant ex illis qui Pompeiopolim urbem totius regni metropolim, aliaq; oppida & castella vellent illi tradere, atq; se ipsos omnesque fortunas suas illius fidei permittere. Quod Rex auersatus renuit, Phœboq; ex sorore sua nepoti adiudicauit. Inter Lermatem Comitem, Petrumq; Peraltanum similtates composuit, & cum æternam pacem nō posset, inducias temporarias indixit. Cardinalis interea pontificalis officii partes esse ratus operam suam

suam interponere, literas cum mādatis ad Gallorum Regem mittit, Hispanorum Gallorumq; antiquam societatem amicitiamq; commemorat, Bardulorum officia in Gallos, inimicitias in Britannos ex professo narrat, in quos nunc scire armaq; inferre iubeat, in illorum fauorem qui quondam fuerint illi hostes acerrimi. Rogat, immo obsecrat, obtestaturq; vt a tanta rei indignitate se abstineat, neq; velit amicos veteres inimicis permutare. Nam quod ad Ruscinonis Comitatu pertinebat, non erat tanti, vt tam inueterata societas solueretur, cum præsertim si quid fractum aut dissutum erat, facile posset refici ac refarciri, si ad vtriusq; regni collimitium mitterentur vtrinq; viri boni & sapientes, quorum arbitratu & sententia lites contentionesq; sedarentur. Per eundem Cardinalis familiarem Gallorû Rex rescribit, non displicere sibi reditus in gratiam cum Principibus Hispanis, si conditionibus æquis negocium transigeretur, & Lusitani quoque qui se illi commendarat, ratio haberetur. Ad perficiendam rem inchoatâ vltro citroq; internuncius com meat remeatq;, quoad ventum est ad illud, vt in annum induciæ constituerentur, quo tempore dissensiones inter Hispanorum Gallorumq; Reges transigerentur, ex qua transactione totus Lusitani conatus pendebat.

Parietinus Comes Vclesium capit, arcem obsidet, ac deinde in deditioem accipit. Caput VI.

QVO tempore in Hispania superiori a Rege nostro hæc gerebantur, Dux Infantatus in Carpetania Madriti arcem quæ adhuc pro Marchione stabat, iussu Principum obsidione cingebat. Comes Parietinus qui, vt sepe dictum est, diu Iacobi Magistrum militiæ se profitebatur, Vclesium oppidum illius ordinis alterum caput proficiscitur, oppidoq; potitus arcis præsidem hortatur, quando ratione Magistratus ad se pertineret, eam sibi traderet, & cum sæpe antea precibus, blanditiis, & pollicitationibus nihil profecisset, minis agere cepit, & nisi pareat, se arcem obsesurum, neq; quieturû, quoad illam expugnet, pœnasq; ab illo exacturum quas proditores solent pendere. At præses vir constans fortisq;, nihilo magis quam antea mouetur, arcemq; armis & omni commearus genere munit, seque ad omnem belli fortunam aptat. Cæterum Magister hominis pertinaciam cernens arcem obsidet, perq; bimestre spaciû obfessos eo angustiarum redigit, vt iam & ad victum necessaria, & ad ægrotantium medicamenta, & ad vulneratorû remedia, omnia quibus erat opus, deficerent. Quo in statu sit res, Marchionem præses certiore facit, & nisi quamprimum suppetias ferat, nullam esse morâ quin qualicumque conditione faciat deditioem. Erat eo tempore Marchio Compluticum Archiepiscopo Toletano, cuius vtriusq; idem erat sensus de re communi. Qui videntes ex illa arcis cum oppidulo amissione, quam magnum detrimentum sequeretur, ad impendentis ac futuri belli opportunitatē, simul etiâ quod Lupus Valscus Archiepiscopi frater, atq; eiusdem factionis perquam studiosus, qui præsidio tenebat Optum ciuitatem finitimam, reddebatur infirmior, ex familiaribus, & amicis, propinquisq;, & aliis eiusdem sectæ participibus cogunt grauis & leuis armaturæ equitum ad tria millia, qui numerus multo superabat obfessores. Non potuit Magistrû latere tantus belli apparatus qui contra se fieret. Rem ad commendatarios, cohortiumq; præfectos, ac primarios viros refert, quæ sit eorum sententia, exquirat. Omnibus visum tempori esse cedendum, neq; expectandum, vt tanta spes fortunæ belli committeretur. posse namq; alio tempore obsidionem illâ commodius repeti & tutius continuari. At Magister, vt erat natura ingenti animo, & ex magnitudine rerum quas gesserat, magnâ sui fiduciam habes, fretus quoq; meliori causa, & cui non dubitabat diuum Iacobum cuius tesseram belliq; insignia gerebat, propitium fautoremq; fore, obfirmat animum, commilitonibusq; respondit se velle in obsidione persistere, vitamq;, si opus sit, pro laude atq; maiorum suorum dignitate pacisci. Cū vidissent illum commilitones animo tam obstinato, vt neq; passum ab incepto retrocedere vellet, alacres operi se accingunt, fossas murorum eruderant, aggeres valloq; erigunt, propugnaculis mœnium pinnisque pluteos appendunt,

stationes vero crebras vallo fossaque munitas contra arcem disponunt, & fortissimo quoque milite complent. Nunquam putarant Archiepiscopus & Marchio, Magistrum tantas copias expectaturum. Sed cum ad oppidi muros accessissent, stlopetarum glandibus, scorpionumque sagittis repulsi per extrariam arcis portam, posticumque admissi, in stationes agmine facto irrumpunt. Pugnatum est utrinque vehementer ab ortu solis ad occasum. Cadebant ex utraque parte multi, sed a Marchionis & Archiepiscopi multo plures, propterea quod iniquitas loci hos impediebat, illos vero adiuuabat, & quia succincti venerant putantes Magistrum non expectaturum hostes, neque machinas ad oppugnandum, neque victum ad permanendum, neque commeatum & necessaria ad arcem instruendam: opus intermit-
tunt, atque in tempus aliud differunt, receptisque vulneratis & ægrotis, atque in eorum locum validis robustisque suffectis, ad suos quisque reuertitur, intra paucos dies cum machinis, & tormentis, magnoque commeatu, grandiori que exercitu redituri. Eodem tempore, quemadmodum paulo ante diximus, Dux Infantatus Madritanam arcem Regis & Reginae iussu obsidebat. Qui factus certior Toletanum Marchionemque a Compluto Vclesium versus copias ducere, carris que & plaustris numerosas grandisque machinas magnamque vim commeatu secum vehere, partem exercitus retinet ad continuandam obsidionem, partem Magistro mittit in auxilium ad distribuendos Marchionis, & Toletani præfulis conatus, copiasque Furatum fratrem præficit, monetque quid illum facere oporteat. Ille, qua hostes venturi erant, locum
opportunum occupat, Magistrum de aduentu suo, & qua de causa venerit, certior facit. Ille vero refectus recreatusque tam in sperato auxilio, munitis stationibus tantum relicta obsidione cum reliqua exercitus parte auxiliariis se cohortibus adiungit. Iamque hostes aduentabant, iam se medio in campo mutuo conspiciant, neque amplius inuicem aberant, quam quo telorum ictus poterant pertingere. Continuerunt se tamen, & neutri in alteros irruerunt: quia orto iam vespere non supererat lux ad decernendum armis. Itaque locum tutiorem ad pernoctandum utri-
que sibi eligunt, ordinatisque cohortibus, in armorum procinctu utriusque expectant, quid alteri molirentur. Marchio vero & Archiepiscopus cum perspicerent se non posse exequi id cuius causa venerant, nisi armis viam aperirent, veriti summam
omnium rerum suarum fortunam vnius prælii committere, sub ipsum mediam noctis silentium in castellum quoddam quod pro ipsis stabat, neque longe aberat, se recipiunt, posteroque die sine vlla spe arcis recuperandæ Complutum redire. Atqui præses præsidiarumque milites cernentes se omni auxilio destitutos, neque in rerum omnium penuria posse diutius famem tolerare, deditioem faciunt, rebus propriis que ante obsidionem possederant, & vita que iam in potestate victoris erat, concessa.

Lusitanorum Rex Tauro relicta in regnum suum redit, atque inde ad Gallorum Regem proficiscitur, & quid illic egerit. Caput VII.

LUSITANVS Rex cum videret se delusum ab iis quibus autoribus tantum negocium susceperat, atque omnia cessisse aliter quam ab initio putauit, Marialbano Comiti arcis vrbisque Tauri præsidium commendat (nam Ioannes Vllloa ille qui sibi urbem tradiderat, repentina morte interceptus erat) dispositisque præsidiis per castella & arces que pro illo stabant, ducta secum Ioanna ex sorore nepte sua, Lusitaniam suam repetit. Diuque secum reputans quam turpe illi foret non modo apud suos, sed etiam apud amicos & alieniores, quorum aures falsis rumoribus impleuerat, neque iam spes vlla esset reliqua, nisi in Gallorum Regis fœdere quod pepigerat, pollicitationibusque quas illi iureiurando sanxit, statuit iam non per literas, non per nuncios legatosque, sed per se ipsum res suas agere, ordinataque regni ad-
ministratiōe classem armat, & omnibus ad viaticum necessariis implet, conscensa
naue prætoria in Galliam Narbonensemque nauigat, Massiliæque vrbis portum subit, Regemque Gallorum qui in Turonenfibus turribus eo tempore morabatur, de suo aduentu certior facit. Gallus eo nuncio lætus, aut lætitiā vultu simulans, honorifice hospitem excipi benignè tractari iubet, & pro regia dignitate omnia

omnia ministrari. At Lusitanus iter suum eo dirigit, vbi Rex Gallorum esse dicebatur. Rusticabatur autem eo tempore non longe a turribus Turonenfibus, qui factus certior Lusitanum aduentare, oppidoque propinquum esse, mittit in occursum qui rogent dicantque, ut ex navigationibus viæque laboribus in oppido quiesceret, seque ad breue tempus venturum dicit, & venit quidem, dataque & accepta salute, se comiter atque honorifice alloquuntur tractantque, & multis verbis vltro citroque habitis rerum suarum commentationem in aliud tempus differunt. Post aliquot dies Gallorum Rex Parisios proficiscitur, quem subsecutus est Lusitanus, qui videns Regem aliis negociis implicitum, sua vero quorum causa tam longam
viam terra marique fuerat emensus, de die in diem protrahi, adhibet bonos & graues viros Regisque amicos, qui exponant illi causam sui aduentus in Galliam, commemorentque ictum fœdus spemque auxilii quam sit pollicitus ad gerendum bellum contra communes hostes, ipsius Regis, quo Ruscinonis Comitatum repetere audent, cuius dotale regnum contra omnia diuina & humana iura retinent. Esseque tanti Regis etiam si non de sua vtilitate ageretur, prohibere iniurias, subleuare lapsos, supplicibus opem ferre, atque regno expulsos in pristinum statum erigere: hoc esse Regum opus honorificèius quam regnare. Quare oblitus se Regem, genuaque amplectens orabat obtestabaturque, ne in causa tam iusta & honesta desereret, fortunæque Regum miseretur, eorum maxime qui vim paterentur
iniuste. Sed neque fortunas suas tam esse perditas, ut non haberet regnum autum adhuc incolume, atque in ipso vnde summoueretur, vrbes, oppida, castella, proceres, viros principes ac primarios, quorum idem sit cum illo sensus de repub. Hispana. Ad rem tamen conficiendam vnum tantum deesse caput, ducem, moderatoremque, cuius auspiciis omnia gererentur, eum esse Regem Galliarum ac præterea neminem. Ad hanc Lusitani petitionem, ac potius promissi ac debiti exactiōnem, Gallus per eosdem internuncios respondet, non debere mirari Lusitanum, si homo tot tantisque negociis implicitus ad res illius non respexerit. Sum (inquit) o amici sollicitus bellorum que mihi (ut videris) impendent, alterum hinc a Burgundionum Duce, alterum illinc a Britannorum Rege, quorum conatibus reprimendis binæ copię sunt comparandę, quas iam oportebat fuisse conscriptas, præter eas
quæ sunt OEasone contra Bardulos Hispaniæque superioris incolas, quibus erat sibi animus alias adiungere. Ut tamen causa pro qua bellum erat gerendum fieret iustior, debere ipsum imprimis neptem ex sorore iuxta consuetudinem Romanæ ecclesiæ vxorem ducere. Alioqui neque ille posset esse Rex, nec se illi posse iure opem ferre. Et quia intercedat illi cum ducenda vxore propinquitas sanguinis, quæ esset impedimento quo minus iure posset fieri, supplicandum esse a summo Pontifice, ut illos a legibus solueret, quem prohiberent in iura connubii matrimoniumque conuenire. Hoc Regis Gallorum responso Lusitanus non multum lætus, exequitur tamen quod Gallus monebat. Literaque supplices ab utroque ea dera ad summum
Pontificem datæ, cœptumque in curia de negotio disceptari, neque defuerit utriusque partis aduocati qui rem in summam difficultatem deducerent. Urgebant Pontificem Regis & Reginae Hispaniarum legati, dicentes ex illa dispensatione, si concederetur, sequerentur multa detrimenta per omnem Hispaniam, cedes, latrocinia, agrorum populationes, viarum grassationes, atque dari materiam vnde religio mortalium & cultus diuinus minueretur. Cumque dispensationes huiusmodi conciliandæ pacis & tollendarum litium contentionumque causa concedi debeant, nunc concederetur in seminarium discordiæ ac simultatis, non modo ipsorum Regum, sed etiam summatum, & infimatum, & mediocri conditionis hominum odia, inimicitia, dissensiones orirentur, & quæ bello implicitos sequi consueuerunt. Instabant
ex altera parte Gallorum Regis legati & procuratores, dicentes iniuste sibi denegari quod aliis concedi solet, neque Regem suum ita meritum esse de sede Apostolica, ut eius petitiones in cassum cederent. Quibus Pontifex videbatur fauere, propterea quod opera Gallorum Regis indigebat ad certas quasdam res ad Cameram Apostolicam pertinentes. Tandem vicit vtilitas, dispensationem concedit, datque Lusitano perferendâ, secreto tamē, ne res aduersariis nunciaretur. Interea Lusitanus

ad Burgundiæ Ducem proficiscitur, cum quo erat illi arcta sanguinis propinquitas, experiri volens, si posset illum cum Rege Gallo in concordiam reducere, quo facilius auxiliares copias a Gallo posset habere. Erat eo tempore Burgundionum Dux occupatus in bello quod cum Loringiæ Duce gerebat. Locutique inter se multa de conditione reditus in gratiam Ducis cum Rege Gallo, Lusitanus partes negotii peragendi suscipit, rediensque Parisios nuncium accipit de morte Burgundionum Ducis, in prælio quo pugnatum est cum Loringiorum Duce. Burgundiæ Ducatus propterea quod Dux sine liberis decesserat sexus virilis, ex Gallorum legibus ad coronam corpusque regnorum Galliæ deuoluebatur. Rex occasione ex morte Ducis Ducatus capiendi arripit, hoc vnum agit, Lusitanum dimit- 10 tit, in Hispaniam ut redeat hortatur, sequi confecto Burgundiæ negotio missurum maiores copias quæ selimitaneis coniungant qui erant OEafone, pollicetur. Lusitanus omni iam spe fraudatus, eo miseræ fortunarum suarum deuenit, ut de religionis ingressu cogitaret, idque Hierosolymis, ut esset longius, quam quo rerum Hispaniarum nuncius peruenire posset, fecissetque, nisi a familiaribus, atque imprimis a Phario Comite qui illum in tota peregrinatione illa fuerat secutus, mutare sententiam fuerat coactus. Tunc abeundi copia a Gallorum Rege petita & obtenta, eadem via remenso mari in Lusitaniam suam qua venerat, reuersus est.

De Segouienſi arce dolo a Maledonato capta, & a Regina rursus in potestatem suam redacta. Caput VIII. 20

ANDREAS Caprarius, quem in parte superiori sæpe diximus sub Enriquo Rege fuisse regis domus villicum, atque Segouienſis arcis præsidem, ex quo tempore Lusitanus in mediam Hispaniam irruerat, Regi & Reginae familiarissimus fuit, propterea quod fortuna belli adhuc ancipiti, Lusitano relicto partes illorum secutus est, thesaurusque Regis Enriqui quos in arce seruandos deposuerat, opportuno tempore illis tradidit. Quo facto ita Principum voluntatem demeruit, tantamque ab illis gratiam inierat, ut non modo nihil ex iis quæ antea possidebat, immutarent, sed illum postea multum beneficiis & honoribus accumularent, inter quæ 30 arcis præsidium vrbisque tutelam, & quod grande pignus amoris erga illum & illius erga se fidei fuit, quod vnicam filiam Elisaben iuniorem iam Principem designatam (nondum enim Ioannes erat natus) illi ad seruandam educandamque commendarunt. Erat Alphonsus quidam cognomento Maledonatus, cui Caprarius arcem sui loco tenendam crediderat, quam postea Petro a Bouadilla focero suo Beatricis Bouadillæ vxoris suæ patri tradi iusserat. Maledonatus sensit eam honoris diminutionem, indoluitque amplius quam pro materia decebat, habitaque temporum ratione, in quo non modo sceleris quod parabat, impunitatem assequeretur, verum etiam grande aliquod sibi prouenturum, cepit cogitare quemadmodum arcem 40 prenderet, Elisabenque Principem in potestatem redigeret, quibus obsidibus cum Rege & Regina, si posset, proditoris precium pacisceretur: quod si non liceret, ad Lusitanum confugeret. Erat illi tanta familiaritas in ea domo, ut ingrediendi arcem & exeundi facultas semper pateret. Fingit sibi opus esse saxo quodam magno quod erat in arce. Id sibi Maledonatus petit, ad nescio quos domus suæ vsus, & cum vix a pluribus versari posset, armat quatuor facinoris quod incipit conscios. Arma fuerunt occulta, & quæ facile tegi poterant, cum præsertim ab illis nulla posset oriri proditoris suspicio. In arcis portas irruunt, ianitorem trucidant, præsidem in vincula coniciunt. Cuius satellites cum putarent tantum scelus non potuisse nisi a plurimis attentari, in turrim perpulchre munitam, vbi Elisabe Princeps erat, se recipiunt. Cum illam proditores oppugnarent, nihilque proficerent, reliquas ar- 50 cis munitiones & propugnacula occupant, & quia pauci erant ad tantam rem tuendam, ex ciuibus qui alterius erant factionis, complures admittunt. Ioannes Arius ciuitatis præsul qui propter similtates quas cum villico habebat, eo tempore aberat, ad rei actum nuncium accurrit, sequi vrbis primoribus agglomerat. Ciuitatis portas quæ a villico stabant, non magno negotio capiunt. Regina certior facta carum

earum rerum quæ Segouia gerebatur, eo iter arripit. Iamque vrbis aduentabat, cum ciuitatis proceres, legatos ad illam in occursum mittunt, qui supplicent illi ne admittat secum in urbem Comitem Beneuentanum, quippe qui pedibus manibusque fauebat villico, eiusque vxori Beatrici Bouadellæ. Quod nisi prohiberetur urbem intrare, posse fieri ut populus ira percitus aliquid auderet, quod in ipsius Reginae offensam & villici atque eius vxoris perniciem cederet. Ad quam petitionem Regina respondet, iniquum esse quod Segouienſes ciues vellent imponere leges Principibus, quas subditis consueuerunt imponere Reges, victoresque victis. Ite igitur (inquit) atque meis verbis dicite illis, ut desinant insanire, molianturque aliquid quod 10 postea in ipsorum caput retorqueatur. Hæc dicens, urbem cum vniuerso comitatu ingreditur, atque deinde arcem petit. Cumque arcis pars a ciuibus teneretur, pars ab iis qui in auxilium villici præsidisque confluxerunt, neque cessarent missilibus se lacessere: Cardinalis & Beneuentanus Comes, aliique quibus Regina auscultabat, suadebant illi ut arcis portas claudi iuberet, ne si furor populi frequentis arcem occuparet, pugna conferebatur, quam nemo, nec ipsa quidem, posset dirimere. At illa contra iubet omnes portas aperire, populumque admitti, quantum arcis impluuium capere posset. Quos Regina ex superiori loco comiter allocuta, Dicite, inquit, o amici, quis furor agitat vos, aut quid sibi vult in media rerum omnium tranquillitate hic armorum tumultus? Si quid est quod in rem vestram sit, aut malæ 20 tractationis aliquam habetis in villicum actionem, en ego adsum, quæ remedium ponam, neque patiar a quoquam ex iis quibus iustitiam aut partem aliquam reipub. administrandam commendauit, iniuriam fieri. Omnes vna voce conclamant, Excludatur villicus, cuius insolentias atque suorum pati non possumus. At illa iubet omnes qui a ciuibus stabant, & qui ab Andrea Caprario, ex munitionibus pelli, eiusque præsidium Gonſalo Aconi regis domus œconomo & quæstori maximo sub publica fide tradit. Ciuibus autem imperat, ut deputent certos, bonos, sapientisque viros, qui deferant ad ipsam, aut ad eos quibus ipsa causæ cognitionem commiserit, querelas illorum quos Caprarius aut suorum quispiam læserit. Ille vero innocentiam suam purgavit, & si quid obiectum est, & omnem culpam in suos 30 reiecit. Nam compertum est postea, totum illud inuidia & malevolentia quorundam nobilium esse conflatum. Quare Regina & arcis præsidium & alia ornamenta dignitatis illi restitui iubet.

De Archiepiscopi Toletani & Marchionis Villenatis cum Rege & Regina reditu in gratiam. Caput IX.

QUANTA pertinacia & rebellione Archiepiscopus Toletanus & Villenatum Marchio Lusitanorum Regis partes secuti sunt, in libris superioribus demonstratum est, eoque fortuna illos deduxerat, ut nihil iam quærerent, nisi honestam viam 40 ab officio male promisso discedendi, sequi ad melioris causæ Principes transferendi. Spem vero omnem fiduciamque rei conficiendæ magnam in Rege Tarraconensium habebant, qui de illorum reditu in gratiam cum Rege & Regina sæpe egerat. Sed interim mittunt bonos prudentesque viros & religiosos, qui errata excusent, poenitentiamque errorum exponant, & petant veniam, voluntatemque in posterum intermissa obsequia emendandi declarent. Acta est causa diligenter apud Regem & Reginam per amicos, quorum orationi & precibus accesserunt literæ a Tarraconensium Rege qui conficiendo negotio plurimum studebat. At Principes nostri habita ratione temporis & fortunæ quæ in rebus bellicis plurimum dominatur, & paruo momento huc & illuc impellitur, deinde quod meminerant officio- 50 rum Archiepiscopi, quæ apud ipsos fuerunt illustria, quo tempore in multarum rerum difficultate laborabant, & quod Marchio trahebat secum multas nobilissimasque familias propinquorum & affinium amicorumque qui illum sequebatur: statunt illos donare veniam, ut hoc vno beneficio & Rex patri, & Regina focero obsequeretur, simul etiam ut illos ex hostibus amicos faceret, exequerenturque Vergilianum illud quod fuerat Romanorum peculiare, *Parcere subiectis, & debellare superbos.*

Atq; vt beneficium beneficio cumularent, vestigalia & bona quorum vsu illis fuerat interdictum, restitui iubent. Sed & Lupus Vascus Archiepiscopi frater Optū urbem cum arce tradidit, tametsi ab Enriquo Rege hæreditario iure fuerat ea donatus. Madriti quoq; arcem quā Dux Infantatus longa obsidione premebat, Regis & Reginae arbitrio relinquit. Castrorum etiam Iuliorum arcem quæ Præside Petro a Beatia pro se stabat, sequestro tradendā Gonfalo ab Auila pollicetur, quoad sibi satisfiat quibusdā de rebus ex pacto conuento quod cum illo pepigere. His in hunc modum peractis iureiurando sanxerunt, se permanuros in fide atq; obsequio Regis & Reginae, seq; pro hostibus habituros quos illi hostes esse, & pro amicis quos illi amicos esse decreuerint. Archiepiscopus insuper ad summum Pontificem sedemq; Apostolicam dat literas de suo reditu in gratiam cum Rege & Regina, partim excusans se quod fecerit tot mutationes in exhibendo suis Principibus obsequio, partim accusans pœnitentiamq; agens quod abiurata Elisabe Principi ac deinde Regina, quam antea iurauerat, Ioannam subditiuam Enriqui Regis filiam iureiurando Principem Reginamq; postea designauerit. Nunc vero se bona fide redisse in ipsorum gratiam quos læserat, idq; assecutum non tam suis meritis, quam illorum singulari humanitate atq; clementia. Quare a sanctitate sua precabatur supplicabatq; vt quod a se factum erat, boni consuleret, atq; in bonā partē acciperet. Per idem vero tempus Othomanus Turcarum Rex trecentarum & eo amplius nauium Eubœam insulam Bœotiae adiacentem petit, & primo aduentu Storam & Basilicon oppida non magno negotio expugnat, captaque funditus delet, deinde Chalcidem urbem nobilissimam obsidet, atq; posteaquam triginta diebus oppugnat, tandem per totam noctem tormentis machinisque muros quatens, atq; vicissim militibus oppugnans, sub lucem acrius insidit, secundaque diei hora capit. Turci victores debacchati sunt in omnem sexum & ætatem, eo vel maxime irati quod in ea oppugnatione ingentem cladem acceperant.

AELII ANTONII NEBRIS-
SENSIS, HISPANARVM ATQVE HISPANIENSIVM RERVM HISTORICI, DECADIS PRIMÆ LIBER SEPTIMVS.

Quaratione Taurus ciuitas quæ pro Lusitanorum Rege stabat, pastoris cuiusdam industria recepta est. Caput I.



M adhuc per ea tempora Rex esset cum Ioanne patre in provincia Tarraconensi, Regina verò Segouiae, quo venerat pacificandæ ciuitatis causa ex turbulenta illa seditione quā induxit Maledonatus, de quo dictū est in superioribus: venit ex insperato nuncius qui fecit ipsam ipsa lætitia lætiores, Taurū urbem in potestatem præfectorum suorum venisse sine vllō militū sanguine, sine vllō dispendio, sine detrimento deniq; vllō. Quæ res in hunc modū gesta est. Pastor quidam ouium Bartholomæus nomine, ipsius ciuitatis incolā, venit ad Alphonsum Fonseca Abilensem Episcopū, dixitq; daturū se viam qua vrbs illa caperetur, si ei auscultatū fuisset. Quonam, inquit, modo, Episcopus, aut vnde id compertū haberet? Ego, inquit, iā inde a puero pastor sum, qui in suburbanis pascuis semper oues meas pasci atq; obseruari, frequenterq; illas egipastum in cliuum illū arduū, qua est ad murum ascensus adeo præceps, & anfractibus concisis interruptus, vt nemo vnquā attentarit, nec reptando quidē per eū ascendere. Sed neq; vnquā in vrbe fuit suspicio ea parte muros superari posse. Itaq; Lusitani ab illa murorū parte securi non vigiles, nō circitores, nō excubias adhibent. Mittit

Mittit Episcopus armatos decem expeditos cum pastore qui illum sequerentur, viderentq; an esset credibile, posse fieri quod pastor promittebat se præstiturum. Eunt itaq; cum illo, & reptando ad murorum radices euadunt, ascendunt, descendunt, mediq; in vrbe consistunt, non canis, non gallus, non anser, non deniq; vllus mortalium strepitus auditur. Neq; id mirum, quod illa pars vrbs erat deserta. Re-deunt itaq; ad Episcopum, quid viderint, quid senserint, immo quod nihil senserint, narrant. Episcopus munitionum duces qui in locis finitimis erant, conuenit, qui in longinioribus, per literas facit certiores. Omnibus placuit rem debere experiri. Mittunt itaq; sexcentum armatos qui pastorem sequantur, & quid agere illos oporteat, monent. At illi duce suo præuio reptando per cliui ardua eunt, qua possunt. Sed inter eundem venit illis in mentem, posse fieri vt opportunitas illa tantumq; rerum omnium silentium ex composito cum pastore fuisset factum, neque committendum, vt vnus hominis dicto, siue simplicis, siue subdoli, tantæ copiarum periculo exponerentur. Tumultuantibus itaque omnibus, & quid facerent dubiis, Petrus Vascus, vnus ex iis qui partem copiarum ducebant, in hunc modum locutus est. Audite obsecro vos commilitones mei, esto, istam cautionem vestram laudo atq; probo. neque enim vnquam nocuit prospicere, vnde pericula possint ingruere, sed in hoc homine quo duce nunc vitmur, ego non video vnde suspicer dolum aliquem subesse. In eum statum res iam deducta est, vt non possimus nisi magna cum ignominia negotio inexperto redire. Audendum igitur est, & aliquid fortunæ arbitrio relinquendum. Nam audaces fortuna prærunq; iuuare solet, quemadmodum & timidum perdere, & ingens gloria sine magno labore atque periculo comparari minime potest. Cumq; omnes hærent inter spem metumq; dubii, nescirent quid facerent, Antonius Fonseca adolescens animosus ætatis feruore percitus in muros tendit, sequitur illum Petrus Vascus, atq; hunc Vascus Viuarium, puduit reliquos non suum quenq; ducem sequi, neque cessatum est, quoad omnes in urbem sunt recepti. Fuerunt autem hi sexcenti milites, reliqui omnes iussi sunt tenere locum qui erat contra certam quandam ciuitatis portam, vt cum illi fuissent admissi, hi quoque fracta porta reciperentur intra urbem. Qui vrbe tenebāt, in partes duas distributi, altera forum occupant, altera portam vr-bis inuadunt, portarum claustra serasq; refringunt, suos qui expectabant, admittunt. Prima coitio fuit cum Lusitanis, qui urbem circumibant armati. Sed cum cognouissent omnia teneri ab hostibus, & ciues omnes putassent eiusdem facti conscios, cum Comite ac duce suo in arcem se recipiunt. Qui cum vidisset totam urbem in potestatem hostium redactam, arcem deserta se cum suis in castrum Inui recipit. At Maria Sarmenti Ioannis Vllōe vxor arcem occupat, cumq; notis & domesticis familiaribusque suis propugnat, non quo proposuerit sibi a Lusitanis aliquam spem, sed vt cum ipsa Regina meliori conditione arcis deditionem faceret. Ad huius rei nuncium Regina accurrit, urbem magno omnium plausu atq; lætitia ingreditur, ciuibus qui exulabant, bona restitui iubet, pastori qui tam præclari facinoris autor fuit, in alimenta hæreditario iure & quod ad posteros illius transfret, decreuit quantum ad honestum victum sufficeret, illum præterea omnemq; illius posteritatem ab omni exactione liberauit. Maria Sarmenti quæ arcem tenebat, erat soror Iacobi Sarmenti Comitis Salinarum, qui in toto illo bello Regē Reginamq; secutus, non vltimam operam nauauit, erantque multi alii affines & propinqui qui in eodem bello merebant. Hi susceperunt partes supplicandi pro illius vita fortunisque. Causasq; supplicandi præferebant, quod erat scemina, quod vidua, quod mariti causa omnibus inuisa, quodq; omni tempore belli nunquā maiestatem regiam verbo læsisset. nam re qui poterat? cum esset in potestate mariti, quo nihil fuit importunius, neq; minus suorum amicus: non post illius mortem, cum arcem Lusitanus occupauit. Nunc vero cum munitio illa videretur esse in eius potestate, illamq; armis tueri, non esse causam, vt aliquid eorum quæ in hoc bello gerenda essent, impediret, sed vt fidei & misericordiae illius se dederet. His precibus Regina commota, illius viduitati, & fratris Salinarum Comitis & affiniū propinquorumq; obsequiis omnem culpam condonauit, omnesq; illius clientes domesticosq; ac fa-

miliares scelere absoluit, arcem capit, munitionem molis quam in agro Taurino Ioannes Villoa maritus vi atque iniuria tenebat, Iacobo Benaudio metatori regio iubet restitui. Atque in hunc modum ciuitate composita, omnibusque rebus in ordinem redactis, Valladolidum proficiscitur. Nam eo Rex dicebatur esse venturus, ut reliquias belli omnes in illis locis conficerent.

Mortuo Comite Parietino Ferdinandus Rex pro Magistro creatur, & Lusitani bellum renouant. Caput II.

EO tempore Regina nunciū accepit de obitu Roderici Enrici Manrici Comitis Parietini, qui se Magistrum dici malebat diui Iacobi. Nam partem illam Magistratus quæ pertinet ad prouinciam Castellæ, possidebat. Accipit etiam, Alphonsum Cardenium prouinciæ Legionensis commendatarium maximum cum multis cohortibus Vclesium properare, ut a tredecim commendatariis qui ex instituto illius ordinis antiquo soli habent ius nouum creandi Magistrū, eodem iure & ipse crearetur, id quod ex ordinis instituto fieri deberet. At quia Regi & Regine omnes tres regni Hispani magistratus regio cęsui annumerare animus erat, quod & postea fecerunt: Regina ut instantis electionis comitia impediret, triduo Vclesium ex Valladolido venit, quo iam suffragatores illi tredecim conuenerant, quos Regina iubet aduocari, atque illos in hunc modū alloquitur. Scitis spathiferi immo vero cruciferi milites, quod Magistratus diui Iacobi ab initio cōstitutus est tuēdæ atque ex occasione ampliandę religionis causa, & ad hos vsus tot oppida, tot castella, tot arces, tot munitiones a regibus, prelati, a bonis viris & honestis sunt concessę. Sed quoniā aliquando ad eisdē vsus hoc magistratu fuit opus, illis maxime qui cū Granatensibus Mauris bellum gerebant, autoritate sedis Apostolicę administrationē eius inierunt, aut concedi filiis Regū primogenitis, aut viris illustrib. procurarunt. Nūc vero cum sit nobis in animo, posteaquā Hispaniarū bella quieuerint, omnē armorū impetū in Mauros trāsferre, e re pub. nostra esse duxim⁹, ut interim Magistratus iste collocetur in Rege, quo facilius ab vno imperatore viribus aucto vniuersa res bellica gubernetur. Quod vero ad commendatarium maximum attinet, ego curabo ut boni consular, & pro fide quam erga me Regemque habet, non ægre laturus sit. Ad hoc vero perficiendum duas modo a vobis res peto: primum, ut suffragationem istam impręsentiarum differatis: alterum, ut ab Apostolica sede per libellos supplices petatis, ut pro Magistro, sine quo ordinis corpus esse nō potest, det vobis Hispanorum Regem, quod non modo erit vnicuique vestrum vtile, sed & vniuerso ordini honorificum. Consilii huius sui commendatarium maximum facit participem, idque ut æquo animo ferat, ab eo petit, seque pollicetur si de iure suo experiri velle, nō obstaturam, quo minus ius suum persequeretur. Commendatarii quod a Regina sunt iussi, faciunt libenter. nam & comitia dissimulant, & a summo Pontifice pro administratione ordinis Regem sibi deposcunt. Commendatarius vero maximus utcumque Regine imperium acceperit, assensus est illi, & vultu hilari nihilo segnius ad bellum cum Lusitanis gerendum in suam prouinciam redit. Interim dum hæc Vclesi a Regina geruntur, Rex e Bardulia Taurum venit, recensitisque cohortibus quę erant in stationibus & præsidiis contra castrum Inui, aliaque castella, & munitiones quę pro Lusitano stabant, commodataque bellicę rei summa Duci a Villa formosa fratri notho, & Comiti Phario Hispanię Comestabili, ipse Ocaniam proficiscitur, vbi Regina erat, & inde vterque Toletum se cōfert, vbi pro victoria toties parata & periculis euasis in bello Lusitano concepta vota persoluūt. Diui Francisci cęnobium, & templum illi annexum sub nomine diui Ioannis ædificat, & omnia quidem magnificentissime & pro dignitate regia assoluta. inde Madritum profecti accipiunt nuncium, per fines Pacis Augustę & ciuitatis Roderici duobus exercitibus Lusitanos in Hispaniā rursus hostiliter irruere, atque omnia ferro ignique vastari. Scribunt itaque ad commendatarium maximum Legionensis prouincię, & ad Laurentium Suarium Comitem Emporitani, quibus

quibus commendant tuendorum finium custodiam, cum facultate, quoties opus esset, euocandi ad arma omnes qui aut stipendia regia merebant, aut ex ea causa immunitatibus fruebantur. Fiunt vtrinque in aliorum finibus excursions, agrorum populationes, mortalium captiuitates, vulnera, cędes, captiuorum venditiones permutationesque, & multo maiora facinora quam ab hostibus nominis Christiani fieri consueverunt. Nec segnius in ciuitatis Roderici finibus res agitur. Nam ex munitionibus quę pro Lusitano stabant, erumpebant latrones grassatoresque eo audacius frequentiusque, quod audiebant Lusitanos intra fines Hispaniæ versari. Negocio itaque in regium consilium missō, cum alii aliud sentirent, & a qualibet deliberationis parte pericula & incommoda sequerentur, placuit tandem, ut Regina in partem illam Lusitanię quę ad Pacem Augustam pertinet: Rex vero traiecto monte Tauro, contra castrum Inui & eiusdem factionis reliquos proficisceretur.

Ferdinandus Rex castella quę pro Lusitano adhuc stabant, simul obsideri iubet. Caput III.

CVM primum Rex Madrito in Methymniā ad campum venit, conuocatis fratre notho & Comestabili cum cohortibus, quibus illos præfecerat, de obsidēdis castellis illis vnde tot mala oriebantur, animū intendit, & quomodo id fieri posset commodius, in consultationem mittit. Euocatisque equitibus peditibusque omnis generis armaturę, ex ciuitatibus oppidisque finitimis, vno die quatuor castella, distributis cohortibus, obsidione cingi iubet, Alphonso Fonseca Abilensi Episcopo, & alteri Alphonso Fonseca Cauensium & Alahęgorum domino, & Vasco Viuario Salmanticensis Episcopi fratri, Cantapetrę negocium mandat, Septem ecclesiarum munitionem fratri notho, Cappularum Petro Guzmano, Castrum vero Inui Ludouico Hemerobii Comitis filio, & Frederico Manrico. Paucis post diebus Cappularum præses, concessa sibi & vita & fortunis, deditionem facit, prefectusque obsidionis illius ad castrum Inui ire iubetur. Dux a Villa formosa posteaquam Septem ecclesiarum munitionem bimęstri tempore tormentis, machinis, crebrisque oppugnationibus afflixisset, adeo concussit, eoque angustię rem deduxit, ut tantum vita concessa cogeret obsessos in deditionem venire. Omnes latrocinio infames, atque sceleribus insignes, quos interim poterant intercipere, Rex iubet patibulo suspendi. Quo terrore perculsi qui Cantapetrę præsidio tenebant, & ipsi de deditione faciendā cogitare cęperunt, quod & factum est illis facultate libera in Lusitaniā suam redeundi. Solum restabat iam castrum Inui, in quod Rex transferri iubet totam belli & aliarum obsidionum molem, iussitque metari bina castra, altera ad Dorium flumen, altera in agro suburbano, quę prohiberent ne terra aut aqua commeatus in oppidum importaretur. Post aliquot dies Regi videbatur oppidum debere oppugnari, quia ita erat omnibus necessariis instructum, ut longo tempore obsidio esset duratura. Erant qui oppugnationem illam in aliud tempus esse differendam censerent, quoad obsessorum vires & victui necessaria deficerent, & rumor ad eos perueniret, de sociorum deditione. E diuerso alii instandum esse oppugnationi dicebant, propterea quod instabat hyems, in qua neque milites sub dio hyemare, neque equi pasci, neque machinę puluisque nitarius defendi posset, quin corrumpere. Capto vero oppido posse obsidionem arcis continuari, quoad caperetur a militibus facile tolerantibus sub recto temporis iniuriam. Huic sententię Rex accedit, iubetque postridie sub primam lucem tormenta & machinas intendi, fossas ea parte qua oppugnatio erat ineunda, rudere atque materia compleri, testudines, pluteos, arietes, scalasque parare. Erumpunt obsessi hostesque accedere prohibent, missilibusque subinuent. Pugnatur aliquando cominus, editur vtrinque cędes maxima, durat pugna per totum diem, quoad nox aduentans vtroque dirimit. Postridie reperunt idem opus, atque deinceps idem faciunt vsque in decimum diem, quoad & fossę sunt oppletę, valli & propugnacula diruta, scalę admouentur muris, quos præsidiarii fess-

si laboribusq; confecti deserunt, atq; in arcem moliuntur. Diu noctuq; pugnatur. Erant qui arcem præsidio tenebant, plures quam quadraginta strenui milites, & ex scelerum conscientia fortes, & qui nullum periculum formidarent. Rex hoc in statu obsidionem relinquens, cæteraq; præfectis commendans, Methymnam ad campum se confert res alias creaturus.

Rex Ferdinandus montis Leonis munitionem in agro Salmanticensi recuperat. Caput IIII.

ERAT Salmanticæ prætor maximus Garfias Oforius, is detulit ad Regem, Rodericum quendam Maledonatum ordinis equestris virum, eundemq; Salmanticensem ciuem, tenere præsidio arcem munitam quæ ad ciuitatem pertineret, cognominatum Leonis montem, vnde in finitimos agricolas, pastoresq; atq; in viatores interdum longinquius, iniquam exercebat dominationem, quem nihil puderet iura diuina & humana violare, non æquo iure cum suis ciuibus viuere, nõ maiores obseruare, non a minorum iniuria se abstinere. Accedebat his omnibus falsarii crimen, quod monetam autoritate sua feriebat, veraq; permutabat, fugitiuorum deniq; receptator erat, & facinorosorum omnium asyllum. Quod vbi Rex pro comperto habuit, cum paucis comitibus Salmanticam iter arripit, ad prætoris clanculum diuertit, vbi sit Rodericus ille Maledonatus requirit. Domi suæ aiunt cum aliis ordinis sui esse. Conscendit equum Rex, prætorem cum executore officiali satellitibusq; ianuam obsideri iubet. Atqui Maledonatus interclusam sibi viam qua fugeret cernens, per solaria, tabulataq; perq; tectorum imbrices elapsus, in diui Francisci ædem se recipit. Rex imperat monasterium obsideri, & nisi a fratribus dedatur, templi ianuas reuelli, atq; si fuerit opus, effringi. Egreditur cum fratribus sacræ domus custos, Regis genua complectitur, supplicat vt ignoscat homini, vel ob eam causam, quod ad religiosam domum confugerit. Atqui Rex, vt erat ingenio facilis naturaq; indulgentissimus, precibus fratrum commotus, hominem quantumuis criminofum, vita condonat, modo arcem quam iniuria tenebat, regis potestati traderet. Fratres Regis iussa exequuntur, fugitiuum ex latebris produnt, cum Regis ministris in vinculis ducunt: quo arcem tradat, ducitur ad Leonis montem. Cui Rex quid suis dicere debeat, præscribit. Ille suos ex arce sub fide publica egredi ad se iubet, & Vos, inquit, o amici, quom me mea traxerit fortuna, videtis, libertas mea in potestate Regis est, sed vita in manibus vestris. Nunc experiar an quo tempore vos mihi autorauit, præstatis fidem quam mihi dedistis, iidemq; permanetis quos fore vos estis polliciti. Dicite hæc meo nomine vxori, atque vt Regi suam arcem, quia iam mea non est, sine mora tradat, nisi mauult & maritum perdere, atque omnem familiam nostram prodicionis ignominia æternum notari. Cæterum illi in arcem recepti, siue vxore volente, siue nolente, clamant se nolle arcem tradere, nisi magnis atque insignibus donentur præmiis. Quod si Rex in præsidem scruerit, se facturos minantur, vt ille non inultus ad manes descenderet. Nam Lusitanorum res non vsque adeo erant deperditæ, vt non possent redintegrare bellum in Hispania, seque non adeo parui esse momenti, vt quo ipsi inclamarent, non & eodem statere propenderet. Hæc & huiusmodi verba ex munitione homines perditiblaterabant. Cumque iam victis manibus, & lugubri veste, vultuque miserando, eo loci deduceretur Maledonatus, vnde crudele spectaculum ex arce videri posset, iam iamque carnifex gladium stringeret, iugulique partem tentaret qua ferrum immergeret, clamabat identidem miserabilis homo, perfidiamque suorum exprobrabat, sed præcipue in vxorem querelas suas referebat. Hæc est illa fides, inquit, o vxor, qua matrimonii fœdus iniuimus? hic amor, hæc pietas est illa quam te mihi exhibituram in prosperis & in aduersis pollicebaris? Nunc demum experior, quanti viuum feceris, cum sic morientem parui facias. Neque me Rex iubet occidi, cum suum repetit, neque carnifex hic qui iussus ligauit manus, mucronemque iugulo intentat, sed familiares & amici mei, sed tu simul cum illis, quibus fortunas

nas meas credidi. His vocibus qui munitionem tenebant commoti, deditonem faciunt, atque ex pacto præsidem suum a morte redimunt, sibi que libertatem abeundi quo velint a Rege impetrant. Arce tradita, & in Regis potestatem redacta, Rex Salmanticam, & e Salmantica Inui castrum regreditur obsidionis statum reuifendi causa.

Castrorum Iuliorum arcem quam præses adhuc pro Marchione tenebat, Regina tandem obtinet. Caput V.

REGINA Madriti a Rege quo tempore digressa est, sanum illud in toto orbe famigeratum, quod est ad amnem Lupi, religiose adit, atque inde mittit vnum e secretariis suis ad Petrum e Biatia, qui castrorum Iuliorum arce pro Villenatum Marchione præsidebat, atque vt ex pacto conuento quod cum illo factum erat, munitionem Gonsaluo ab Abila tradere sequestro tenendam postulat, quoad Marchioni de certis quibusdam rebus fieret satisfactio. Præses per eundem secretarium responderet, se viuo nunquam in regiam potestatem arcem sibi creditam esse venturam, non si sciat se omnia perpessurum, quæ longo tempore obsidionis perpeti consueuerunt. Ad hoc præsidis responsum Regina quid faceret dubia, ne frustra inciperet quod exequi non posset, arcemque sine effectu obsideret, mittit alterum qui blanditiis & pollicitationibus, præmiis & muneribus illum pelliceret. At ille multo durior factus non modo ab incepto non mouetur, sed orat hortaturque Reginam, ne ad urbem accedat, ne cogatur aliquid contra Celsitudinem suam committere, quod tamen sui defendendi causa iure suo possit facere. Regina hoc responso indignata, dignas tanta Principe iras concipit, omnis armaturæ milites conuocari, & ex eadem prouincia vbi res agebatur, finitimos acciri, parari omnia quæ ad obsidionem oppugnationemque forent necessaria, ipsaque ad castra Iulia proficiscitur. Vbi quia expectata veniebat, apparatu magnifico, sed maiori lætitia omnium est excepta. Igitur omnes qui e Batica, & ex prouincia, locisque finitimis erant euocati, ad præscriptum tempus eo conuenerunt. Quibus a Calatraua Magister qui cum Marchione patruale suo iam in Regis & Reginæ gratiam redierat, & Alphonfus Monroius qui se Magistrum a Traiani ponte profitebatur, se agglomerant. Accesserunt præterea proceres alii qui aut stipendia regia merebant, aut qui gratuitam operam in hoc bello nauare cupiebant. Machinarii quoque omnia tormentorum genera ex finitimis locis comportare iussi, cæteraque parari quibus erat opus. Tum Regina non iam blanditiis & pollicitationibus, vt antea, sed comminationibus terrorem incutiens præsidem aggreditur, atque nisi pareat, se non cessaturam minatur, quoad illum prodicionis atque maiestatis reum peragat, pœnasque debitas scelerum suorum pendat. Ad hæc præses Reginæ supplicat, vt iubeat Marchionem acciri, quem non dubitabat, imperata facturum, si Regina iuberet. Nam se qui autoratus obnoxiusque illi esset, non debere nec posse facere, neminem esse quin fateretur. Placuit Reginæ consilium, dat literas ad Marchionem, vtque ad se veniat, illum rogat, idque quod e re vtriusque negotium futurum dicit. Marchio etsi non ignorabat, qua de causa vocaretur, tantumque præsidi suo fidebat, quod nisi suo iussu arcem traderet nemini, veritus tamen ne Reginæ indignationem in se concitaret, venit, & quod Regina voluit exequitur, præsidique præcipit, vt Reginæ iussis obtemperet. Regina arce potita cum potuisset illam cuiuscumque alterius fidei committere, nihilominus tamen Gonsaluo illi ab Abila, cui ex pacto cum Marchione, vt diximus, sequestro deponenda erat, credit, atque ex conuento cum Marchione vt satisfiat, certis quibusdam bonis viris facultatem concedit. Inde ad castra Cæcilia itinere vnus diei proficiscitur, vbi paucos dies immorata est, dum in oppidanorum iniurias animaduertit, læsisque satisfieri iubet, dumque ædilitates & decurionatus, villicatumque oppidi constituit, qui magistratus quorundam suffragatorum punctis creabantur, & in comitiis oriebantur contentiones, & ex contentionibus cædes, & vulnera: immortale odium, & non sanabile vulnus.

Statuit deinceps vt non annui, sed perpetui magistratus essent. Primi autem in hūc modum creati sunt. Ex vtraq; factione certi quidam viri ex ipsis nominati sunt, ex his fortiri iussi quis cuiq; magistratui cederet, & cui fors contingeret, eius officium cum vita finiretur, atq; deinde in eius locum is sufficeretur, quem Rex & Regina, atq; deinceps qui pro tempore regni culmen obtineret, sufficiens esse decreuerint. His peractis Regina Hispalim versus molitur viam, quo eundi necessitas urgebat.

Regina Hispalim adit, & quid illic egerit, multis verbis enumerat. Caput VI.

CÀ V S A tam longam viam adeundi Reginæ fuit, quod lumen illud non modo Bæticæ, verum etiam totius Hispaniæ propemodū erat extinctum bello cum finitimis vrbibus, quæ alioqui sibi fuerant contributæ, & quasi vrbis metropolitana, hoc est matricis, filia & partita membra, Afindum, Atygi, Carmonia, dissensionibus duorum eiusdem ciuitatis qui totum populum in duas partes distrahebāt, a Methymna Afindica Enriquis Guzmani Ducis, Roderici Pontii a Germanica Legionē Marchionis Gaditani. Non erat plebis a patribus dissensio illa, non ordinis equestris a senatu & plebe, non sacrorum ordinum a profanis, sed omnia totius corporis membra in factiones binas quæq; partita, inter patrem & filium, inter virum & vxorem, inter fratres propinquos & affines discordiæ & simultates, hinc odia & inimicitia, quæ non sinebant illos esse quietos. Latius adhuc serpebat malum, quod se ad aliarum ciuitatū ditionem extendebat. Nam Cordubæ duæ quoq; erant factiones, altera quæ Alphonsum Aquilarium Montillæ dominum, altera quæ Iacobū a Corduba Agabrēsem Comitem sequebatur, atq; hic ducem a Methymna Afindica, ille Marchioni Gaditano fœderatus. Igitur Regina partē illam Bæticæ quæ non solum vestigalia Regibus pendere consuevit ad belli supplendas necessitates, verum etiam ad ornamenta pacis extraordinariosq; sumptus sufficit, Hispalim venit. Quæ ciuitas ex gentis illius consuetudine ludos magnificentissime parat, vrbem fertis & coronis, aulæis & tapetis, velis & caustis, fontibus aqua & vino scaturientibus ornat, magnaq; omnium ordinum læticia excipitur Regina omnium votis expetita, omnium precibus a Deo immortalī postulata. Deducitur deinde ad templum illud insigne virgini Deiparæ dedicatum, ex consortio cum diuo Clemente martyre atq; Pontifice Romano, cui ædes illa fuerat a Ferdinando dicata, propterea quod in die illius festi vrbem illam ex Maurorum potestate ceperat, atq; ad Christianam religionem restituit. Diua igitur Dei genitricis eadēq; virgine salutata, habitisq; gratis pro tot tantisq; erga se coniugemq; suum Regem beneficiis, ad palatia Regum perducitur, quæ fuerant a maioribus suis pauimento vermiculato, parietibus museacis, laquearibus cedrinis, in Pœnorum morem arte Punica constructa. Cumq; ex itinere laboris per aliquot dies quieuisset a negotiis, audissetq; ciuium querelas de ciuilibus criminalibusq; causis a multis temporibus non decisis, iubet institui septimum quemq; diem Veneris, in quo ipsa pro tribunali sedens ius diceret. Sedebant ex altera parte præsules qui curiam comitabantur, & ex altera regii senatores & ciuilibus pontificisq; iuris peritissimi, ante se subsidebant tabelliones, scribæ, secretarii, & qui præerant a commentariis, astabant & qui insignia regia præferunt lictores. nullæ dilationes, nullæ nundinæ, nisi in diem perendinum tergiuerantibus reis conceduntur, si qualis adeo implicita quæ non posset breui tempore finire, delegabat diffiniendam alicui ex iuriconsultissimis. Mirum dictū, intra bimestre tempus omnes quæ impendebant compositæ lites, aut per se ipsam, aut per illos quibus causæ delegabantur. In sceleratos facinorososq; in depeculatores decoctoresq; in adulteros & stupratores, in grassatores & latrones animaduersum est, præterquā in eos qui vertere solum, aut in exilium timorē aufugerunt. At ciues cum viderent vrbem malefactoribus plenam, & esse neminem fere quem non labes aliqua tangeret, si iustitiæ rigor in vniuersos sæuieret, fore vt ciuitas desolaretur, adiungunt sibi Alphonsum Solisium Episcopum Gaditanum, qui eo tempore pro Petro Mendoza S. R. E. Cardinale atq; Archiepiscopo Hispalensi vicarium prouisorēq; agebat in illa ecclesia. Is cum magna populi

populi multitudine ex omnibus ordinibus collecta Reginam adit, proq; venia impetranda longam orationem habet, locisque communibus vitur in commendanda iustitia & misericordia, veritate & pace, ita tamen vt sit propensior in pacem & misericordiam, afferebatq; illud ex Psalmographo: Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt: & de Samaritano; hoc est, de Iesu Salvatore nostro, qui vulnerato a latronibus in quos inciderat, infudit vinum & oleum, sed plus olei quod leniret dolorem, quam vini quod excitaret: itemq; illud, Vt sitis filii patris qui in cœlis est, qui facit solem suum oriri super bonos & malos. Quodq; etsi nulla hominum societas sine iustitia diu stare non posset, tamen cum iam flagitia & facinora crebrescant, iustitiæ munus restringendum est, nisi quatenus exemplo aliorum temeritas est coercenda. Sed quid facias cum omnes pariter in eandem labem trahuntur? quid cum in eodem sunt? Quid igitur faciemus, inquires, o Regina omnium mortalium clarissima atq; proinde indulgentissima? Nimirum vt confugas ad sententiam illam Poetæ quæ iam abiit in adagium, Quidquid multos peccatur, inultum est. Nam si iustitia (inquit) gladium non expresserit, omnia in antiquam solitudinem redigentur. Audacius aliquid dicam optima Princeps, quæ hanc mihi copiam dicendi concedere dignata es. Si in hoc lachrymabili bello in quo cum Lusitanorum Rege non de gloria, sed de summa imperii decertasti, inclinante iam ad vos victoria, omnia pro iure vestro persequi velletis, nonne incideretis in illud prouerbium etiam vulgo comprobatum, Summum ius, summa iniuria est? an non potius illam sequeremini sententiam Senecæ Poetæ tragici in Hercule furenti?

*Si æterna semper odia mortales agent,
Nec captus unquam cedat ex animis furor,
Sed arma felix teneat, infelix parat,
Nihil relinquent bella. Tum vastis ager
Squalebit aruis, subdit a rectis face
Altus sepultus obruet gentes cinis.
Pacem reduci velle victori expedit,
Victo necesse est.*

Adiecit tandem in peroratione miserationis fomenta, quæ Reginam faciendæ iustitiæ cupidam compefcuit, eoq; deduxit, vt omnes donaret venia, omniq; a crimine absolueret, præterquam eos qui aut hærescos impietate, aut æris alieni debito erant obnoxii.

Ducis a Methymna oratio apud Reginam contra Marchionem, & Marchionis excusatio. Caput VII.

PO S T E A Q V A M priuatorum lites quieuerunt, duo illi principes duces, omnium malorum causa, inuicem se apud Reginam criminantur, altero in alterum omnem culpam reiiciente. Dux a Methymna Afindica occasione arrepta priorem locum occupat, atq; in hunc prope modum est allocutus. Quanta Guzmanorum domus obseruantia & fides erga Hispanorum Reges decessores tuos charissima Princeps fuerit, quam illustria in vniuersam Hispaniam temp. beneficia extent, neminem esse opinor, quem lateat. Nam vt omittam illa vetera, non est silentium quod prodigio simile videtur, vnde familia nostra nobilitata est. Alphonfus Petrides Guzmanus, qui præsidio Mellariam (eam existimo esse quæ nunc dicitur Tarifa) pro Sanctio Hispanorum huius nominis Rege quarto tuebatur, cum obsideretur a Ioanne Regis fratre exule auxiliariis copiis, Bellamarinorum Regis Abeniuzæ copiis adiutus, admonereturq; vt munitionem traderet in Maurorū hostium potestatem, nisi mallet filium suum qui a Mauro Rege in vinculis tenebatur, ante ipsius patris oculos trucidari, non modo arcem non tradidit, sed & per muros pugionem proiecit, quo filius confoderetur. Quo miraculo stupefactus hostis & filium iugulari iussit, & deditiois spe sublata obsidionem soluit. Illud quoq; omnibus notum, quo pacto Enriquis Guzmanus Nebulæ Comes, securus

dus Ioannis Alphonfi primi Comitis eiusdem oppidi filius, idemq; Alphonfi Pe-
 tridæ Guzmani nepos, cum terra mariq; oppugnaret Gebeltaricum, a terra Ioan-
 nes filius pater meus, a maris Oceani parte ipse pater idemq; auus meus classariis
 oppugnantibus, æstu superueniente vndis obrutus est, cumq; se in scapham rece-
 pisset, potuissetq; incolumis euadere, dum misericordia pereuntiu plures admit-
 tit quam nauigiū potuisset sustinere, ipse cū omnib. perit. Quid de patre meo pri-
 mo a Methymna Afindica Duce Ioanne Guzmano dicā? qua fide, qua constantia,
 qua vigilantia bello plus quā ciuili quod pater tuus gessit cum fratrib. suis patrie-
 libus Ferdinandiq; Tarracoenfium Regis patru sui filiis, hanc ipsam urbem de-
 fendit, cum reliquæ omnes ciuitates finitimæ ad illos defecissent? Qua felicitate,
 immo qua celeritate Gebeltaricum illam familiæ nostræ fatalem post centum &
 triginta annos a Mauris possessam recepit, Christianæq; fidei reddidit. Sed nolo
 maiorum meorum obsequia in Reges suos debita commemorare (nam genus, &
 proauos, & quæ non facimus ipsi, vix ea nostra voco) sed tantum mea, quæ quia
 omnibus nota sunt, paucis perstringam. Quanta labes vniuersam Hispaniam in-
 uasit, posteaquam Enriqus frater tuus gubernationis habenas remisit, seq; to-
 tum paucorum amicorum arbitrio tractandum dedit, nosti clarissima Princeps,
 omnes ciuitates siue volentes, siue nolentes, aliquem sibi ducem ex primoribus
 finitimis ascuerunt, malueruntq; tyrannorum impotentiam pati, quam suo Re-
 gi seruire. Huic ciuitati duo imminabant qui de principatu parati erant decerta-
 re, ego, vt ingenue fatear, & Rodoricus Pontius Marchio Gaditanus, sed disparti
 ex causa: ego, vt patriam mihi charissimam conseruarem, atque in obsequio regi
 suo debito continerem, atq; in eo statu quo illam a maioribus meis accepi, persistere
 suaderem: ille vero, vt quacunq; ratione posset, eam labefactaret. Vterq; quidem
 nostrum ciuis & indigena, sed qua pietate fuerimus in remp. Hispanensem, non
 dico me & illum qui in hæc tempora incidimus, sed mei atq; illius maiores, qui fu-
 erant contemporanei ciues ipsi sunt testes, cum mei semper coluerint hanc vr-
 bem quasi matrem, illius vero tractauerint quasi nouercam. Et nunc vterq; no-
 strum in suo studio permanet, atq; maiorum suorum instituta persequitur. Omit-
 to Enriquo Rege quid vterque nostrum egerit, ego pro hac vrbe, ille contra. Sed
 posteaquam Celsitudo tua Hispanarum rerum potita es, facta regni diuisione per
 Marchionem Villenatem, ego prior pro vobis in hac vrbe signa acclamationemq;
 sustuli: ille vero siue scelerum suorum pœnas timens, siue quod est ingenio rerum
 nouarum cupido, statim adhæsit iis ducibus qui primi sumpserunt arma contra
 vos Reges clarissimi, atq; gubernationis vestræ initia inturbare sunt conati, &
 ipse quoq; per se cum Lusitanorum Rege cœpit agere, quem admodum illi hanc
 urbem traderet. Habet Afindum equis & armis nobilem ciuitatem grandi præsi-
 dio oppressam, pulsus ciuib. qui illius audaciæ non obtemperabant. Habet arcem
 cum oppido Alcala ad fluuium Iram in agro propemodum suburbano huius ciui-
 tatis. Habet complures facinorum suorum adiutores & conscios, qui nihil magis
 spectant quam huius vrbis direptionē, atq; imprimis Ferdinandū Ariam metato-
 rem, qui Tarifam in freto Gaditano castellum munitissimum & Vtrariam per-
 grande municipium cum arce munitum tenet. Quid autem hoc tempore cogi-
 tet, argumento est, quod neq; per literas quicquam benignum ad Celsitudinem
 vestram scripserit quo se excusaret, neq; nunc quidem, cum sit tam prope, obser-
 uantiam suam erga vos declaraturus venit. Erit igitur iustitiæ tuæ Regina clarissi-
 ma, bene dete deq; patria sua meritos præmiis afficere, male vero meritos male
 perdere, atq; imprimis hanc ciuitatem vobis atq; maioribus vestris obsequentem
 malis perniciosiq; ciuib. purgare, bonis autem pacisq; amatoribus quietam re-
 linquere. Ad hanc Ducis orationem Regina comiter & benigne respondet,
 obsequia sua erga regiam Celsitudinem & maiorum suorum benefacta in remp.
 Hispanam sibi esse gratissima, atq; eo nomine se habituram rationem, vt non fru-
 stra fecerint ea quæ ex officio boni viri facere tenebantur. Quod vero ad Marchi-
 onem pertinebat, se ea causa potissimum Hispalim venisse dixit, vt illius vrbis sta-
 tum componeret pacificaretq;. At Marchio videns se eo fortunæ delapsus, vt
 si quid

si quid antea simulauerat, iam simulare non posset, cum præfertim nihil vnquam
 palam fecerit, quod posset dici factum in quo regia maiestas imminueretur. Hi-
 spalim venit vno tantum familiari comitatus, atque a ianitoribus in conclaue ad-
 missus, quo se iam Regina receperat, suspicatus longa Ducis oratione & causâ quæ
 videbatur esse melior persuasam, alia via se insinuauit, breuiterque illam sic allo-
 cutus est. En tibi Regina, præpotens Marchio ille Gaditanus quem aduersarii
 mei apud te criminati sunt, in manibus tuis est. Veni non vt crimina illorum in i-
 psos autores retorquerem, delicatissimas aures tuas obtundens, sed vt in me ab
 illis obiecta purgarem, atque innocentiam meam ostenderem, quæ me securum
 facit, vt sine vlla fide publica huc venirem: veni inquam, non vt alios accusarem, sed
 vt me ipsum a suspitione de me concepta excusarem. Dicunt aduersarii mei me te-
 nere armis oppressam Afindum & Alcala ad Iram fluuium, ex hoc loco faciām
 tradi cui Celsitudo tua iusserit. Quod si etiam iis quæ mei patrimonii sunt, opus
 est, ex hoc loco & tempore tibi trado, quādo me ipsum quoque tibi tradidi. Quod
 vero ad suspicionem de me habitam attinet, si vllum fuerit repertum factum aut
 dictum in quo Celsitudinem vestram læserim, ecce me paratum vt læsæ maiestatis
 crimen tuæ Celsitudinis arbitrio luam. Quod si fui negligentior in declarando
 hunc animi mei sensum, hic ipse aduersarius meus fuit in causa qui mihi domi ne-
 gocium facebat. Hac Marchionis oratione Regina placata ad tradendas mu-
 nitiones illum omni crimine absolutum dimisit.

*Quod Regina receptis munitioibus qua ad Hispalim pertinebant, totam re-
 gionem illam pacauit. Cap. VIII.*

NVNQVAM putarat Dux a Methymna Afindica Marchionem Gaditanum eo
 venturum, sed neque familiares amici opinati fuerant, quod obsequium ex-
 hiberet Regi, arcemque Afindicam traderet cui Regina tradendā esse iuberet.
 Nunc vero cum viderent omnia cecidisse aliter quam existimant, omnes spes
 suas inanescere cogitationes abiecerunt, atque se paulatim ad alia studia transtule-
 re. Nam antea toti a spe belli gerendi contra Marchionem pendebant, seque locu-
 pletes facturos expectabant ex diuitiis agrestibus quas rustici, agricolæ, & pasto-
 res illius iussibus subditi possidebant. Nunc vero alios curare mercaturam, alios
 prædia colere, alios rem pecuariam exercere, & ex opificibus turbaque urbana
 suam quisque artem reperere. Itaque arce Afindica a Marchione tradita Ioanni a
 Robreto & munitione Alcala ad Iram fluuiū, imperat Duci a Methymna, vt Mar-
 chionis exemplo & ipse tradat munitiones quæ ad ciuitatem Hispanensem perti-
 nebant, idque non est cunctatus facere, ne videretur in exequendis Regiæ iussis
 segnior quam fuerit Marchio. Fuerunt autem munitiones trans montes marinos
 Fraxinetum, Arechium, Aracena, Alanisum, Constātina: citra montes Nebriffa,
 Capita sancti Ioannis, Ponticulus, quibus præsidere iussit bonos viros ciues Hispa-
 lenses, qui modo fuissent alterutrius factionis exortes. Iussit quoque nomine suo
 Ferdinando Ariæ metatori qui præsidio Vtrariam tenebat, vt oppidum cum arce
 Hispanensibus redderet: Mellariam quoque quam iuniores in Tarifam commi-
 tarunt, restitueret Alphonso Enriquo Hispaniarum Archithalasso, cuius præsidium
 hæreditario iure ad illum pertinebat. Ad hæc Regiæ iussa præmeditatus re-
 spondet, iniuste secum agi, si quod semel iure possedit, sibi inuito subripiatur, arces
 illas ab Enriquo Rege sub fide publica Gonfalo Saavedræ patri suo perpetuo iure
 traditas, seque illius hæredem esse indubitatum: simul etiam præsidium qui pro illo
 Vtrariæ arcem tenebat, iubet vt se muniaturque, polliceturq; si Regina ob-
 sidionem tentauerit, se tempestiue suppetias laturum. Arcis præses non minori a-
 nimo iussa metatoris accipit quam illi fuit imperatum, parat omnia quibus opus
 erat ad se comitesque suos propugnandos, qui & ipsi parati erant aut munitionem
 creditam tutari, aut indubitam mortem oppetere. Regina hominum pertinaciā
 audiens iubet illos magna cum diligentia obsidione cingi. Cohortes prætorianas,
 & qui ex curialibus armari potuerunt, & eos qui sponte sua huic se necessitati ob-

tulerunt, eodem mittit, tormentis & machinis muros quati præcipit. Atque ita per dies circiter quadraginta nihil prætermittitur eorum quæ inter obsessores & obsessos in obfidionibus fieri consueuerunt. Igitur Regina cum videret negocium in dies protelari, Gutertium Cardenium quæstorem suum maximum mittit, ut quo in statu sit res, inquirat, & quibus esset opus, cognoscat. Is cum primum Vtrariam accessit, præsidem hortatur ut deditioem faciat, antea quam Reginæ indignationem in se conuertat: quod nisi faciat, atque potius fortunam quam rationem experiri mallet, se pro comperto habere illi breuiter esse pereudum. Ad hæc præses cum diceret nullas se deditioem conditiones velle audire, quin potius male omnia perpeti quæ victi a victoribus perpeti consueuerunt, quæstor maximus videns se nihil proficere, neque a peruicacia sua hominem posse reuocari, oppugnationem a quatuor partibus parari iubet, eo tormenta, machinas, stlopetras, & scorpiones, arietes, testudinesque intendi præcipit, atque sub primi lumina solis & ortus negocium incipi, quod sine vlla intermissione ad vesperam vsque perdurauit. Cum ex vtraque parte plures cecidissent, neque iam obsessi oppugnantium vires sustinere possent, cum recentes ex oppugnantibus fessis vulneratisque succederent, neque obsessis requies vlla daretur, tandem victi succubuerunt. Omnes cæsi, aut ad mortem vulnerati, præter duos & viginti, qui postridie Hispalim ad Reginam in vinculis transuerti suspendio vitam finierunt. Nam præses imprimis pugnans miserabiliter & digne iam perierat.

Quod Regina dum esset Hispali, Ioannem peperit, qui fuit deinceps primogenitus Princeps atque hæres designatus. Cap. IX.

DVM hæc administrantur a Regina Hispali, Rex non cessat castri Inui obfidionem interuifere, atque mittere in consultationem frequenter, si quo modo arx illa, siue dolo, siue pactioe, siue quocunque alio modo sine viribus capi posset. Nam cum ratione situs oppugnatio foret periculosa, velletque Rex nõ multo sanguinis dispendio negocium confici: reficit cohortes, præfectos instruit, stipendia militibus soluit, & cætera quibus se absente opus esset, imperat fieri, ipse ad Reginam properat, in Bæticis rebus occupatam. Vbi cum per aliquot dies fuissent immorati, Regina quæ ex longo temporis interuallo non pepererat, atque ea ex causa iam se inter effectas numerabat, ex inopinato prægnans est inuenta, peperitque filium suum primogenitum Principem regnorum hæredem, expuncta Elisabe iam septenni, quam, desperata virili prole, futuram Hispaniarum Principem iurauerant, atque ab aliis iurari fecerant. Natus est igitur Ioannes Princeps anno a salute Christiana millesimo quadringentesimo duo de octogesimo tertio, Kal. Iulias. Ingens ex eo nuncio secuta est lætitia per omnes terras Hispanorum Principum imperio subiectas, quoniam natalis ille tranquillitatem pacemque perpetuam omnibus pollicebatur. Illo eodem tempore Alboacen Granatensium Rex per legatos petiit inducias a Rege & Regina, responsumque legatis, induciarum conditiones placere, sibi modo soluerent censum a Granatensium Regibus Hispaniarum Principibus pendit solitum. Legati rursus missi eadem de re, quod ad exactioem census pertinebat, respondent, Reges illos qui soliti erant censum illum tributarium pendere, mortuos esse, neque iam in monetariis officinis cudebatur aurum & argentum, nunc vero non fabricari nisi ferreas cuspides & spicula, quæ præfigerent hostibus quibus se ab exactioe illa tributaria liberarent. At nostri, tamen respõsum illud superbia arrogantiaque plenum videbatur, quia tamen induciæ illæ vtrisque conducebant, & Lusitanorum temeritas & audacia pendebat adhuc, temporarias inducias concedunt. Restabat rebellionem vicisci Metatoris Ferdinandi Saauedræ. Principio illius bona publicantur, spoliatur honoribus, declaratur perduellionis reus, mittuntur cohortes cum præfectis qui illum quærant, quæsitumque vndeunque ad vltimum supplicium trahant. Sed cum esset vir nobilis, haberetque complures propinquitatis & affinitatis iure coniunctos quorum obsequia in Lusitanorum bello fuerant illustria, utcumque merito venia donata, bona honoresque restituti,

restituti, præsidium Tarifa cum arce Alphonso Enriquo Hispaniarum Archithalasso restitutum. Petro Godoi qui tres Carmonenses arces præsidio tenebat, imperatum, ut illas traderet, qui aliquandiu cunctatus dum rependi sibi nescio quos sumptus exigit, tandem Regis & Reginæ iram veritus nulla conditione tradit, traditaque Guterio Cardenio quæstori maximo sub fide publica credunt. Commendatarius quoque maximus Legionensis prouinciæ, qui Lusitano bello, quem admodum sæpe dictum est, insignem operam nauarat, obsequiorum suorum fiducia petit a Rege & Regina, supplicatque, velint ius suum in magistratus petitione sibi seruari, se fuisse tredecim commendatiorum suffragiis creatum, Magistratu atque totius ordinis consensu pro Magistro expeti, sequere ita meritum de re publica Hispana ut repulsam pati non mereretur. Regina vero etsi cupiebat dignitatem illam in Regis capite collocari, tamen habita ratione commendatarii maximi tam præclare de se meriti, a Rege petit, ut illi cedat, neque vllam esse rationem, ut in tam obsequentem amicum ingrati esse videatur. Iubent itaque illum a tredecim illis suffragatoribus & totius ordinis consensu & vna omnium voce Magistrum creari, mittuntque libellos supplices ad Pontificem Max. ut electio illa Apostolicæ sedis autoritate confirmetur, id quod est a summo Pontifice concessum. Quæstor vero maximus in locum Magistri in commendatarium maximum est successus.

Rex Victoriam proficiscitur, ut cum Ioanne patre quosdam res commentaretur, & inde Hispalim ad Reginam redit. Cap. X.

PACATIS Bæticæ contentioibus, munitionibusque receptis, Rex animo reuifendi patrem Tarraconensium Regem a Regina digressus, ad castra Iulia venit, quorum arcem quam Gonfalus ab Abila sequestro tenebat, in Xanthum ab Aquila, ciuem equitemque Abilensem transferri iubet, præsidioque & necessariis aliis rebus instruit. Inde Victoriam recta proficiscitur, quo iam pridem constitutum erat Tarraconensium Regem esse venturum, & quidem iam aduentabat. Cum filius in occursum patri progrediens, iam congregarentur, filius patris dextram manu prensans conatur illam exoculari, atque ille diu reluctatus manum subducit, sequere ad filii sinistram locat. Cumque ad Tarraconensis diuersorium sic venissent, Hispanus equo descendens patrem volebat in domum deducere. At ille, Absit, inquit, a me atque a dignitate tua, fili charissime, ut cum sis Rex Hispaniæ, vnde mihi est origo, & cui omnes ex eadem stirpe propagati obsequium & obseruantiam debent, ego sim tibi dexter, & tu mecum sinister, hoc est exterior incedas, atque ita pater filium comitatus est vsque ad illius diuersorium, & inde ad suum redit. Ortus est deinde sermo inter Palatinos, ut fieri solet, an recte pater primas partes filio cesserit, & filius acceperit. Nam vterque Rex erat, & Tarraconensis hospes Hispani filii, atque idcirco maiori honore afficiendus, & iis accedebat, quod erat pater. At alii dicebant recte factum esse, quod tamen Reges erant, sed tamen ita dispares, quod filius ex toto, ex parte vero pater erat. Erat eo tempore præsens vir iuris consultissimus, & orator satis vehemens & probatus, atque antiquitatum & exemplorum memoria præclarus, qui ea de re consultus ab hominibus iis de rebus ignaris respondit recte fecisse vtrumque Regem, & patrem qui filio primas concesserit, & filium qui acceperit: atque imprimis afferebat illud quod Q. Fabius Maximus consul, cum pater proconsul equo vehens illi obuiam processisset, imperauit lictori, ut iuberet patrem ex equo descendere, qui iussus paruit, filiumque collaudauit. Atque hunc tenorem vterque in deferendis alteri honoribus, per totos illos viginti dies quibus Victoriam sunt commorati, in sedendo & assurgendo, in deducendo & reducendo, & cæteris in rebus omnibus, in quibus vita humana prioris & posterioris ordinem posuit, seruauit. Igitur cum primum de re communi cepissent inter se commentari, primum de regno Nauariæ constitutum est, ut decerneretur Phæbo ex filia nepoti Regis Tarraconensis, conseruareturque in eo tanquam vnus familiaris Regum Tarraconensis

prouinciæ, tamen non per agnationem, sed per cognationem esset ex eadem familia ortus. Decreta quoque sunt multa alia ad regni Tarraconensis, & Sicilia, & insularum nostri maris administrationem pertinentia. Inde digressi, Tarraconensis Tarraconensem suam, & Hispanus castri Inui obsidionem reuisit, quam offendit ex voto perpulchre instructam, & obsessos iam ad deditionem clamantes, & libenter iam de se dedendi conditionibus audientes. Erant enim iam & numero multo pauciores, & viribus exhausti, atque omnium rerum quæ ad victum pertinebant, copia defecti. Cum enim res in eo esset statu, ut facile transigi posset, ceptum est agi de arcis deditione, & Rege cupido ad maiora eundi, & illis vltimum exitum timentibus sic conuenerunt, ut præses cum suis satellitibus bonisque liberi abirent quocumque vellent, arcemque Regis arbitrio relinquerent, traditamque demoliri atque solo æquari iussit: illi vero in Lusitaniam transmigrarunt. His peractis Rex Hispalim ad Regiam proficiscitur, atque inde Cordubam ire constituunt, ut quemadmodum res Hispalenses, ita & Cordubentes, quæ eodem morbi genere laborabant, aduentu præsentiaque sua pacarent. Sed antea quam inde discederent, ut futuræ ciuitatis tranquillitati prospicerent, Marchioni postulanti ut liceret sibi per regiam potestatem æquo iure cum Duce a Methymna in patria communi viuere, responderunt non esse e republica Hispalensi, ut reditus in urbem illi pateret. Quod cum Marchio ægre tulisset, ut ipso exulante æmulus in vrbe maneret, Duci quoque a Methymna idem imperarunt. Illis namque absentibus facile poterat ciuitas esse quieta, cum causæ disceptandi tollerentur.

DECADIS PRIMÆ ET LIBRI
SEPTIMI FINIS.

Reliqui tres temporum iniuria desiderantur.

Æ L I I

Æ L I I A N T O N I I
N E B R I S S E N S I S , A V T O -

R I T A T E R E G I A H I S P A N A R V M A T Q V E
H I S P A N I E N S I V M R E R V M H I S T O R I C I , I N S E C V N D A M
D e c a d e m , q u æ e s t d e b e l l o G r a n a t e n s i , P R Æ F A T I O , i n q u a o s t e n d i -
t u r , n e q ; P r i n c i p i b u s H i s p a n i s f u i s s e v n q u a m a d b e l l u m i n -
f e r e n d u m v i r e s m a i o r e s , n e q u e h o s t i b u s a d
p r o p u l s a n d u m a u c t i o r e s .

S E Q V I T V R bellum Granatense, quod & temporis spacio, & expeditio-
num apparatu, & hostium robore, & locorum difficultate fuit maxi-
mum omnium quæ post deletas Gothorum opes in Hispania vnquam
gesta sunt. Superiorum namq; Regum in Mauros expeditiones partim
iunnuariæ, partim intercisæ multorum annorum intercapedine fue-
runt. At posteaquam semel Principes nostri bellum hostibus inferre de-
creuerunt, nūquam cessatum est, quoad per continentes annos prope de-
cem omnia sunt confecta. Nulla propemodum interea quies data militibus, non in domibus
suis, non in astinis, non deniq; in hybernis, quin potius prioris cuiusq; victorie finis, principii
erat sequentis. Quod si te ad belli apparatus conuertas, nihil defuit quod ad maxima potentia
vires ostentandas pertineret, non peditum, equitumque cataphractorum, non leuis arma-
tura numerus incredibilis, non carrucariorum, mulionum suffraganeorum, non calonum, si-
xarum, pabulatorum copiosa multitudo, non tormentorum machinarumque genus vllum,
non commeatu vsque ad satietatem terra marique aduecti. Nam quod ad hostes attinet, nū-
quam ad ea tempora res Maurorum fuerunt auctiores, & militum numero, robore, exerci-
tatione armorum, atque ad exercitus stipendiaque persoluenda ditiores. Ad septies mille sti-
pendiarios equites e publico in belli procinctu semper habebant, præter euocatorum gregario-
rumque innumeram multitudinem. Nam peditum tantus erat numerus, ut Granata ipsa in
medio totius regni situ posita, naque ad bellicos tumultus parata, vti ferebatur, solita sit per
singulas vrbes portas, quæ numero erant septem, ferentiariorum sagittatorumque ternos mil-
lenos effundere viros. Quod vero ad publica vectigalia pertinet, ad stipendia militum per-
soluenda, arces muniendas, machinas aptandas, alia que ad tantum bellum necessaria, si quis
tractus illius angustias, & soli malignitatem, præruptaque montium consideret, incredibile
quod sum dicturus videbitur: dicam tamen nihilominus, septies centum mille aureos patrios
Regi suo Granatæ regnum quotannis pendebat, qui numerus ratione ponderis in ducales no-
stros aureos in decies centum mille excreuit. Vnde igitur dicit quispiam sub Principibus no-
stris tanta fisci diminutio regni illius facta est? Quia nimirum alia tributorum ratio sub illo-
rum Regibus quondam fuit, quam nunc est sub nostris. Illorum imprimis agricolæ & pasto-
res frugum pecudumque Regi suo pendebant septimas, quemadmodum nostri sacerdotibus
& ecclesiæ, atque ipsi etiam tantum decimas. Illis quibus non erant filij, necesse erat Regem ex
asse relinquere heredem, & quibus erant, pro virili portione cum illis coheredem instituere.
Quo præterea die nouella pecudes aut armenta cuiusque signo inurebantur, tertiam partem
valoris quanti estimabatur, fisco annotabant. Iam vero ex portorijs, vecturis, delationibus,
calumnijs, innumeris exactionibus, incredibile dictu est, quantum regius census augetur.
At vero apud nostros nihil tale, aut si quid est, perquam modicum est. Quare nihil miran-
dum, si tantis copijs tantisq; rerum omnium facultatibus hostes freti, tandiu po-
tuerunt Principum nostrorum potentiam sustinere. Sed bene
quod tandem penes illos victoria fuit, qui erant, quem-
admodum iure, ita & armis potiores.

FFF iij

AELII ANTONII NEBRIS-
SENSIS, RERVM HISPANARVM AC HI-
SPANIENSIVM HISTORICI, DECADIS
SECVNDÆ LIBER PRIMVS.

*Enumerat causas, cur iuste Hispani Principes bellum Granatensibus Mauris intulerunt:
& quemadmodum Zahara castellum in collimitio situm a Mauris
captum est. Caput I.*



OMPOSITIS Hispaniæ rebus, quemadmodum in superioribus
decem libris præscriptum est, iam Principum nostrorum for-
tuna laborabat in inueniendis causis quæ illos ocio ac longa pa-
ce indormientes excitaret. Et si enim iam inde ab inueniente regni
sui exordio illa maxima cura eorum animis infederat, quo pacto
deletere possent dedecus illud Hispaniæ, atque proinde totius
Christianæ religionis insigne opprobrium, ingruentia tamen
negocia non sinebant illos de tanti belli magnitudine cogitare, cum præsertim ex
superioribus bellis atque rerum omnium perturbatione Hispana resp. esset peni-
tus labefactata. Et quamquam nulla belli iustior poterat videri causa, quam pro
religione contra nominis Christiani hostes arma corripere, cum aliqui philosophi
tradât, eos qui intellectu vigent atque ratione, suapte natura Barbarorum esse do-
minos, atque eodem iure bellum illis iuste inferri posse: accedebant tamen aliæ pro-
piores causæ, quæ non tam patiebantur nostros tam longo tempore desiderere, at-
que illa imprimis, quod ab externis nationibus iam pridem probro nobis obiicie-
batur, quod non modo hostes in conspectu nostro, atque ante oculos positos non
submoueremus, verum etiam crebris nos iniuriis ultro laceffentes vix possemus
sustinere. Quis enim ab orbe nostro tam remotus, atque rerum nostrarum tam
ignarus erat, qui nesciret agrorum populationes, armetorum gregumque cum suis
pastoribus direptiones, vicorum, castellorum expugnationes ab immanissimis ho-
stibus illatas? Erat & altera causa quæ nos propensiori quodam modo stimulabat,
ea quæ maiorum nostrorum socordia fuerant abalienata, quæque ad nos hæredi-
tario quodam iure pertinebât, iusta clarigatione ac longi postliminii iure non re-
petere. Quid quod hostes cotidie magis magisque inualecebant, & in dies plura
minabantur, atque præclare nobiscum agi putabamus, si æquo cum illis iure Hi-
spanarum rerum imperio potiremur? Superioribus his causis accessit alia propin-
quior adhuc, quæ belli hostibus inferendi occasionem adhuc faceret iustiore.
Nam Principes nostri dum student bella intestina dissensionisque ciuiles com-
ponere, atque piratarum grassatorumque latrocinia coercere, ac præterea leges
ferre quibus futuræ tranquillitatis pacisque fundamenta iacerentur, permiserant
temporarias cum hostibus inducias fieri. Erat ea tempestate Maurorum Rex Ha-
li Abenhazan, vir in bellicis artibus apprimè doctus, nec minus rerum nouarum
cupidus. Is cum intelligeret nostros aliis in rebus occupatos, factus certior Zaha-
ram (castellum id erat media regione inter Asindum Arundamque situm) negli-
gentius custodiri, ac præsidio esse vacuum, arripit occasionem, & contra fas, iu-
raque fecialia, ac induciarum pacta conuenta castellum noctu oppugnat, ac non
multo negotio capit, arcis præsidem præsidariosque obtruncat, matres, virgines,
viros, puerosque vinctos cum armentis & gregibus pecudum in speciem trium-
phi ducens, arce castelloque validiori præsidio munitis, victor se ad suos recipit.
Eo tempore Rex & Regina Methymnæ ad campum agebant, qui eorum quæ ad
Zaharam gesta sunt accepto nuncio, nihil cunctandum esse rati, omnia consilia
in hostes vertunt, arma parant, exercitus conscribunt, pecunias vnde cunque ho-
neste possunt, magna cum diligentia cõquirunt, cum primum fieri possit, bellum
hostibus

hostibus illaruri, illa maxime fiducia læti, quod violati fœderis iurisque gentium
nefas ab hostibus primum steterit. Et ne quid interea detrimenti limitanei pate-
rentur, scribunt ad ciuitatum præfectos, ad arcium castellorumque præfides, &
ad eos duces quibus prouinciæ Bæticæ, atque Murgitani regni ex antiqua Hispa-
norum consuetudine finium tuendorum cura demandata est, vt excubent in ar-
mis, arces atque oppida muniunt, limitesque summa vigilantia tueantur. Alphon-
so præterea Cardenio, equestris ordinis qui sub diui Jacobi nomine dicatus est
Magistro, per literas imperant, vt quam maximo possit equitatu Astygitanam co-
loniam insideat: alterius quoque militiæ a Calatraua Cisterciensis Magistro Ro-
derico Tello Gironi, vt Mentefam præsidio teneat: omnibusque in commune e-
dicunt, vt non modo hostium excursions per agros compescant, verum etiam i-
pforum fines populentur, ac ferro & igni vastatos reddant. Quæ omnia nihilo se-
cius quam illis sunt imperata, exequantur.

*Quemadmodum Alama duce Marchione Gaditano, & Jacobo Merulo
ciuitatis Hispalensis præfecto, expugnata & ca-
pta est. Caput II.*

DVM hæc per vtriusque partis limitaneos aguntur, Iacobus Merulus quem
Rex & Regina ciuitatis Hispalensis prætoribus senatoribusque assessorum
dederant, atque impendentis belli necessitatibus præferant, agit per explorato-
res, ac semitarum diuerticulorumque viros peritos, vt pertentent oppidum ali-
quod, siue castellum hostile, si quo modo possit a nostris intercipi. Paucis post die-
bus referunt Malacam urbem maritimam segniter, atque mediterraneam Alama
negligentius ab hostibus obseruari. Merulus rem omnem ad Rodericum
Pontium Marchionem Gaditanum refert, atque yterque Petrum Enriquez pro-
uinciæ Bæticæ præfectum in consilium adsciscunt. Cumque de alterutra vrbe pe-
tenda diutius consultassent, placuit tãdem Alamam debere peti, propterea quod
videbatur expugnata captuque facilior. Omnibus visum facinus præclarum, at-
que omni laude dignissimum, & in quod esset totis viribus incumbendum. Sed
quia grandiori exercitu opus erat, hortantur alios proceres arciumque præfides,
vt veniant ipsi, aut auxiliares mittant copias. Enriquem Guzmanum a Methymna
Asindica Ducem huius cõsili non fecere participem, ob antiquas similtates quæ
illi cum Marchione Gaditano intercesserant. Coiere ad negotium peragendum
leuis armaturæ equitum ad tria millia, peditum aliquanto numerus amplior, qui
per montium anfractus, perque iuga vallesque deprellas, noctu magis quam die
iter facientes, non sine magna difficultate perueniunt tandem nocte intempesta
in conuallem quæ aberat ab Alama passuum circiter duo millia. Trecenti ex om-
nium numero strenui milites iubentur sequi duces itineris. Cumque urbem pro-
pius accessissent, præmittunt excubias, vt captent quid apud hostes agatur. Refe-
runt ab arcis parte omnia esse quæta, non circitorum exhortationes, non vigilum
acclamationes, non denique vllum audiri strepitum. Igitur per amicæ noctis si-
lentium scalas muro exteriori admouent, scandit primus omnium Ioannes Orte-
ga, qui se profitebatur scalarium, vir paratus in vtrumque facinus, siue rem confi-
cere, seu certæ occumbere morti. Sequebatur illum Martinus Galindus paris au-
daciæ vir, ab Astygi vrbe nobilissimus eques, sed a quodam familiari suo instantis
periculi admonitus locum cedit. Ille gradum occupat, qui ab scalario interroga-
tus, quis tu es qui me se queris? Ioannes, ait, ille Toletanus. Subiicit Ortega, A
Toleto in tanta re aliquid boni? Perge, inquit ille, nam paulo post experieris.
Tum sequitur Martinus ipse Galindus, & post illos conscendunt alii triginta, qui
occupato exteriori arcis pomcerio transiliunt murum interiorem, vigiles som-
no semisepultos trucidant, aliosque ex eadem arce auxilio subeuntes pari ra-
tione conficiunt. In quo Toletanus ille, quemadmodum erat pollicitus, egre-
gie rem gessit. Capiuntur mulierculæ cum pueris, præfidiarii ex muro detur-
bantur. Nostris arce positi feras postici in agrum spectantis frangunt, socios in

arcem ad se recipiunt. Oppidani qui in media urbis parte siti, summa in pace securi agebant nihil tale formidantes, terrore subito percussi corripunt arma, ut arci quamprimum suppetias ferant. Quam ab hostibus occupatam videntes, murorum turres & propugnacula, ciuitatis portas & templa præsidio muniunt, vias ad arcem spectantes vallo, & fossa, beronibusque occcludunt, eoque ferreos arcus, scorpiones, ballistas, sclopetras, & alia tormentorum genera comportant, sagittas, catapultas, phalaricas, glandes plumbeas, & saxeos orbis in arcis portam pariter intendunt, metuentes id quod erat futurum, ut inde hostes ad urbem diripiendam erumperent. Augebat illis animum ad obeundos labores, quod ad paucas horas expectabant suorum auxilia, tum a castellis oppidisque finitimis, tum etiam a Granata ipsa equitum peditumque egregia altrice, quæ non amplius quam triginta millia passuum aberat, & quæ vnus diei itinere posset longe maiorem exercitum auxilio submittere quam noster esset. Quod ipsum nostros vehementer angebat, intelligebant namque, si eo die tota urbs in potestatem suam non venisset, omnes suos labores frustra susceptos, atque postmodum tantam hostium multitudinem superuenturam, ut neque arcem tueri, neque cum illis confingere, neque illorum impetus sustinere, neque se demum nisi maximo accepto detrimento posse ad suos recipere. Interim dum quid consilii capiant, duces exquirunt, Xanthus ab Abila Carmonensis arcis præfectus, vir nobilis, atque animi præceps, qui & ipse insignem equitum cohortem ductabat, Est ne quisquam ex vobis, inquit, viri fortissimi, qui me in hostes erumpere volentem sequatur? Aderat forte pari magnitudine animi vir Nicolaus Rogius, & ipse Arcuensis arcis præses, qui ait, Ego te, mi Xanthe, etsi nemo alius, sequar. Vnum & commune periculum, vna salus ambobus erit. Qui alios ut sequerentur exhortati, vix prima portarum limina attigerant, & in medio statim eruptionis conatu hostium telis obruantur. Eorum cæde nostri animo consternati diffidere rebus, incerti quid agant, quo se consilio ex tantis angustiis explicent. Visum est quibusdam arcem demoliri, seque ante quam hostes auxilio veniant, debere ad suos recipere. Sed Marchio, & prouinciæ Bæticæ præfectus, & Iacobus Merulus, & quibus erat animus præsens, ac bello viuida virtus, arcem nullo modo deserendam esse censent. Causabantur illi imprimis difficiles in urbem aditus, hostium auxilio subeuntium in breui tempore aduentum, ac præterea rerum commeatu penuriam. Hi vero contendunt ab incepto nullo modo esse desistendum, & quando in arce capienda semel sibi bene cessit, vrgendos esse successus, atque viam inueniendam qua tota urbs capiatur, & quo alacrius rem adoriantur, ciuitas diripienda militibus proponitur, ut quod cuique ex præda cesserit, extra sortem possideat, neque in manibus redigatur. Itaque placuit demoliri partem muri qui arcem ab urbe dirimebat. Per urbis ruinas nostri duce Marchione agmine facto erumpunt, alii per arcis partem, alii per muros, qua parte erant arci continentes. Alii domorum culmina conscendunt, alii parietes communes suffodiunt, pars viarum angustias obsident, pugnatur vndique vehementer, eminus telis, cominus gladiis. Hos prædæ atque victoriæ spes alit, illos urbis amissæ desperatio agit præcipites, utrosque auxiliorum aduentus acuit, nostros, ut ante hostium aduentum rem peragant, illos, ut partem urbis captæ integram seruent, qua suos opem laturos receperent. Pugnatum est tota die ad vesperam. Mauri deinde paulatim pugna cedere, seque in templum quod non longe a muris erat recipere. At nostri, ne quid intra muros esset hostile, oppugnationem templi non differunt, testudines pluteosque parietibus admouent, arietibus limina quatunt, apponunt incendia, obsessi tandem partim capiuntur, partim trucidantur. Atque ita nostri præda ingenti, & grandi captiuorum numero, & quod iam inde ab initio petierant, florentissimi vrbe potiuntur. In Alama expugnata damnum Zaharæ ab hostibus illatum compensa-

compensauimus, præterquam quod ad futuri belli momentum plus detrimento in eius expugnatione intulimus, quam in illius amissione accepimus, quod postea totius belli exitu intellectum est. Parua Zaharæ amissæ in limitibus præsertim accepta iactura, atque ingens Alame in hostilis regni visceribus illata, futuri euentus omen fuit, quod paruo nostrorum detrimento dira calamitas atque perniciosa erat hostibus accipienda. Quod & fanaticus quidam senex non dissimulauit, qui cum primum de Zahara expugnata nūcius Granatam est allatus, Aut me, inquit, mea fallunt oracula, aut de regno Maurorum in Hispania quod per tot annos possederant, actum est.

Quod Granatensium Rex ex Alama nuncio cum ingenti exercitu venit, atque oppidum a nostris captum oppugnat. Caput III.

EX Alame captæ nuncio ingens trepidatio Granatæ consecuta est. Principio nemo erat qui crederet nostros tantum facinus aggressuros, ut urbem in medijs regni penetralibus sitam attentarent. Sed postea quam vnus & item alter rem certior rem facit, atque alius tantum arcem, alius partem quoque urbis, alius totam urbem captam nunciat, omnes in commune fortunam suam lamentari, lugere regnum quod tanto tempore possederat, breui periturum. Rex ipse tanti mali nuncio percussus rem ad populi primores refert, quod possit esse tantæ calamitatis remedium exquirat. Placuit totis viribus incumbendum, ut quam primum suis laborantibus, atque in vltimo periculo constitutis, ex præsentibus copiis suppetias ferat. Deinde cum omni equitatu, peditatuque, atque tota regni mole laborandum, ut hostem in medijs regni visceribus exultantem abigant. Missi itaque subsidio mille armaturæ leuis equites, qui postmodum eius diei quam urbs capta est, sub primam lucem visi, muros bis terque obequitarunt, videteque omnia iam in hostium potestatem redacta, neque quicquam auxilii suis præstare posse, redierunt. Rex interea scribit ad omnes omnium præfectos atque arcium præsidios, ut pro negotii magnitudine cogat exercitus quam maximos possint, atque ad Alamam obsidendam quadriduo conueniant. Intelligebat namque omnem spem urbis recuperandæ in celeritate positam esse, antea quam hostes se validiori præsidio muniant, & maiores Christianorum copiarum confluant, atque tormenta & machinæ cum grandiori commeatu eo comportentur. Qui nihilo secius quam sunt iussi, ad locum tempusque constitutum omnes conueniunt. Erat equitum ingens numerus, sed peditum incredibilis multitudo, inter quos sagittatores sclopetarii que complures. Castris positos constituunt ab omnibus simul partibus urbem incessere, non diu, non noctu ab oppugnatione desistere, ut nostri ancipiti periculo distracti, atque vigiliis & laboribus defessi cederent. At duces nostri multitudine hostium commoti nihilo segnius agunt, milites per murorum pinnas propugnaculaque partiuntur, cohortes quæ laborantibus opem ferant, certis in locis disponunt. Ipsi per urbis promœria propugnatores hortantur, ne in tanto discrimine rem somniculose negligenterque agant. At hostes tamen non venerant instructi machinis sulphurariisque tormentis, magno tamen animo, vel potius temeraria quadam desperatione, muros vndique adoriantur, pluteos ac testudines murorum radicibus admouent, fundamenta suffodiunt, arietant portas, scalas admouent, nullumque tempus intermittunt in quo non hostibus obsessis negotium facessant. At nostri etsi numero pauciores erant, non modo superuit animus ad deturbandum hostes, verum etiam ausu portas erumpere, oppugnantes vltro incessabant. Cadebant ex illis complures, propterea quod ausu temerario, vel potius præcipiti quadam rabie concitati ad muros accedebant. Oppugnatum propugnatumque est oppidum eo die summis vtrinque viribus. Sed Mauricentes nihil se ea oppugnatione proficere, statuunt flumen quod urbem præterlabitur, per inciles fossas diuertere. Nostri vero ne aquationis vsus interciperetur, cum alioqui non essent in urbe fontes, non putei, non cisternæ, coacti sunt pro aqua cum hostibus pugnam conferere. Cumque ex vtraque parte

complures caderēt, non potuit effici quo minus hostes magnam fluminis partem alio diuerterent. Erat cuniculus ex vrbe pertendens ad flumen, aquationis vsui iā pridem ab oppidanis comparatus. Sed cum ex diuersa fluminis ripa sagittis & missilibus aquatores summouerentur, non potuit euitari, quin pro vsu rei tam necessaria ab vtrisque diu noctuque pugnaretur, atque plures vtrinque caderēt. Laborabāt præterea nostri aliarum rerū multarum inopia. Nam cum iam inde ab initio vrbs capta diriperetur, multitudo ignara consiliorum, putās urbem non eo expugnata ut munitur præsidio, sed vt direpta dirutaque desereretur, frumenta equis proculcanda spargunt, dolia & serias mellis & olei frangunt, atque corrumpunt alia quæ possent aliquando vsui esse futura. Duces nostri in tanta rerum omnium difficultate positi ab urbibus finitimis per litteras auxilia petunt, proceres primoresque populorum ad ferendas suppetias hortantur, quanto in periculo sint exponunt. Ducem a Methymna Asindica ob memoratas similitates veriti sunt commonere, ne rogatum facerent deteriolem sibi implacationemque, cum præfertim de tanta re illum a principio non consuluerint. Ad Regem præterea Regiamque scribunt, quo in statu res sit, enarrant, atque vt copias auxiliares quamprimum curent mittendas, hortantur.

De auxiliaribus copiis cum comœatu obsessis missis, & quod Rex ex Methymna profectus magnis itineribus properat, vt negotio interesseret. Caput IIII.

20

Nuncio eorum quæ ad Alamam gerebantur ad finitimas nostrorum ciuitates allato, omnes se incredibili studio ad arma capeffenda concitare, atque suis in tanto periculo positis ad auxilia ferenda cohortari. Sed imprimis Enriqus a Methymna Asindica Dux, similitatum quæ illi cum Marchione Gaditano intercesserant, aut obliuione sempiterna memoriam delens, aut ad tempus diffimulans, equites peditesque aut suæ ditionis, aut suæ æra merentēs euocat, amicos rogat, omnes in commune ad ferendam laborantibus opem accendit. Exponit præterea publice apud mensarios ingentem pecuniarum aceruum, vnde stipendia gregariis militibus persoluerentur. Atque in hunc modū quam maximo exercitu comparato, accedunt alteræ copię a Corduba, Astygi, Hispali, Asindo, cæterisque oppidis & municipiis in hostium collimitio positis. Conueniunt præterea eodem Comes Agabrensis & Alphonfus Aquilarius atque limitaneorum præfecti, qui omnes grandi rerum omnium comœatu, & qui posset sibi obsessisque sufficere, iumentis imposito, Alamam contendunt. Mirum tam breui tempore tantam equitum peditumque multitudinem potuisse vnum in locum conuenire, atque tanto omnium consensu tantaque animi alacritate ad præclarum facinus peragendum coniurasse. Erat ea tempestate Rex & Regina Methymnæ ad campum, qui nuncio accepto de Alama a nostris expugnata, & deinde ab hostibus obfessa, nihil cūctandum esse rati, cunctis viribus opitulandum esse interclusis decernunt, ad Bæticæ prouincię ciuitates, oppida, castella, arciumque præsidēs, & ad limitaneorum præfectos scribunt, vt sint in armorum procinctu. Ipse vero Rex quo die nūcium accepit, a Regina digressus magnis itineribus Cordubam contendit. Erant in illius comitatu Beltranus Dux Alburquerqueus, Petrus Manriqus Comes a Triuinio, Enicus Mendoza Comes quoque a Tendilla, quibus se deinde adiūxit Ioannes Siluius Cifontanus Comes, ex Toletō vrbe regia progrediens in occursum. Cumque peruenissent ad Amuzum (oppidum est id a Corduba distans septentrionem versus passuum circiter millia viginti) mittit litteras ad Ducem Methymnæum, ad Comitē Agabrensem, ad Alphonsum Aquilarium, & ad alios cohortium præfectos, imperans illis ne properent, seque expectent, velle se dicit ferendo subsidio interesse. Atqui duces qui iam intra hostium fines exercitum ductabant, cum grandi armorum comœatuque impedimento, putantes iam non esse integrum, sed neque tutum retrocedere, tum quod obfessi laborabant in summa rerum omnium inopia, tum etiam quod tantus exercitus non poterat diutius contineri,

contineri, propterea quod ad paucos dies erat conductus, & paucorum dierum cibaria comportabantur, rescribunt ad Celsitudinem suam se voluisse illius iussis obtemperare, sed rem eo loci deductam, vt iam nō sit in iporum potestate, vt saluis rebus possent repedare. Orabant obtestabanturque illum, quando aliud fieri non poterat, id quod fecissent, boni consuleret. At Rex nihilo segnus institutum iter peragit, quoad ventum est ad locum quem accolæ Pontonē magistri vocant. Vbi certior factus exercitum procedere, neque posse illum ob memoratas causas expectare, properabat tamen vt copias consequeretur, nisi periculi a finitimis hostibus imminētis admonitus fuisset. Itaque statuit Ramblæ rei euentū expectans immorari. Vbi vero postridie nūcium accepit de hostium fuga, deque Alamæ obfisione soluta Cordubam rediit, quo venturam esse Regiam conuenerat, cum qua de futuri belli ratione consultaretur. Constabat namque Granatenes Mauros, dum haberent hostem in agro propemodum suburbano, nūquam quieturos, sed neque cessaturos ab obfisione repetēda, quoad urbem amissam recuperarēt. Ex quo alterum e duobus erat necessarium, aut urbem relinquēdam, aut bellum esse continenter gerendum. Nam quod erat tertium, alternis mensibus tam grandem exercitum cogere, qui sufficeret ad comœatus importādos, infiniti cuiusdā erat sumptus, & vnde multo maius detrimentum nostri quam hostes acciperent.

20 Solutur Alama obfidio, comœatus in urbem importatur, Dux a Methymna cum Marchione ex antiqua similitate in gratiam rediit. Caput V.

MAVRVS deserta obfisione cum se Granatam recepisset, nostri summa rerū omnium inopia laborantes spem metumque inter dubii pendebant, cū speculatores nunciant auxiliares nostrorum copias aduentare. Erumpunt portis bipatentibus omnes, atque in occursum venientium hilares procedunt. Ruunt vtrique in amplexus & oscula, dicunt accipiuntque salutē. Hi percontari, illi narrare pericula gestiunt. Hos iuuat beneficia in tam bene meritos collocasse, hi cōseruatores atque vitæ salutisque suæ autores venerātur. Iam Gaditanus Marchio acceperat quanta animi alacritate Dux a Methymna se gessit principem in contrahendis auxiliis, quantaque liberalitate in stipendio militibus persoluendo fuerit vsus, quātos præterea labores in ductādo exercitu subierit, cū alioqui potuisset iure suo in aduersarii calamitate, aut lætari, aut saltem diffimulare. Ipse prior Ducem adit, atque post arctissimos amplexus dicta acceptaque salute huiusmodi verbis est vsus. Hic dies, clarissime Dux, mihi quæ imprimis obseruande, controuersis similitatibusque nostris sine imposito, idemque spero initium dabit necessitudinis amorisque inter nos sempiterni. Nam & ego semper meminero beneficii a te hodie accepti, atque salutis quam tibi vni acceptā refero, & tu e diuerso cū de me cogitabis, de tua erga me benignitate memineras, & te meæ salutis autorē fuisse lætabere. Sed quādo neque fortuna tua desiderat, vt tuis in me beneficiis gratiam referā, neque pro tui animi magnitudine id a me exigis, reliquum est, vt Deus immortalis & mens sibi cōscia recti præmia digna ferat. Ad quæ breuiter Methymnæus Dux, Missa, inquit, isthæc fac per quā illustri Marchio. Neque enim decet in causa maxime religionis Christianæ bonos viros priuatū similitatū meminisse, quin potius omnes offensas, si quæ hinc inde, aut illatę, aut acceptę sunt, cōdonemus patrię atque nomini Christiano, æternaque obliuione sepeliamus. Nūc quādo bene vtrisque cessit, genialis agatur iste dies, sitque inter nos gratię recōciliatę testis sempiternus. Iungūt itaque hospitia, & quemadmodū est in adagio illo veteri, pares cū paribus facillime congregantur. Sed quid non mortalia pectora cogit auri sacra fames? Cernens auxiliaris miles hospitem suū seruis, ancillis, armis, omni que preciosa supellectili adauctum, cepit inuidere, atque alius aliū mussans extimulare, Cur non, inquiens, & nos quoque ex præda pro virili portionem petimus, qui non minus in ferendo auxilio quam isti in capiēda vrbe laborauimus? Neque enim minor est labor, quam quærere, parta tueri. Itaque cum postridie de relinquendo in vrbe præsidio, deque recedendo exercitu a ductoribus ageretur, ceptum est non iam obscure, sed palam

atque pro cōcione publica disceptari de præda inter præfidiarios subsidiarioque diuidenda. Hi namque dicebant deberi sibi non modo partem spoliū, sed & omnem prædam, quando ut ait poeta,

Non minor est labor, quam querere, parta tueri.

An qui in summa rerum omnium difficultate atque angustia positi, iam iam in hostium potestate venturi erant, aut eadem miserandam subituri, non dederent se cum suis omnibus bonis, vitæ salutisque suæ autoribus? pellem, inquit scriptura sacra, pro pelle dabit homo pro anima sua. Illud in super addebāt ex limitaneorum iure legibusque iam inde ab ipsa hominum origine obseruatis, qui in hostium potestatem deuenerunt, sui iuris omniumque bonorum suorum facultatem amiserunt, atque sui ipsorum dominium in victores transtulere. At vos, inquit, omniaque bona vestra, tam ea quæ antea iure possidebatis, quam ea quæ nunc ex belli huius manibus obuenerūt, vestri iuris esse desiere, cum iam iam in hostium potestatem ventura essent, nisi nos auxilium tulissemus. Quæ igitur inuidia est, non concedere partem illis qui vobis omnia reddiderunt, vitam, libertatem, fortunamque omnes, tam iure antea possessas, quàm nunc ex bello aduentitias? Illi vero contra, Immo, inquit, quæ æquitas, quod iure nostrum semel esse cepit, quodque vigiliis, & laboribus, atque in super vitæ periculo nobis accessit, atque in censum nostrum iuste numerari debet, nobis inuitis velle præripere? At liberastis obsidione detentos, aperuistis viam qua ciuibus vestris in patriam reditus pateret, fecistis quod ex iure diuino & humano facere debuistis. Nunc vero pro eo mercedem exigere, quod vltro bene fecistis, quæ humanitas est? immo quis pudor atque inciuilitas, beneficium semel bene collocatum exprobrare? His se stimulis atque iurgis in rixam, & ex rixa se in pugnam prouocantes Dux a Methymna sic alloquitur. Quo pergitis o commilitones mei, quis furor iraque mentem præcipitat? hoc tantum obsecro prohibete nefas, ne velitis pro parua bonorum fortunæ accessione tantam rei bene gestæ gloriam commaculare. Et quid aliud hostes nostros facerent, quam quod vos facere incipitis? Nunquid ea ex causa huc venimus, ut cum ciuibus nostris pugnam cōfereremus, an potius ut ex periculo & obsidionis angustia explicaremus? Sinite igitur, rogo vos, habeant illi parua atque minuta fortunæ bona, quæ sibi forte sua obtigerunt, dum modo vos beneficentiæ vestræ conscientia fruamini, quæ sola bonis atque sapientibus viris præmium recte factorum semper fuit iudicata. Hoc clarissimi deque omnibus benemeriti Ducis sermone mitiores facti milites auxiliarii cesserunt, puduitque illos incepisse quod non fuerunt consecuti. Tum exercitus parte cum omni comite quem importauerant, in vrbe præsidio relicto, cæteri cum Duce & Marchione in domos quique suas læti redierunt.

Maurus Alama obsidionem repetit. Regina Cordubam venit: bellum Mauris apparatus maiori decernitur. Caput VI.

GRANATENSIVM Rex audito Ducis & Marchionis ex Alama discessu, obsidionem maiore belli apparatu repetit, atque die noctuque omni ex parte oppugnari iubet. At Iacobus Merulus Hispalensis ciuitatis præfectus, & Martinus a Corduba ex familia Comitum Ægabrensis, & Ferdinandus Carillus vir nobilis, qui relicti fuerant vrbe tuendæ causa præfecti, stationes distribuunt, vigiles circitorumque partiuntur, & qua parte murus erat infirmior, strenuissimus quisque miles collocatur. Cumque per aliquot dies continuos omne tempus mutatis oppugnantibus nostros ad lassitudinem vsque oppugnando defatigassent, statuunt in matutino quodam diei crepusculo, qua parte munitionis nulla erat suspicio, scalas ad mouere. Iamque vigilibus trucidatis ad septuaginta intra urbem recepti erant, atque ascendentiū numerus magis magisque augebatur. Ad clamorem tessera hostri excitati arma corripunt, admissosque intra mœnia hostes cædunt, fugant, atque impulsos ex muris deturbant. Actum erat de retinenda vrbe, deque omnibus qui illam præsidio tenebant, actum quoque de omni spe regni illius recuperandi quod per

per septingentos annos hostes possederant, si non Hispanæ reip. fortuna vnum ex militibus poliendi causa atque aptandi spicula sagittis per uigilem seruasset, qui hostium sciens strepitum, socios dormientes ad arma capienda excitauit. Fuit nobis tam fatalis sagittarum ille politor, quam Romanis anser ille Capitolinus, qui Senones mœnia subeuntes iamque pinna murorum prestantes primus omnium sensit, atque clangore suo vigiles propugnatoresque excitauit. Maurus cernens se ea oppugnatione nihil proficere, obsidionem intermittit in aliud tempus, quo machinis, & oppugnatoribus, atque tota illius regni mole auctus, urbem amissam reciperet. Regina interea quam Rex Methymnæ reliquerat, cum ad bellum quod cum Mauris gerebatur in Baticam proficisceretur, ad primores regni, ad ciuitates, & municipia, vnde poterat exercitus comparari, & ad euocatos qui regia stipendia merebant, literas dat, quibus omnes hortatur, ut ad certum diem sint in armorum procinctu, & se cum Rege agglomerent, ut quam maximo fieri possit exercitu, hostium fines adorianur. Comestabilem quoque Hispaniarum accertiri iubet, ut superioris Hispaniæ citra Taurum montem pro se & pro Rege gubernationem commendet. Qui veniens & qua ex causa iussus sit venire factus certior, hac vna in re dicit se cogi non posse, neque debere, ut Rege suo militante, atque cum hostibus rem gerente, Comestabilis in pace quietus & extra fortunam belli positus vitam agat. Non potuit Regina illius ad obsequium prouiam voluntatem non laudare, laudatumque ut suum in bello munus exequeretur, seque, ut ad Regem quamprimum fieri possit, conferret, hortatur. Prouinciæ deinde administratio nem in Archithalassum Regis transfert, quem regii consilii iureconsultis præficit atque prætoribus maximis, quibus in locis opus erat, constituit, quam magnis potest itineribus Cordubam ad Regem proficiscitur, nisi quatenus paucos dies dominicæ resurrectioni dedicatos Toleti immoratur. Quo tempore Regina Cordubam venit, nihil aliud fere ad regium senatum versabatur, quam de Alama capta quid esset decernendum. Erant complures ex ordine equestri atque senatorio viri rei militaris periti, quibus natura regionis & loci situs erat notus, qui Regi & Regiæ suadebant, ut demolirentur urbem, quæ nisi magno totius Hispaniæ dispendio retineri non posset. Nam cum esset in mediis hostium penetralibus sita, esse opus quotannis quater aut quinque comiteatus importari, quod tuto fieri non poterat, nisi toties equitatus ingens cogeretur. Quare belligerendi ratio potior videbatur, ut eversa funditus Alama, consilia vertentur omnia, quemadmodum Loxa posset capi, quæ minori sumptu capta retineri posset. Sed quia ciuitas illa grandior erat, & quæ, ut obsideretur, maiore belli apparatu indigeret, quam pro tempore illo esset in promptu, in aliud tempus obsidionem esse differendam, cum præsertim illa tempestate Batica rei frumentariæ penuria laboraret, satisque esset quod Rex cum præfenti exercitu comiteatum importaret Alamam, siue placeret urbem dirui, siue muniri, præfidiarios milites omnium rerum egestate laborantes esse recreandos. At Regina quæ propagandi fines Hispaniæ ingenti cupiditate flagrabat, non probauit illorum sententiam qui dicebant Alamam esse diruendam, nec vlla ex causa cessandum a gerendo bello quod semel inchoauerat, & cuius causa quo tempore aliis rebus essent impliciti, ipsa cum Rege illuc venerant. Et quando illud oppidum fuit primum quod ex hostium potestate in suam ditionem venerat, & vnde totius belli futuri auspicia erant capienda, nullo modo esse deserendum, sed potius in eo laborandum, quemadmodum castella, & oppida, munitionesque finitimæ caperentur, vnde hostibus damna inferrentur, & Alama nostræ quies tranquillitasque perueniret. Huic Regiæ tam piæ honestæque voluntati Rex accessit. Tum regni proceres & qui aderant, & qui absentes postea aduenerunt, assensu sunt, seque ad bellum quod impendebat, parant, atque alacri animo se ad arma accingunt. Rex cum proceribus qui aderant, & cum præfenti exercitu, Astygitanam coloniam petit. Fuerunt in illius comitatu ordinis ecclesiastici Petrus Mendoza Cardinalis Hispanus, qui postea ex Archiepiscopo Hispalensis fuit Toletanus antistes, ex eadem familia Iacobus Furtatus, ex episcopo Pallantino Archiepiscopus Hispalensis, & Alexandrinus Patriarcha & S.R.E. Car-

dinalis: ordinis equestris Magistri, Alphonfus Cardenius militiæ diui Iacobi, Rodericus Tellius Cisterciensis militiæ a Calatraua, a ponte Traiani, hoc est ab Alcantara, Magister Ioannes Stunica non adfuit, quia ætate pupillari sub patre Placentini Ducis erat positus: ex sæculari militia Dux a villa formosa Regis frater nothus, Ludouicus Cincinnatus a Methymna cœli Dux, Ænicus Lupides Cardinalis Hispani frater Infantatus Dux, Beltranus a Cauea Alburquerqueus Dux, Petrus Verascus Hispaniarum Comestabilis, Rodericus Pontius a Legione Gaditanus Marchio, Iacobus Lupides Patiequus Villenatium Marchio, Alphonfus Tellius Vrenatum Comes, Iacobus a Corduba Ægabrensis Comes, Petrus Mantriqua a Triuinio Comes, Ænicus Lupides Mendoza Tendillanus Comes, 10 Ioânes Siluius Centifontanus Comes, Guterius a Septo maiori Caietanus Comes, Alphonfus a Corduba domus Aquilariæ dominus: alii quoque ex equestri ordine viri principes, qui partim acciti a Regina, partim rogati, partim sponte, partim vltro venerunt. Nec defuerunt duo quæstores maximi, Ioannes Chaconius, & Rodericus Villosa: regii præterea census & fisci procuratores, domusque regiæ villicus maximus Enriquus Enriquides. Tum lustrato exercitu censi sunt equites ad octo millia, peditum vero numerus amplior, ordinatisque cohortibus ex Atygi colonia cum ingenti comæatu Alamam petit. Iacobum Merulum, aliosque duces & milites qui cum illo erant, laudat, laudatosque a præfenti militia soluit. In Meruli locum Ludouicum Ferdinandum Comitem a Palma sufficit, 20 & quadringentorum equitum cum suis ducibus præsidium illi relinquit, quibus in locis erat opus, munit, atque omnium rerum copia quæ sunt ad victum necessaria, in trimestre tempus instruit. Erant in ea vrbe tria Maurorum fana, Mezquitas illi vocant, quas ex profano ritu expiatis Cardinalis Hispanus Regis & Regiæ iussu Christianæ religioni dedicauit: primam Dominicæ incarnationis nomine: alteram diui Iacobi Hispanorum patroni: tertiam Michaelis archangeli. Has Regina vasis aureis argenteisque, vestibus & aulæis, libris, cymbalis, tintinnabulis, & omnibus quæ ad cultum diuinum necessaria sunt, adornauit. Ipsa quoque religionis ardore commota, suis digitis textilia quædam velamina laborauit, quæ adhuc in templo illo primo manuum suarum monumenta extant. 30

Rex Granatensium agros populatur, Loxam obsidet, atque obsidionem intermitit. Caput VII.

HIS ad Alamam peractis, Rex anteaquam Cordubam rediret, campos Granatæ adiacentes obequitat, agrorum fruges in herba metit, arbores succidit, & omnia vasta reddit. Interea Regina non cessat alios principes qui Regem non fuerant secuti, literis conuocare, vrbes, oppida, municipia, & populos, vt se futuro bello quod in Loxam parabatur, accingant hortatur. Ex omnibus quoque locis vnde- 40 cunque fieri poterat commodius, frumenta, vina, succidia, reliquumque omnem comæatum in certum tempus locumque comportari, machinas quoque & tormenta, cæteraque omnia quibus ad obsidionem opus erat, aptari iubet. Interea Mauri cum intelligerent nostros omni bellico apparatu in illorum perniciem coniurasse, & ipsi vires & consilia quibus se tueantur arceantque nostros, excogitant, aggeribus, fossis, vallibus, & propugnaculis, muris & pinnis, vrbes, oppida, & castella muniunt, in quanto sint periculo transmarinos Mauros faciunt certiores, atque auxiliares ab illis copias & ad victum necessaria implorant. At Principes nostri illorum consilia præuertunt. nam ingenti omnis generis nauigiorum classe in freto Gaditano comparata, vtriusque Mauritanicæ littora, portusque & stationes lustrari iubent, ne quisquam ex illis ad suos iuuandos transire, aut aliqua in re opi- 50 rulari posset. Igitur Rex cum exercitu quem Regina parauerat, dum ipse Alamam instruit, Granatensiumque agros populatur, cumque omni comæatu quem vnum in locum comportari iusserat, ad alterum exercitum proficiscitur, atque vtriusque exercitus ordinatis cohortibus Loxam petit, atque inter oliueta suburbana, quæ in vallibus & collibus consita Singilis annis præterlabitur, castrametari iubet. Erat

Erat prope vrbe cliuus ex Loxensium religione sancto Alboaceni suo dicatus, in quo propterea quod vrbi impendebat, & stationes in eo dispositæ videbantur posse hostium eruptiones compescere, & castra reddere tutiora, iubet Rex confidere Rodericum Tellium militiæ a Calatraua Magistrum, & Vrenatium Comitæ illius fratrem, Gaditanum quoque Villenatemque Marchiones, & Alphonsum domus Aquilariæ dominum, strenuos duces, & qui pulcherrimum equitatum peditatumque ductabant. Cæteros, pro commodo quemque suo, atque obsidionis quæ parabatur, tabernacula figere & tentoria collocare iubet. Erant in vrbe ad tria millia armatorum ex omni Maurorum numero delecta sub duce rei militaris experientissimo, Alatarum, hoc est Aromatopolam, illi vocabant. Hic eruptionibus crebris lacebant nostros, multaque illis damna inferebant. Et quia castra erant anfractibus præruptisque montium intercisâ, non poterant sibi inuicem auxilia mittere. Quarto die posteaquam Mauri sunt obsessi, bonam armatorum partem in insidiis collocant, partem in eos mittunt qui sancti Alboaceni cliuum infederant. Committitur pugna cum stationariis, atque his militibus qui erant in præsidio positi contra subitas Maurorum eruptiones, accurrunt subsidiarii, hostesque subeunt in fugam compellunt, fugientesque persequuntur immemores castrorum quæ sine defensoribus & deserta reliquerant. Interea ex insidiis Mauri prodeuntes ex altera parte cliuum conscendunt, castra oppugnant capiuntque. 20 Quod cum nostris esset nunciatum, in castra iam capta redeunt, eos hostes ex vrbe insequuntur, nostri ancipiti pugna distracti, cum illis qui castra diriperant, ad horam integram pugnant, quoad ex aliis castris auxiliariis copiis subeuntibus hostes fundunt, fugant, atque intra sua mœnia includunt. In ea pugna complures primarii viri ceciderunt, sed in primis Rodericus Tellius a Calatraua Magister duabus sagittis confixus interiit. Cuius mors non modo Regi & Regiæ, sed quia curialium iuuenum erat princeps, vniuersæ iuuentuti flebilis fuit. Rex vero cum intelligeret, quanto in periculo essent, non modo ii qui Alboaceni cliuum, sed etiam illi qui alia loca infederant, cum neutri possent in hostium superuentu aliis auxiliariis ferre, statuit castra in locum tutiorem procul ab vrbe reducere, 30 quoad geminatis copiis bina aut terna castra possit vrbi admouere. Neque enim aliter poterat obsidio coarctari, quæ minus obsessi socios auxiliariis possent admittere, & ea quæ ad victum necessaria erant, in vrbe importari. Itaque statuit postredie eius diei castra mutare. Sed antea quam præconis voce conclamari castra iuberentur, plebei, & turbæ, & gregarii milites, & qui sub nullo certo duce militabant, cum viderent procerum tentoria reuelli, sarcinas & impedimenta in vehes aptari, cliuumque Alboaceni ab infessoribus deserere, atque ab hostibus occupari, suspicati auxiliariis copias nocte hesternâ intra vrbe admittas hostium numerum auxisse, omnem spei suæ salutis in fuga posterunt. Non illos pudor retinuit, non desertorum castrorum ignominia, non timor, qui plerumque de- 40 generes animos arguit, quemadmodum generosos fiducia ex periculo explicat. Supererat hosti animus ad persequendos fugientes, nisi Rex equum conscendens procerum cohortes lustrasset, acies trepidantium stitisset, labentesque animos in pugnam reuocasset. In eo conflictu Comestabilis tria vulnera in facie accepit. Dux a Methymna cœli equo deiectus, ab iis qui illum obseruabant, pugnae restitutus est. Comes Tendillanus qui stationem habuit vrbe munitioibus proximam, præter modum telis hostium impetitus cessisset in interitum, nisi Franciscus Stunica qui patris sui Placentini Ducis cohortes ductabat, accurrisset, atque in summo periculo positum vitæ pugnaeque reddidisset. Gaditanus Marchio illa die insignem operam nauauit, qui cum suis pugnant non solum hostes repressit, verum 50 etiam cædē in eos ingentem edidit, atque in vrbe muros impexit. In hunc itaque modum millionibus, & laxis, calonibusque spacium atque tempus datum colligendi sarcinas & impedimenta, iumentisque & carris imponendi, nisi quatenus vehiculorum defectu magna rei frumentariæ copia est relicta: Regina earum rerum quæ ad Loxam non satis feliciter gestæ sunt, facta certior, indoluit plus quam

pro materia decuit, sed premens altum corde dolorem, spem vultu simulat, sequē
maiori animo erigit ad ea quæ restabant peragenda.

*Maurus Alamam iterum obsidet, noster obsidionem soluit, urbemque
commeatu instruit. Caput VIII.*

QUI Alamæ præsidio cum Palmensi Comite aliisque ducibus a Rege sunt reli-
ti, cum audissent Loxæ obsidionem solutam, Regemque copias inde mouisse,
ex cuius captiuitate sperabant sibi faciliorem futuram militiam, nunc ex liberati-
one difficilem periculosamque, quod pro comperto habebant, hostes non quie-
turos, quoad Alamam in suam redigerent potestatem: mussantes inter se dicebāt,
non esse expectandum donec hostes venirent, eosque obsidione cingerent, quin
potius urbem esse diruendam, ipsos cum spoliis atque omni præda debere se ad suos
tutioraque loca recipere. At Comes & qui cum eo duces in urbis præsidio erant, in-
telligentes quam ignominiosum ac turpe facinus esset, urbem suæ fidei creditam
deserere, dissuadent hortanturque ne tale aliquid cogitarent, nunc precibus orant,
nunc minis deterrent, nunc admonent, ut in Regis aduētum rem integram refer-
rent, neque quicquam interea ea de re statuāt. His rationibus milites confirmati
obfirmant animos ad se urbemque sibi commissam tuendam, aut mortem pulchrā
sibi oppetendam. Et ecce Maurus cernens Loxam obsidione liberatam, Regem
que nostrum cum exercitu se Cordubam recepisse, cum duobus equitum milli-
bus, & ingenti peditum numero Alamam inuadit, diu noctuque oppugnat, nostri
propugnant, in eoque dies aliquot insiliunt. Sed obfessos alimenta viresque defi-
cere, atque in dies propugnantium numerus minui, vigiliarum laborumque vicif-
situs crescere. Illos tamen recreabat reficiebatque vna, & ea quidem certissima
spes, quod breui Rex suppetias esset allaturus cum ingenti rerum omnium com-
meatu. Neque illos sua opinio fefellit. Nam & ad constitutum diem venit, obfesso-
res impugnantisque fugauit, urbem alimentis & aliarum rerum copia instruxit,
duces militesque fessos recentioribus permutauit. Nam Palmensis Comitum in lo-
cum, Ludouicum Oforium ecclesiæ Asturiensis Archidiaconum, qui postea Mē-
resanus Præsul fuit, virum probum suffecit. Hisque rebus peractis alteram per
Granatensium agros excursionem facit, prædiorum villas, speculatorumque tur-
res diruit, frumenta frugesque in herba corrumpit, pecora armenta que abigit, pa-
stres agrorumque cultores in speciem triumphi ante se captiuos agit, atque sic
cum integro exercitu Cordubam victor redit. Quanta esset Principum nostrorum
potentia, quantaque animi magnitudine bellum hoc inchoarunt, vel ex eo ani-
madueri potest, quod hoc eodem anno quater coegerunt exercitum, quam ma-
ximus poterat ex vniuersa Hispania comparari, quater hostium fines hostiliter in-
gressi omnia illius regni penetralia proculcarunt. Vnde secuta est tanta rerum pe-
nuria quæ ad victum pertinent, ut nisi gens illa cibi parcissima, vini abstemia, fri-
goris calorisque patiens, propositique tenax fuisset, vel sola huius anni indigentia
potuisset illos in sui rerumque omnium suarum deditionem cogere. Sed neque
in aduersis deerat illis animus, non solum ad impetus nostrorum sustinendos, ve-
rum etiam cum magis afflictis esse viderentur, ad hostes laceffendos supererat au-
dacia. Ostenderunt hoc in obsidione Canneti, quod erat castellum nostrum in
collimitio vtriusque regni positum. namque dum hostes intra ipsorum fines om-
nia vastant populanturque, illi intra nostros Cannetum oppugnant, capiunt, di-
ripiuntque, & cum præda vtriusque sexus, atque omnis ætatis conditionisque
mortalibus, in patriam victores redeunt. Quid quod eodem ipso tempore, cum
inter patrem & filium de summa regni certamen esset, omnesque ciuium popu-
lorumque vires in duas factiones essent diuisæ, quarum altera patrem, altera fili-
um sequebatur, neutra tamen a nobis in perniciem alterius auxilium petiit, sed i-
psi inter se priuatas inimicitias, nobiscum vero vno omnium consensu consilio-
que bellum publice gerebant. Nam cum pater in regni sui primores quosdam
nobiles fauoriam exerceret, proximi & affines non ausi alium sibi Regem crea-
re, fili-

re, filium loco patris delegerunt, statueruntque in regni culmine, Granata vrbe
metropoli cum suis munitionibus illi tradita: pater regno pulsus Bastam urbem
amicam se contulit. Inde simultates inter patrem & filium ortæ, atque inde cædes,
mortesque, & odia consecuta. Interea pater per temporis occasionem Alambram
urbis arcem quæ pro filio stabat, admotis scalis intercipit, præsidioque munit, in-
de per vias publicas erumpit, ciues suas quisque partes secuti vrbe in media ubi-
que pugnant. Sed factio quæ filium sequebatur, superior euadit, aduersariosque
tota ex vrbe fugat, Alambram captam recipit, suoque Regi restituit. Et quam-
quam concordia illa discors hostium inter se victoriam nostram ex illis per ali-
10 quot annos remota est, fuit tamen eis tandem exitio vltimo, quo sine multo san-
guinis dispendio, minorique negotio se omniaque sua, tam sacra, quam profana,
nobis tradiderunt. Sed quia iam tempus erat, ut Rex & Regina aliis quoque rebus
prospicerent, quam illis quæ ad insequentis anni bellum pertinebant, antea quam
e Corduba discederent, limitaneos ducesque limitaneorum certis in locis dispo-
nunt, Petrum Comitem a Triuinio, quem paulo ante Anagarensium Ducem crea-
uerant, Mentefanis finibus præesse voluerunt, Alphonsum Cardenium diui Iacobi
militiæ Magistrum in Astygitanis confidere. His duobus maximis imperato-
ribus iubent cæteros Duces, Comites, Marchiones, & præfectos ciuitatum oppi-
dorumque prætores, & arcium castellorumque præfides obtemperare, commen-
20 dantque non solum ut fines ab hostium incurfu tueantur, sed etiam ut pro tempo-
ris opportunitate hostem adorianur, atque omnia ferro & igni populentur. His
rebus ita compositis cum Regina conualuisset e partu quo Ioannam regnorum
postea hæredem successicem fuerat enixa, cum Rege Madritum proficiscitur.

*Rex & Regina Madriti Hispanas societates reformant, pecunias vndecumque honeste
possunt, eruscant, Nauariæ res nouas inchoant. Cap. IX.*

PRIMA nostrorum Principum posteaquam venere Madritum, cura fuit refor-
mandi atque in pristinum statum redigendi societates, siue (ut Hispanorum
30 vulgus nunc loquitur) fraternitates, quæ pro viatorum securitate fuerant in Matri-
calensi Panhispanio constitutæ. Legum autem illarum quibus societates illæ fuerunt
fancitæ, transgressores violatoresque multandos, aut repetundarum damnatos
cum ignominia eiiciendos imprimis esse iusserunt. Procuratores deinde illarum
fraternitatum ex omnibus prouinciis iussi in vnum locum conuenire. is fuit Pin-
tum, quod est oppidulum dioceseos Toletanæ. Ii detulerunt querelas earum re-
rum quæ vsquam in Hispania perpetratæ sunt. Quod facinus mansit impunitum:
in eos vero præter modum est animaduersum, qui magistratus fraternitatis æra-
rium depeculati sunt, qui partem administrationis sibi commissæ negligentius
exercuerunt. Dati quoque iudices qui repetundarum accusatos aut damnarent,
40 aut absoluerent. Eisdem quoque data facultas rogandi nouas leges, atque ab-
rogandi veteres, prout reipublicæ utilitas exigere videretur. Et quia recondi-
tum ærarium, neque fiscus regiusque census erat satis ad tantæ maiestatis mo-
lem sustinendam, statuunt, vndecumque honeste possent, pecunias ærascare.
Ab Hispanæ societatis procuratoribus petunt sedecim millia iumentorum, at-
que mulionum octo millia, qui iumenta omnigenere commeatu onusta age-
rent, quo Alama instrueretur. A sede quoque Apostolica auxilium implorauere
ad stipendia militibus persoluenda, tam iis qui contra nominis Christiani ho-
stes in limitibus gerebant bellum, quam iis qui in certis Hispaniarum partibus,
quæ nondum satis erant pacatæ, in præsidiis agebant, quam iis etiam quibus
50 erat opus ad custodiam Principum, & quicquid decreuissent executioni man-
dandum. Ad supplendos hos sumptus missa est a Pontifice summo cum sena-
tus Apostolici assensu facultas distribuendi centum millia ducalium aureorum per
vectigalium ecclesiasticorum classes, ut in redbus onerandis ex iustitia distribu-
tina nemini fieret iniuria. Ex ecclesiæ quoque thesauro bullas mittit, quæ cruciferis
in Christianorum hostes euntibus concedi solent, ea lege ut stipēs ex fidelibus
GGg iij

emendatæ, non alia in re quam in ipso bello cum hostibus gerendo infumerentur. Ad extraordinarios vero sumptus a mercatoribus, opitecentibusque, & affiduis ciuibus mutuo accipiunt, quod ad certum tempus esset reddendum. Et quia regni domus inopia omnibus erat nota, ea cōtributio nemini visa est iniqua, cum præsertim illud mutuum quod impræsentiarū dabatur, suo tempore ad dominos esset rediturum. Per ea tempora nuncius Regi & Reginæ allatus est Phœbum Phœbi Nauariensis Regis filium, atque Foxani Comitis pronepotem, ad quem regni successio pertinebat, in ætatis flore diem suum obiisse, ex cuius morte in Catharinam sororem regni hereditas est translata. Ea in matris erat tutela. Cumque ad eas similtates quæ inter Gallos & Hispanos oriebantur, magnum esset momentum, in quas partes Nauariæ regnum cederet, quod dotis nomine tradendum erat ei quem Catharina maritum sortiretur, cœptum est in secretiori curiæ senatu agi, quemadmodum inter Ioannem Hispaniarum Principem & Catharinam Nauariæ Reginam sponsalia fierent, decretumque ut ad hoc peragendum mitterentur legati ad Reginæ matrem, qui illam de recenti obitu filii consolarentur, & de filii matrimonio cum illa agerent. Mittendas quoque censuerunt copias quæ Nauariæ vrbes, oppida, castella, munitionesque occuparent, firmarentque præsidii, ut pro nobis starent, si quod de matrimonio cœptum esset, transigeretur. Missus itaque ex senatu regio Rodericus Maledonatus a Talabrica iuris consultissimus, qui legationis summam Nauariæ Principi exponit, quot & quanta inde cōmoda sequerentur, enumerat, enarrat præterea quanta honoris accessio Nauariæ Reginæ fieret, si Hispaniarum Principi nuptui daretur. Ad quæ Nauariæ Princeps, tametsi affectu Gallis quam Hispanis erat propensior, comiter tamen oratori responderet, se eo nomine posse felicem appellari, si contingeret sibi Hispaniarum Principem sortiri generum, atque parentes illius Regem & Reginam, tot tatarumque rerum dominos, inter affines numerare. Sed ea de re incōsulato Rege fratre suo, quicquid certi respondere, non esse honestum: illo tamen cōsulato se missuram Regi & Reginæ responsum ad ea quæ proposita legatio continebat. Atque ita legatus re infecta rediit. Interea Ioānes Riparius qui Hispanarum cohortium præfectus erat, missus in Nauariam, ut se iungeret Letinatum Comiti cui Regis spuria soror nupta erat, Pompeiopolimque & magnam illius regni partem affectu præsidioque obtinebat, utque communi vtriusque consilio rem gererent, seque ad excipiendos Gallorum impetus pararent, si forte aliquid interea molirentur. Et ne inchoatum in Mauros bellum refrigeret, & res in Nauaria inchoatæ cessarent, Rex & Regina prouincias inter se diuiserunt. Hæc superiorem Hispaniæ partem quæ Nauariæ finitima est, ille Bæticam est fortitus.

Rex in Galliciam proficiscitur, contentiones inter Comites Lemnium & Beneuentanum componit. Caput X.

ANTE quam Rex in Bæticam proficisceretur, res nouæ in Gallicia ortæ illius iter remoratæ sunt. Nam cum Ferdinandus a Cunia cui Rex & Regina illius regni gubernationem commiserant, inter cætera oppida & castella quæ superioribus annis a corona regia fuerant abalienata, in censum regalem redegit, arcem quoque augusti Luco impositam, quæ cum oppido ad Lucensem ecclesiam pertinebat, siue iure, siue iniuria, ditioni regiæ subegit. Erat Episcopi frater Petrus Aluarus Oforius Lemni Comes, Pōtisque Ferrati dominus, atque illius regni totius omnium facile princeps, qui spoliati fratris dolore commotus arcem obsidet, tametsi Regi & Reginæ præsidio teneretur. Quorum iussibus ut ab incepto desisteret, cum exculationes quasdam ineptas afferens nō obtemperaret, ne illius audacia relinqueretur impunita, Rex magnis itineribus in Galliciam contendit. Et quamquam inter eundem accepisset nūcium de arcis obsidione soluta, nihilominus ire pergit, sed antea quam Asturicā urbem accessisset, de Comitibus morte certior factus est, ibique per aliquot dies substitit, quoad tumultus quosdam sedaret qui ex illius obitu oriebantur. Comiti Lemnio virilis sexus non fuerant liberi, præterquam

terquam vnus, qui viuo patre vnum tantum procreauit nomine Rodericum, & eum quidem spurium, quem auus hæredem instituit, isque viuēs in bonorum possessione misit, oppida, castella, arces, munitionesque tradidit. Mortuo igitur Comite Lemnio, Rodericus nepos aui titulum assumit, bonorum possessionem continuat, quem propinqui & affines, domestici & familiares, socii & amici quos auus habebat quam plurimos, atque vniuersa propemodum Gallecorum iuuentus sequitur. Erat altera ex parte Rodericus Pimentellus Beneuenti Comes, cuius filio ex Comitis Lemnii filiabus vna erat desponsata, & quia filia erat legitima, Rodericus autem nepos spurius, & ex spurio filio natus, eodē iure asseuerabat omnia defuncti Comitis bona ad nūrum suam pertinere, idque se nō solum iure, sed etiam si opus foret, armis persecuturū. Comes Lemnius se iure potiori esse, & quod bona ex aui testamento possideret, & quod natalium defectus per apostolicę sedis literas iam esset suppletus. Itaque cū alter iam possideret, alter de perturbanda possessione certaret, non experiri legibus, sed armis potius decernere maluerunt. Vterque suos quos habebant in armis, domum quemque suam remitterent, deinde ut ad se veniant, iusque coram ipso persequantur, interponit inducias in tempus, quo lis tota cōponi posset, se redditurum cuique quod suum esset, pollicetur. Comites non secus, ac iussi sunt, faciūt. nam & quisque copias dimittit, ad Regem venit, causamque suam apud illum defendit, aduersarii rationes impugnat. Rex libere arbitrio iudicum diiudicandam remittit, aliisque rebus ordinatis Madritum se ad Reginam confert, ut quod antea decreuerat, alter ad bellum cum Mauris in Bæticam, alter ad id quod in Nauaria inceperant exequendum, proficisceretur. Et ecce interim ab Italia negotium aliud exortum est, quod tametsi honeste poterant dissimulare, noluerunt tamen, in quibus in rebus auxilio esse possent, operam suam non interponere. Erat in armis vniuersa Italia, propter ignominiosam mortem Archiepiscopo Pisano a Florentinis illatam. Erant præterea duæ factiones, altera Pontificis & Venetorum, Florentinorum & Ferdinandi Regis Neapolitanorum altera. His accedebat reliqui omnes Italiæ principes, & ciuitates quæ sub reipublicæ forma gubernantur. Ferdinandi Florentinorumque copiæ in agro Romano castra metantur, ciuitatem eo angustia deducūt, quam obsessi perpeti consueuerunt. Superuenit deinde Pontificis Venetorumque exercitus, hostesque ex improviso adortus, fundit, fugatque, castra diripit. Ferdinandus copias suas recipit, bellumque instaurat. Hinc cædes, agrorum populationes, villarum incendia per totam Italiam fiunt, neque erat vnde tantis malis remedium afferri posset, nisi Principes nostri partim obseruantia erga Pontificem, partim Ferdinandi Regis cognatione, partim etiam populorum omnium misericordia permoti, componendæ discordiæ curam suscepissent. Mittunt itaque oratores ad Pōtificem maximū, ad Venetos, ad Florentinos, & ad alios principes, & ciuitates quæ illos sequebantur, rogantque ut relictis armis concordia potius & paci acquiescant, se velle inter vtroque de pacis conditionibus agere. Missi igitur legati Ioannes Gerundensis Episcopus, & Bartholomæus Berrius iuris legumque peritus. Qui ab omnibus ad quos missi fuerant, comiter excepti, hos & illos ambiendo Principum nostrorum nomine, nunc exhortationibus & monitis, nunc precibus & promissis, ita omnium animos flexerunt, ut non solum concordia pacique faciendæ sint assensum, verum etiam Regi & Reginæ eo nomine per literas gratias agerent, quod illos ex tantis molestiis curisque liberauerint. Missæ hac de re literæ breues a Pontifice, missæ & ab Apostolico Senatu, missæ quoque a populi Romani gubernatoribus, ex vrbe Roma postridie Calendarum Ianuarii datæ, anno a salute Christiana tertio & octogesimo super millesimum quadringentesimum. Paucis diebus postea quam negocium peractum est, in hūc modum, procuratoribus Principum vocatis in senaculum, Pontifex pacem pacisque conditiones pronunciaré facit, Regi & Reginæ legatos cæteris omnibus nudis capitibus, genibusque flexis, sedentes pileatosque

laudat, Principibusque a quibus missi sunt, pro tam benigna opera gratias agit. Inter pacis conditiones vna fuit, vt bello spoliatis ablata bona redderentur. Venetorum procurator neque venit vocatus, neque conditionibus acquieuit, ex quibus Ferraria Venetorum armis occupata Marchioni erat reddenda. Cæteri omnes in Venetos arma mouent, qui timētes in ipsorum excidium omnes Italiæ principes coniurasse, Turcarum societatem inire incipiunt, vt eorum auxilio & se tueantur, & reliquis omnibus nō modo Italis, sed etiam Christi nomine signatis bellum inferant. Eisdem Turcas Neapolitanorum Rex in Venetorum perniciem allicere tentat. Ad Regem & Reginam Treuentinum Comitem mittit, qui pro suscepto labore gratias agat, certioresque faciat, quemadmodum Veneti concordiam totius Italiæ auerſati, cum Turcis societatem inire parant, vt Italiæ bellum inferant, atque imprimis Siciliæ, insulisque adiacētibus, quæ periculo maiori essent expositæ. Quare huiusmodi homines pro publicis hostibus habendos, quippe qui ex aliorum iactura viuant, atque cum aliorum detrimento vires suas augere conētur. Ad hanc Treuentini Comitis legationem Rex & Regina respondent, se Venetos Venetorumque Ducem inter amicos numerare, neque illos adhuc fecisse quicquam, cur essent ex amicitia semel inita submouendi, se tamen missuros ad Venetorum ciuitatem legatos, qui suaderēt, vt modestius agerent, seque intra fines suos continerent. Quod si nolent assentiri, atque in meliorem viam redire, tunc se non modo illorum amicitiam abdicaturos, verum etiam illos pro hostibus habituros. Atque ita orator dimissus ad Regem suum reuersus est.

AELII ANTONII NEBRIS-
SENSIS, RERVM HISPANARVM AC HI-
SPANIENSIVM HISTORICI, DECADIS
SECVNDÆ LIBER SE-
CVNDVS.

De Canaria insula Regis & Regina auspiciis a Petro Vera duce
expugnata. Caput I.



VASI deessent Principibus nostris domestica negocia quibus intenderent, ita nulli parcētes labori animum suum huc atque illuc diuidunt, in partesque rapiunt varias, perque omnia versant. Nam cum esset in manibus, atque inter oculos haberent Granatense bellū, in quo tam de gloria, quam de summa imperii certandū erat, haberentque res in Nauaria inchoatas, quæ cū Gallorū Rege præpotenti erant implicitæ, curas tamen suas in alterū orbem mittunt, non modo sæculi nostri hominibus, verum etiam quātum suspicamur antiquis omnibus incognitum. Et quemadmodum in historiæ huius apparatu diximus, in oceano Atlantico qui Europæ atque Africæ latera occidentalia abluit, cōplures sunt insulæ partim adiacentes continenti, partim in altū remotæ: atque rursus, adiacentes duplices sunt, alteræ ad Europam, alteræ ad Africam pertinentes. De remotis Hispaniæ adiacentibus alias diximus, & fortasse dicturi sumus, nunc de adiacentibus Africæ littori occidentali, inter quas numerantur Canariæ, de quibus hoc in loco scripturi sumus, pauca dicenda sunt. Canariæ a canum magnitudine dictæ fuisse Plinius in historia naturali autor est, ex quibus Iuba Rex duos perduxit huiusmodi canes. A Græcis Fortunatæ sunt cognominatæ, de quibus tam poetæ quam historici multa fabulantur ad hunc locum minime pertinentia. Earum nomina Ptolemæus, Martianus, Plinius, atque

atque alii auctores, tam Græci, quam Latini explicant, sed quibus nō possumus nomina reddere, quibus nostro tempore nuncupentur. Nam & antiqui eas nouerūt, earumque ambitus & incolarum mores descriptos reliquerunt. Sed qua ex causa illarum celebritas ex memoria hominum oblitterata est, ignoratur, nauigationis defectu id esse factum credibile est. Illud certe constat, illarum notitiam ad nos peruenisse ab hinc annos circiter viginti supra centum, sub initium regni Ioannis huius nominis secundi, qui sub Catharina matre & Ferdinando patruo tutoribus regnare orsus est, anno a salute Christiana millesimo quadringentesimo quinto. Eo tempore Bethancor quidam Gallus, vt aiunt, natione, Infantis Regis tutores adit, ab illis impetrat facultatem explorandi maris Atlantici partem illam adhuc incognitam, quæ occidentum Africæ latus abluit. Is igitur siue quod ab iis qui ante illum nauigarūt, aliquid audierat, siue quod fortunam suam experiri voluit, paratis nauibus eo nauigare cœpit, atque in primam incidit, quam nostro tempore Lanzarotam corrupte, pro eo quod est lanceam ruptam, siue fractam, aut ipse ex facto vocauit, aut ab aliis sic antea vocatam acceperat, deinde illi proximam expugnauit Fortem fortunam. Nam inter cognomenta fortunæ vnum est fortis, de qua Columella in hortis:

Et celebres fortis fortuna dicite laudes.

Varro quoque de lingua Latina, Dies, inquit, fortis fortunæ dicti a Seruio Tullo Rege, quod is sanum fortis fortunæ secūdum Tiberim extra urbem Romam dedicauerat. Has duas insulas Bethācorus in cultum vitæ melioris Christianamque religionem conuertit. Huius Bethancori heredes Hispalensibus quibusdam ciuibus precio manciparunt, ex his deinde in alios, & ex aliis in alios, dominium in Ferdinandum Perazam, & Ferdinādum Arium deuolutum est. Horum maiores Gomeram & Ferream non magno negocio expugnarūt, in eundemque cultum religionemque reducerunt, nunc Guillelmus Paraza illas sub Comitis titulo possidet. Restabāt adhuc ex septem insulæ tres, Canaria magna, Teneriphion, & Palma, barbarorum quidem situ & inertia turpes, sed ingenio loci, & bonorum naturalium copia opulentæ. Has Rex & Regina cum vellent quasi prædia suburbana Hispaniis iungere, classem parari, armis comœtuque instrui iubent, Petrum a Vera, & Alphonsum Moxicam, viros strenuos, atque terrestris naualisque pugnæ expertissimos præficiunt. Insulam repente inuadunt. Barbari se more suo præparant, non hastilibus ferro prætentis, sed sudibus præuſtis, non saxis & lapidibus ex fundis & fustibus, sed lacertorū viribus, quasi ex ballista, aut tormento aliquo sulfurario contortis. Nullum oculis signum designabant, quod non telo cōtingerent. Iam vero ad excipiendos euitandosque ictus tanta erat dexteritas, vt teli venientis plagam sola corporis declinatione eluderent. Vidi ego Hispali, id quod mihi fuit miraculo, non ita cæteris qui illud fieri sepe viderant. Erat quidam ex ea insula Canarius, qui in eodem vestigio sinistri pedis insitēs, ab octo passibus volentibus illum saxo petere se exponebat, fugiens plagam, nunc facta in alterutrum lateris parua admodum capitis declinatione, nunc totius corporis subtractione, nunc alterna crurum permutatione venientem ictum fugiebat, tātōque periculo se toties percussori exponebat, quoties illi æreum quadrantem portexisset. Quod ad victum vestitumque pertinet, tanta cibi potulque parsimonia, tanta omnium membrorum nuditas, vt facile & in promptu habere possent omnia quibus ad propulsandas naturæ iniurias hominum fragilitas indiget. Cum huiusmodi hominum genere ducibus nostris habendum erat negocium. Quibus accedebat altera difficultas, ex inopia comœtus, qui longa nauigatione ex Hispania vsque aduchendus erat, & quod bellum non collatis signis gerendum erat, vt ex vno prælio breui tempore victoria in alterutram partē declinaret, sed quod expectandū erat, quoad hostis pugnare vellet, ita se in cryptas & cuniculos, in cauernas & ferarū latibula abdiderāt, vt nulla arte, nullis viribus elici inde possent. Sed Principum nostrorum fortuna, quorum auspiciis res gerebatur, occasionem attulit, qua negocium compendio finiretur. Erāt in ea insula Reguli duo, ex multis cædibus & iniurijs vltro citroque illatis ita discordes, vt nulla satisfactio posset illos in cōcordiā reducere.

Ex his alterum nostri duces sibi conciliant, eiusque opera vtuntur ad alterum Regem profigendum, atque ita paucis diebus tota insula in Regis & Regine potestatem venit. Ciuitas qualiscumque tunc erat, in metropolim omnium septem insularum erigitur, in eamque ex Rubieone, quod erat Lanceæ ruptæ promontorium cum oppidulo, Episcopi sedes transfertur. Rex cuius ope nostri duces vsi sunt, cum vxore Regina ad Principes nostros Madritum missi. Adhuc duæ aliæ restabant insulæ debellandæ, Teneriphion & Palma, de quibus suo in loco dicemus, & quo pacto Alphonso ab Augusti luco rem gerente aliarum quinque numero, & cultu & religione accesserunt.

Strages nostrorum in præruptis ad Malacham iugis accepta, Magistro diui Iacobi & Marchione Gaditano ducibus. Caput II.

REGEM & Reginam ex tot tantisque victoriis exultantes, ne ex continuis successibus arrogantiores fierent, fortuna, vel potius diuina quædam prouidentia, dignata est admonere illos, vt meminissent se mortales esse, atque iuxta illud Psalmographi, non in curribus, non in equis, sed in nomine Domini esse fidendum. Hoc Regem admonuit, cū ad Loxam castra metatus obsidionem vrbs parabat, & perturbato exercitu rem inchoatā reliquit. Hoc iterum in memoriam illis reduxit illa calamitas quam ad Malacham suis in ducibus experti sunt. Erat, quem admodum in libro superiori dictum est, in Astygitana colonia Alphonso Cardenius, diui Iacobi militiæ Magister, quem Rex & Regina limitibus illis tuendis præfecerant. Erat præterea finitimis in locis Rodericus Pontius a Germanica legione Marchio Gaditanus. Hi ab exploratoribus facti sunt certiores, esse montes nõ procul a Malacha mari nostro impendentes, Axarquam Mauri sua lingua vocant, qui incoherentur ab agricolis & pastoribus, vnde magna præda ex hostibus auchi posset. Esse præterea Malacham equitibus exhaustam, & loca per quæ noster exercitus permeare & remeare sine vilo impedimento posset. Et quia ad loca penetranda exercitu grandiori opus erat, rem ad finitimos duces & præfectos rei militaris deferunt, hortanturque vt ad tam insigne negocium peragendum omnes coeant. Hi fuerunt Ioannes Siluius Centifontanus Comes, qui prætoribus decurionibusque populi Hispalensis assistebat, Alphonso a Corduba domus Aquilariæ dominus, Petrus Enriqui prouinciæ Bæticæ præfectus, Gasias Manriqui Cordubæ, & Ioannes Roboreus Afindi prætores maximi, arcium quoque præfides, & regii exercitus duces. Qui omnes cum suis, & cum ciuitatum & oppidorum populis quibus præsidebant, ex composito ad diem certum Antiquariæ, quæ ciuitas est in hostium collimitio, conueniunt, partim armati, partim inermes. Neque enim omnes bellum hostibus inferendi causa coierant, sed alios res nouas videndi studium, alios emendi vendendique, aut merces permutandi causa deduxerat, paucos Christianæ religionis amor, aut ex re bellica honoris amplificandi cupiditas exciuit. Erat itaque non tam exercitus ad pugnam paratus, in qua plerunque pauci superant multos, quam hominum quædam multitudo inordinata, numerositas, & frequentia, quæ impedimento sibi esse solet. Et quamquam iam decreuerant, Axarquam esse petendam, denuo cœptum est consultari, in quas potissimum partes copiæ ducerentur. Nam erant qui dicerent Axarquam esse confragosam, atque præruptis montium anfractibus intercisam. Tandem placuit ire, quo illos fortuna sua trahebat, hoc est, quo illos exploratorum error impegerat. Ordinatis igitur cohortibus primæ partes obtigerunt Alphonso domus Aquilariæ domino, & prouinciæ Bæticæ præfecto, qui exploratores sequebatur, postremos tuebatur militiæ diui Iacobi Magister, mediæ Comiti Centifontano, quem Hispalenses multi ciues nobilissimi comitabantur, Marchionique Gaditano cui Afindenses accedebant. Cæteri omnes in ternas has copias distributi, ab Antiquaria in auspiciis aubus profecti, die insequenti ad vespertinam locum destinatum attingunt, & quia tanta hominum turba in tam longo temporis intervallo non potuit hostes latere, iam receperant se cum pecoribus & armentis in loca tutiora. Pylas faucesque montium, & semitarum diuerticula

diuerticula occupant, armatisque muniunt. Copiarum nostrarum primi in finitimos locos sparguntur, villas vicisque cultoribus vacuos incendunt, saltus ab armentariis pastoribusque desertos reperiunt. Extremorum equites quos Magister diui Iacobi ductabat, cū in contractuosa quædam loca incidissent, neque se satis explicare possent, ex castello proximo quod Moclinetum appellant, erumpentes hostes inuadunt, turbatos atque quo se vertant incertos cædunt cominus, & saxis sagittisque & telis eminus perunt. Magister ab anterioribus auxilium implorat. Accurrit Marchio cum equitatu quem habebat paratissimum, illosque ex angustiis in quibus hærebant, in patentiores expedit campos. Superueniunt etiam qui omnem exercitum ductabant principes, quid consilii capiant in commune consultant. Inter omnes conuenit, se ab exploratoribus & itinerum messoribus fuisse deceptos, qui in loca illa deduxissent, vnde plus detrimenti quam emolumentum essent reportaturi, relinquendam esse prædam quam pertenuem & exiguam collegerant, denique consulendum esse saluti, quocumque modo possent. nam honestiam non poterant, cum illis tanquam in viuaria conclusis hostium arbitrio esset pereundum. Nã quid facerent bidui inedia confecti, diei noctisque laboribus & vigiliis defessi, ab hostibus vndique circumuenientibus interclusi? Superuenit aliud malum, quod fuit omnium perniciosissimum, quod in tenebris res esset gerenda, & in locis quos ipsi ignorabant, hostibus erant noti. Itinerum duces iussi vt exercitum, qua melius ratione fieri posset, ex illis angustiis in apertos campos perducerent, vbi aut collatis signis cum hostibus sit pugnandum, aut vnde reducibus in domum cuique suam esset redeundum. At illi contra, siue quod iter ignorabant, siue quod illis dei voluntas omnem metem abstulit, incipiunt ducere per arduum & saxis dumisque cliuum inæqualem, qua non pediti, nedum equiti patebat iter. Iamque oboriebantur tenebræ, cū sentiunt iuga montium, qua illis eundum erat, ab hostibus occupata. Regrediuntur itaque, & in vallem quam mediam torrens quidam præruptus secabat, inopes consilii descendunt. Erant a tergo præterea montes in præcipiti stantes, atque vallibus impendentes, quos iam hostes occupauerant. Nostri anticipes, & quo se potissimum verterent dubii, stabant attoniti, expectantes quid hostes facerent. At illi perpetuum noctem clamoribus more suo montes & valles implent, crebros excitant ignes, saxa rotantia rupesque in hostes deturbant, atque interim ausi cominus accedere, in illos, tanquam in signum positos, scorpionum sagittas, stlopetarum glandes, fundarum & fustibulorum saxa dirigunt, neque veniebat telum quod in cassum mitretur, atque ita ad mediam usque noctem nulla quies data. Cum Magister, quousque degeneres patiemur pro hostium libidine, quasi pecudes ad lanienam vincitæ, necari? At si desunt vires, o viri, non desit animus ad aperiendam viam, qua nobis aut saltem salutem consequamur, aut honestam mortem oppetamus. Et simul hoc dicens cliuum ascendere cœpit, quem signis præteritis reliqui omnes qui sub illo merebant, secuti sunt, quoad ventum est ad montis iuga, quæ iam hostes insederant. ibi pugnatum est acriter, cõpluresque vtrinque ceciderunt. In ea pugna cæsus signifer, signumque cum eo amissum, cæsus quoque Ioannes Osornius ipsi Magistro arcta sanguinis propinquitate coniunctus, cæsus & Ioannes Bazanus, & alii equestri ordinis cõplures viri nobilissimi. Marchio Gaditanus Magistri exemplum secutus duce itinerum altero, atque alia ex parte eundem cliuum conscendit, atque in columis in alterum montis decliue latus euadit, in eoque locum eligit, in quo subsidiaria disponit aciem, qua & se tueretur, & eos qui sequebatur palantes sparsosque ad se reciperet. Magister vero ex montium iugis repulsus, ad eos duces qui se a tergo sequebatur, adglomerat, & quod reliquum erat noctis, in excipiendis hostium telis consumunt. Neque illis profuit in alteram se vallem recipere: nam & in eisdem iugis hostes se medios interposuerunt, ne se Marchioni coniungerent. Qui tamen iuga montium euaserat, otiosus non erat. Dū enim expectat illos qui a tergo sequebantur, nõ potuit effici, quominus cū hostibus esset pugnandum. Sed quæ potuit esse pugna, in qua ex altera parte vegeti & recetes, ex altera defatigati & lassati erant: alteri alacres ex præsentis victoria, alteri ex accepta calamitate animo deiecti. In ea pugna Marchio tres fratres amisit,

Iacobum, Lupum, atque Beltrádum, duos quoque ex fratribus nepotes Laurentium & Emanuelum. Quibus vero superfuerant vires, non illas ad pugnam, sed ad fugam collegerunt: reliqui omnes aut cæsi, aut capti sunt. Magister militiæ sancti Iacobi, & Alphonfus domus Aquilariæ dominus, & Beticæ prouinciæ præfectus, nacti prius quisque suos itinerum duces per loca tesqua & inuia, & qua neque hostes quidem sequi poterant, incolumes euasere. Centifontanus Comes in angusto quodam loco deprehensus cum aliquādiu paucis comitatus pugnasset, victoribus tandem se dedit, captusque cum Petro Siluio fratre suo in urbem Granatā in vinculis est ductus. Capti quoque sunt præfides arcium Antiquariæ, Moronis, & Asindi, Bernardinus Manriquus, Ioannes a Pineto, & Ioannes Montifaluus, & alii cōplures viri nobiles, quos erat infinitum numerare. Illud quoque non omit-
tendum, quod superat omnem fidem, binos aut ternos ex hostibus ante se duxisse in vinculis captos, senos, aut octonos. Quid memoro viros? Mulieres quoque ex vrbe Malacha egressæ ante se captiuos agebant, vt liqueat illud non hominum iustitiam opus, sed Dei, cuius officium est deponere potentes de sede, & exaltare humiles. Id quod Lacedæmonius Chilon sciscitanti Æsopo quid Iupiter faceret, respondit, extollit mites, atque supbos deprimit. Hic est Iupiter noster, id est, iuuas pater, hic & sol iustitiæ, qui vt ait Macrobius, fulgentia obscurat, & quæ sunt in obscuro illuminat. Id est Nemesis, hoc est indignatio, qui virginis effigie cōtra superbiam colitur.

Maurorum Rex iunior ab Ægabrense Comite, & regii ministerii præfecto in pugna capitur. Caput III.

EX tanto mœrore & luctu recreauit refecitque gentem Hispanam Dei benignitas, ne acceptæ calamitatis desperatione languescens ad inchoatum bellum fieret remissior. castigauit namque Hispanorum superbiam, non vt animos ad pugnam remitterent, sed ne per insolentiam hostes contemnerent. Nam & pro nobis diuinum stare fauorem, vel his duobus argumentis demonstratum est, quod, vt paulo ante diximus, ex vno atque simplici regno duos Reges excitauit, quodque nunc dicturi sumus, alter illorum in nostrorum Principum venit potestatem. Quis enim non videt, ex discordia illa patris cum filio factum esse dissidium, vnde victoria nostra de hostibus originem duxit? Salvatore nostro prædicente, Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur. Quæ res in hunc modum est gesta. Ex duobus Maurorum Regibus, iunior qui patre potentior erat, cernens se apud suos, vel ex ea causa maiorem in modum amari, quod Christianorum nomini esset infensor, atque belligerandi cupidior, quam maximum potest equitatum peditatumque, tam ex sua, quam ex patris factione comparat. Neque ita enim dissidebant animis, vt non maius odium in Christianos, quam ipsorum inter se esset. Itaque parato exercitu, quos potissimum fines hostium inuaderent consultantibus, placuit in Cordubenses & Astygitanos irruere, propterea quod ex superiori strage ad Malacham accepta, totus ille tractus erat equitum peditumque numero exhaustus. Luce-
nam itaque, & Aquilare, castellaque finitima petunt, agros populantur, arbores frugesque succidunt. Nuncius ad Ægabrensem Comitem venit, qui ex Vaena oppido suo pergrandi equitum peditumque semper habebat cohortes ad huiusmodi repentinos casus paratas. Is iungit se ministerii regii præfecto, qui Lucenæ oppidi erat dominus, qui duo comparato, nolo dicere exercitu, sed exercitus specie in hostes eunt. Non credit posteritas quod ego nunc scripturus sum, sed neque præfentes credent, si qui sunt ad quos scripta mea peruenient, sed neque ego crederem, si quis alius mihi narraret, sed habeo mille testes qui mihi attestabuntur, quorum aliqui interfuerunt, alii ab iis qui interfuerunt, audierunt, aut si adeo sunt curiosi, ab ipsis audire possunt. Si acie iusta signisque collatis fuisset dimicandum, cuique nostram cum denis, decem cum centenis, & centum cum millenis res fuisset peragenda. Mauri cum audissent nostros aduentare, castra tollunt, equos conscendunt, pedites Rex iubet ex armentis, pecoribus, & captiuis collectam prædam agere Loxam versus, ipse cum suis copiis expectat, an se hostes persequatur, interdum

interdum pedites quos præmiserat, subsequitur. Iamque transferat locum quem indigenæ Martini Condifali torrentem appellant, qui sex passuum millibus a Lucena distat, cum se hostes inuicem conspiciunt, subsistunt vtrique: Mauri, quid nostri auderent (nam contemnebant illos, quia multo pauciores erant) nostri, quoad se pedites qui sequebantur, sibi adiungerent. Equites auxilio peditum aucti ex vtrisque agmine facto signis infestis inuadunt hostes, qui ex tribus equitum turmis vnam faciunt, quæ a tribus ducibus ordinaretur. Primus erat Rex ipse, alter exequendi iudicii prætor maximus, tertius quem Mauri lingua sua vocabant Alatar, hoc est Aromatarium. Qui barbaricum illud more suo inclamantes, quo etiam nos clamore, cum hostium vires extenuare volumus, vti solemus, excipiunt nostros ex aduerso venientes, tanto conatu, tantisque viribus irruentes, vt neque primos quidem incurfus sustinere potuerint. Hoc est illud grande miraculum, & quod aliis incredibile visum iri præfatus sum. Versi deinde omnes in fugam dimissa præda vni tantum saluti prospicientes. Alia ex parte Alphonfus a Corduba domus Aquilariæ dominus, qui eo ipso tempore Antiquariæ morabatur, ad hunc nuncium cum præfenti equitatu superuenit, hostesque fugientes anteuertit, seque venientibus opponit in angusto quodam loco. Quos ipse a fronte, Comes Ægabrensis atque regii ministerii præfectus a tergo ferientes, magnam in illos stragem edunt. In eodem loco inuenta sunt postea mille hostium cadauera, præter illos qui passim fugientes ceciderant. Rex ipse captus, Alatar & duces alii hostium cæsi, atque ita victores nostri ex eo conflictu redierunt in morem triumphi, cum captiuis & præda quam ex hostibus auerterant, quæ in manubias redacta in commilitonibus distributa est. Rex ipse captiuus extra sortem Comiti donatus, apud quem honorifice atque pro dignitate regia tractatus est. Et ne tantæ rei gestæ monumentum aboleretur, a Rege & Regina Comitis insignibus additum est coronatum regis caput catenis vinctum, & in ora clypei vexilla nouem, quæ in prælio fuerant ex hostibus capta. Et quia eiusdem victoriæ ministerii Regis præfectus fuerat particeps, eadem insignia atque insigniorum ornamenta ab eisdem Principibus & ob eandem causam illi communicata sunt.

Belli apparatus: census illorum qui cum Rege ad Granatensis regni populationem profecturi erant. Caput IIII.

INTER cætera negocia quæ ad senatum regium cotidie referebantur, nihil erat frequentius, quam quemadmodum in Mauros bellum inchoatum ordine procederet, & quæ belli gerendi ratio imprimis esset ineunda. Cumque ea de re sæpe consultaretur, nulla potior inuenta est, quam vt ora maritima numerosa classe obsideretur, ne quid auxilii aut comæatus a Mauritania inueneretur, atque in finibus adhiberentur custodes, ne a terra aliquid alimenti ad hostes perueniret, aut per commercium, aut captiuorum redemptionem, aut furtim, aut alio quouis modo. Tertium restabat, vt per omnia regni hostilis penetralia fierent agrorum populationes, villarum vicorumque incendia, arborum frugumque succisiones, vt qui sine multa Christiani sanguinis effusione expugnati armis non possent, fame cogerentur in deditioem venire. Dispositis itaque a terra marique custodibus, conuocantur omnes Hispaniæ principes, trium ordinum Magistri, Duces, Comites, Marchiones, Comestabilis, Metati, prouinciarum urbiumque præfecti, arciumque præfides, vtque veniant cum suis cohortibus regia autoritate monentur, atque in diem locumque certum, vbi Rex esset, omnes conuenire iussi. Coe-
runt itaque in loco qui ab incolis appellatur Carectum, vbi facto censu, inuenta sunt equitum cataphractorum atque leuis armaturæ decem millia, peditum armorum ad pugnam, ad succidendas arbores frugesque instrumentis rusticis armorum triginta millia, fabrorum & machinariorum ingens numerus, mulionum, agalonumque, & carrucariorum, qui iumenta, asinos, bouesque agerent, quadraginta millia, præter lixarum, calonum, pabulatorum, frumentatorum, pistorum,
HHh

coquorum, dulciorum numerosam multitudinem, meretricum prostibularumque, & eorum qui exercitu nulli sunt usus, sed magno potius impedimento, magnam turbam. Exercitus vero a rege in hunc modum est distributus. Magistro militie diui Iacobi, & Marchioni Gaditano, & Alphonso domus Aquilariæ domino, & Ludouico Ferranti, qui postea fuit Comes a Palma, priores sunt commissæ partes: posteriores vero Hemerocallio Comiti, & Ioanni a Septo maiori Conchelli domino, & cohortium a Duce Infantatus missarum, & quas Dux a Methymna cæli misit, præfectis, & Martino Alphonso Montis maioris domino. Mediarum partium cohortes hunc in modum dispositæ. Primam ducebat Garfias Lupides Patellanus Cisterciensis militiæ a Calatraua Magister: secundam a monte regio Comes: tertiam Franciscus a Stunica præfectus copiarum quas Dux Placentinus pater, & quas eiusdem Ducis filius Cisterciensis militiæ a Ponte Traiani Magister misit: quartam Guterius a Septo maiori Caietanus Comes, & Fredericus Ducis Albanorum filius: quintam Dux Triciensis, cum iis qui sub illo merebant, & quia Mentefa, & Vbeta, & Biacia venerant: sextam Dux Alburquerqueus, & Ioannes a Methymna Asindica Ducis filius, qui ducebat copias ab Enriquo patre missas. In subsidiaria cohorte quæ aliis omnibus maior atque firmior erat, Rex ipse medius ibat stipatus mille equitibus, quingentis cataphractis, totidemque leuis armaturæ, qui ex cohorte prætoris Regis & Reginæ fuerant delecti. Hanc ducebat Iacobus Lupides Patiequus Villenatum Marchio. Signum vero regium præferebat Alphon-
sus Siluius. nam Ioannes Siluius cuius hæreditario iure illud erat munus, Granatæ in vinculis adferuabatur, ex clade quam ad Malacham accepimus, quemadmodum in superiori parte dictum est, captus. Ex alia quoque parte pedites cum suis centurionibus in cohortes distributi locos opportunos tenere iussi, ballistas, & tormenta, aliasque machinas obseruabant equites peditesque, ab Hispali, & Corduba, atque Astigitana colonia, & reliqua omni Bætica missi. Copiis hunc in modum ordinatis ventum est in locum quem Indigenæ Equitum collem appellant, ubi ea nocte substiterunt. Postridie eius diei hostium fines ingressi, prope Illoram oppidum arte & ingenio loci munitissimum castrametati sunt, oppidani ex munitionibus erumpunt, & cum primis ex cohortibus nostris tumultuariam pugnam præterant. Sed
nostrorum viribus impulsæ cedunt, insequuntur nostri, atque vtrique simul oppidi suburbia intrant. Inde quoque hostes repulsi, in castellum arcemque se recipiunt, unde sagittis telisque petebant eos qui frumenti areas mœnibus propinquas incendebant. Inde quoque tormentorum saxeis orbibus, & stlopetarum glandibus, missilibusque fugantur, atque ita incendium peractum est. Et quia oppidum expugnari non potuit, incensa quoque suburbia, missi quoque a Rege Comes Agabrensis, & domus Aquilariæ dominus, qui cum parte exercitus Montis frigidi castellorumque agros vastarent. Atque ita non modo Illora & Illoræ finitima prædia igni ferroque corrupta sunt, sed & omnia quæ intra quatuor millia passuum erant, in cineres fauillaque abierunt.

Tagara oppidum capitur, Alama commeatu instruitur, Tendillanus Comes presidio sufficitur. Caput V.

His rebus ad Illoram Montemque frigidum peractis, castra mutantur in locos, unde possent maiora detrimenta hostibus inferri. Nam quacumque tantus exercitus procedebat, non solum pedites ad hoc munus designati, ut runcinis, falcibusque messariis & foenariis, atque rusticis securibus, omnia arborum genera frugesque vastarent, sed & ipse castrorum tractus omnia sternebat, & milites e castris egressi, villas, vicofque finitimos, & molas aquarias, molendinaque dolabris demoliebantur. Erat Tagara oppidum non minus quam superiora munitum, quod inter Alamanum & Loxam positum, nostris perniciosum, hostibus vero accommodum. Hoc iubet Rex oppugnari. Fabri lignarii & ferrarii operi se accingunt, testudines, arietesque, pluteos, vineas, turrefque ligneas aptant, oppugnatores ab omni parte machinas muris admouent, atque murorum fundamenta rutabulis & bidentibus subruere tentant.

Extra

Extra muros, & intra mœnia vehementer laboratur, neque vllum interea telorum cessat genus, oppugnatores ballistis & tormentis, propugnatores cæmenticiis lapidibus, & ollis sulfure ac pice plenis, & admoto igne ardentibus rem suam agunt. Obfessi tandem nostris instantibus cedunt, atque deserta murorum defensione, in castellum arcemque se recipiunt, oppidum hostibus diripiendum relinquunt. Capto oppido coeptum est deliberari de arce oppugnanda. Erant qui dicerent abstinentum esse ab oppugnatione, propterea quod muri erant crassiores, atque signino opere ex calce & arena compacti, neque aderant sulfurariæ machine ita grandes, quibus tam solida materia dirui posset. Alii dicebant admouendas esse machinas, atque tentandum putres ne essent muri, an ita firmi, ut præsentis machinæ non possent illos demoliri. Placuit Regi arcem debere oppugnari, propterea quod tanta erat virtusque sexus & ætatis multitudo, quæ eo se receperat, ut deficientibus alimentis breui cogeretur se dedere. Iubet itaque arcem a quatuor partibus oppugnari, Magistro militiæ diui Iacobi, & Marchioni Gaditano, & domus Aquilariæ domino primam commendat: Triciensi Duci, & Ludouico Ferranti Palmæ Comitum alteram: Garfias Ferranti Manrico cum copiis Cordubensibus tertiã: Ferdinando Verasco qui Ducis Infantatus copias ducebat, alteram ex turribus quæ pro arcis porta stabat, oppugnandam committit. Quisque illorum quibus ea cura demandata est, eodem temporis momento negocium capit, pugnatur, propugnaturque pro viribus ab vtrisque. Durat ea pugna ad horam diei nonam. Vulnerati ex vtraque parte complures viri nobiles, inter quos Enriqus Enriqui Regiæ domus maximus Oeconomus. Intermissa est ea oppugnatio, quod vtrique erant defatigati, ut amplius durare non possent. Postero die repetita est oppugnatio tam acri & vehementi conatu, ac tam frequenti grandine telorum, ut Mauri non valentes impetum sustinere coeperint cum oppugnatoribus de deditioe agere. Induciæ in paucas horas datæ, quoad negocium cum Rege transigeretur, & sub fide publica missus illorum sacerdos (Alfaqui vocant illi) qui ipsorum nomine Regi arcem traderet, si vellet miseris vitam atque libertatem cum bonorum retentione concedere. Vitam Rex facile concedebat, libertatem & bona condonare noluit, propterea quod ausi sunt bis oppugnationem expectare. Et erant Mauri qui dicerent mortem potius oppetendam, quam ut se sine vlla conditione dederent: alii nihil excipientes, & Regis misericordiam spectantes, volebant se dedere. Interea nostri cum intellexissent hoc dissidio vires hostium atque animos defecisse, instant oppugnationi, irrumpunt in arcem, repugnantes trucidant, nihil resistentes capiunt, bona diripiunt. Præda Regis arbitrio pro cuiusque dignitate & rei bene gestæ merito distributa, arcem cum castello & oppido placuit dirui, atque solo adæquare. Inde Rex cum exercitu Alamam proficiscitur, quam triginta mille iumentorum vehibus instruit quibus commeatus importabatur, atque vrbis præsidio milites mille, partim equites, partim pedites reliquit, quibus præficit Enicum Lupidem Tendillanum Comitem, commendatque ut non modo arcem tueantur, sed & pro temporum occasione hostibus etiam bellum inferant.

Granatensium agrorum vastatio, atque Regis in Cordubensem coloniam reditus. Caput VI.

INSTRVCTO Alamæ penario, & vrbis munitionibus relictis, omnis cura Regis in vastandos Granatæ agros traducitur. Illa enim fuit causa, cur tanto exercitu, tantoque rerum omnium apparatu, hostium fines ingressus est, ut urbem quæ erat totius hostilis regni caput, & ciuitatem metropolim ad alimentorum præcipue inopiam redigeret. Erat Granata quemadmodum in Decadis huius præfatione diximus, tanta equitum peditumque armatorum multitudine referta, ut nisi pergrandi nostrorum exercitu illa vastatio agrorum sine magno periculo fieri non posset. Ex Alama igitur profecti, non modo sternunt obiter omnia quæ in via aut viæ proxima erant, sed etiam longinquiora, quæ a dextris sinistrisque intra quatuor millia passuum ab vtroque latere continebantur, ut erant vici, villæ, armentorum stabula,

HHh ij

magalia pecorum, speculæ, & turre, quo se pastores & agricolæ temporibus dubiis atq; suspectis recipiebant. Die tertia postea quam ab Alama discesserunt, in oppidulo Alendino quod a Granata quatuor millia passuum distat, castra figunt. Est illud oppidum ad radices Orospedæ montis positum, contra collem Niuosum, ab eo sic dictum, quod niuibus semper obrutus est. Ager illius in circuitu oliuis, & vitibus, atq; omnium generum arboretis consitus, vbi non sunt arbores, fata omnium frumetorum genere, atq; leguminum, & panici, culta sunt. Hæc omnia Rex iubet succidi, & sterni, atq; lumariis & messoribus falcibus meti. Dum hæc a peditibus fiunt, equites, vt illos a quocumq; superuentu securos reddant, certis in locis dispositi tumultuarias pugnas cum hostibus exercent, qui deinde armatorum peditum auxilio aucti oppidum irrumpunt diripiuntq; & frumenti areas oppido propinquas igni corrumpunt. Die insequenti Rex cum omni exercitu cohortibus ordine suo dispositis suburbanos Granatæ agros populabundus inuadit, atq; proxime urbem cum subsidiaria cohorte tota die ad vesperam vsq; consistit, dum arborum messiumq; strages conficeretur. Et quia totus ager ille fossis incilibus, atq; voraginosis aquæ ductibus intercisus est, quorum diuerticula nostris incognita, hostibus explorata erant, certis in locis præsidarias cohortes exponit, quæ vni succidendarum arborum messiumq; studio intentis pericula prohibeant, securitatemq; præsentent. Populatione itaq; agrorum peracta hostes cum viderent se nulla ex parte calamitatem illam prohibere potuisse, ad alias se vertunt artes, aquarum incilia perturbant, fontes veneno corrumpunt, pontones, & omnia quæ nostris vsui esse poterant, interceptiunt. Peracta igitur agrorum vastatione ex voto atq; Regis sententia, iubet mutari castra. Et cum adhuc tempus superesset, in quo aliquid fieri posset, quod ad bellum inchoatum nostris conduceret, hostibus no cumento foret, deficiente tamen comœatu earum maxime rerum quæ ad victum pertinent, coacti fumus domum quisq; suam repedare. Rex igitur Cordubam petit, vbi stipendia militibus, atq; arborum messiumq; succisoribus pactam mercedem persolui iubet. Mauri cum viderent se omni ex parte circumuentos a mari classe ingenti, a terra crebris præsiidiis, regni penentralia ferro igniq; desolata, mitunt ad Regem legatos, qui pollicerentur suo atq; regis ipsorum nomine se reddituros quotannis vim maximam Granatensium aureorum, atq; in eius tributis pignus impræsentiarum se duros obfides nobilium filios, atq; ex regio sanguine procreatos. Rex negotium in quo de re tanta agebatur, ad Reginam refert, quæ eo tempore in Cantabris Victoriam morabatur, intenta rebus quas in Nauaria inchoarat, & quæ ad prouinciam illius administrationem pertinebant. At Regina tamen nihil magis optabat, atque ab immortalis Deo precabatur, quam vt videret diem, in quo urbe Granata & Granatæ regno potiretur, ad Regis consultationem responderet, non placere sibi vllas hostibus inducias concedi. Sed quia multa simul restabant peragenda, non modo in Hispania, sed cum finitimis Nauariensibus, & Gallis, cum quibus de Ceretanæ deq; Ruscinonis Comitatu iam pridem lis pendebat, atq; de Nauaria quoq; spectabatur, non displicere tamen temporarias hostibus inducias concedi, dum modo sequestro deponerent arces & castella, quo pignore tributum illud quod se reddituros quotannis pollicebantur, esset certum, neque dubia fide soluendum. Nam quod de obfidibus dicebant, apud illos qui non multi obfides faciunt, nihil certi afferebat. De castellis & oppidis sequestro deponendis non placuit hostibus, sed neque Regi & Reginæ de dandis obfidibus conditio. Res itaq; infecta mansit, & Reginæ iussu quæ in huiusmodi rebus erat scrupulosior, imperatum, vt fines diligentius utique obseruarentur, & quod in redimendis captiuis nullum fieret commercium, vnde aliquid alimenti hostibus accederet: quin potius ipsa patiebatur ex re sua pecuniarum partem contribui, quam huiusmodi in rebus collusionem aliquam cum hostibus fieri.

De red-

De reddenda libertate Maurorum Regi iuniori deliberatur, & primo quod non sit reddenda. Caput VII.

CVM adhuc Rex Cordubæ & Regina in Cantabris Victoriam moraretur, Maurorum Regis iunioris mater, & qui factionem illius sectabantur, miserunt legatos qui agerent cum Rege nostro, quemadmodum Rex qui apud Ægabrensem Comitem in vinculis erat, donaretur libertate, quam non gratis, sed ingenti precio dicebant se velle redimere: imprimis perpetuo obsequio sui ipsius, & illorum qui se in Granatæ regno sequebantur: deinde certo aureorum vestigialium numero, qui tributi nomine quotannis Hispanorum Regibus penderetur: tum Christianorum qui in Granatæ regno captiui erant, certo quoq; numero eorum quos Rex ipse nominaret. Rex audita legationis summa, dat literas ad Ægabrensem Comitem, vtq; ducat, aut mittat ad se Maurorum Regem, petit. At ille non grauate iussis Regis obsecutus, Regem captiuum deducit. Laudatur Comes, atq; honorifice ab Hispanorum Rege accipitur, gratiasq; illi agit, quod tam impigre illius voluntati obtemperarit. Regem captiuum Martino Alarconi Porcunatis arcis præsidi adseruandum tradit, ipsum Regem afflictum videre noluit, quoad decerneretur quid de illo statuendum esset, sed bene vt de se deq; Regina coniuge speraret, illi nunciari iussit, vtq; interim hac vna spe captiuitatem suam consolaretur. Ad hæc tam benigna reginæ voluntatis oracula Maurus responderet, se non posse sub tantis ac tam beneficis Principibus in luctu atq; mœrore esse, & quod vna tantum res in calamitate sua dolebat illi, quod videretur nunc necessitate compulsus facere id quod, cum esset liber, summo opere concupierat, hoc est, subicere se illorum potestati, vt ab illis acciperet regnum Granatense, quemadmodum auus paternus suus illud acceperat ab immortalis memoriæ viro Ioanne Hispanorum Rege secundo, focero suo, atq; Reginæ suæ consortis patre fortunatissimo. Et quia Regis præsentia aliis compluribus in locis desiderabatur, non modo in rebus quas Regina in Nauariæ finibus inchoauerat, sed etiam in iis quæ in prouincia Tarraconensi per urbium præfectos atq; ciuitatum gubernatores administrabantur, antea quam Rex ex Bætica proficisceretur, prospiciens bello quod cum Mauris acceptum atque deinceps gerendum erat, disposuit, quibus in locis oportebat, limitaneorum militum cohortes, quibus præfecit & duces qui fines ab hostium incurfibus tuerentur, & quoties illis videretur, bellum inuicem inferrent. Quod vero ad Regem Maurorum iuniorē attinebat, retulit ad senatum, qui tunc frequens erat, non solum ex togatis ciuibus, atq; ciuilibus & pontificiis iuris consultissimis, sed ecclesiarum etiā prælatis, & totius Hispaniæ principibus viris. Mauri Regis procuratores pro libertate illius iudicanda offerebant, quemadmodum paulo ante diximus, perpetem Hispanorum Regibus subiectionem, & aureorum quotannis duodecim millia, & ex captiuis Christianis qui in Granatensi regno inuenirentur, tercentum eorum quos Rex noster nominasset. Duros quoq; se impræsentiarum pollicebantur obfides, filium vnicum Regis legitimum cum aliis Maurorum illustrium filiis, eorum scilicet qui essent factionis eiusdem studiosi. Postulabant etiam captiui Regis nomine auxilium ad ea expugnanda oppida & castella, quæ post captiuitatem suam ab illo descuerant ad Regem seniore patrem suum, idq; nisi mature fieret, alios ex desperatione suæ libertatis illorum exempla secuturos. Sententiæ procerum, atq; infirmatum etiam, ea de re fuerunt variæ. Alii dicebant nulla conditione reddendum esse qui semel in vinculis teneretur: alii contra, non modo reddendum esse libertati, verum etiam auctum præmiis & honoribus dimittendum, afferebantq; vtriq; rationes quibus sententiam suam tuerentur. Eorum qui priorem defendebant, princeps erat diui Iacobi Magister, qui post longam in senatu regionem disceptationem huiusmodi apud Regem habuit orationem. Tria, inquit, sunt, clarissime Rex, quæ veniunt in dubitationem, quoties de bello hostibus inferendo deliberatur: primum de genere belli: alterum, quibus mediis conatus nostri victoriam consequantur: tertium, quo pacto ea quæ victoria nobis peperit, quam diutissime conseruari possint. Genus belli est ita iustum & honestum,

HHh ij

vt nullum magis esse possit, ita vtile & necessarium, vt nullo modo sit dissimulan-
 dum. Nam quid honestius excogitari potest, quam pro Christiana religione con-
 tra nominis Christiani hostes arma induere? Quid iustius, quam repetere armis ea
 quæ iniuste nobis fuerunt erepta? Quid magis necessarium, quam aduersarios no-
 stris iugulis intentos funditus perdere? Quid vtilius, quam fines nostros propaga-
 re, atq; hostium limites compescere? Sed hac de re nulla mihi cōtrouersia est cum
 iis qui huic meæ sententiæ refragantur, idem sentimus, in eodem statu causæ su-
 mus, de hoc omnis contentio est, sit ne reddendus libertati Rex captus, an potius
 æternum in vinculis retinendus. Ex his duobus vtrum sit impendenti bello con-
 ducibilis, nunc disceptamus. Est autem hoc bellum cui nunc insistimus, non ita
 difficile, vt sit extimescendum, non ita facile, vt sit contemnendū. Quare pro belli
 magnitudine non omnia, neq; ab omnibus auxilia sunt quærenda, sed ea tantum
 quæ nos honeste iuuare possunt. Nunc autem pensitatis vtriusq; partis viribus, o-
 mnia sunt nobis potiora, militum numerus copiosior, corporis atq; animi vires
 multo alacriores, belligerendi duces præstantiores, machinæ & quibus hostes pe-
 rantur, & quibus nos ab hostibus tueamur, magnitudinis & multitudinis incredi-
 bilis apparatus. De exitu vero huius belli quid illi timeant, & quid nos speremus,
 vel hoc est argumentum maximum, quod sæpe tentarunt emere pacem, vel saltē
 inducias, pollicentes maria, & montes auri, atq; tributum nomine perpetuam serui-
 tutem. Quam oblatam conditionem quasi turpem reiecit, quia vobis erat in a-
 nimo non per partes, sed totam simul extinguere gentem Mahumeticam ex Hi-
 spania. Et quid prodest, postea quam hoc bellum inchoatum est, tot fecisse belli
 apparatus, tot expeditiones, toties congregasse populos, tot adiuisse labores & peri-
 cula, si nunc in medio rerum conatu negotium infectum relinquitur? Quod si hūc
 Regem quem in vinculis habetis, iuri suo restituitis, omnia hæc perdidimus, vt de
 nobis dici possit illud quod est in Græcorum proverbio: Oleum perdit & impen-
 sam, qui bouem mittit ad ceroma. At qui, inquiunt isti, pro libertate sua offert duo-
 decim millia aureorū annua. Dicant mihi obsecro, quanta portio est hæc ex sum-
 ma illorum millionum quæ in hoc superiori biennio exhausta sunt in huius belli
 sumptus? non dico ex vectigalibus regiis & fisco, ex mutuis & exactionibus, impo-
 sitionibus & tributis, ex cruciatis & Apostolicæ sedis subsidiis, sed ex violenta con-
 uocatione & delectu ciuitatum, oppidorum, ex coactione angariarum & peran-
 gariarum, per omnes totius regni populos. Atq; vt iam veniam ad vltimum ex tri-
 bus illis quæ proposui me dicturū, quomodo possint quæ in bello parata sunt, quam
 diutissime retineri, quæro ab istis, si captiuo Regi libertas reddatur: an cum liberta-
 te etiam pars illa regni quam nunc possidebat, condonanda est? & altera pars con-
 tra quam gesturus est bellum, cui cessura est: illi ne, an vobis a quibus in auxilium
 belli copias petit? Respondentis, opinor, quod vtraq; pars vobis est cessura, quo-
 niam semel seruitio suo libertatem emit, & vt iurisconsulti dicunt, quicquid ser-
 uus acquirit, domino suo acquirit. Ita ne o cæci fidendum est libertati alicuius,
 quam necessitas dedit? Omnis seruitus violenta est. nihil autem est violentū quod
 diutius permanere possit. Cum viderit se liberum, dicet se non teneri reddere quæ
 necessitate coactus pollicitus est se daturum. Est igitur vero quam similitimū, quod
 libertus hic vester non nobis, sed sibi ipsi militabit. Quid quod neutra Maurorum
 factio isti obtemperabit? Non quæ patrem sequitur obseruantia suæ religionis &
 obsequii quod illi debent, non quæ ipsum sequitur, cum eum viderint deinctum
 regibus qui alienam religionem sequuntur. Atq; vt vno verbo sententiam meam
 tibi, o clarissime Rex, ostendam, ita sentio, bellum hoc prosequendū esse, Regem
 captiuum retinendum esse in vinculis, ne ex hoste vno, & eo quidem senecta æta-
 te confecto, nobis faciamus duos integros, & geminatis viribus robustiores: neq;
 in libertate nomine tributum pendant vobis quantum & quandiu ipsi volent, sed in
 seruitute, & sub munitionibus vestro præsidio instructis, reddant quot-
 annis quantum Celsitudo vestra reddendum
 esse statuerit.

Marchionis

Marchionis Gaditani oratio, quod Rex Maurorum iniur sit reddendus libertati.

Caput VIII.

FORVM qui in senatu regio partem alteram tuebantur, sentiebantq; captiuum
 Regem libertate donandum esse, princeps erat Rodericus Pontius a Germa-
 nica legione Marchio Gaditanus, qui hac de re iussus a Rege sententiam dicere,
 huiusmodi habuit orationem. Ex tribus rebus quas Magister militiæ diui Iaco-
 bi vir perquam illustris proposuit, de prima nullum est mihi cū illo certamen. nam
 publice, & aliis in locis cum familiaribus meis & amicis priuatim dixerim, tu es
 mihi testis clarissime Rex, & illi quibuscum hac de re sæpe sum locutus. De quo
 nunc disceptamus, videndum, atq; imprimis discernendum, an ex miserandi hu-
 ius Regis captiuitate Celsitudini regiæ, si detineatur in vinculis, aliquid honoris
 accesserit magis, quam gloriæ & veræ laudis accederet, si libertate donaretur.
 Fuit quidem regiæ maiestatis vestræ, ab vno atq; altero ex subditis Regem hostiū
 prælio superari, captiuum in pompam triumphi duci, sed in vinculis detineri, per
 Deum immortalē obsecro, quid habet honoris? Quid quod apud genus hoc ho-
 minum non est ita sanctum ac venerabile nomen regium, quemadmodum apud
 nos: itaq; pro libidine atq; leui ex causa Reges abdicat, proscribunt, occidunt, atq;
 in eorum locum alios sufficiunt. Quod si in viuos & incolumes, atq; in sua potesta-
 te constitutos hoc audent, quid non in captiuos facient? Et vt ex eis exempla pe-
 tamus, ab eo quod sæculo nostro fecerūt hoc ipso Rege capto, quem nunc in vin-
 culis habemus, pleriq; omnes suæ factionis ad Regem patrem descuerunt, obliti
 & nominis, & fidei quam suo Regi obstrinxerant, vt Celsitudo vestra existimet, se
 non habere captiuum Regem, sed ex media plebe obscurū hominem. Sed videamus
 nunc, & æqua lance perpēdamus, quid vtilitatis ex hac Regis captiuitate no-
 bis accrescat, aut e diuerso quid detrimenti ex eius libertate. Dum inter se pater &
 filius dissidebant, atq; de principatu belligerabant, vterq; negotium nostrum age-
 bat, vterq; nobis militabat. Neq; enim erant tantæ illorum vires, vt & nobis resiste-
 re, & inter se decertare possent. Nunc vero posteaquam iunior hic Rex captus est,
 & in vinculis tenetur, ex duobus ad monarchiam res est redacta, maius negotium
 nobis accessit quam prius erat, quoniam duplices illorum vires in vnum corpus
 coierunt. Quid igitur, inquit optime Rex, tu faciendum censet? nimirū vt redin-
 tregretur discordia inter patrē & filium Reges, & se mutuis vulneribus conficiant,
 vt non sit nobis cum vno duplici bellum gerendum, sed cū altero ex duobus, quo-
 rum alter pro nobis militans faciat aduersarii nostri partem debiliorem. Restat
 nunc suspicio illa & timor, ne pater & filius nomina pietatis, & naturæ pignora in-
 ter se redeant in gratiā. Hoc inter priuatos passim fieri solet, inter Reges vero nun-
 quam, si semel regnandi dulcedine inescati sunt. Quoties legimus, non solum
 apud poetas, sed etiam apud historicos, partim externos, partim domesticos, pa-
 tres a filiis regno eieptos in exilio vixisse? Nam fratres a fratribus vulgare est, vsq;
 adeo, vt, quod ait poeta, nulla vnquam potestas confortem patiatur. Quare pater
 & filius nunquam cessabunt inter se certare, ille de regni possessione tuenda, hic
 de patre ex regni culmine disturbando. Alenda est igitur inter eos discordia, atq;
 nō solum hic dimittendus, sed etiam si potest fieri, tertius aliquis submittendus, vt
 si vnum e tribus fors interceperit, nūquam desint regni competitores. Neq; mul-
 ti faciendum est quod de rebellionē istī formidant, si nō permanferit in officio. nā
 & ingrati crimen apud illum manebit, si fidē violauerit, apud te vero beneficentiæ,
 atq; magni animi opus immortale, cuius nunquam penitebit. Simul etiam & eodē
 facto apud omnes gentes potentiæ magnitudinem ostendes, cū audiuerint, Regi
 cum quo bellum gesseris, dedisse libertatem, & in regni partem restituisse. Duabus
 igitur in rebus vno opere te cæteris præstare monstrabis, quas antiquitas Ioui tri-
 buebat, quas & nos Deo nostro viuo & vero tribuimus, optimum & maximū ap-
 pellantes, optimū propter beneficentiā qua erga cunctos mortales vititur, & maxi-
 mū propter omnipotentiam quæ non per partes, vt cætera, sed per omnia se extēdit.

HHh iij

Per beneficentiam igitur captiuum donabis libertate, per potentiam non timebis rebellionem. Dicant igitur nunc isti qui huic meæ sententiæ aduersantur, vtra sit fauorabilior, & magis ad pulchritudinem honestatemque accedens, mea, in qua dico Regem captiuum libertate donandum, an sua, in qua dicunt in vinculis ac seruitute detinendum. Cumq; tria sint genera bonorum, propter quæ omnes omnia faciunt, vtile, iucundum, & honestum, quæ utilitas prouenit ex vnus non Regis iam, sed hominis in seruitute & vinculis positi captiuitate, cuius neq; tu possis vti opera, neque sui precio redimere? Quæ voluptas ex eius vinculis? an stridor 10 & honestas, vt te iuuet benefecisse, & benefactorum frui conscientia, atq; vnde spectare possis gloriam immortalem? Hæc Marchionis sententia plerofq; mouit, non solum ex partis suæ studio, sed ex iis etiam qui antea refragabantur, atq; imprimis Rex ipse visus est propensior in eandem sententiam. Sed quia Magistro aliud videbatur, & plures quoq; illi assentiebant, placuit rem integram ad Reginam referri. Quæ respondit, non displicere sibi quæ Marchio sentiebat, præsertim cum de captiuorum redemptione ageretur, & quod maiorum suorum exemplo multi Maurorum Reges olim illi fuerint subditi atq; tributarii. Iussus itaque Rex iunior venire Cordubam, Regis nostri ad genua supplex cum dextram manum auersam ex osculari vellet, eamq; vt porrigeret, ab astantibus admoneretur, propterea quod subditus & tributarius, Facerem, inquit, Rex noster, si in illius regno mihi facien- 20 dum esset, nunc vero in nostro, quia hospes est, & libertate donatus, comiter atque honorifice tractari oportet. Factus igitur ex seruo libertus, conceptis verbis iurauit se statutum pactis conuentis rerum omnium quæ transacta fuerant, atq; intra certum tempus omnia executurum, atq; ita liber, & multa suppellectili & vestium ornamentis donatus, in regnum suum rediit, ex cohorte prætoriam adhibitis custodibus qui illum in patriam prosequerentur, incolumemq; reducerent.

Maurorum Regis senioris copia a Palmensi Comite ad Lupariam turrim deleta.

Caput IX.

MAURORVM Rege iunior dimisso, ordinatisq; rebus quæ ad limites Bæticæ 30 tuendos, & ad bellum hostibus inferendū pertinebant, Rex e Corduba profectus iter suum ad Reginam tendit, quæ per id tempus Victoriæ in Cantabris morabatur, atq; obiter illustrauit fanum illud per omnes Hispanias celebre, quod ad amnem Lupi diuæ matri Deiparæ dedicatum est, in quo nouendialibus vigiliis ex nostro religionis more operatus est. Interea Mauri qui Regem seniore sequebantur, cum audissent iunior impetrasse a Rege nostro non modo inducias & pacem, sed etiam copias in auxilium contra partes illas quæ patrem sequebantur, ad odium quod antea illius habebant ex publica similitudine, accessit aliud ex religione, dicentes illum rem impiam atq; nefariam, & contra Mahumeti legem fecisse, quod cum Christianis foedus percussisset in perniciem suæ gentis. Sed & ple- 40 riq; illorum qui eum antea sequebantur, suæ religionis amore ducti ab illo ad seniore Regem defecerunt. Cumq; audissent Regem nostrum ad superiores Hispaniæ partes profectum, coegerunt rotas Granatensis regni vires, & vno omnium consensu ex equitibus & peditibus facto pergrandi exercitu, statuunt Bæticæ nostræ fines inuadere, populari agros, & ferro atq; igni omnia vastare. Erat genus hominum tam ex Christianis, quam ex Mauris, qui prædandi atq; homines capiendi studio semitas obsidebant, atq; inde in viatores, & pecudum armentorumq; pastores, & rusticos agrorū cultores grassabantur, Almogauares lingua Punica vtriq; vocati. Ex iis Christiani septem fines hostium transgressi, dum ex vertice quodam 50 montis interdum speculantur, quo in loco noctu grassarentur, ex specula prospiciunt Maurorum copias agminatim procedentes contra limites qui ad Hispalim & Asindum pertinent. Hi omnia speculatione cui erant intenti, partiti inter se locos, quo quisq; illorum esset iturus, vt nostros certiores faceret de hostium superuentu, alius ad Ludouicum Portucarrerium Palmæ ad Singilim dominū eo tempore,

10 pore, ac postea Comitem, alius ad Astygitanam coloniam, alius ad Asindum, alii ad arcium præfides & cohortium præfectos eunt, illosq; monent, quo proficiscantur, & quid essent facturi. Palmensis Comes eiudem rei finitimos duces facit certiores, vt cum præsentibus copiis in certum locum coeant, ipse cum amicis, & familiaribus, atq; domesticis suis, & aliis qui se illi agglomerarant, pergit in occursum, eo quo suspicio erat hostes esse venturos. Qui tripartito exercitu pylas fauceq; montium peditum præsidio munierunt, ne postea occupatis a nostris, confecto negotio reditus in patriam intercluderetur. Equitos in partes diuisi duas, altera ad agrorum excursionem populationesque missa, altera quæ firmior erat, in insidiis collocata est. Excursionem in Vtrariæ agros faciunt, per camposq; sparsi præ- 20 das agunt. In eos Portucarrerius cum sociis & commilitonibus exercitum mouet, in eosq; palantes irruit, ipsi se ad insidias recipiunt. Nostri cedentibus instant, quoad ventum est ad insidias. Et quia in partes duas erant diuisi, in anteriore Moroni & Vrsinæ oppidorum præfides, & cohortium Magistri a ponte Traiani, & Hispanæ societatis præfecti, in hos insidiarum subseffores erumpunt. Pugnatur æ quo Marte ab vtriusque, fractisq; hastis iam cominus gladiis & pugionibus res agebatur. Superuenit Portucarrerius cum recentibus copiis, & non magno negotio hostes in fugam vertit, atque in duas partes diuisos, alteram persequitur, altera in Marchionem Gaditanum casu incidit, cum ad huc nuncium auxilio veniret Asidensibus, & suis comitatus. Cæsi sunt complures ex hostiū principibus, & capta signa 20 quindecim, quæ Portucarrerius cum huius victoriæ nuncio misit ad Reginam, quæ eo tempore in Cantabris agebat. Fuit tanta omnium lætitia ex eo nuncio, vt publice sint decretæ supplicationes, candelæ, & funalia per vrbs vicos accensa. Regina vero tanti facinoris autorem, eiusq; victoriæ socios collaudat. Vxorem Palmensis Comitum veste auro intertexta donat, qua in festo Magorum quos vulgus appellat Reges, quotannis vteretur, vt illius diei in quo tanta res gesta est, sempiternum aliquod monumentum relinqueretur. Nec multos post dies Marchio Gaditanus cum ab exploratoribus accepisset, Zaharam castellum, quod in belli huius initio diximus a Mauris captum, exhaustum esse incolis, & negligentius ob- 30 seruari, atq; non difficulter capi posse, Portucarrerium eundem adsciscit, & ex Asindo atq; finitimis vnde cunq; potuit, equitatum sibi adiungit, perq; mediæ noctis silentium Zaharam proficiscitur. Iuxta muros secreto quodam loco armatos decem ponit, & post illos proxime alios septuaginta, ipse autem cum reliqua manu non longe in insidiis lateret. Sub primam lucem dimittit aliquot ex peditibus qui per campos grassarentur. Ex castello erumpunt equites ad septuaginta (neq; enim plures erant) quos sequuntur vigiles, & circitores, & qui nocte hesternam in stationibus fuerant, murorumq; custodiam deserunt. nō enim putabant interdum castellum oppugnari posse. Interea ex militibus nostris vnus scalas munitionibus admouet, murum scandit, quem decem illi sequuntur, quos diximus, partemq; muri occupant, 40 pugnamq; cum castellanis conferunt. Accurrunt reliqui septuaginta, atq; vnam ex portis capiunt. Qui ex castello eruperant, cum audissent hostes intra munitiones admissos, ad mœnia se recipiunt, quos insequuntur qui latebant in insidiis, & cum fugientibus simul castelli portas intrant. Castellani in arcem coeuntes obsidentur, & quia plures erant, deficientibus alimentis diu in obsidione durare non poterant, ex pacto arcem Marchioni tradunt, ipsis autem abeundi quo vellent permissa libertas. Atq; ita castellum nuper amissum Marchionis industria receptum est.

Tendillani Comitum in vrbe Alama stratagemam insigne, atque alia res ibidem gesta.

Caput X.

HOC in loco restat nobis narrandum stratagema illud insigne, quod non solum 50 per omnem Hispaniā celebratur, sed per vniuersum nominis Christiani orbem circumfertur. Autor illius atq; inuētor fuit Enicus Lupides Comes Tendillanus, quem Rex & Regina præfecerāt cohortium præsidio quas ad Alamam tutandam reliquerāt. Is cum primum huius negotii administrationē suscepit, milites nimia

solutos licentia coercuit, atq; imprimis Scipionis Æmiliani, & Q. Metelli exempla secutus, aleatores & scorta, popinas & cauponas, & cætera exercitus impedimenta e castris sustulit, ipsos milites in studiis equestribus pedestribusque exercuit, in Granatenses agros, quoties dabatur occasio, excursores atq; exploratores mittebat, neq; vnquam ipse quiescebat, neq; hostes quietos esse patiebatur. Tantumq; terrorem Mauris finitimis incusserat, vt neq; suburbana prædia excolendi tempus locumque daret, neque saltem intra cubiculum fomitos perpetes ducere liceret. Hyems illa quæ præcesserat, fuit pluuiosa, muriq; putres ebibebant imbres ex stillicidiis cadentes, cum subito compagibus saxorum solutis corruerunt, magnamque vrbs partem nudam reliquere. Quod si casus tantæ calamitatis ad hostium aures peruenisset, actum erat iterum de Alama, multosq; per annos regni illius excidium immoratum fuisset. Ex illa murorum ruina tantus terror milites præsidarios omnes inuasit, vt ex desperatione nihil iam nisi de fuga & de vrbe deserenda cogitarent. Sed bene quod Dei benignitas ducis mentem excitauit, atque, vt ait Poeta, Duris vrgens in rebus egestas, & illud: Ingenium mala sæpe mouent, & illud quoque: Et labor ingenium miseris dedit. Iubet itaq; Comes Tendillanus qua parte murus ingentem fenestram patefecerat, confutis linteis prætendi muri speciem, tam similem vero, vt procul aspicientibus nulla videretur esse differentia inter verum & assimulatum. Et ne quis transfuga proderet hostibus quid intra vr-
bem accidisset, iubet diligentius portas & posticos custodiri, ne quispiam temere intraret, & egrederetur, aut mœnia transiliret. Iubet interea partem muri lapsam substrui non opere tumultuario, sed ex calce & cæmenticiis lapidibus multo fir-
mior, quam antea fuerat. Sæpe hostium exploratores venerant captantes ex occulto quid apud nostros ageretur, sæpe etiam excursores equites vrbe obequi-
tabant, nunquam tamen senserunt quicquam in ea parte murorum fuisse immu-
ratum, non colorem, non speciem, non quicquam aliud vnde ruina illa posset per-
cipi. Cumq; rei pecuniariæ inter milites maxima esset difficultas, propterea quod stipendia suo tempore non soluerentur, neque de futura solutione certam habe-
rent fidem, conuocatus omnibus dixit se habere pro certo, quod pecuniæ ad sti-
pendia soluenda iam essent a Celsitudine regia decretæ, seq; non modo indies, sed
in horas singulas spectare illas, quare vt bono animo forent, hortatur, polliceturq;
se daturum interea non veras, sed imaginarias pecunias, quibus inter se rerum ve-
nalium commercia exercerent, fidemq; suam interponit vmbrales illas pecunias
veris se redempturum. Ex charta igitur panucea facit schedulas sua manu atque
subscriptione signatas, quibus imponit nomina, precium quantum quæq; sit vali-
tura, quasdam vocans numos aureos, quasdam argenteos, quasdam æreos, & in
vnoquoq; genere plures differentiæ, puta asses, semisses, trientes, quadrantes. Iu-
bet vt nemo supposititijs illas pecunias recuset. Ex illis fictitijs pecunijs stipendia
militibus persoluta sunt, & per illas emptiones vditionesq; factæ: tanta fuit Com-
itis autoritas atq; reuerentia. Idem quoq; sumptu suo in Alcala regia vrbe Pharon
erexit, constituitq; vt per noctem perpetem funalia arderent, quo captiui ex vrbe
Granata elapsi fugam erigerent. Hoc anno Ludouicus huius nominis vndecim-
mus Gallorum Rex Ambasiæ diem suum obiit, cui successit Carolus octauus.
Hoc eodem anno Ioannes Lusitanorum Rex animaduerti iussit in Ver-
gancensem Ducem, de quo suspicio erat cum alijs ex eiusdem regni nobilibus in
Regis necem coniurasse. Tres illius fratres in exilium missi, Lusitano-
rum Comestabilis, & Comes Pharius, & Aluarus
a Lusitania, qui postea fuit Hispaniarum Regis
& Reginae senatus princeps.

ÆLII

ÆLII ANTONII NEBRIS-
SENSIS, HISPANARVM ATQVE HISPANI-
NIENSIVM RERVM HISTORICI, DE-
CADIS SECVNDÆ LI-
BER TERTIVS.

De Ruscinonis & Ceretania Comitatu reddendo, & legationibus hinc inde ea
de re missis. Caput I.



LUDOVICVS, de quo in fine libri superioris diximus, cum moreretur, testamento suo iussit, Ruscinonis, & Ceretaniæ Comitatus Ioannis Tarraconensium Regis hæredibus restitui, & qui viuens nec Ioanni viuenti, neq; illo vita functo Ferdinando filio hæredi reddendum curauit, idem morti proximus, conscientia teste coactus, legitimis dominis reddi iubet. Fidemq; publicam soluens, mittit literas ad eos qui arces præsidio tenebant, vt transferrent possessionem in illos quos Rex & Regina Hispanorum Principes nominassent. Interim Ludouicus moritur, quibus negotium demandatum erat accepto nuncio de Regis morte, executionem differunt, quoad Carolus Rex Ludouici successor consulere, an quicquam noui ea de re vellet decernere. Qui per literas iubet executionem testamenti & restitutionem illam debere protelari, quoad de integro eadem de re deliberaretur quid fieri iure deberet: mittitque oratores ad Regem & Reginam, qui patris obitum, & suam in regnum Gallia successorem nunciarent, dicerentq; sibi gratam fore societatem atq; amicitiam maiorum suorum cum Hispanorum Regibus ab antiquis temporibus obseruatam, & vt ipsi quoq; si ipsis videretur, inuolabiliter obseruarent. Cui legationi a Rege & Regina responsum est, se dolere, atq; ægre ferre obitum clarissimi Regis patris sui, tum
quod erat amicus atq; fœdere sibi coniunctus, tum etiam quod erat vir bonus, atq; sociorum & amicorum socius & amicus, & quod magis in Rege laudandum est, iustus ac timens Deum. Quod tamen eum relinqueret filium, qui patris mores imitaretur, amicosq; & socios conseruaret, atq; in officio retineret, eo nomine se gaudere dixerunt, seq; breui missuros legationem oratorum, qui partim de obitu patris Regem cõsolarentur, partim congratularentur illi de noua regni successione, simul etiam, vt antiquum fœdus cum illo renouaret, & vt quod pater moriens de Ruscinonis & Ceretaniæ Comitatus legauerat, executioni mandaret. In hæc verba oratores dimissi redierunt. Nec multo post missi legati duo, Ioannes Riparius vir domi & militiæ insignis, & cū eo Ioannes Arius vnus ex regijs senatoribus, & qui postea fuit Episcopus Segobienfis, qui cum literis & mādatis, simul etiam & publicis instrumentis, atq; facultate faciendi omnia quæ Regis & Regina nomine faciendæ essent. Erat eo tempore Gallorum Rex Turoni, quas nostro tempore vocant turres in Turonia, quo cum venissent, publicæ legatio exposita est, atq; omnia peracta quæ in mandatis habuerat. Ad quam legationem Rex ex scripto responderi iubet, sibi omnia esse grata quæ Regis & Regina Hispaniarum nomine fuerunt exposita. Quod vero ad Ruscinonis & Ceretaniæ Comitatus attinebat, quia inde videbatur instaurandæ societatis & amicitie fundamentum pendere, respondet sine vlla cõditione sibi placere fœdus cum Hispanorum Regibus, quemadmodum a maioribus suis semper fuerat percussum. De Comitatus vero Ruscinonis & Ceretaniæ reddendis, sibi non constare quo iure possideret, atq; si e possessione cedendum sibi foret, aliam rationem futuram cum Hispanorum Regibus, eorum scilicet qui Castellæ appellatur, atq; aliam cum Tarraconensium Rege qui per Reginam coniugem Hispaniæ dotalis regno successit. Quare ea de causa dicit se missurum legatos viros bonos, & legum iurisque peritos, qui causam omnem cū Hispanorum iureconsultis disputent atq; decidant, quid vtrique parti sit faciendū, quo

minus antiquum fœdus inter Hispanos Gallosq; violetur. Hoc responso nostris oratoribus dato, quia videbant negocium cuius causa venerant, in longum tempus differri, neq; vnquam habiturum esse finem, statuunt cōtestari Regem ipsum, regiumq; senatum, atque illius regni triplicem virorum ordinem, vt quoniam per ipsos stare, quo minus antiquum fœdus, & Hispanorum Gallorumq; societas instauraretur, neq; iustam esse causam, cur rei effectus impediretur, immo prætextū non reddendi Comitatus illos quos iure diuino & humano reddere tenebantur. Igitur coram omni populo, atque imprimis ipsius Regis procuratoribus obtestati sunt ipsum cœli numen, & si vsquam iustitia est & mens sibi conscia recti, deinde ipsum Regem, atq; alios omnes qui partem aliquam publicæ gubernationis ab illo acceperant, vt quicquid detrimenti ex ea causa alterutri regno accidisset, in caput illorum recideret qui tantorum malorum occasionem dederint. Simul etiam obtestati sunt reum fore multarum quæ sunt fœderis violatoribus impositæ, præter iurifurandi contemptam religionem, quæ solum Deum habet vltorem. Ad hanc oratorum contestationem Gallorum Rex iubet responderi illud idem quod antea respōderat, cum primum ea de re fuerat postularus, se velle & quidem libentissime stare pactis conuentis, & antiquo fœderi quod maiores sui pepigerāt cum Hispanorum Regibus, illis tamen quos appellant Castellanos, Ruscinonem vero & Ceretaniam quæ Gothalanæ provincie erant contributa, nō pertinere ad Castellam, cum qua fœdus ab antiquo percussum erat: nihilo minus tamen se missurū legatos pollicetur, qui in ipsius Regis & Reginae curia quæstionem illam disceptēt decidantq; atq; deinde fœdus fanciant atq; confirmant. Atq; ita oratores infecto negotio cuius causa venerant, dimissi sunt, atq; a Rege digressi redierunt.

*Oratores a Gallorum Rege dimissi cum responso dubio de confirmando fœdere.
Caput II.*

GALLORVM Rex reputans secum ex responso quod Hispanorum Principum oratoribus dederat, nihil aliud sequi, quam inter duos potentissimos Reges dissidium in vtriusq; regni perniciem, tentauit oratores placare muneribus, atque imprimis Ioannem Riparium, qui legationis erat princeps. Nam cum illa fœderis antiqui renouatio fauorabilior esset Gallorum Regi, propterea quod in regni nouitate nondum regnandi fundamenta iecerat, multa; restabant illi peragenda, vt tuto regnare posset, rogabat illum, vt apud Regem & Reginam suam illud responsum quod dederat, leniret interpretareturq; vt qui nihil aliud magis cuperet quam illorum beneuolentiam societatemq; & quod de Ruscinone & Ceretania responderat, in bonam partem acciperent: & quoniam cum Rege & Regina gratia & autoritate tantum valeret, laboraret, quemadmodum fœdus illud instauraretur, atq; pro virili sua parte inter vtrosq; Principes autor esset pacis. Et quo magis illum oppigneraret, mittit laborati argenti tot vasa, quibus abaci plures instrui possent. Et per struatore suum qui argentū illud detulerat, rogabat, vt munuscula sua non sperneret, sed tanquam pignus & monumentum amoris sui erga illum seruaret, daturus multo plura si rem inchoatam perficeret. Ioannes Riparius reputans secum id quod futurum erat, nunquam fœdus illud bona fide percutiendū esse, remq; eo venturam, vt non bono & æquo, sed armis decernenda foret, noluit Regis munera accipere, non superbia, aut quod Regem contemneret, sed ne vllum beneficium apud se maneret ab illo profectum, cum quo publicas inimicitias paulo post exerciturus esset. Hoc Gallorum Rex ægerime tulit, neq; potuit vincere oratoris contumaciam, quamquam iterum atq; identidem misisset rogatum, ne munera sua sperneret. Rex & Regina cum ex responso Gallorum Regis intellexissent, rem omnem ad arma spectare, mittunt cohortes ad Gothalanæ, & Ruscinonis, & Ceretaniæ fines, incipereq; iubent, ex ea parte bellum inferre Gallis. Pendebant adhuc ex alia parte inimicitarum causæ, quod Gallorum Regis ex sorore Nauariæ Regina neptis, quam Hispaniarum Regina cupiebat matrimonio iungere Ioanni primogenito suo Principi, causata ætatum disparilitatem, nupsit Ioanni

Ioanni Labritensium domini filio. Nacione & animi affectu Gallus erat, neq; dubium, quin bello Gallico inchoato Gallum sequeretur, atq; per Nauariæ fines daret Gallis aditum in Hispaniam hostiliter penetrandam. Visum est Regi & Reginae, atq; belli gerendi consilio præfectis, occupare, præsidioq; munire in ipso Nauariæ regno castella, & munitiones aliquas quæ pro illis starent. Munierunt itaq; Tutelam, castellum arte & natura firmissimum, atq; in ius custodiendis præsidia disposuerunt, ne dum Ruscinonense Ceretanumq; bellum gereretur, aliquid detrimenti ex ea parte Hispania acciperet.

Rege & Regina absentibus bellum cum Mauris per Hispanos proceres continuatur. Caput III.

QVAMQVAM Rex & Regina cum eodem hoste duobus maximis bellis essent impliciti, altero Ruscinonensi pro vendicando Comitatu quem amiserāt, & altero Nauariensi, quod putabant ereptam sibi partem illam Hispaniæ, quam ex corpore auulsam dotis nomine, pro certo habebant, in suum corpus rediturā, magis tamen stimulabat illos, quod bellum cum Mauris inchoatum intermittebatur atq; refrigesceret. Et ne duces per quos bellum postea erat gerendum, longa desidia torpescerent, scribunt, atq; per literas hortantur illos, vt aliquid agant in terea quod ad bellum postea gerendum conducatur, vtq; agrorum populationibus & incendiis intendant, neq; hostes in pace quietos esse sinant. Proceres itaq; Hispani se ipsos inuicem hortati cum quam maximis possunt copiis Cordubam conueniunt, atq; inde profecti Antiquariæ cāpos petunt. Vbi exercitu lustrato censa sunt equitum sex millia, peditum vero ad millia duodecim. Qui omnes vno omnium consensu belli gerendi maximos duces deligunt Magistrum militiæ diui Iacobi, & Marchionem Gaditanum, & Alphonsum domus Aquilariæ dominum. Qui tres exercitus in cohortes distribuunt, & quid cuique sit agendum ordinant, castra nebulonib; & scorris, aliisq; impedimentis purgant. Partes exercitus priores fortiuntur domus Aquilariæ dominus, & regii ministerii præfectus, & Portucarrerius Palmensis Comes, & prætorianarum cohortium præfecti Ioannes Almaraz, & Ioannes Merulus: posteriores vero Commendatarius maximus a Calatrava militiæ cū Afinsensium, & Atygitanorum, & Carmonensium Ducibus. Medias vero partes obtinebant Magister militiæ diui Iacobi, & Marchio Gaditanus, & Martinus a Corduba, & Ferdinandus Carillus. Hi tres cohortium prætorianarū duces, exercitibus hunc in modum ordinatis, campos Malacitanos populabundi inuadunt. Ex equitibus certis in locis præsidia disponunt, ne pedites, dum fara, segetesq; & messes sternunt, dū vineta, oliueta, ficeta, atq; aliorū generū arboreta succidunt, aliquid detrimenti paterentur. Hoc imprimis factum est in agris ad Aloram adiacentibus. Hoc deinde ad Choini, & Cazarabonellæ, & Sabineti, & Cartimæ vallibus, quibus in locis non defuerunt equitū peditumq; pugnae tumultuariæ, ad Cartimam præcipue, vnde pro hortorum suburbanorum defensione equites cum peditibus ex castello erumpentes, cum priori exercitu nostro ausi sunt pugnam conferere, sed tandem repressi, castelliq; muris impacti, hortorum defensionem suburbanaq; ædificia hostibus diripienda reliquerunt. Inde in Pupianæ agros arboretaq; pergentes paria fecerunt ad Alauendinum vsq; cuius incolæ cum ducibus pacifcebantur se daturos captiuos omnes Christianos quos in vinculis habebant, dummodo arboribus parceretur: fecissentq; duces, nisi quod arborum succifores per agros sparsiam prope omnia corruerant, in humumq; deiecerāt. Pars quoq; exercitus trans Cartimitanos montes traiecta, in Pupianæ, & Churianæ, & Tympanitidis turris agris quicquid frugiferum inuentum est, ferro igniq; vastauit. Dū hæc intra regni Granatensis viscera gerebatur, classis ex Hispali & Afindo e regione ad Malacā ad nostri maris oram maritimā accesserat omni genere comæatus onusta, vnde refocillato exercitu tota belli moles in Malacitanos cāpos incubuit, omnia distubat, nihil relinquit intactū ex iis quæ agri procreant, quæ boues arant, quæ homines ædificant, omnia, inquam, humi strata iacent, totumq; negocium in-

tra dies quadraginta peractum est. Inde in Antiquariæ prata redierunt intra dies illos quadraginta, atq; inde domum quisq; suam repetit, admoniti tamen prius omnes, vt ad certum tempus locumq; conuenirent, vt cū Rege quem breui venturum esse expectabāt, Granatenſes agros populaturi redirent, simul etiā vt Alama penariū quod iam exhaustū esse putabatur, omni commeatus genere instruerēt.

Rex & Regina Turiaſſonam ad Tarraconenſium conuentum peragendum proficiſcuntur. Caput IIII.

DVM hæc in partibus diuerſis agūtur, Rex ex Bætica, & Regina e Bardulorum finibus profecti Victoriam eodē tempore conuenerunt. Et quia instabat dies, Turiaſſonæ celebrandus erat Tarraconenſium conuentus iam pridem institutus, Rex & Regina simul eodem peruenerunt. Conuenerunt præterea omnes regni primores, ciuitatumq; & municipiorum procuratores, partim sponte sua, partim euocationibus admoniti. Pro Rege & Regina ſiſci procuratores in conuentu propoſuerunt, ærarium regium, & pecunias regis ſumptibus decretas, exhaustas esse, impendere quoque multa quibus opus eſſet ad bella quæ neceſſario gerenda erant cum Gallorum Rege pro Ruſcinonis & Ceretaniæ Comitibus, cum Mauris pro Granatæ regno vendicando, & vnde ſtipendia ſolui poſſent prætorianis cohortibus, ſine quibus regni ſumma conſtare non poteſt. Procuratores quoq; ciuitatum & populorum detulerunt querelas ex iniuriis a potentioribus illatis, & legibus in iudicio non ſeruatis, & fori conſuetudine obſoleta. Succreſcebantque in dies negocia, quæ non videbantur ſinem habitura, & bellum cum Mauris inchoatum ex populationum intermiſſione redintegrabatur, quæ ſuperioribus annis per Aprilem menſem fieri cōſueuerant, qui iam maiori ex parte lapſus erat. Statuunt itaque curialia illa negocia quæ ſuboriebantur, in aliud tempus differre, conuentumq; illum tantopere expetitum incipiunt ſoluere. Cumque duo maxima bella iam inchoata eſſent, alterum cum Gallis, & cum Mauris alterum: cœprum eſt in ſenatu regio deliberari, vtrum potius exequerentur, nam duo maxima bella simul adminiſtrari poſſe non videbatur. Regina quæ nihil magis præ oculis habebat, quam Mahumeticum nomē ex vniuerſa Hiſpania tollere, Bæticiamq; prouinciam ex limitanea mediam facere, huic bello intendendum eſſe dicebat: Rex vero pro Ruſcinonis & Ceretaniæ Comitatu retinendo potius laborandū eſſe, quanto iuſtius videbatur, ſua repetere, quam inuadere aliena. Simul etiam dicebat, ſemper fore occasionem Mauros bello laceſſendi, at Gallos, nulla vnquā fuit maior, cum Rex puer, & ſub tutoribus eſſet, multiq; in regni nouitate negociis implicitus. Pro vtraq; parte non deerant rationes, vtrum bellum foret proſequendum, ſed cum omnes cernerent Reginam tanto belli contra Mauros gerendi ardore inflammata, pleriq; illius ſententiæ acquieſcebant. Sed ne omnino videretur voluntati Regis aduerſari, hanc rationem excogitauit. Quid, inquit, o coniunx dulciſſime, ſi Deo iuuante vtrumq; poteſt fieri? partiamur copias, tu cum tuis Tarraconenſibus, & Valentinis, & Gothalanis, & Hiſpanorum Caſtellanorumq; aliquot cohortibus Gallicum bellum procurato, ego bellum cum Mauris tanto ſumptu, & impenſis, & laboribus inchoatum proſequar. In hanc Reginæ ſententiam vtraque pars pedibus manibusq; abierunt. Rex ad peragendum Turiaſſonæ conuentum manſit. Regina vero Bæticiam verſus iter tendit, quam Petrus Mendoza Cardinalis Hiſpanus eſt proſecutus. Qui cum Toletum aduentaffent, Toletanus Clerus Cardinali obuiam proceſſit, atq; illum admonuit, vt conſuetudinem ab antiquis temporibus obſeruata non perturbaret. Ea erat, vt cum primum illius eccleſiæ antiſtes urbem ingrederetur, ſenatores, & equites, & ex ciuibus nobiliſſimi, & legum iudicijq; adminiſtri, illum equo, aut mula, aut alio vehiculo inſedentem pedites ſtiparent, atq; in templum vſq; deducerēt, vbi ſtipite crucis adorato in templi adyta penetraret. Regina intelligens negocium quod agebatur, Cardinalem pompā illam reculantē rogat, vt munus ſuum exequatur, atq; per ipſam non eſt, quo minus conſuetū morē non perturbet. Abſit a me, inquit ille, o Regina omniū, quæq; fuerunt, clariffi-

clariffima, vt aliquis honor ſit mihi alius potior, quam vt liceat Celfitudini tuæ præſtare obſequium debitum, & a tuis ſubditis exhiberi conſuetum. Et quæ poteſt eſſe pernicioſior conſuetudo, quam quæ faciat me minus obſequentē illi cuius munere mihi conſtat quicquid habeo, quicquid poſſideo? Frangatur itaq; potius inepta hæc conſuetudo, quæ iubet me ingratiſſimæ criminem incurrere, quam vt quiſpiā poſſit dicere, quod Cardinalis Hiſpanus vel vno temporis articulo fuerit Regina ſui honoris autore vno gradu ſuperior. Quod ſi opus eſt, in huiusmodi rebus conſuetum morem obſeruari, aliud tempus erit, in quo ſine mea ignominia & pudore poſſit hæc ciuitatis conſuetudo retineri, & ſimul hoc dicens regalis mulæ habenas preſat, atq; in vrbis portas agit. Tres igitur dies quibus reſurrectionis dominicæ Paſcha celebratur, Toleti feriatos ducunt. Quarto deinde die iter in Bæticiam cōtinuatur, in Oretaniāq; tandem perueniunt. Luſtratiſq; Mentefa, Biacia, Vbeta, Caſtalone, & Andugaro vrbibus, deprauatos illarum ciuitatum mores emēdauit, talos, & taxillos, teſſeras, pyrgos, turriculas, fritillos, atq; huiusmodi fortunæ ludicra, aleatoresq; omniū generū ſuſtulit, atq; in alea ſe exercentes a prætoribus & iuſtitia adminiſtris animaduerti grauiter iuſſit. Mirū dictū quod breui tempore vix reperiebatur, qui ſe vidiffe talis quempiam ludere, diceret, cum antea in cauponis, in popinis, in tabernis, in cellariis vinariis nullus eſſet ludus frequentior. Inde Cordubā Regina proficiſcitur, quo iuſſerat cōuocari omnes qui ſuperioribus annis ad bellū hoc gerendū vocari conſueuerant, & poſtea nomina ſua dederunt.

Rex Turiaſſona in conuentu manet, & Regina Cordubam proficiſcitur, & Alora capitur. Caput V.

REX qui Turiaſſonæ ad conuentum peragendum manſerat, cum videret ſe nihil proficere in eo, quod poſtulauerat ſupperias ad bellum pro Ruſcinonis & Ceretaniæ Comitatu vendicando, intelligēs in bellum quod Mauris inferendum erat, præſentiam ſuam deſiderari, deſerto conuentu Cordubam ad Reginam proficiſcitur, quo iam Hiſpaniæ proceres conuocarat. Machinas quoq; oppugnatorias, & ſulphuraria tormenta parari iuſſerat, a Gallia vſq; & Germania machinariis accerſitis. Erāt præterea vehiculorum tanta multitudo parata, quāta opus erat ad onera importanda, tum commeatus, tum machinarum, & quia Rex non putabatur eſſe venturus, Regina Cardinali rei militaris ſummam commendat, ducemq; maximum creat. Sed cum Rex ſuperueniſſet, omnia conſilia ſunt immutata, ceptumq; denuo conſultari, quod belli genus inchoandum eſſet. Alii dicebant inſiſtendum eſſe in eo quod ſemel inceperant, in agrorū ſcilicet populatione, paſcuorum direptione, vicorum villarumq; vaſtatione, quæ iam hoſtes ad ſummam prope inopiam redegerant, atq; adhibita noſtri maris acriori cuſtodia, & a finibus prouiſo ne quid alimenti ad eos perueneret, vt res breui conficeretur, nihil aliud opus erat, quam vt interiores agri vaſtarentur. Alii dicebant genus illud hominum non eſſe, quales cæteri ſunt mortales, ſed tenui victu, nullo vini uſu, in edie & ſitis, frigoris & caloris, & aliarum naturæ iniuriarum patientiſſimi, & qui huiusmodi eſſent, longam obſidionem paſſuros cum longo obſeſſorum diſpendio. Rex & Regina rationibus quæ pro vtraq; parte referebantur perſpectis, Alorā imprimis debere obſideri cenſent, propterea quod inde plura noſtris finibus ingruerant, & capto oppido tutius inde poterant regni illius interiora vaſtari. Poſſe autē facile capi, non erat dubium, conſiderata murorum & munitioſis fragilitate, & machinarū numero & magnitudine. Et ne conſilium hoc Aloram petendi ad hoſtes perueneret, ſecreto paucis communicatū eſt, atq; rumor in vulgū ſpargi iuſſus, q̄ tota belli moles in Loxam parabatur. neq; enim putabant Aloram poſſe vllis viribus expugnari. Igitur cohortes more ſolito ordinatæ, ſimulantes atq; prædicantes ſe Loxam petere, ſubito in ſuburbanis Aloræ confederūt. Oppidani trepidantes nihil omitunt, quod ad ſe tuendos pertineret. Rex machinas certis in locis diſponi iubet, turres & muros ſaxeis orbibus tundi, neq; ceſſatum eſt a tormentorū uſu, quoad turres duæ cū parte muri intercepta repente corruunt. Interea Mauri citra

murum qui ceciderat, tentarunt alterum ducere, sed sagittis, & stlopetis, & minorum machinarum ictibus repulsi, non potuerunt opus perficere. Sed attoniti & amentes defensione deserta præsidem suum hortantur, contestanturque, ut se atque oppidum quam meliori possit conditione Regis misericordiam dederet. Iamque parabatur oppugnatio ea parte qua muri turreque ceciderant, iam plutei & scalæ, iam arietes & testudines, iam turres lignæ ciconiæque muris ad mouebantur, cum tres Mauri perfugæ ad Regem veniunt, quo in statu sint hostes, narrant, si vita & bonis mobilibus donetur, nullam esse moram quin se atque oppidum dedant pollicentur. Rex per interpretem iubet oppidanis conditionem se dededi: illi præsidem, velit, nolit, deditionem facere compellunt. Captum est oppidum vndecimo Kalendas Iulias, anno Christianæ salutis millesimo quadringentesimo octogesimo quarto, Christiani captiui qui erant in oppido, a Rege sunt redempti, sanum quod erat hostium Mezquita, in honorem atque nomen diuæ matris Dei incarnationi dominicæ dedicatum, præsidium oppidi cum ducentis equitibus totidemque peditibus armatis Ludouico Portucarrerio Comiti Palmensi commendatum est, murorum turriumque ruinæ instauratæ, Mauri sub fide publica iussi abire quo vellent.

Cartimitana vallis populationes, & ad Cazarabonellam clades accepta, & Caietani Comitit occiso. Caput VI.

CAPITULA Alora Rex iubet inde castra moueri in vallem Cartimitanam, præmittitque Gaditanum Marchionem cum parte exercitus, in qua fuerunt equitum duo millia, peditum vero par numerus. Cui vallem ingresso incolæ oppidi Alozainæ occurrunt, se atque omnia sua bona profitentur velle Regi dedere, modo recipiat eos in fidem atque tutelam suam. Marchio negotium ad Regem refert. Rex respondet, ut illos suscipiat, fidemque publicam nomine suo cum illis interponat, modo stent promissis de fidelitate & obsequio Regi præstando. Rex cum vniuerso exercitu in eiusdem vallis oppidum munitissimum Cazarabonellam tendit, quam obsidione, quam potest arctissime, cingit. Equites ex oppido erumpentes inter prædiorum rusticorum macerias & diuerticula nota cum nostris locorum ignaris tumultuarias pugnas conferunt, cadunt ex nostris complures non magno hostium detrimento. Cohortium præfecti videntes suos extra ordinem palantes susosque imprudenter ruere, iubent canere receptui, minusque audientes, atque nimio pugna ardore inflammatos, reducere in ordines cum vellent, & ipsi quoque in idem periculum incidere. Atque imprimis Guterius a Septo maiori Caietanus Comes, qui dum suos colligit, atque in ordinem reuocare nititur, ex sagitta lethale vulnus accepit. Agebat annum ætatis quartum & vigesimum, dederatque sui magnum specimen, qualis futurus esset vir, cum in adolescentia fuerit iuuentutis facile princeps. Fuit eius mors eunctis lachrymabilis, sed præcipue Regi & Regina, non solum propterea quod in ætatis flore generosus adolescens cecidit, sed quia instantis belli successum retardauit. Nam & ex eius morte hostibus accreuit animus, & nostris imminutus est, tantaque fuit vnus hominis iactura, ut qui paulo ante se dederant, statim rebellarint, & qui se dedere parabant, deditionem facere recusauerint. Facta est tamen nihilo minus agrorum vastatio, ita ut per totam vallem Cartimitanam colligendæ frugis nulla spes relinqueretur. Cumque omnibus visum est, per id temporis nihil restare quod agi posset, placuit domum redire, & ipso quidem Rege non aduersante. At Regina, quæ tota pendebat ex spe atque nuncio rerum quæ in exercitu agerentur, noctesque & dies non cessabat mittere arma, commeatum, pecunias, & alia quæ ad bellum prosequendum videbantur necessaria, cum audisset Regem cum omni exercitu redire, iamque in Antiquariæ campis castra metatum, mittit literas cum mandatis, scribens se mirari, cum anni tempus adhuc superesset, in quo aliquid agi possit, cur rei bene gerendæ occasionem relinqueret: & quando exercitum haberet paratum, & machinas, & alia omnia quæ ad bellum continuandum erant necessaria, aut Gra-

aut Granatenses agros popularetur, aut oppidum aliquod obsideret, aut aliquid inueniret, in quo milites exerceret, ne longa inertia torpescerent. Puduuit Regem atque proceres in studio belli contra nominis Christiani hostes gerendi superatos fuisse a Regina, turbatisque iam ordinibus, atque militibus ex parte dimissis, cohortes reuocant, in ordinemque reducant, atque in Granatensium agros redeunt, & quod ex superioribus populationibus relictum fuerat, vicorum & villarum arbores frugesque succidunt, domorum tectorumque ædificia demoliuntur: Dilarumque oppidum ad radices niuosi Montis positum, & Virigarum, & Aciliam, in suburbano Granatæ ipsius posita, direptioni exponunt, frumenti atque panici areas comburunt, molas aquarias, partim longinquas, partim vrbi proximas disturbant. Et ne ex vrbe erumperent qui in populatore agrorum arborumque succisores grassarentur, Rex cum cohorte prætoria contra vrbis portas duobus ab vrbe passuum millibus stetit, quoad negotium confectum est. Ex alia parte Regina hortata fuerat, atque rogata Ducem a Methymna Afindica, & Agabrensem Comitem, ut dum Rex ad Granatam moraretur, non essent ociosi, sed hic contra Loxam, & ille contra Simonam hostium fines inuaderent. Qui Regina iussis obtemperantes pro virili parte quæ illis contigit, nihil omiserunt intactum quod hostibus vsui esse posset. Atque rebus vtrique in hunc modum gestis, recetem commeatum, quinque milium iumentorum vehes quas Regina miserat, Rex Alamam importari iubet, & pro Tendillano Comite Guterio Patellano præsidio vrbis supposito, Cordubam petit cum integro exercitu, quoad Regina consuleretur, nunquid vellet opus aliud incipi, antea quam in domum quique suam dimitteretur.

Septenilum oppidum expugnatur, & Arundenses campi vastantur, atque Rex & Regina Hispali agunt hyemem. Caput VII.

AT Regina cui nullum tempus erat gratum, siue iucundum, quod non in bello cum Mauris consumeretur, & cur, inquit, hæc anni pars vltima sic præteribit iners, quo minus aliquid agatur? Sed quid potissimum ageretur, non satis constabat, visumque est tandem plerisque omnibus, Septenilum oppidum cum castello in finibus vtriusque regni positum debere tentari, quo expugnato, & fines nostri ex ea parte pacabantur, & hostium interius fierent angustiiores. Igitur Rex cum exercitu, cohortibus, quemadmodum superius dictum est, ordinatis, e Corduba profectus, Marchionem Gaditanum cum duobus equitum millibus & cõuenienti peditatu præmittit, qui ut fieret certior, quo in statu oppidani essent, curauit ex pastoribus & rusticis aliquos comprehendi, a quibus accepit, nullos esse hospites, sed castelli tantum incolas & habitatores, qui tamē putarentur ad mœnia munitionesque tuendas posse sufficere. Fixis deinde tabernaculis, machinisque & tormentis suis in locis dispositis, machinarii & tormentorum præfecti opus suum aggrediuntur, perque dies tres noctesque continuas non cessant maioribus tormentis turres murosque quaterere, minoribus vero intra muros saxeos orbis passim intorquere. Principio cum obsiderentur, cœperunt cum nostris pugna simulachra conferere, sed cum viderent se non esse numero pares, & sagittarum ictibus, & stlopetarum glandibus ex paucis in horas pauciores fieri, statuunt continere se intra munitiones, portas oppidi non solum obserant, sed struunt operem ex lapidibus & mortario claudunt. Cuique intellexissent parari oppugnationem cui non poterant resistere, cum viribus & armis non sufficerent, cœperunt de se dedendi conditionibus agere. Quod facile impetrarunt, quoniam ex direptione præda tenuis erat, & non tanti æstimada, ut vel vno die tantus exercitus vno in loco immorari oportuerit. Iussi sunt igitur ex cõditione, ut bonis suis suffarcinati abirent, datis custodibus qui illos ad Arundam usque terminos deducerent. Rex oppidum ingressus murorum ruinas instaurare iubet, oppidi præsidium cum ducetis equitibus Francisco Enriquez commendat, quos armis & alimentis instructos relinquit. Ipse cum exercitu, cohortibus ordinatis, Arundam quæ octo millibus passuum inde aberat, ciuitatem equis & armis nobilem, & quæ illo tempore Afindum, aut Astygitanam coloniam, animis & viribus æquabat, contendit.

Potuisseque urbem obsidere, sed quia instabat hyems, satius esse duxit, non tentare quod effici fortasse non posset, agros tamen & omnia prædia rustica & urbana populatus, demolitus est. Rex itaque ex Arunda, & Regina ex Corduba ad certum diem Hispali conueniunt, ubi hyemem illam totam permanserunt, non solum regni gubernationi prospicientes, sed etiam ad insequentis anni bellum quod erat cum Mauris continuandum, expeditionem parantes. Sed neque limitanei qui Alama, & Alora, & Septenili in præsiidiis erant relictæ, fuerunt interea feriati, in fines hostium excursiones cotidie populationesque faciebant, & quibus poterant in rebus Regi Mauro iuniori suppeditas ferebant.

Hispans societatis conuentus Orgazii agitur, in quo aureorum triginta millia per tributarios sparguntur. Caput VIII.

SOCIETATIS Hispanæ non solum Alphonfus a Quintanilla, & prouisor a villa Franca inuentores, quibus Rex & Regina autoritate sua curam demandauerunt, ad omnia quæ ad illam pertinerent, sed & procuratores hoc ipso tempore instituerunt facere conuentum. Cumque de loco non conuenirent, omnibus tandem placuit esse Orgazium oppidum a Toledo distans Austrum versus passuum millia circiter viginti. Conueniunt eodem Dux a Villa formosa Regis frater nothus, qui tunc dux erat maximus militum, illorum scilicet qui societatis Hispanæ stipendia merebant, & Alphonfus Burgenfis Conchenfis Episcopus, qui eodem tempore regii senatus erat princeps. Inter cætera quæ in eo conuentu ex primoribus institutis emendata sunt & de nouo sancita, Alphonfus Quintanilla nomine Regis & Regine exposuit, id quod omnibus erat notum, quam exhaustum esset publicum ærarium, & res fisci in quanta esset egestate, quot præterea sumptus emergerent cotidie, qui nulla euitari possent ratione, nisi totius regni summam perditum iri vellent. Quod si rem Hispanam saluam esse cupiebant, opus esse, ut non ægre ferrent, si per omnes Hispaniarum tributarios populos exactiones pecuniariæ spargerentur. Cumque de summa disceptaretur, quantum esset exigendum ad præsentem necessitatem supplendam, placuit aureorum ducalium triginta millia debere exigi, quibus opus erat ad persoluendas iumentorum diurnas mercedes, ad instruenda armis & alimentis oppida in mediis hostium penetralibus relictæ, quibus imprimis prospiciendum erat. A cæteris autem rebus quæ videbantur impræsentiarum non ita necessariæ, iussit Regina superferri, ne exactiones continuarentur, simulve exigenterentur.

Quod Ioannes Lusitanorum Rex Ducem Auiseum patruelum suum occidit. Cap. IX.

SV idem tempus Ioannes Lusitanorum Rex Ducem Auiseum patruelē suum propria manu confodit. Causa autem occidendi ex anno superiori pendebat, quo tempore iusserat exerceri quæstionem contra Ducem Guimaranensem læsæ maiestatis reum, quem damnatum iure capitali supplicio puniri fecerat, atque illius fratres & propinquos, amicos & familiares exilio mulctari. Ex eo in quâ tempore Ducis propinqui & amici cœperunt minus familiares se Regi exhibere, obsequia consueta, & debita, minus obedire: Rex non ita beneuolus ac familiaris se illis præstare, inde querelæ & detractiones, atque in Regem maledicta passim diffeminare. Non potuit Regem latere, quæ illi minus prouide in vulgus spargebant, patefacta est illi tandē coniuratio, aut certe cōiurationis suspicio. Ea erat de Rege occidendo, deque in eius locum sufficiendo Duce Auiseo, qui iam quasi Rex salutabatur, ambiebatur, neque immaturos honores adolescens imprudens abnuebat, iam se coli, obseruari, atque adorari patiebatur. Neque deerat adulatōres, hoc est blandi inimici, neque Astrologi, & Mathematici, qui ex geneleos horoscopo illi regnū portenderent. Harū rerū factus certior Rex, quæ alioqui adolescentē diligebat, quod frater illius erat patruelis, quod uxoris frater, quæ adolescens annos vnde uiginti natus, secreto apprehēdit illū, quasi filiū monet, ne assentatoribus credat, ne se decipi sinat, & tunc quæ

quæ tota pender ex spe, cum pauca expertus nouerit. Sed cum ille in eisdem artibus permaneret, Rex magnanimus in adolescentē succensus, non poterat iam iram a multo tempore dissimulatam retinere. Cum igitur aliquando vidisset illum familiariter, ut solebat, cubiculum regium ingredientem, stricto pugione bis terque petiit, humique porrectum extendit, dicens: Siccine, o proditor, te putabas pro Rege tuo regnaturum. Nunc morere, atque affer nuncium Guimaranensi Duci, quo in statu coniurationem ab illo inchoatam relinquant. Sæuitum est deinde in illius cōiurationis socios, sepultaque sunt conspirationis illius omnes reliquæ. Ad tanti facinoris nuncium quem Rex & Regina Hispali acceperant, non sunt facti penitus certiores, quo pacto res gesta est. Nam erant qui dicerent, Ducem non occisum, sed in vinculis afferuari iussu Regis, atque de illo quæstionem exerceri, quemadmodum de Guimaranensi Duce Rex fecerat. Miserunt itaque legatos qui Lusitani acerbiter in Ducem patruelem suum temperarent lenirentque, ac suaderent nullam unquam de morte hominis cunctationem esse longam. Quod si iam de illo actum erat, nihilo minus Beatricem defuncti Ducis matrem suo nomine consolarentur. Oratores fuerunt Enicus Manricus Legionensis Episcopus, & Gaspar Fabra ex Tarraconensi prouincia ordinis equestris vir nobilis. Qui quamquam apud Regem oratio nomine functi non sunt, alterum tamen quod in mandatis habuerunt, sunt executi, atque mortui Ducis matrem pro tempore & pro materia sunt consolati.

Rex iunior ex Almeria fugatus ad Hispanos se recepit, & frater illius iunior inuentus domi trucidatur. Caput X.

IN superiori libro scriptum est, causam iunioris Regis dimittendi fuisse, ut cum seniore de summa regni certaret, utque mutuis odiis, cædibus se uterque conficeret, & nobis inter se decernerent militarent. Sed multo aliter postea euenit, quam a principio putabamus. Etsi enim inter patrem & filium de principatu magna erat similtas, & quæ nullum esse habitura finem videbatur, maior tamen fuit suæ religionis amor, qui non passus est auxiliares Christianorum copias in alterius factionis partes admitti. Quare iunior Rege libertati suæ restituto, quia videbatur non sibi, sed libertatis autoribus regni culmen affectare, ex beneuolo suis factus est infensor, neque iam fidei quicquam apud suos habere. Sola Almeria, siue volens, siue nolens, in officio mansit, atque inde auxiliariis copiis nostrorum adiutus, gerebat bellum aduersus alterius factionis partes, quod ipsum fecit illum suis magis inuisum. Interea Mauri cum viderent, Regem seniore annis & laboribus fessum, rem bellicam negligentius administrare, alium sibi ducem eligunt, ipsius Regis senioris fratrem Baadilum nomine, cui totius regni habenas commiserunt. Hic cœpit sollicitare Almeriæ sacerdotes quos illi vocant Alfaquies, atque multa pollicitus per religionem suam rogare, ut sibi viam aperirent, qua possent iuniorem Regem capere, quippe qui iam non Mahumetæus, sed Christianus erat, Christianorumque sectator. Sacerdotes conditionem accipiunt, atque ex potentioribus oppidanis alios sibi adiungunt, tempus locumque constituunt, quo & quando Baadilus sit venturus. Venit itaque cum equitatu peditatuque, quanto ad rem perficiendam opus erat. Tradita est illi ciuitas. Rex iunior cum quæreretur, sursum elapsus est. Frater illius minor in domo regia est inuentus, qui cum aliis eiusdem factionis sectatoribus cæsus, trucidatusque est. Atque ita ciuitas in potestatem Regis senioris venit, sed coactus tandem est, se regni administratione abdicare, & Baadilus frater pro Rege saluatus habituque est.

AELII ANTONII NEBRIS-
SENSIS, HISPANARVM ATQVE HISPANIENSIVM RERVM HISTORICI, DECADIS SECVNDÆ LIBER QVARTVS.

Insequentis anni millesimi quadringentesimi octingentesimi quinti apparatus belli. Caput I.



TSI omne tempus illud quo Rex & Regina Hispali fuerunt, (fuit autem semestrem) consumptum est in administratione reip. tum animaduertendo in eos qui partem sibi commissam negligentius administrarunt, tum in eos qui ob ius dicendum repetendarum postulabantur, in legationibus præterea audiendis quæ a diuersis partibus orbis mittebantur: nullus tamen in aula Principum frequentior erat sermo, quam de bello quod anno instanti, qui a natali Christiano erat millesimus quadringentesimus octogessimus quintus, gerendum erat. Hoc in senatu publico, hoc in illo secretiori qui ad rem procurandam institutus est, hoc in tota curia agebatur. Iam in locis publicis, in priuatis, in ecclesiis, in monasteriis, in viis, in plateis, in tabernis, & popinis, de nulla alia re sermo oriebatur, quam de belli expeditione quæ parabatur. Anno superiori cum exercitus dimittebatur, omnes fuerunt admoniti, vt in annum sequentem primo vere in procinctu armorum essent parati, atq; vt Cordubæ adessent iussi, hoc secundo ac tertio in huius anni initio factum est. Omnes ad prædictum tempus locumq; conuenerunt, perinde ac iussi sunt, & multo quidem quam antea instructiores. Iam machinæ, & tormenta sulfuraria, & lignea per omnem hyemem parata erant: iam carri & plaustra, boues & iumenta conuenerant, neq; aliud deerat quam dux qui tantam belli molem moderaretur. Sed nõ defuit, nam ad præscriptum tempus Rex & Regina cum omni sexus & cæminei prole regia, & ex regni primoribus qui regiam curiam frequentabant, Cordubæ adfuerunt ad idus Aprilis. Exercitu in vnum locum congregato, in tanta procerum totius Hispaniæ celebritate maius certamen erat de ostentandis opibus, & potentia in corporis cultu, & sumptu cotidiano, in culina & penu, omnium generum epulis vndecumq; petitis, vt conuiuia sumptuosiora pararent, quam de armorum cura quis pulchrior in armis appareret, quis equum mollius agitarer, quis cursu pedestri reliquis præstaret. Rex & Regina per honestos & religiosos viros procerum principes rogarunt, atq; obtestati sunt, vt ab eiusmodi inordinatis sumptibus temperarent, potiusq; intra modum, & parcius quam sumptuariæ permittunt leges se gererent, quam eos qui dignitate inferiores erant, malo exemplo corrumperent. Hoc Principes ipsi faciunt, imprimis vno aut duobus ferculis in cæna contenti. Hoc reliqui proceres imitantur, aut si affluentius conuiuia exercere volebant, luxuriæ suæ pudebat plures adhibere testes. Mirum dictu, omnes certatim frugalitatis operam dare, modestius mensas struere, minores abacos apponere, exoletorum numerum minorem mensæ adhibere. eorum qui funalia per noctem tenebras præferrent, longus ille ordo ad duos, aut tres, vt multum, reductus. Hic mos præferendi funalia per multos dies durauit. Fuit deinde inter belli duces contentio, vt instantis anni bellum inchoaretur. Omnibus fere placuit Malacam debere peti, neq; Regi consilium displicuit. Sed prius alia oppida expugnari, opus esse, quo tutius itinere terrestri in castra commeatus importari possent, & pabulatores liberius per campos pabularentur. Tentatum est castellum Montis frigidi furtim capi, si quo modo per tenebras id fieri potuisset, sed frustra id tentatum est. Erant qui dicerent obsidendum esse castellum, ne quid a tergo relinqueretur hostile. Alii vero dicebant castellum illud non esse tanti, vt tantus exercitus in tam parui momenti

menti materia deberet immorari. Placuit itaq; Regi, totam belli molem inde promoueri in maioris negotii oppidum aliquod obsidendum.

Cartima & Coinum castella munitissima obsidentur, & Benaniaque oppidum diruitur. Caput II.

CVMQUE duo essent castella inter se proxima quæ ratio exigebat debere oppugnari, anteaquam Malaca obsideretur, & proceres atq; rei militaris periti duces, vt rum prius oppugnandum esset, inter se decertarent (Coinum, & Cartima ea erant) Quid prohibet, inquit Rex, quando copiæ super sunt, vt rumq; castellum obsideri? Hoc placet omnibus, quia Regi placuit. Mittit itaq; Magistrum militiæ diui Iacobi, & Hispaniæ Comestabilem, & Alphonsum domus Aquilariæ dominum, & Portucarrerium Comitem Palmensem, qui Cartimam obsidione cingant. Simul etiam ex alia parte Marchionem Gaditanum, & Comitem Clunientem, & Furratum Mendozam, cum Cardinalis Hispani cohortibus, & præfectum Bæticæ mittit, qui eodem ipso temporis articulo Coinum obsideant. Rex ipse in vtriusq; castelli conspectu medius castra metatur, vnde vtriusq; obsessibus quoties opus esset, posset auxilia submittere. Postridie eius diei obequitauit duo illa castella, captans vbi commodius castra collocaret. Cartimitanæ vallis incolæ qui anno superiori intercedente Marchione Gaditano Hispanorum Regum obsequio se dederant, deinde ad Coinum accepta clade rebellant, nunc fortuna iterum mutata, eadem qua prius perfidia se iterum dederunt, causati quod non in potestate sua fuerit in fide permanere. Benamaxichum vocabatur oppidum, quod huiusmodi dedititii incolebant. Quos Rex benigne allocutus, muneribusq; affectos hortatus est, vt essent constantes in obsequio, neq; se, vt antea fecerant, tam cito mutarent. Quod si minus possent facere, saltem se medios atq; sequentes inter vtriusq; seruarent, quoad omnis illa regio in Christianorum ditionem redigeretur. Agros illorum interea & saltus, sata & arboreta, rustica & vrbana prædia iussi non attingi, neq; aliter tractari quam si Christiani essent, atq; in hunc modum incolumes dimissi sunt, atq; proinde foelices, si conditionem oblatam seruare voluissent. Sed non steterunt promissis, factiq; sunt multo quam antea deteriores, tum admittendo suos, tum arcendo nostros. Quod vbi Regi compertum est, iubet oppidum oppugnari, expugnatumq; dirui, in viros qui ex oppugnatione superfuerant, passim sæuiri, ex primoribus oppidanis octo supra centum patibulo suffigi. Cætera multitudo ex omni sexu & ætate sub hasta venum data, atq; in manubias redacta est. Quæ res quemadmodum Benamaxichi gesta est, per interpretes iussa denunciari Cartimæ, Coini, Mundæ, & in castellis omnibus & oppidis finitimis. Per eosdem quoq; interpretes totius vallis incolas omnes admonuit, vt se Regis clementiæ dederent, neq; vellent vltimam experiri fortunam, atq; omnia perpeti quæ victoribus in victos facere collibuisset. Benamaxitanorum exemplum poterat vicinos populos mouere, sed illi nihilo secius perstant, seq; pro vita ac libertate tuenda periculis omnibus exponunt. Rex igitur partem exercitus, & tormentorum, ac machinarum ad eos mittit qui Cartimam obsidebant, partem ipse ad Coini obsidionem retinet. Coinum præter munitiones quas arte ac natura validissimas habet, vndiq; cinctum est arborum densis atq; confragois nemoribus, aggeribus & maceris præruptas vias, incilibus fossis vorticosos riuulos facientibus, vt difficile sit peruium, nisi indigenis, & quibus itinerum diuerticula nota sunt. Huic Rex iubet admoueri stationes, quam potest arctissime, oppidani quam longissime possunt a muris arcere. Hinc ab vtraq; parte tumultuaria pugna conferta, mox & stataria. Tum stationes fixæ roborantur. Tormenta & machinæ suum opus exercent, murum ac turres extrarias crebris ictibus quatunt. Neque cessatum a murorum concussione, quoad magna pars cum suis turribus cecidit, latiusq; apertum hostibus reliquit.

Coinum frustra oppugnatur a nostris, Gomeritis adiuantibus Coinates, sed tandem viriq; se dedunt Caput III.

EST in Mauritania hominum genus bellicosum, qui non sibi, sed mercede conducti aliis populis bella gerunt, Gomerites appellant, nomen, ut videtur, deductum a Gomer filio Iapheth, de quo in libro Geneleos, & in Paralipomenis. Et nisi Iosephus in antiquitatibus, & Hieronymus in Hebraicis quæstionibus, posteritati Iapheth tribuerent incolatum Asiæ, & nominatos a Gomer Iapheth filio primogenito scriberent fuisse cognominatos Galatas, qui procul dubio populi sunt Asiatici, videri poterant Gomeritæ, a Gomer filio Iapheth fuisse cognominatos. Sed hi de quibus hoc in loco loquimur, non ad Gomer filium Iapheth, sed ad Phuth filium Cham filii Noë referuntur, quibus partes Libyæ cesserunt habitandæ. quare hi Gomeritæ non a Gomer filio Iapheth, sed a Phuth filio Cham, sunt cognominati Phutei. Ab his Gomeritis quos diximus Libyam incolere, appellatur nostro tempore Velez la Gomera, & vna ex quinque insulis Fortunatis la Gomera. Eo igitur tempore quo obsidebatur Coinum, ingens multitudo Gomeritarum, quos diximus Mauritaniam incolere, fretum Herculeum traicere, non tam ut stipendia inter suos mererent, quam amore religionis inducti, & Mundæ, quod diximus castellum Coino proximum, confedere, captantes occasionem obsessis Coinatibus se addere socios. Id quod Regem nostrum non latuit. Nam quid potuit latere vni tantum obsidionis curæ inuigilantem, ne quispiam ingrederetur, aut egrederetur? Quare custodiis alios custodes adhibuit, excubias extra castra per tramites & diuerticula semper habuit. Sed nihil est audaciæ atque temeritati imperium. Ex Gomeritis namque vnus, si quis, inquit, est viri fortissimi, quem Coinatū fortuna moueat, me sequatur: & simul hoc dicens sequentibus aliis compluribus in medios custodes irruit, viamque vi aperit, & ad horam Coinates ex composito facta eruptione stationes nostrorum inuadunt, alios trucidant, alios fugant, suos intra mœnia recipiunt, atque tam præfenti opportunoque auxilio adiuti animam ad se acrius tutandos erigunt. At Rex Gomeritis intra muros receptis nihilominus oppugnationem parari iubet, pluteos & testudines aptari, arietes & ciconias muris atque ruinis murorum admoueri. Primas oppugnationis partes Duci Anagarenfi & Beneuentano Comiti mandat, atque alios qui succederent, ordinat. Dumque alia ad oppugnationem opportuna parantur, quidam ex prætorianis cohortibus milites impatientes moræ Duce Petro Alarconio ordinatam oppugnationem præuertunt, per murorum ruinas irrumpunt, intra muros recepti cum obuiis quibusque pugnāt, omnesque in fugam conuertunt, quoad in late patentem quandam viam est deuentum, vbi se Gomeritæ cum plusculis oppidanis agglomerauerant. Ibi pugnatum est acriter, atque ex nostris complures ceciderunt redintegrante pugnam sæpius Petro Alarconio. Qui cum a suis admoneretur, ut se a pugna subtraheret, Non, inquit, ea de causa in hoc certamen descendi, ut quispiam posset dicere Alarconium vidisse terga hosti vertentem. Atque ita cum paucis circumuentus fortiter dimicans confossus est. Cecidit & Tellius Aquilarius vir nobilis, & qui se in armis sæpe ostentauerat. Cæteri in fugam conuersi adiuuante magna ex parte mulierularum manu, que ex solariis & fenestris iactu lapidum, tegularum, & vrceorum, singularem viris operam nauarunt. Atque hunc in modum hostes mœnibus exclusi sunt, oppidi oppugnatione deserta est, sed non cessatum interea a murorum concussionem, & saxorum ingentium iactu per totum oppidum nihil intactum relinquentium.

Hactenus in Nebriffensis archetypis & protocollis inuentum est, cetera incuria quorundam, & fucorum rapacitate, nihil aliud rimantium quam quomodo autorum lucubracionibus insidiantur, perierunt.

ÆLII

**ÆLII ANTONII NEBRISSENSIS, EX GRAMMATICO ET RHE-
TORE HISTORICI REGII, DE
BELLO NAVARIENSI
LIBRI DVO.**

Præfatio de antiquitate, nomine, & situ regni Nauariensis.

10



INTER Gallos Hispanosque gentes belligerandi cupidas, natura ingenii humani conscia Pyrenæi montis præcipitia posuit, ut vtrique populus se intra fines suos continerent. Sed quo non penetrat hominis ambitiosa temeritas? Ecce Gotthi Narbonensem Galliam Hispania annectunt, profugique a gente vetusta Gallorum Celta permiscenti nomine Iberis. Sed omittimus nunc illa vetera, non videmus a te nostra partem Brachata Gallie Tarraconensi contributam? non vidimus nuper factionis Gallicæ principum Nauariam seruientem? Tamen si diuersa fuit ratio alteri in alterorum solo permutatis finibus aberrandi. Neg enim Gallia Narbonensis sub Gotthis tantum principibus Hispania portio fuit, verum etiam sub Romanis, atque ante Romanorum tempora totus ille tractus Hispania annumeratus est. At Nauariam, quis æquus rerum estimator iudicet, ab Hispania posse disungi? An cum natura voluerit nos a Barbarorum incursum præruptissimorum montium obiectu esse tutos, pateremur hostes intra patriæ nostræ regiones debacchari? Quæ ob causam hæc cura magnanimæ illi viragini Elisabethæ Hispaniarum Reginae semper infidebat, quemadmodum angulus ille a toto suo corpore diuisus, vel permutacione, vel dotis nomine, vel alia quacumque honesta ratione in formam pristinam redigeretur: semperque Horatianum illud in ore habebat.

O si angulus ille Proximus accedat, nostros qui fecerat Iberos.

Nam præter iungendi pulchritudinem, verebatur ab ea parte nunquam Gallos esse quieturos. Hoc bis per oratores egit, et quidem summa diligentia, atque etiam iniquis conditionibus attentavit, ut Catharina Phoenicis Comitissæ filia vnica, atque proinde illius regni heres Ioanni filio Hispaniarum Principi nuberet, atque eadem via dotale regnum in suum corpus rediret. Sed fortuna in omnibus aliis indulgentissima hoc vni illius felicitati denegavit, quippe quæ alia via tantæ rei gloriam dulcissimo coniugi reseruabat. Virungæ tamen Nauaria illa quæ antea fuerat abscessa, iam nostra est, nobis cecidit, in censu nostro numeratur. Sed priusquam dicamus quo iure, quibusque viribus in nostram venerit potestatem, pauca nobis de nomine, de situ, de natura regionis præmittenda sunt. Nauaria nomen est nouum, nuperque excogitatum, dicta quantum assequi possumus coniectura, quod Hispani vocant Nauas camporum areas planas, arboribusque purgatas, quæ tamen habeant in circuiu syluas, dumetaque fruticosa, & inde Nauaria forsasse dicta loca quæ complures habeant huiusmodi Nauas. Hanc regionem fere incolunt Vascones, in quibus ista numerantur, Pompelo imprimis regionis caput, quam Strabo Pompeiopolin vocat, sic dictam, quod sit a Pompeio Magno, aut eius nomine condita, quo tempore contra Scythorum in ea regione bellum gessit Metello missus adiutor a senatu. Est & Iturissa, & Alantona, & Cascantum, & quæ iam pridem nobis cesserant Tricium, Lucronium, & Quintilianæ oratoris patria Calaguris. Terra tum pecori, tum agricolationi apprime fertilis, & quamquam Pyrenæo apposita, longe tamen Celtiberos, & Bardulos vtrique finitimos, & aeris clementia, & solis benignitate superat. Habet Nauaria in Galliam Aquitaniam duas tantum pylas, hoc est portas, siue aditus, alteram per Runcatas valles, alteram per vallem Runcetanorum. Ronzas, hoc est runcas, Hispani vocant vepretarum conibus instrumentis succisa. Vnde vtræque valles illæ, quæ non aliam quam runcationis culturam admittunt, runceta possunt recte appellari, & populi huiusmodi locorum incolæ Runcetani. Virungæ aditum Benearense Gallie regionis excipit, dicta a Benearno oppido, quod Antonino Pio, autore distat a Cæsaraugusta millia passuum centum duodecim, atque a summo Pyrenæo eadem via millibus passuum sex & triginta. Sed antea quam de bello Nauariensi scribere incipiam, quia video complures dubitare, frequenterque disputare, quo iure Hispani Nauariam inuaserint, inuasamque subegerint, pauca de huius belli iure hoc in loco dicamus.

AELII ANTONII NEBRIS-
SENSIS DE BELLO NAVARIEN-
SI LIBER PRIOR.

*De iure gentium, & diuino, atq; humano, quo Hispani orbis moderator Nauar-
riam obtinuit. Caput I.*

Frsi regni propugnandi libido non omnino caret vitii
suspicione, cum Reges magis debeant fines tueri suos, 10
quam inuadere alienos: sit tamen aliquando, vt neces-
sitate cogantur bellum suscipere, quod esset alioqui
iniustum, atq; proinde nefarium. Hinc est illud Augu-
stini in quarto de ciuitate Dei volumine, Belligerare,
inquit, & perdomitis gentibus dilatare regnum, malis
videtur foelicitas, bonis necessitas, sed quia peius esset,
vt iniuriosi iustioribus dominarentur, non incongrue
ista necessitas facit ex causa aliqua iniqua iustissimam.
Vnde factum est, vt iniquitas illorum quibuscum bel-
la iusta sunt, regnum adiuuerit, vt cresceret. Itaq; Romani iusta bella gerendo im- 20
perium ita magnum acquirere potuerunt, quia sortiti sunt hostes iniustos, quibus-
cum bella iusta gererentur. Atq; ita causas ex causis trahendo, eo vsq; peruenit,
vt totius nostri orbis imperio potirentur. Nunquam enim hostibus bellum indixe-
re, nisi per legatū facta imprimis clarigatione, deinde per sacerdotem facialem deu-
otione, dirarumq; imprecatione. Quare nihil mirandū est, si rector, idemq; mun-
di arbiter, qui dat adimitq; regna, in cuius manu cor Regis est, & per quem Reges
regnant, abstulit mentem Nauariorum Regi, indurauitq; cor illius, vt noster belli
gerendi causam haberet iustiore, atq; proinde membrum illud abscissum in suū
corpus restitueretur. Neq; iniuria id, quod aduersarii putant, sed per leges diuinas
& humanas, pontificias & ciuiles, perq; ius ipsum quod natura omnia animalia 30
docuit, quodq; per omnes gentes ita disseminatum est, vt nulla sit natio tam bar-
bara, atq; a communi sensu tam abhorrens, quæ non illi naturæ legi acquiescat, vt
arma tenenti omnia det, qui iusta negat. Nam quid iniustius excogitari poterat,
quam ad iustum bellum proficiscenti negare aditum, viamq; ex iure gentium cū-
ctis mortalibus communem? Cum præsertim de regni indemnitate illi satis caue-
retur. Quid? non ex lege diuina quæ naturali consentanea est, Moyfi præcipitur,
vt inuadat, ac deinceps possideat regnum Seon Regis Amorrhæorum, propterea
quod denegauit filiis Israel tendentibus in terram promissionis transitum per fines
suos? Misit, inquit scriptura in libro Num. Israel nuncios ad Seon Regem Amor-
rhæorum, dicens: Obsecro vt transire mihi liceat per terram tuam, nō declinabi- 40
mus in agros nec vineas, non bibemus aquas ex puteis, via regia gradiemur, donec
transferimus fines tuos. Qui concedere noluit, quin potius exercitu congregato e-
gressus est obuiam in desertū, & venit in Iasa, pugnavitq; contra eum, a quo percuf-
sus est in ore gladii, & possessa est terra eius. Tulit ergo Israel omnes ciuitates eius,
& habitauit in vrribus Amorrhæi. Eadem prope atq; eisdem verbis scribuntur in
Deuteron. In primo quoq; Machabæorum volumine, Iudas, inquit, ex Galaaditis
superatis rediens victor in terram Iuda venit vsq; Ephron, & hæc ciuitas magna,
& munita valde in media via sita, & non erat declinare ab ea dextra, vel sinistra,
sed per medium iter erat. Et incluserunt se qui erant in ciuitate, & obstruxerunt
portas lapidibus, & misit ad eos Iudas verbis pacificis dicens, transeamus per ter- 50
ram vestram, vt eamus in terram nostram, & nemo vobis nocebit, tantum pedi-
bus transibimus. Et nolebant eis aperire. Et oppugnauit ciuitatem illam tota die,
& tota nocte: & tradita est ciuitas in manu eius, & peremerunt omnem masculu-
lum in ore gladii, & eradicauit eam, & accepit spolia eius, & transiuit per
totam ciuitatem super interfectos. His itaque huiusmodi exemplis manifeste
ostenditur,

ostenditur, quæ sit Dei voluntas transformantis imperia, & mutantis regna, qui
indurat cor Seon Regis Amorrhæorum & Ephronitarum, vt horum spoliis Iudas
potiretur, & illorum ciuitates Israeliticus populus iuste possideret, sub illo præte-
xtu, quod negauerunt id quod iure gentium erat commune, sicut fluminis aqua,
aeris spiritus, solis lumen. Quid si ex causa aliqua nobis occulta voluit Deus Naua-
riam materno rem gerente auo, a Ioanne in Carolum, hoc est, a Gallis ad Hispa-
nos reducere? & quæ alia potuit iustior esse causa, quam quod regnum iniuste ac-
quisitum iuste amitteretur? Nam quis ignorat Blancam iuniorem Ioannis Naua-
riæ ac deinceps Tarraconensium Regis ex Blanca vxore filia Caroli procreatam,
10 quæ fuit Enrico huius nominis Hispanorum Regum quarto nupta, ac deinde re-
pudiata, veneno interceptam a Leonora sorore, eiusque marito Foxensi Comite,
vt ad ipsos regni successio perueniret? id quod in illos male vertit. Nam intra dies
quindecim posteaquam sibi regium nomen adoptauit, miserabiliter & digne per-
iit. Sed ex ea & Comite Phoxensi natus Gastonus, & ex Gastono Phœbus pater
non diu vixerunt. Sed & Phœbus Phœbi filius in ipso ætatis flore raptus est, super-
stite Catharina sorore, qua sinistris auibus Ioanni ultimo Nauariensium Regi nū-
ptui dedita, dotale regnum ad Hispanos suos redactum est. Non vides quam ve-
ridice in hac familia expensum est, quod in Exodo Hebræorum legislator est in-
terminatus? Ego, inquit, sum dominus Deus tuus fortis Zelotes, visitans iniquita-
20 tem patrum in filios vsque in tertiam & quartam generationem eorum qui ode-
runt me. Illud quoque ex libro Sapientia: Degeneres, inquit, stolones non agent
radices altas, neque stabile firmamentum collocabunt. Per leges quoque Pontifi-
cias & ciuiles Ioannes Nauariæ Rex vere potuit regno spoliari, ex eo quod schi-
smaticus, & schismaticorum fautor, atq; proinde hæreticus lætæq; maiestatis reus,
atq; eodem iure instabilis ipse, & omnis eius posteritas gentilitio regno multan-
da, quod vtriusque iuris consultissimi doctores multis argumentis, & rationibus,
exemplisque probant, ex eo quod in sequentis historiae contextu narrabimus.

*Quod Nauariæ Rex fuit schismaticus, quia Gallorum Regis schismatici
fautor. Caput II.*

LVDovicvs Gallorum Rex more gentis suæ homo leuissimus, non contē-
tus se intra pelliculam suam, hoc est intra regni sui fines, continere, animum in
Italiam iniecit, & quia intelligebat cum multis negotium sibi gerendum, quærit ex
Italia principibus amicos & socios, non optimates ex ciuitatibus, non iustos oppi-
dorum dominos, sed quos audiebat violentam in subiectos exercere dominatio-
nem, quos rerum nouarum cupidos norat, quos denique ex professione hostes ec-
clesiæ Romanæ sciebat. Torquebat tamen illum talia molientem Iulius secundus
Pontifex Max. patrimonii ecclesiastici vindex acerrimus, idemque fortissimus
40 propugnator, quem solum videbat conatibus suis obstaturum, ac præterea nemi-
nem. Agit cum Georgio S.R.E. Cardinale Rotomagensi tempestate illa vt cumq;
de Pontifice merito, in Gallia tamen legato a latere, homine ambitioso, nec minus
res nouas molienti cupido, vt cum reliquis apostolici senatus conscriptis patribus
quos ambire posset ipse per se, quosque antea Rex ipse pecunia muneribusq; cot-
ruperat, indicant Pontifici œcumenicum concilium, crimina intendant, testes
subornent, qui dicant se vidisse quod non viderint, per quæ cogatur pontificatu
se abdicare rigidus ille patrimonii ecclesiastici defensor, vt in eius locum adopte-
tur quispiam, qui omnia ex Galli Regis arbitrio faciat. Ex omni patrum numero
quinque tantum ad se pellexit. Nam alii omnes in officio apud Pontificem per-
50 manserunt, quos prouentibus ecclesiasticis, si quos habebant in Gallia, multauit,
Gallis omnibus qui sub ditionis suæ imperio erant, Romania curia interdixit, edi-
cto quoque iussit, ne apostolicis literis quispiam obtemperaret, ex ecclesiæ subdi-
tis amicis & sociis quos potuit sibi conciliauit, quos non potuit, pro hostibus ha-
bendos esse censuit, atque hunc in modum schismate, id est, diuisione facta, incō-
suetam illam nostri Saluatoris tunicam, hoc est ecclesiæ vnitatem, lacerauit, quā
K K k

neque satellites quidem & Christi carnifices soluere sunt ausi, seque publicum hostem professus ecclesie Romanæ apostolicoque senatui bellum indixit. Interim Bononia capitur a Pontifice, pulsa Bentiuolorum familia, quibus miseranda ciuitas miseram seruiertatem. Flaminie quoque ciuitates ad ecclesiam pertinentes Venetis iniuste possidentibus detraxit. Ferrariam præterea, quam & Mutina sequebatur, ex manibus Alphonso ducis per censuras apostolicas iam extorsurus erat, si non hæc dira pestis negocium interpellasset. Ferrarienses namque atque proinde Mutinenses nihil aliud sperabant, quam siue iure, siue iniuria dedere se Pontifici, atque ab Alphonso decidere, qui non modo in ciues sæuissimam tyrannidem exercebat, sed & tributum, & tributariam obedienciam Pontificibus debitam denegabat. Sed cum iam securis ad arboris radicem admoueretur, ad quem Alphonso confugeret, nisi ad fugitiuorum receptorem, ad tyrannorum propugnatorum, ad facinorosorum hominum singulare subsidium? Igitur Pontifex, quod iure non poterat, viribus assecuturus Bononiam venit, vt ex proximo remgerat. Eo senatum apostolicum conuocat. Adfunt omnes præter paucos illos nigri genii notatos cauterio. Et ecce Gallorum Regis præfectus qui Mediolanum præsidio tenebat, Bononiam venit cum exercitu, urbem obsidet cum suo Pontifice, tormentis machinisque oppugnat, atque fortassis rem peregrisset, nisi exercitus Hispanus a Neapoli, duce Fabricio Columna Pontifici suppeditasset, coegissetque Gallos se in Mediolanum suam recipere. Sed alia ex parte Gallus ecclesie hostes fouere non cessat, Bentiuolis Bononiam extorribus exercitu tradit, qui, dum Pontifex Rauennæ ageret, recepti in urbem a proditoribus quibusdam Bononiensibus, omnia sacra & profana, diuina & humana miscuerunt, arcem munitam a Pontifice sumptu immodico demoluntur, statuas æream Pontificis nomine dicatam deturbant, subiectisque ignibus confundunt, ecclesie insignia radunt, in quorum loco Gallica reponunt edicta, præconia, iudicia, omnia Galli regis nomine fiunt, in curiales amicalque Pontificis partes sæuiunt. Interea Cardinales illi qui ad ecclesie hostes transfugerant, non concilium, sed concilii umbram simulant. Nam quis appellaret concilium, quod capite, quod pedibus, quod corpore, quod anima, quod spiritu denique viuificante caret? Pontificem citat, alios nostri orbis Principes conuocant, terminos intra quos sint conuocaturi præscribunt, de summa vniuersalis ecclesie decernere statuunt. Locum placuit esse Pisas, tempus Kalendas Septembris, vtrunque tamen frustra. Nam & Florentini prohibiti sunt Pisas accedere, & cum loco tempus quoque. Pontifex interea non cessat illos ad ecclesie vnitatem hortari, ne sint tantorum causa malorum commonefacere, præscribit terminos, primo quinquaginta dierum, deinde quindecim, deinde octo intra quos respicerent, & ad meliorem sensum redire possent, & ne quid fraudis subesse suspicerentur, interponit fidem publicam, cuius sponsores offert ipsum senatus apostolici consensum. At illi admonitionibus his facti multo deteriores, Pontificis indulgentiam interpretantur timorem, & a crimine maiores sumunt animos, multoque pertinacius insistent ceptis. Igitur Pontifex ira percitus, quando longa patientia nihil proficit, gladium ex Petri manibus corripit, in rebelles contumacesque stringit, honorum insignibus expoliat, dignitatibus ecclesiasticis, beneficiis omnibus multat obtentis, & ad obtinenda posthac inhabiles & indignos facit: ipsos atque ipsorum fautores schismaticos, atque proinde hæreticos declarat, bona publicat, ad huius sententiae executionem Christianos Principes inuocat, atque imprimis nostrum, vt ecclesie causam tueatur. Qui tametsi eo tempore in Africi belli expeditione implicitus erat, atque in ipso Herculeum fretum traiciendi articulo intentus, nihilominus tamen respexit ad Petri nauiculam fluctuantem, & omnia in aliud tempus Africa, & exercitu quem in Mauros paraue- rat, classe comparata, equitum peditumque bonam partem in Italiam mittit, seque vt Neapolitano præsidio iungant, ducibus atque cohortium præfectis imperat, vt si qua in re fuisset opus, voluntati Pontificis obsequerentur. Antea tamen Gallum, quocum non modo affinitas, sed etiam scædus arctissimus erat, vt ab ecclesie iniuria se absteineat, ne hostes illius foueat, ne se sceleratis immisceat hominibus monet,

net, inquam cum illo amicitiam commemorat, quæ necessario soluenda erat, si ille contra ecclesiam, ipse pro ecclesia staret. Itaque franguntur scædera, rumpitur amicitia, affinitas, quia vinculo arctiori conglutinata erat, dissolui non potuit. Bononia interim Pontificis iussu a nostris obsidetur, Galli Bentiuolis auxilia mittunt, & quia indies augebantur, cessere nostri, illi Rauennam obsident, nostri dum obsessis auxilia ferunt, non potuit euitari fatale illud, simul & lachrymabile prælium, in quo propius fuere periculo qui vicere. Nam & victoria tandem apud Gallos permansit, non illa quidem incruenta, sed vt aiunt Cadmea, quippe in qua multo plures ex hostibus quam ex nostris ceciderunt. Ex victoria Galli vitio gentis suæ facti insolentiores Rauennam oppugnant, expugnatamque diripiunt, in omnem sexum & ætatem bacchantur, non templis, non ædibus factis, non Christo dicatis virginibus parcunt, tantumque Italiae vniuersæ terrorem iniecere, vt de vrbe deferenda iam Romani agerent, idque fecissent, nisi magnitudo animi atque præstantia Pontificis, trepidantes & attonitos, & iam nihil aliud quam de fuga cogitantes in vrbe retinisset, deque rep. Christiana bene sperare iussisset. P. Cornelius Scipio non dum Africano similis, qui post Cannensem cladem, cum ex reliquiis Canusium plures perfugissent, deque deferenda Italia nobilissimi quidam adolescentes deliberarent, stricto super capita consultantium gladio iuravit se pro hoste habiturum, qui non in sua verba iurasset, effecitque vt omnes iureiurando astringerentur, nunquam se Italiam deserturos. In hæc diuertimus, vt ostenderemus, quod præter ius illud naturale ac diuinum, etiam per leges pontificias & ciuiles debuit regno multari Nauaræ Rex, quod per literas apostolicas identidem admonitus Gallum schismaticis concinnatorem noluit deferere.

Quod Hispanus Rex Christianos Principes hortatur ad bellum contra schismaticos gerendum, Regemq. Nauaræ dubium sollicitat. Caput III.

IGITUR Hispani orbis moderator, cernens Gallorum rabiem magis magisque sauire, illorum furori nihil iam posse obsistere, cocutit illud consiliorum pectus fecundum, & qua via pestilenti occurrat morbo, dies noctesque cogitat, statuit hostis vires quas videbat in dies augeri, in partes distrahere. Enriquum Britannorum Regem, eundemque charissimum generum, ad quem ex iure Aquitania Gallia pertinebat, vt Ducatum bello repetat, hortatur, auxilium pollicetur, vtque iustior esset repetendi causa, apostolica intercedit autoritas, qua Gallum Aquitania priuar, Britannoque occupandam exponit. Ex alia parte Maximilianum Cæsarem confocerum suum, atque Caroli maximi Burgundionum Ducis ex filia nepotis tutorem sollicitat, vt ab vtriusque Germaniæ finibus Gallum adoriatur. Italiæ respublicas que belli euentum ancipites expectabant, ad societatem inuitat. Mittit itaque Britannus copias suas, quæ in collimitio Bastulorum Aquitanorumque considerent, quibus vt se Hispanorum exercitus iungeret commodius, per Nauariam iter aperiendum erat, cuius Rex in Gallorum partes videbatur esse propensior, siue quod natione Gallus erat, siue quod patrimonii sui bona pars in Gallia erat, quam, si sequeretur Hispanorum studia, videbatur amissurus, cum alioqui esset Principis nostri beneficiarius. Nam quis ignorat, cum inter Phoxenses dominos, primum patrem, ac deinde filium, ac ex parte alia Ioannem Labritensis domini filium, de Nauariæ regno, iure viribusque certaretur, haberetque vtraque pars suos fautores, Phoxenses Gallum, Labritensis Hispanum, nostro studio Ioannem obtinuisse regnum? & eo nomine quæcumque fortuna sequeretur, adiuratissimus Hispanorum cliens esse deberet. Igitur ne quid detrimenti exercitus noster per alienos fines incedens patere- ret, petit a Ioanne certa quædam pignora, que siue volentem, siue nolentem cogant in fide permanere, & quæ ea essent quærenti, tres arces responsum est, Stellam, Amaiam, & ad Pyrenæi Galliam spectantis radices sanctum Ioannem, post negocium peractum reddendas: interea tamen apud sequestratos deponerentur Hispanos, viros nobiles & ingenuos, qui fide publica interposita pacta conuenta seruarēt. pollicetur præterea noster, se redditurum Arcos & Guardiam oppidula duo, quæ

quondam Nauariæ regno fuerant contributa, indemnitate in super, quacunq; regius exercitus progredere, protectionem quoq; si Gallus bellum in Nauariam intentasset vnquam. De arcibus illis tribus sibi placere Ioannes respondet, de sequentibus non placere, nisi facerent indigenæ, dumq; tempus de die in diem protrahit, secreto Gallum omnibus iis de rebus facit certiore, sibiq; vt auxilia mittat, quæ primū etiam atq; etiam implorat, Hispanos esse in armisū procinctu, sibiq; viam ferro aperiendam, si non sit qui obstat, non esse dubium. Nuntius earum rerū quæ in Hispania geruntur, ad Pontificem perfertur, cogit conscriptorum patrum frequentem senatum, bono animo vt sint hortatur, ex Hispania, vt quondam sæpe, ita & in præfentiarum perditæ rei spectandam esse salutem dicit. Quare iuuandus est (inquit) optimus ille Princeps, in communes bonorum omnium hostes noster vtreq; stringendus est gladius, atq; dum sæcularem alterum acuius, interim spirituale alterum in schismaticorum ceruices intente. Consultant itaq; patres conscripti, quid nam sit de Nauariorum Rege decernendum, sit senatus decretum, in quod omnes pedibus manibusque eunt, declaratus est schismaticus, atq; proinde hæreticus, quia identidem admonitus pertinacius agebat, & se iam non obscure Gallum profitebatur, mulctatur regno, & omnibus fortunis, non modo ipse, sed & vxor, & filii cum omni posteritate sua, in Hispanum omne ius regnandi transfertur. Gallus interim omnes copias suas contrahit, & quas in Italia in præfidiis habebat & quas in statiuis, aliasque in Germania conscribit, Ioanni suo quamprimum poscit auxilium laturus. Sed dum ille moratur, noster negocium peragit. Intelligens namque belli momenta in celeritate magis quam in militum robore positam esse, Fœderico a Toletio Albanorum ad Tormim duci consobrino suo instantis belli summam commendat, præfectumque exercitus maximum, siue (vt more nostro loquar) duce generalem facit, quid illi faciendum sit edocet, vt quam celerime Nauariæ fines inuadat hortatur, vt rem gerat strenue monet, & quia nullum esse bellum iustum nouerat, nisi quod rebus petitis antea denunciatum sit & indictum, ne quid inexpertum relinquat, sæpe monitum, adhuc monendum esse dicit. Per Metatum qui in curia nostra pro Ioanne procuratorio nomine oratorem agebat, nunciat, nisi e vestigio petitas arces, in quos vsus dictum est, traderet; se omnia rapturum quæ citra & vltra Pyrenæum ad illum pertinerent. Atque in hæc verba orator dimissus est. At Nauarius his admonitionibus nihilo melior factus, interea Gallum sollicitat, atque si vult saluis rebus adesle, properet auxilium ferre: neque iam simulationi locum esse denunciat, se ab Hispano pro hoste haberi, hostem cum ingenti exercitu in limitibus esse, neque inuadendi regni occasionem intermissurum, quod omni præfidio vacuum esse optime nouerat.

Nostorum militum numerus censetur, & qua via Pompelo cum magna regionis parte capta est. Caput IIII.

ERANT in exercitu nostro, partim ex stipendiatis militibus, partim ab Hispanis proceribus ad hoc bellum missis, cataphraorum equitum mille, & mediocris armaturæ mille quingenti, peditum vero ad sex millia, qui omnes ex imperio Regis conuenere Victoriam, sic appellant Bastulorum urbem in Nauariæ collimitio sitam. Igitur Albanus iussu Regis qui tempestate illa Burgis morabatur, exercitum educit, equites grauis armaturæ in centurias distribuit, singulis centuriones præficit, leuioris armaturæ equites per suos duces partitur, pedites præterea in suos ordines dirigit. Hos comitabatur tormentorum machinarumq; vis maxima, iumentorum quoq; ac commeatus pro militum numero copia satis magna, atq; hoc belli apparatu Nauariæ fines ingreditur. Nauaria iam inde a multis sæculis in duas factiones diuisa est, Agramontanorū alteram, ex qua Ioannes ipse Rex erat, alterā Beamōtanorum, ex qua erat Ludouicus Comes Lerinas, idemq; Nauariæ Comestabilis, atq; Regi nostro non modo affinitate, verum etiam quadam singulari beneuolentia coniunctus. Huic Albanus primas exercitus nostri cohortes tradit. Nam eo tempore ob antiquas cum Rege suo simultates apud nos agebat regno extorris. At

At nunc in patriam reduci minutula quædam oppida & castella, quæ antea fuerant in illius clientela, nulla vi coacta se dedunt, alia præ timore in deditioem veniunt. Albanus non deditiis modo, sed etiam dubiis parcendum esse iubet, neq; in alios quam in perduelles contumacesq; sæuiendū esse præcipit: quæ Albani Ducis modestia magno fuit momento ad res alias conficiendas. Cumq; nihil offēdit hostile, & quod progrediēti posset obistere, quin in castris peruenit ad locū qui ab ipsa totius regni capite Pompelone distat passuum millibus octo, vnde vrbs ipsa facile perspici poterat, illic metari castra iubet, præterea quod locus erat tum pabulationi, tum aquationi, tum lignationi commodus. Ioannes interea cum videret fortunas suas eo angustiarum deductas, vt neq; iam fallere hostem posset, neq; Gallum deserere integrum sibi videretur, statuit dotale regnum dulcesq; relinquere sedes, non ausus hostem domi spectare, omnemque recuperandi regni spem in Gallorum leuitate posuit. Quærentibus vero ciuibus suis quid illos vellet facere, si hostes ingruerent, vt se tuerentur quandiu possent, respondit: sin minus, tempori cederent, salutem consulere, dummodo scirent se breui rediturum cum multo grandioribus Gallorum copiis, quam essent Hispanæ. Atq; triduo ante discessit, quam vrbs dederetur. Atqui oppidani cum cernerent se præfidio destitutos, & a Rege suo desertos, atque ex alia parte hostem cum exercitu in campo medio exultantem, cum fortuna mutant & fidem. Mittunt itaq; oratores ex populi primoribus, qui cum victore de conditionibus deditiois agerēt. Qui perhumane ab Albano excepti, mandata exponunt, petunt multa, vt pauca ex multis accipiant. Post longam concertationem, Albanus in pauca verba sententiam colligit. Non solere, inquit, victoribus victos dare leges, sed ab illis datas accipere. Ite igitur & vestris ciuibus hæc dicta reportate, aut mihi extemplo sine vllis conditionibus se tradant, omnia sacra & publica in manus meas permittant, ipsi cum libertate fortunæ priuatis fruantur: aut si non placet illis hæc conditio, sciant se passuros omnia quæ in vrbiū expugnationibus accidere solēt, omnis ætatis & sexus cædes, sacrarum priuatarumq; rerum incendia, bonorum omnium direptiones. In hæc verba oratores dimissi, promissa minasque Ducis ad suos perferunt. Et ne tempus in cassum abiret, atque interea hostis rem suam perageret, Albanus instādum esse ratus, postridie eius diei signa tolli iubet, copias omnes suas explicat, atque in suos ordines redigit, urbem versus agmine infesto tendit. Cumque propius accessisset, tantum terrorem oppidanis incussit, vt mulierculæ & pueri e muris manus tenderent supplices victoris misericordiam implorantes. At proceres nihil iam de Gallico subsidio spectantes, eosdem oratores remittunt, se velle Ducis imperata facere dicunt, modo illis diecula concedatur, non quo tam breui tempore auxiliares e Gallia copias spectarēt, sed quo se possent apud reliquos mortales, atq; imprimis Regi suo excusare, quod neq; momento quidem temporis hostem sustinuerint. Castris itaq; in suburbio positis, tota illa nox in vigiliis perpes agitur, ne quid hostis ex loci occasione moliretur. Die insequenti qui fuit dominicus, idemque diui Iacobi Zebedæi festo celebris, atque alia ratione magis adhuc celebrandus, quod erat annus Hispani iubilæi a natali Christiano millesimus quingentesimus duodecimus, magistratus ex vrbe progrediuntur, atq; omnium ciuium nomine se fortunatq; suas omnes Ducis fidei dedunt, stertq; vt promissis pactisq; conuentis, orant obtestanturq;. At ille nihil moratus urbem ingreditur, inq; ipso portarum limine in verba vnus ex primoribus procuratorio nostri Principis nomine iurat, se atque proinde Regem suum, cuius auspiciis atq; imperio rem gerebat, obseruatum priuilegia, immunitates, libertates, tum publice, tum priuatim a Regibus suis antea concessas, neque passurum aliqua ex parte infringi, temerari, violari, quin potius si in fide permanerint, aliis multo maioribus præmiis cumulaturum. Tum portarum clauēs in argumentum possessionis illi concessæ, atque hunc in modum ciuitas primaria cum omni regione contributa, præter admodum pauca, Hispaniæ suæ annumerata est, cum fuisset per annos circiter sexcentos (vt ab Enico Arista incipiamus) per indigenas, aut aliunde ascitos Reges gubernata.

De toto Nauaria regno cum Pompelone pacato. Caput V.

ALBANVS ciuitatis statu composito, præsidiique quibus in locis opus erat dispositis, nuncios ad reliqua oppida, vicofque, & castella, & munitiones, ac pagos mittit, quid Pompelonenses fecerint, illis exponi iubet, vt matricis ciuitatis exempla sequantur admonet, idque per lictores, præcones, tibicines agit. At illi siue nunciorum cōtemptu, siue quod indies Regem suum cum auxiliariis copiis expectabant, siue quod nondum quid essent acturi constituerant, inducias cōsultationi tempusque petunt, nuncios inanes dubiosque remittunt. Dux vero instandum esse ratus, dumque per hostes licet, nihil impacatum relinquere, alios auctoritatis maioris viros mittit, qui perduellibus nuncient, nisi se intra paucas horas dedant, obsidesque deditiois pignora mittant, proscripturum se illorum capita, publicaturum bona, omniaque direptioni daturum minatur: alioqui se non minori facilitate illos suscepturum quam Pompelonenses. Ad has Ducis minas pollicitationesque permoti omnes statuunt se dedere, sub eisdem cōditionibus quibus se metropolitanæ ciuitatis incolæ dederat. Fuere autem oppida & municipia hæc fere, Elumberri, Sanguessa, mons Regius, Amaia, Olitum, Taphalia, Tutela, præter arcem & Runcitanos Escuanosque, qui præruptissimorum mōtium atque locorum ingenio freti, turpe duxerunt non spectare belli euentum, neque se venturo cum auxiliis Regi suo referuare. Hispanus interea nō cessat copias submittere, Nauariensemque exercitum augere, non modo ad præsidia municipatim distribuenda, tuendosque regni fines, verum etiam ad prosequendum Regem profugum, qui dicebatur ex Bearnensibus, Vasconibus, Transpyrenæis copias parare, aut quibus se tueretur, aut quibus amissi regni fines inuaderet, quando Gallorum supplicia immorabantur. Cum Runcetanis vallisque Salazariæ incolis agit, vt se muniant tueanturque, se velle apud eos Gallorum auxilia spectare dicit. Albanus a Rege suo admonitus Antonium a Cunia Zamoranum Episcopum ad Ioānem mittit, qui illi suadeat, vt respiscat tandem, atque Hispanis partibus adhæreat, neque omnem suam spem in Gallorum auxilio ponat. Quod si fecerit, se habere in mandatis, futurum vt regnum restitueretur: sin aliter sit animatus, videat ne omnia quæ sua causa sint prouentura, in autoris caput retorqueantur, & dum partem recuperare nititur, amittat & totum. Dum ad hæc peragenda orator properat, in media comprehensus via atque non satis modeste habitus est. Dubiumque fuit, iussu ne Regis, an Bearnensium perfidia sit factum, qui natura immanes non legibus humanis & diuinis, sed neque legi naturæ, atque proinde iuri gentium astricti sunt. Sed quod a Rege tam foedum facinus sit imperatum, nō caruit suspitione, quod iuris humani violatores clarigatione iusta postulatam non reddiderint, neque Episcopus in libertatem restitutus, sed precio ingenti redemptus est. Eratque in animo Duci exercitum in autores violati iuris inducere, nisi quod Tutela, Olitum, Taphalia, Stellateque iam cum præside suo consentientes, cum audissent Ioannem cum Valestribus quibusdam populis montium prærupta occupasse, ceperunt hærrere, atque se ancipites in belli euentum referuare. Sed noster nequid hostile a tergo relinqueret, substitit, vindictamque in aliud tempus distulit, conuersusque ad rebelles, siue dubios, omnia parauit, atque in statu firmiori relinquit. Antea vero quam exercitum duceret, siue in Regem profugum, siue in Runcetanos Escuanosque, siue vt se Britannis coniungeret ad commune bellum gerendum, libuit experiri Pompelonenses animos, & quali fide in absentem futuri essent, prætentare. Coactis itaque in diui Francisci æde, huiusmodi apud illos orationem habuisse dicitur.

Albani Ducis ad Pompelonenses oratio, atque iurisiurandi de futura illorum fidelitate extorsio. Caput VI.

SI apud ignotos sermo mihi faciendus esset, ciues Pompelonenses, possem ego vobis nunc commemorare, non Principis nostri res præclare gestas, quæ adeo notæ

notæ sunt, vt cum admiratione per totum orbem terrarum circumferantur: non potenti æmulo ac competitore superato, dotalis regni membra diuersa in suum corpus redacta: non bonam Hispaniæ partem a Pœnis per multa sæcula possessam, quasi longo postliminio Christianæ religioni redditam: non classes armatas in Pericæcos, in Antichthones, in Ascios missas, superatoque alterius orbis incolas, quos nemo vnquam attigerat, sed neque audierat quidem, aut suspicatus fuerat: nō purgaram religionem, pulsas aut regeneratis Hebræis, Mauris reconciliatis, pseudo-christianis atque omnium ordinum simulatis falsisque fratribus in meliorem statum reductis. Quæ adeo sunt illustria, vt non modo vobis qui propemodum adfuitis, verum etiam cunctorum mortalium oculis sese cotidie ingerat, adeo stupenda, vt nulla vnquam ex hominum memoria delere possit obliuio. Sed hæc omnia fuere partim inaudita cuiusdam felicitatis, partim singularis ac pene diuinæ providentiæ. His tamen ommissis, quod ad vos magis pertinet, quis vnquam fuit Regem nostro iustior? quis clementior? quis æquitatis bonitatisque obseruantior? Sed hæc virtutes regiæ sunt: quid illæ priuatæ? liberalitas, comitas, affabilitas, cum maiestatis grauitate semper in vultu hilaritas. Quis igitur se non putet beatum a tali principe gubernari? atque etiam beatiorem, cui liceat conspectu propiore frui? De titulo forsitan dubitatis, doctoribus ciuilibus ac pontificiis iuris consultissimis credite, bonis viris atque religiosis credite, ipsi denique vniuersali ecclesiæ atque Apostolico senatui credite, qui Regem vestrum schismaticum, hæreticum, Apostolicæ sedis hostem publicum, atque reum lætæ maiestatis declararunt, bona publicarunt, primo occupanti, atque nominatim Principi nostro concesserunt. Aut igitur totum hoc orthodoxæ fidei nomē est inane, aut Rex vester diis & hominibus iniustus, infamis, inestabilis, ex Christianorum communione segregandus est, cui si quis est qui adhæreat, qui faueat, qui Regem putet, qui Regem nominet, similis illi est, atque, vt Apostolus ait, cōmunicat operibus eius. Atqui dicet quispiam ex vobis viri Pōpelonenses, quis vnquam audiuit Regem, & eum quidem Regem qui superiorem nō habet, vocari in ius, inauditum causaque indicta condemnari, regnoque spoliari? quasi nouum sit, & nunc primum ad aures vestras peruenerit a summo sacerdote Reges multari regno, atque imperio Imperatores? Non Zacharias Pōtifex Childericum Gallorum Regem abdicare se coactum, atque religionem ingredi compulsum, propterea quod in iure reddendo negligētior erat, regni culmine deturbauit, inque illius locum Pipinum substituit? Non idem Pontifex Desideriū Longobardorum Regem nouissimum, eundemque ecclesiæ hostem regno priuauit? Non Stephanus secundus huius nominis Pontifex Constantinum, & Leonem orientis imperio deiecit, propterea quod in ecclesiæ causa imploranti auxilium denegauit? Non Innocentius tertius Othonem quartum huius nominis Imperatorem imperio deturbauit, quod Fœdericum Siciliæ Regem impotētius persequeretur? Non Innocētius quartus eundem Fœdericum vtraque Sicilia & imperio multauit, propterea quod Apostolicis præceptis non obedierit? Lōgum esset alios complures ex summorum Pontificum catalogo de promptis memorare, qui ex causis etiam leuioribus Imperatores, Reges, Principes, ex summo rerum fastigio deiecerunt. Quid? non & in veteri testamento sacerdotes & prophetæ Reges impios, principesque iniquos, regnorum administratione aut multarunt, aut multandi causa fuerunt? Sic per Samuelem prophetam Saul Rex regno excidit, sic per Ioiam Pontificem Athalia Regina. Sic per Hieremiam Sedechias, sic per Heliam Achaz, sic per Danielelem Nabuchodonosor, & Balthafar Chaldæorum Reges, sic alii complures ex causa simili non solum regno, sed & vita priuati sunt. Et dubitat quispiam omnem animam Deo esse subiectam, cui ipsemet testante data est omnis potestas in cælo & in terra? an de successoribus ambigitur, deque potestate illis communicata? non est opinor quispiam ita demens, vt hoc dicat. Cōsultite igitur in medium ciues optimi, & quo in statu res vestræ sint, cōsiderate. Rex meus tam armis, quam iure & causa potior est, ad vos non pertinet cum illo de iure certare, curam hæc in diuos reuicite, arma deponere victori expedit, victo necesse est, cui semel vincas manus dedistis, eidem & animos dedite. Noluit Ioannes vobis

esse Rex, nolite & vos illi esse subditi. Nam quod de auxilio dicebat sibi a Gallorū Rege mittendo, cur non & hic vobiscum expectauit, & qui pro tali tantaque vrbe non perstitit, pro qua tandem se periculis exponeret? Et quoniam Principi meo est in animo se Britannis coniungere, & bene iuuante Deo communi bello arma in Aquitaniam transferre, atque, vt vos in medio Hispaniæ regno tranquilla pace fruamini, Benearnēses, atque Transpyrenēos, Vascones armis debellare, nequid interea per ocium moliamini, exigit a vobis fidem publicam iurisque iurandi sanctissimam religionem, vt quod vobis scilicet, faustum, fortunatumque sit, iam non Galli, sed Hispani, non solum amore, sed etiam pietate deuincti teneamini: quod erit vobis non minus vtile, quam iucundum, Regi certe nostro quam gratissimum. Ad hanc Albani orationem postulatum est, vt in diem perendinum respōsum differretur, idque supplicibus est concessum. Igitur primores populi communicata re cum ciuibus suis, redeunt ad diem constitutum, referuntque in mādatis, placere omnibus in communi se victoris legibus subicere, atque in illius verba iurare, se præstāturos omne obsequium quod subditi regibus debent, modo liceat illis infame vasallorum nomen effugere. Hispanorum namque vulgus inter subditum & vasallum hoc distate putat, quod subditus antiquis & consuetis tantum legibus moribusque obsequitur, atque iuris dicundi magistratibus parat: at vasallus quicquid domino suo libitū fuerit, sine vlla exceptione paratus est excipere. Ad has supplicum voces Albanus, Non æquum, inquit, postulatis viri Pompelonēses, qui victori modum imperandi præscribere vultis. Quod nisi extemplo abiurata pristini Regis vestri fide, in verba Hispani iuratis, vos illius fide permansuros, quandiu rerum vestrarum potietur, experiemini profecto, & quidem breui, quid victor armatus idemque iratus possit. At illi videntes tergiversationi suæ nullum locum esse relictum, abiurato priori Rege, conceptis verbis iurant, se deinceps Hispanos atque Hispanis Principibus dedititios fore, obstantes ipsū Ducem, vt dictus promissisque staret, id quod est a Rege postea confirmatum.

Quod pacata vrbe Dux Albanus Pyrenæum transiit, vt se Britannis agglomeret. Caput VII.

DVx Albanorum cernens maiorem rei bene gerendæ vim in celeritate & occasione, quam in robore numeroque militum consistere, cum præsertim ex vultu verbisque omnium alacritatem videret, statuit trans Pyrenæum bella transmittere, vt totius negotii reliquias conficeret, seque deinceps Britannorum castris adiungeret, qui iam in Aquitanie finibus metabantur, vt omnium deinde consilio vterque exercitus Aquitanicū bellum administraret. Præmittit itaque equitum tres turmas, peditum vero ad tria millia, quorum præfectis imperat, vt Pyrenæi angustias, qua per Runcatas valles iter in Gallias patet, occupent, sanctique Ioannis castellum cum arce ad mōtis radicem positum, quod iam inde ab initio belli nostris cesserat, validiori præsidio firmet. Castellani namque præsidariis non penitus obtemperabant, quin potius cum Transpyrenæis obsidere moliebantur. Erant præterea Escuanorum, Runcetanorumque, & Salazarensum valles, quæ aliquatenus culturam patiuntur, non satis pacatæ, ad quarum incolas, ne quid a tergo lateribusque detrimenti inferret, partem exercitus mitti iubet, qui non magno negotio rem confecit, & cum obsidibus in castra se receperunt. At in Garritanæ vallis incolas acrius sæuitum est, tum quod Hispaniæ iugum non facile patiebantur, tum etiam vt aliis exemplo essent, quanta illos pericula manerent. Quo terrore finitimi omnes percussi pars in tutiores montium recessus fugerunt, pars victorum arbitrio paruere. Accessit quoque nostris castellum nomine mons Gelatus, opera & industria † Villalbani ceterionum præfecti. Qui cum audisset Gallorū copias aduentare, paulatimque Saluaterræ quod est oppidum † in dies increbrescere, vt hostem longius submoueret, castellum expugnat, validissimoque tercentorū militum præsidio, triumque centurionum præfectura munit. Quo cū auxiliares Galli accessissent, facile a præsidariis repulsi sunt. Erat in animo Hispanorū moderatori

tōri confecto bello Aquitanico Ioanni Regi omnia restituere, si ad meliorem sensum quando cunque rediisset, qui cum Locronium venisset, vt futuri belli necessitatibus prospiceret, accepto nuncio de Zamorani præfulis præhensione, atque vt contra ius gentium illata, dignas tanto Principe cōcipitiras, totusque in vltionem iuris religionisque violatæ insurgit. Atque imprimis cōcionibus crebris imperat publicari, declararique schismaticos, Ludouicum Gallorū Regem, illiusque impietatis adiutores fautoresque, ac nominatim Nauariorū Regem, qui iam non dissimulante se hostē ecclesiæ profitebatur. Intelligentesque omnia iam ad arma spectare, bello prius hostibus indicto paulatim copias Albanorum Duci submittit, tum ex euocatorum numero, tum ex curialium euocatorumque iuuentute, qui miri animi alacritate Gallorum vires experiri cupiebant. Igitur Albanus cum perspiceret copias suas in dies augeri, relicto in vrbe castellisque præsidio, quantum esse opus intelligebat, exercitum Pyrenen versus mouet, primaque castra die altero metatus est ad Burgetum, quo in loco fuerat olim pugna illa memorabilis, in qua sub Alphonso Hispanorum Rege cognomine Casto, cum Mauritanorū auxiliariis copiis, duodecim illi Pares in toto orbe decantati cū Imperatore suo Carolo Magno profligati sunt. Vbi per aliquot dies immoratus, dum tormenta & machinæ per montium cliuos rupiumque anfractus præcipitiaque trahuntur, dū commæatus & impedimenta vndique comportantur, dum ex militibus tardiores emanatosque expectabat, tandem Pyrenæos saltus, atque aquarum diuortia transgreditur, quo die ad sancti Ioannis castellum peruenit. Postridie eius diei de suo aduentu Britannos certiores facit, quas ducat copias, bellique apparatus exponit, omne Nauariæ regnum Hispanis cessisse, nihil restare peragendum, nisi quod ad Britannos ipsos pertineret. Hortatur illos, vt copias simul iungant, Aquitaniamque inuadant, Vaionamque imprimis, ne quid a tergo relinqueretur hostile. Erant in Britannorum exercitu sagittarum ad octo millia, manus robore atque animo præstans. His accedebant ex auxiliariis Germanis hastatarum stropetariorumque sexcenti, qui si se Hispanis agglomerassent, atque vno cōsilio rem gessissent, nemo dubitabat, nō modo Vaionam breui tempore expugnari potuisse, sed victrices copias nihil prohibiturum, quin intra paucos dies in agro Burdegalensi metarentur. At Britannii mandatorum sui Regis immemores, cæperunt inter se tumultuari, atque in varias sententias abire. Alii nanque instantis hyemis inclementiam causabantur, in qua nihil memorabile agi poterat, aut quod futuro bello conduceret, alios redeundi in patriam amor rapiebat, alios futuri euentus belli sollicitabat. Erant qui opinarentur, cohortiū præfectos atque exercitus duces a Gallo pecunia corruptos cessisse militum voluntati, alii suspicabantur ex incerta quadam causa a suo Rege clanculum reuocatos. Quare vno omnium summatum atque infimatum consensu respondent, temporis importunitati obsequendum esse, atque in patria commodius hibernaturos, quam sub pellibus, & in tabernaculis, in solo alieno: pollicentur tamen se cum primo vere ad inchoatum bellum redituros. Datoque responso naues conscendunt, seque in Britanniam recipiunt. Albanus vero audito Britannorum responso, statuit sancti Ioannis arcē castellumque munire: montem vero Gelatum, quia non facile præsidio teneri poterat, ne eo hostes aliquando porirentur, dirui soloque æquari iubet. Post Britannorum nanque discessum erat illi in animo, non tam alienos fines inuadere, quam Nauariæ regnum pacare, pacatumque tueri.

Quod Gallorum copiis Ioannes Rex auctus ad vrbes se obsidionem parat. Caput VIII.

INTERIM Gallus accepto nuncio rerum quæ inter Hispanos Gallosque vltro citroque gerebantur, quodque Britanni se in patriam recepissent, quod præterea Hispani illius copias longe a Nauariæ finibus submouerent, decernit maiori belli apparatu negotium faceffere, turpe existimans Regem qui sua causa regnum amisserat, in pristinum statum nō reducere. Igitur præsidia quæ variis in Cisalpinæ Galliæ locis disposuerat, ad se vocat, ex Alpibus quoque, Taurinis, Suenis, atque

Germanis, ad octo militū millia conduxit, leuis armaturę equites Epiroticos complures adiungit, machinas vnde cūque potest comportari iubet, & quia Hispanus per præfectos rem gerebat, ipse quoque summam belli Delphino commendat. Delphinum Galli Regem designatum appellant, quemadmodum Hispani Principem, hoc est, qui in demortui Regis locum successurus est. Addit & alios duces qui Delphino obsequantur, Dñ. Palizam, Dñ. Borbonium, Dñ. Dilautre, viros nobilissimos, & qui copias ingentes ductare consueuerant. Quibus belli gerendi rationem in hunc modum præscribit, vt ad certum diem omnes ad limites conueniant, seque Ioanni Regi, copiisque illius quas ex Benearnensibus Vasconibusque contraxerat, ac præterea limitaneis qui regni fines tuebantur, aliisque earumdem partium studiosis adiungerent. Quibus in eundem locum ad constitutum diem coactis, visum est summo duci debere imprimis exercitum lustrari, censa que sunt grauis, & leuis, mediocrisque armaturæ peditum ad viginti millia, flopetariorum, hastatorumque, & sagittariorum par numerus: ex equorum præterea trāsuectione probatorum equitum ad quatuor millia Gallorum consuetudine multiplicata. Tum copiarum ad hunc modum partitæ, Ioanni Regi, cui adhibitus est Dñ. Paliza Comes, Germanorum duo millia, Vasconum Benearnensiumque peditum quatuor millia, atque equites mille decreti. Dñ. Borbonio, atque alteri Dñ. Delautre decernuntur ex Benearnensibus Vasconibusque decem millia, quibus adduntur equites quadringenti. Reliquas vero copias Delphinus sibi retinuit. Rex igitur Ioannes per Runcetanorum valles copias sibi creditas ducēs, obiter castellum obfidet, cui præsidebat Valdesius cohortis prætoriarum præfectus, cum peditibus qui nuper in castris seditionem fecerant. Oppugnatur castellū vehementer ea parte qua facilius captu videbatur, sed non minori animo a præsidariis propugnatur. Postridie vero eius diei maiori conatu, Germani præcipue, rem adoriuntur, & tripartito agmine muros inuadunt. Ibi Valdesius quid alios facere oporteret demonstrans, duabus tragulis perfolius occumbit. Ex cuius cæde negotio nō magno castellum capitur. Seditiosi milites illi passim trucidantur, præter paucos qui se in arcem receperāt, quin & ipsi facta deditioe armis spoliati euasere. Ex alia vero parte Borbonius cum suo consorte Bardulorum fines depopulantur, vicos ferro ignique vastant, atque sancti Sebastiani oppidanis & finitimis tantum terroris incuriūt, vt factis habuerint se defendere, nedum Hispano exercitui suppetias ferre. At Delphinus Ioannem regem per literas monet, vt quando semel illi bene cessit, Pompelonem recta copias ducat, se Albanorum Ducem, quocunque se receperit, obseruaturum, curaturumque ne suis laborantibus auxilio esse possit, ipse urbem obsidione premat, experiaturque an in suis quondam ciuibus pristinus amor obseruantiaque resideat. At ille metatus est castra duodecim prope millibus passuum ab urbe, ibique biduo moratus expectabat, ecquid ciues Pompelonenses causa sua molerentur. Quod si euestigio urbem propius copias admouisset, quia non satis firmo erat præsidio munita, potuisset, & suis ad res nouas moliendas animum addere, & non magno labore hostem ex toto regno fugare, cum præsertim statim ad suum aduentum, Stella, Olitum, Taphalia, signa pro eo sustulissent.

Quod Dux Albanorum ex Transpyrenæis montibus Pompelonem se recepit. Caput IX.

Sed interim Antonius Fonseca alter ex duobus maximis quæstoribus, vir domi militiæque peritus, & qui in re bellica fortunam semper habuit obsequentem, cohortibus aliquot Hispani Regis iussu comparatis, per noctis silentium mira celeritate superuenit, oppidaque iam ab alienata nobis restituit, atque obsidibus acceptis præsidio firmavit: ipse vero cum reliqua cohortium parte se in urbem recepit. Sed neque Stellates diu in fide permansere. nam & præsidio excluso ad Ioannem descuerunt, & acclamationibus crebris perfidiam suam testati sunt. Neque violati iuris pœna fuerunt immunes. Franciscus namque Beamōtanus Nauariensis Comestabilis frater collecta indigenarum manu de repente superuenit, portā occupat,

occupat, oppidumque ferro, igni, & direptione vastandum exponit, defectionis autores partim gladio caduntur, partim se in arcem recipiunt, quam ille obsidione, quam potest arctissime, cingit, mœniaque firmiori quam potest præsidio munit. Albanus præterea cum videret Gallorum copias in dies augeri, suas vero quotidie imminui, statuit non decernere cum hostibus æquo Marte, signisque collatis, sed aut ex occasione, aut ex loco superiori. Itaque relicto præsidio in sancti Ioannis castello, quod solum Transpyrenæum a nobis stabat (nam mōs Gelatus, ne hostes eo potirentur, iam in flammam cineresque abierat) statuit iugo montis superato Pompelonem totius regni columen se recipere, urbemque tutari, in qua vna re totius belli summa victoriæque vertebarur. Quod sentiens Delphinus Ioannem Regem monet, vt Hispanorum summo Duci, quem erat credibile per Runcatas valles profecturum, se a fronte opponeret, seque a tergo persecuturum hostem pollicetur, vt ancipiti discrimine circumuallatus, & dubius quo se potissimum verteret, cum spoliis victoriæ hostibus cedat. At ille tamen in istas periculum intelligebat, dissimulat tamen, ac spem vultu simulās, nullumque timorē præ se ferens, cum magno tubarum, musicorumque instrumentorum, & bellicarum machinarum strepitu, sub meridiem castra mouet, ac primo noctis conticinio ad Burgetū confidet, postridie vero duodecim millibus passuum confectis, altera metatur castra ad locum quem incolæ Risonam appellant. Vbi ab exploratoribus factus est certior ab eo loco duobus tantum millibus passuum Regem cum Dñ. Paliza distare, esseque illis in animo a tertia noctis vigilia copias mouere, atque montium portas occupare, qua patet descensus ad agrum Pompelonensem. At vero Albanus intelligens periculum instans, eo que se necessitatis deuenisse, vt alieno tempore atque ex inferiori loco esset illi cum hoste maioribus copiis aucto decernendum, cū præsertim Delphinum a tergo instaturum putaret, a secunda noctis vigilia magno cum silentio castra mouet. Et ne abeuntes hostis persentisceret, recta via prætorias per montium diuerticula, perque anfractus condensa que sylvarum, copias ducit, donec superatis Pyrenæi iugis in loca plana descenderunt. Fonseca interim factus certior earum rerum quæ in vtrisque castris gerebantur, simulat se per noctem velle eruptionem facere, atque Ioannis Regis castra de improviso inuadere. Hortatur secreto fortissimum quenque, vt se ad tam præclarum facinus parat, sic tamen, vt simulatio ad hostes per exploratores perueniat, qui rem quasi veram Regi nunciant. At ille superuentus hostium nocturno reformidans, vigiles, circitores, excubitoresque maiori cum diligentia disponit, atque in statione omnes manere iubet. existimabat nanque urbanas atque castrenses hostium copias ex cōposito castra sua inuasuras. Atque ipsa delusus de intercludendis hostibus portisque occupandis oblitus est, tādē sensit dolos, cum intellexit Albanum Ducem copiasque Hispanorum reduces se in urbem recepisse. Sub idem tempus Hispaniarum moderator, regii ministerii præfectum, quem postea Marchionē Comariensem creauit, cū cohortibus mittit, qui Stellatis arcis obsidionem premeret, atque diu noctuque oppugnaret, quoad in deditioem veniret. Intelligebat nanque magnum in eo belli momentum versari, si antea quam Ioannes posset obsidionem soluere, in potestatem Hispanorum arx venisset. At præfectus rē non somniculose gerens, tormentis, machinis, crebrisque armatorum oppugnationibus, eo angustiarum arcis præsidem deduxit, vt coactus sit pacisci, nisi intra paucos dies a Rege suo obsidione liberaretur, se arcem cum suis omnibus munimentis traditurum.

Ex pacto igitur arx tradita magnam nostris spem, maiorem hostibus desperationem attulit.

*Quod Rex Ioannes spe sua fraudatus maiores copias
contrahit. Caput I.*



NOANNES Rex cum videret omnes suos conatus multo aliter
cessisse quam putarat, nō tam fortunam suam quam negligenti-
am propriā incusans, missis a Delphino duobus alteris Ger-
manorum millibus, ad vr̄bis se oppugnationem parat, copiaq; 10
sua vr̄bi primum ostērans, vt ciuibus animum adderet res no-
uas moliendi, non longe ab vr̄be castra disponit, interque me-
tandum nostri voluerant castra turbare, pugnaque tumultua-
ria quid hostes auderent experiri, nisi dux tuendis potius mētib; , quam extra
muros pugnandi tempus illud esse admonuisset. Partitur itaque milites per statio-
nes, certisque in locis praesidia disponit, quibus fortissimum quemque ex proce-
ribus praeficit. Lumina per compita domorumque omnes fenestras accēdi iubet. 20
Ex factione Agramōtanorum quos putabat suspectos, vr̄be pellit, vtque hostium
fidem exploraret, sub medium noctis silentium, subornat tumultus simulati con-
scios, qui ad arma vocent, qui hostes iam murorum culmina prensare dicāt, atque
tota castra in vr̄bis oppugnationem ruere: iubet itaque signa moueri, tubas & cor-
nua bellicum canere. Accurrit quisque ad stationem sibi destinatam, ibi oppida-
ni quem animum apud res Hispanas haberent, facile ostenderunt, fideique suę ar-
gumentum ingens dederunt, quod armati Hispaniam identidem inclamitantes,
quid sibi faciendum esset a Duce flagitabant, nec ab armorum concussione cessa-
tum est, quoad tumultus simulatio est detecta. Postero die Ioannes Rex et castris
copiarum partem educit, ex vr̄be praeterea strenuissimus quisque eruptionem fa- 30
cit, ex quo nō potuit effici, quin animosi iuuenes cum paris animi iuuenibus con-
grederentur. Ibi Salmator quidam ex nostris, Gallum equitem cataphractum, qui
aliis duobus, altero equite, & altero pedite comitatus, sese in armis ostendebat, so-
lus inuadit, hastaque in sinistrum humerum impacta, illū equo deturbat. Ibi Pin-
nalosa ex cohorte praetoria eques nobilissimus, vnum ex equitibus Epirotarū ag-
gressus, cum se ille ad alios gentis suę decem recepisset, illo omisso alium ex eodē
numero, qui procerior videbatur, hasta medium transfixit, cumque instarent cæ-
teri, vt pudorem suum & commilitonis cædem vlciscerentur, noster ex illorum
medio elapsus paulatim se ad suos incolumem recepit. Die insequēti Ioannes ite- 40
rum cohortes per vr̄bis suburbana explicat, spectans an per seditionem factionis
suę ciues aliquid noui molirētur. neq; enim adduci poterat, vt existimaret ciues
suos in tam praesenti auxilio quieturos. Erat inter amicos regio ex Vasconibus vir
nobilis, idemque auratus eques, qui genere, diuitiis, animique ac corporis robore
praestantior aliis videbatur, sed vt in eiusmodi fortuna plerunq; cōtingit, super-
bus, arrogans, iracundus, atque animi praecipuus cedit, Baronem Alimacum
cognomine appellabant. Cumque Regis praesentia suos in pugnam accenderet,
nostrique impetum multitudinis non sustinentes, sub vr̄bis mœnia, vallum, mu-
nitionesque se reciperēt, puduit Vasconem digna modo atque indigna locutum,
non aliquid egregium de se praestare. Isque alios qui a tergo sequerentur hortatus,
equo calcaribus incitato, in medios hostes haud dubium periturus incurrit. Vbi a 50
duobus peditibus excipitur, equoque deturbatus facta deditione tētauit se tribus
aureorum millibus redimere. At pedites vindictæ magis quam aureorum cupidi,
superbum illum atque arrogantem, & adhuc plura miserabiliter pollicentem tru-
cidarunt. Sunt qui dicant Nauariensis Comestabilis iussu propter antiquas cum
illo similtates occisum. Huius cæde alii deterriti paulatim pugna excessere, seque
iam

iam non patriæ assertores & vindices, sed hostes professi agros populantur, vicos
diripiunt, omnia profana sacraque miscent.

*De suburbani agri a Gallis facta vastatione, & de prima vr̄bis
oppugnatione. Caput II.*

ERANT in suburbano agro sacrarum virginum templa duo, alterum Ene-
ratis martyris, alterum diuæ Claræ nomini dedicatum. In hoc potissimum Barba-
rorum impetus apparuit. Alii namque sponsarum Christi stupro incumbunt, alii
cellarum penetralia raptantur, alii stricto ense necem ædituis virginibus minantur,
nisi auri argentiue defossa vasa indicent, alii frangunt, diruunt, resupinant quic-
quid illis sit obuium. Sed illud sacrilegium non est silentio prætereundum, quod a
trecentorum Germanorū præfecto commissum est. Neque enim contentus san-
ctuaria profanasse, adyti fores effringit, argenteum sacratissimi corporis Christi
conditorum rapit, atque irreuerenter hostiam illam viuam Deoque placentem
in medio altari sistit. Cumque ab æditua templi increparetur, quod tam in honeste
corpus domini Deique nostri atretaret, Hic, inquit, non Germanorum, sed Hi-
spanorum Deus est. Sed piaculi huius vindictā iustum Dei iudicium in aliud tem-
pus distulit, illud tamen non dissimulauit, quod ab altero Germano commissum
est, qui cū sacrarii alterius fores effregisset, hostiamq; quasi profanum cibum de-
uorasset, conditorium ipsum auro argentoq; ad fabre cęlatū, in priuatos vsus con-
uertisset, non multo post distento paulatim ventre medius crepuit, communicata
scilicet cum illo proditoris Iudæ pœna, quando quidem in mundi Saluatorem par-
fuit vtriusq; sacrilegium. Sed quid in hominibus obscuris, & sine nomine immora-
mur? audi facinus indignum clarissimi viri, qui erat filius nothus domini Labriten-
sis, idemq; Ioānis Regis frater. Is quasi rem diuinam auditorus venit in templum,
peractoque sacrificio accedit ad sacerdotem, sacerdotilibusq; vestibus illum spo-
liat, vasa sacra quibus sanguis corpusque dominicū ministratur, diripit profanatq;. 30
Meminerat, opinor, verbi domini quod in Exodo præceperat: Non apparebis, in-
quit, in conspectu meo vacuus. At hic qui ad rem sacram inanis venerat, dum va-
cua puer redire manu, vasa sacra, vestesque sacerdotales, quasi spolia ex hostibus
refert. Hæc omnia in conspectu atque ante oculos ipsius Regis fiebant, qui tamen,
sive volens, sive inuitus, dissimulabat. Cumque videret tempus tantum direptio-
nibus dari, tentauit iterum vr̄bem oppugnare, atque iterum experiri ciuium suorū
fidem, expectans an in tali tempore aliquid pro se auderent. At illi sive praesidii
metu quod suis capitibus imminerebat, sive quod fortunam victoris secuti iam non
dissimulāter, sed ex animo a Gallis ad Hispanos descuerāt, a fide his data nō disces-
serunt. Repulsus igitur inde non sine magna suorū strage, non ad priora castra, sed
ad alia quæ longius ab vr̄be aberant, se recepit. Vbi per aliquot dies immoratus
40 fortunam suam lamentabatur. videbat namque milites tum auxiliares, tum etiam
suos, non tam vr̄bis capiendæ, quam prædæ cupidos diem ex die protrahere, ma-
gis tamen angebat rei pecuniariæ atque proinde comæatus difficultas, sed im-
primis quod hyems impendebat, in qua si semel exercitus dissolueretur, non faci-
le postea cogeretur. Statuit itaque semel de summa regni decernere, vr̄bemque
totis Gallorum Germanorumque viribus oppugnare. Quam ob causam alteras a
Delphino copias machinasque oppugnatorias implorat, ipse interim scalas, ligne-
as turres, pluteos, arietes, testudines, vineasque parat, rotasque in futuræ oppu-
gnationis imagine versatur. At dominus Paliza qui constantiam Hispanorum o-
ptime nouerat, quippe qui ex Neapolitano bello bis erat expertus Hispanorum
50 robur animique vigorem, suadet Regi, ne adoriatur negocium, quod efficere nō
possit, etiam si omnis Gallorum sudor in eo vno opere diffundatur: quod si aliter
ille esset animatus, se tamen habiturum esse rationem militum qui suæ curæ de-
mandati essent, neque permissurum, etiam si cupiant, vires suas in cassum effun-
dere. His ducum altercationibus vlto citroque agitatis, conuenit inter eos, vt
Rex cum ditionis suæ militibus, hoc est, Bencarnensibus, Labritensibus, Pho-
L L I

xensibus, Transpyrenæisq; Vasconibus primas partes occupet, se autem cum Gal-
lis Germanisque subsidio futurum, siue obsessis animus superfit facta eruptione
in hostes ingruere, siue, quod erat credibile, Hispanus moderator suppetias ob-
sidione laborantibus suis mitteret.

*De apparatu parisi utriusque ad diei insequentis oppugnationem pro-
pugnationemque. Caput III.*

FAMES interea non minus obsessores quam obsessos urgebat, atque utroque
precipitabat negocium omne in compendium mittere obsessos, ut se ex obsi-
dionis expedirent angustia, obsessores, ut capta vrbe spoliis onusti se in patriam
aut in hyberna reciperent. Rex itaque alteris Germanorum copiis a Delphino au-
ctus, atque tormētis machinisque munitus, vrbe oppugnationem parat, totusque
in hanc vnam cogitationem fertur, non tam ut recuperata ciuitate potiretur, quā
ut animus ex ciuium suorum sanguine satiaretur. Agricolas, pastoresq; & omnem
rusticam iuuentutem in ciuium perniciem natura propensam conuocat, illisque
vrbe direptionem proponit. Quod oppidani formidantes ducem obtestabantur,
ne exponeret illos irato Regi trucidandos, neve vxores liberosque rapi, bonaque
distrahi sineret. Quare illius genibus obuoluti supplicabant Hispanum Regem fa-
ceret certiorum, quo in statu res Pompelonenis esset, mitteretque quamprimum
suppetias quæ sufficerent hostem ex Hispaniarum finibus propulsare, hoc
ad illius fidem pertinere, quando semel se in illius potestatem patrociniūque de-
didere. Ad hoc Albanus, Ego, inquit, o amici, si fidem vestram exploratam habe-
rem, superest mihi animus presentibus copiis vrbe hanc, utcumque munitam,
non solum defendere, sed etiam in medio campo cum hostibus signis collatis decer-
nere. Nunc vero satis habeo propugnare, quod illi totis viribus oppugnare contē-
dunt. Sed vos interim bono animo este, quiescite, atq; defensores vestros pro vo-
bis mœnibusq; vestris de certatē spectate. Hoc Ducis sermone ciues confirmati,
nihilominus tamen ad Hispanum Regem literas dant, hostium vires & quid ab eis
timeant, exponunt, ut fortunarum suarum misereatur, orant obsecrantque. Igitur
Hispanus ne rem fortunæ beneficio relinquat, exercitum ex Cantabris, Bardulis,
Asturibus, locisque finitimis cogit, alios qui longius aberant euocari iubet, aut ut
in armorum procinctu sint, hortatur. Presentibus copiis Tricenisū Ducem præ-
ficit, atque superuenientibus, ut se illi agglomerent ad certum diem locumq; im-
perat, Ducem, ut quamprimum laborantibus opem ferat, hortatur. Qui quam ce-
lerrime potest, ad Reginæ pontem, quem locum ministerii regii præfectus præsi-
dio tenebat, recta proficiscitur. Dumque auxiliares copias expectat, nuncios Al-
bano Duci mittit, qui dicant se missum a Rege cum exercitu, laturum suppetias illi
pro utriusque arbitrio, proinde faceret se certiorum de belligerē ditione, modo,
loco, & tempore. Ad hæc Albanus rescribit, ut coacto exercitu in eodem loco re-
sideret, se illi significaturum tempus, quando illius subsidio foret opus. Esse vero e
rep. Hispana expectare, quid interea hostes molirentur. Neque enim dubitabat
prope diem oppugnaturus vrbe, sed nihil inde periculi impendere. ea sibi erat
fiducia ex militum suorum alacritate. Cumque iam oppugnationis dies constituta
instaret, comperit ex trās fugis & exploratoribus, qua ex parte hostes vrbe in-
uasuri essent. Ea erat statio Antonio Fonseca quæstori maximo decreta, propter
ea quod murus e vetustate putris, atque proinde ruinosus erat, neque in tam præci-
piti necessitate a quouis alio facile muniti posset, cum propter nimias illius opes,
amicos, & clientes, tum etiam propter singularem quandam viri solertiam ex re-
bus bellicis comparatam, in quibus iam inde ab ineunte adolescentia non solum
interfuit, verum etiam præfuit quam sæpissime. Is itaque partem muri quæ ab æde
diui Iacobi protenditur ad portam qua itur ad diui Francisci templum, aggere, fos-
sa, valliq; muniri iubet, atq; parisi longitudinis latitudinisq; decē pedum alterum
morum opere tumultuario intra mœnia ducit, quem ex terra pauca trabibusq; cō-
texta, beronibusque harena oppletis, & culcitris præmunit. Hunc imitatus Petrus
Lupi-

Lupides Patellanus, in statione sua munitiōē alteram erigit inter flumen vrbisq;
muros, complexus molam quæ faceret vrbis propugnacula firmiora. Alii præter-
ea partem muri sibi designatam fulciunt, erigunt, instaurant, propugnaculisq; præ-
texunt. Igitur Rex coacto exercitu, infestisq; signis ad vrbe recta proficiscitur,
& quā proxime potest castra metari iubet. Postero deinde die qui fuit festus, diuæ
Catharinæ nomine relatus in fastos, cum prima luce machinæ sulphurariæ, non
contra quæstoris maximi stationem, ut putabatur, sed e regione ad murum qui O-
formini Comitis filio Garfiæ Manrico fuerat demandatus, visæ sunt. Neq; toto eo
die cessatum est a torquendis saxeis orbibus, quoad bona muri pars cum suis mu-
nitionibus solo æquaretur. Sed pro muro putri, beronibusq; eaducis, firmissima ar-
matorum acies successit. Nam cum commendatarius maximus pro muris se ho-
stibus ostendisset, puduit aulicos iuuenes non protegere virum, qui maiori nego-
cio referuandus erat. Sed illos superueniens dux, e loco tam periculoso iussit sece-
dere, atq; hostem potius inter muri ruinas expectare monuit, quam se tormentorū
ictibus imprudēter obiectare. Sed nox superueniens certamē in aliud tempus dif-
tulit, requiesq; data est, non tam somno, quam reficiendis muris, munitionibusq;
reponendis.

*De secunda oppugnatione vrbis a Gallis facta, & e diuerso de Hispano-
rum propugnatione. Caput IIII.*

DI E insequenti omne tempus in quatiendis mœnibus contritum est, non tan-
to impetu quanto superiori. Nox deinde quæ præcessit oppugnationis diem,
barbaro more, tota conuiuio, comotationibusq; ludis, iocisq; & iubilis, canule-
nis, & clamoribus acta est, certatim omnes ad Regis prætoria concurrunt, & vicis-
sim Dñ. Paliza tabernacula frequentat. Alii primos sibi scalarum ascensus depo-
sunt, alii se signa posturos inter murorum ruinas pollicentur, alii ex Hispanorum
manibus arma detracturos, alii denique nisi confecto negotio in castra non rela-
turos pedem. At Rex e diuerso iis qui primum signa in vrbe retulissent, millenos
aureos spondet, qui primi, qui secundi, qui deinceps manibus ruinarum summa
prentassent, gradatim præmia proponit. Dñ. Paliza barbam permulcens manu, At
ego, inquit, prædico vobis o milites, neminem vestrum ad nos rediturum, si pro-
missa tentatis efficere. Cum primum illuxit, præconis voce omnes ad arma citan-
tur, seque, ut oppugnationi parent, edicto monentur. Quæ vox cum primum in
vrbe audita est, omnis ætas, omnis sexus ad pomceria munitionesque concur-
runt. Neque enim armati solum stationes sibi decretas & designata subsidia occu-
pant, sed & fenæ emeriti ac pueri imbelles contos & sudes conuehunt, atque pro
viribus suis quisque et saxa trabesque comportant. Mulierculæ ollas, athenaque cal-
daria, feruētī oleo, resina, pice, ac ex lixiuio cinere plena parant, quæ propugnatu-
ri in muros subeuntium capita fundant. At qui Dux Albanus murū qui partim di-
rutus, partim conuassatus erat, ne qua pars ductoris præsentia testimonioq; orba-
retur, tripartito diuidit, vnam Antonio Fonseca quæstori maximo, alteram Fet-
dinando a Vega diui Iacobi commendatario maximo cōmendat, tertiam ipse sibi
retinuit. Cumque strenuissimus quisque primas instātis periculi partes sibi depo-
siceret, ne præscriptus ordo turbaretur, iubet suum quemque locum, sibi iam inde
a principio consignatum tenere, deinde tria disponit subsidia quæ vicissim laborā-
tibus a prima fronte succedant. Prætoriam vero cohortem in medio collocat, quæ
in vtrunque partem prospiciat, a fronte si quo in loco esset opus subsidio, & oppi-
dani aliquid a tergo molirentur. Quibus rebus ita ordinatis dum hostis incursum
omnes expectant, ut forti, magnoque, & præsentī animo essent, hortatur. Aliis Hi-
spanorum victorias de Gallis habitas narrat, quas nuper in Italia, quas annis superi-
oribus in Bardulorum finibus ad Fontē Rabidum, & ad Salsitas in Gallia Narbo-
nensi obtinuerant. Repetebat aliis Alfonso Rege cognomine Casto, Carolū Ma-
gnum cum suis duodecim Paribus in eo ipso loco fusos, fugatos, profligatosq;. Ad-
monebat præterea, ne tererent eos Germanorum vasta corporis moles vultus-
que truculenti, meminissentque potius, quod historici de illis produnt, habere

cognitionem quandam & similitudinem cum suis niuibus, quæ frigore rigentes calore resoluuntur, & quemadmodum primi eorum impetus maiores essent quàm vitorum, ita & sequentes, posteaquam caluerint, esse minores quam sceminarum. Dum hæc intra muros geruntur, Ioannes Rex copias suas explicat, atque ex amicis, familiaribusque, & palatinis purpuratis tercentum deligit, quibus ex Gallorum primoribus in Regis gratiam complures annumerat. Hi sequebantur purpureum signum quibusdã aureis baltheis variegatum. Hos obseruabant ex Transpyrenæis Vasconibusque sagittatores, stlopetarii que, & velites ad octo peditum millia, post quos Germanorum sex millia procedebant. Extremas exercitus partes cum tribus cataphractorum millibus Dominus Paliza tuebatur, ne quid a tergo auxilia nostra molirentur, oppugnantorumque ordinem interturbarent. Ad vtrunque armatorum latus, Benearnensium, Labritensium, Phoxensiumque, & gregariorum hominum multitudo erat, quæ scalas, arietes, testudines, aliaque oppugnantoria instrumenta comportabat. Cumque bona diei pars iam esset peracta, armatique omnes in procinctu essent, machinarii simul tormenta in partem muri librabant, quæ in hoc fuerat referuata, vt cum ictibus concussa rueret, nudata vrbe hostes irrumperent. Ea cum ingenti fragore subito cecidisset, tercentum illi qui se Regis obsequio deuouerant, antesignanum suum secuti fossam euadunt, munitionesque subeunt, & ruinarum fastigia manu prensant, pila, hastasque ferro acuto præfixas, contos, bipennesque secures in hostium ora prætendunt. Hos Germanorum quoque altera cohors sequitur, non tam propositi a Rege præmii spe ducta, quam gloria inferendi signa sua in vrbe. At contra Hispani arma armis, signa signis obuia conferunt, ferri aciem acie retundunt, manus manibus, brachia brachiis, pectora pectoribus impellunt. Nec vllum in terrea cessat telorum genus, non scorpionum sagittæ, non fustibulorum, fundarumque lapides, non stlopetarum glandes plumbeæ, non machinarum faxei orbes contorti. Erat stans in præcipiti turris propugnaculum, quod tormentorum ictibus concussum repente corruit. Huius fragmenta multos ex nostris obruunt, sed Commendatarium maximum imprimis, Villalbanumque Chiliarchum, quorum insignis opera huius diei fuit. Similis ruina oppressit Perrum Manricum, cui semianimi ex pugna subtracto Ioannes Ramirus Cisterciensis ordinis a Calatraua eques religiosus successit. Neque quæstoris maximi sudor latere potuit, qui nunc militis, nunc ductoris, nunc hortatoris officio functus, suam atque aliorum stationes lustrans, voce, manu, & auctoritate multa simul faciebat, frequentius tamen requirens partem muri sibi creditam, in qua ingens erat fenestra, quæ vrbs penetralia hostibus denudabat. Eam igitur quia faciliores aditus ostendere videbatur, summis viribus oppugnant, sed non minoribus a nostris propugnatur. Cumque neutri alteris cedere statuisset, edebatur interim magna vtrinque cædes. Neque iam nostri pro mœnibus, atque superiori ex loco rem gerebant, sed intercepto muro quasi in medio posuit Deus omnia campo, daturus tandem victoriam causæ meliori. Tum Galli cernentes se nihil proficere, atque plura vulnera accipere quam inferre, paulatim pugna excedunt, atque in tabernacula pedem referunt humeris portantes duo de viginti insignium virorum cadauera relictis in media fossa duobus signis, quique illa obstinate pertinaciterque tuebantur numero prope centum immortui hærentes, atque illa complexi. Interea Rex accitis notariis dictabat epistolas quas ad Reginam, ad finitimos principes, ad amicos tabellariis daret, quibus faceret illos certiores rerum omnium quæ ad Pompelonem gerebantur, neque restabat quicquam apponendum, nisi qua die, quotaque hora fuisset vrbs capta. Sed cum vidisset omnes negotio infecto se in castra recipere, alios fessos diloricatis armis, alios vulneratos, alios timore, aut morte futura pallidos, audissetque sua causa tot amicos, familiaresque cæsos, flens, eiulansque, pectusque plangens, Agnosco, inquit, fortunam meam, eoque miseriarum me adductum, vt nulla possit me fortuna facere scelicem.

De Ger-

De Germanorum pollicitatione Regi facta, & de duobus Germanis qui minabandi ad Ducem venerunt. Caput V.

REGEM sic afflictum affectumque Germanorum primores conueniunt, bono animo esse, de quo suo regno bene sperare iubent, pollicentur se die postero negotium suscepturos, effecturosque, quod aliorum ignauia non esset factum, ac tradituros se per manus vrbe cum suis ciuibus, vt se de illorum sanguine ad satietatem vsque vlcisceretur. His pollicitationibus recreatus refectusque Rex, illis gratias agit, illorum fidei fortitudini que se atque fortunas suas commendat. Re omni per dita, & complorata, quicquid acquisierit in illorum potestate futurum pollicetur. Igitur Albanus, cum cerneret hostes intermissa pugna secedere, quasi victor, vtrique suos animaret, alienisque terrorem incuteret, iubet tympana cum cymbalis tintinnabulisque pulsari, tubas, cornuaque, ingenisque clasticum edere, & quasi victos ac fugientes clamoribus prosequi. Sed anteaquam in prætorium se ille reciperet, murorum interrupta minasque inuisit, ac refici instaurarique iubet, fossas & pomœria eruderari, mœnia quoque eo diligentius adseruari, quo propius hostes essent, atque male gestæ rei pudore magis iratos. Vulneratos deinde consolatur, fortes laudat, atque omnes comiter benigneque affatur. Die insequenti qui fuit Christo a mortuis resurgenti dicatus, Hispani pro mœnibus in procinctu armati steterunt, expectantes Germanos acrius quam in hesternâ oppugnatione incessuros. Sed cum ad multam diem omnia in castris quieta vidissent, in alias curas animum connertere. Alii munitiones reficere, alii arma infibulare, præpilare hastas, spicula producere. Pars iuuenum quæ pugnadî erat audior, portis erumpit, pugnaque tumultuarias conferit. Erant inter eos ex Hispani Regis amicis & familiaribus, Ioannes Albion ex Tarraconensi prouincia eques auratus, qui stlopetariæ glandis ictu perfossus subito corruit, magnumque moriens amicis quos habebat quamplurimos, desiderium sui reliquit. Primis deinde tenebris ecce duo ex Germanorum primoribus, tibicine militari præuio, ad Nauariensis Comestabilis stationem recta tendunt, velle se cum duce commentari non nihil dicunt, quod in rem communem exercitus vtriusque foret. Albanus quamquam statuerat nullam conditionem audire quæ ab hostibus offerretur, iubet tamen illos admitti, atque dicendi quid sibi velint facultatem dat. Tunc alter illorum qui procacior videbatur, huiusmodi sermonem habuit. Credo ego, clarissime Dux, Germanorum mores, ex quorum numero nos sumus, dignationi tuæ notos esse, qui tamen si non sibi, sed illis militet, a quibus sint mercede conducti, non tamen fide minori ac diligentia bella gerant, quam si aut de imperio, aut de suo capite res ageretur. Venimus huc ad octo armatorum millia virorum conducti a Rege Gallorum in auxilium Nauariæ Regis. Quem maioribus Regis vestri viribus regno pulsum, viribus quoque restitui vult Gallorum Rex, cuius causa regnum amiserat. Quod vero antehac multa sunt facta quæ Regis vestri maiestatem offendunt, id nobis displicet, sed non aliter fieri potuit, quam factum est. Nunc vero cum res in eo sit articulo, vt Hispanorum audacia cum suo duce pœnas suæ peruicaciæ mox sit luitura, venimus rogatum atque admonitum, ne velitis experiri extrema illa quæ victi a victoribus armatis iratisque perpeti consueverunt. Nam quid spei reliquum est Hispanis numero paucis, fame confectis, muro, fossa, valloque nudatis, omnique auxilio destitutis, contra Germanorum tot phalanges armis instructas, corpore vegetas, atque in hoc deuotas, vt aut rem inchoatam efficiant, aut obstinate mortem oppetant? Suscepimus vero legationis hoc munus non cuiusquam iussu, sed sponte nostra, vt animum nostrum vobis declararemus, & quod nos in simili fortuna positi faceremus. Quid illud esset quispiam diceret: nimirum cederemus tempori, atque victori herbam porrigen-tes veniam peteremus. Quo in statu res vestræ sint, videtis, quæ vos pericula maneant, circumspicitis. Vna salutis spes reliqua est vobis, si vos sine vlla conditione victoris arbitrio dederitis. Mites atque benigni sunt duces nostri, ex fortuna sua metientur vestram, omne ius belli vobis remittent, atque incolumes abire sinent, armis tantum aliisque ornamentis spoliatos, quæ vobis etiam (ea est illorum man-

L L I iij

fuetudo) forte condonassent, nisi in prædam manubialque Germanorum iam pridem fuissent ab ipso Rege designata.

De Ducis responso Germanis dato, & de obsidione relinquenda Gallorum consilium. Caput VI.

AT QUI Dux noster, tametsi erat natura placidus, atque inceptiarum huiusmodi contemptor ac derisor potius, subiratus tamen his Germani verbis, Vana, inquit, spes vos, o Germani, tenet, qui ex animo vestro putatis Hispanos, nisi cibo potuque ad satietatem usque resectos, languidius arma tractare. Nesciebatis Hispanos in fame similes esse lupis, quos improba ventris exegit cæcos rabies, per ignes, per tela, per hostes, cibum, si desit, quærere? Quod si numero pauciores, fameque debilitatos, atque hostium cæde fessos, interceptisque muris nudatos nos purabatis, cur cessastis hodie occasionem arripere, sociisque vestris cæsis, fufis, fugatisque opem ferre, atque in oppugnationem inchoatam succedere? cum præfertim bona diei pars superesset, in qua possitis auaritiæ vestræ cupiditatem explere. Quod si feriata vobis hæc dies fuit, craftina experiri potestis, an Hispanos vires defecerint, idque ut faciatis rogo vos, sitisque primi, in quos, quicquid viri-um nobis restat, effundamus. Hi nanque commilitones mei dedignantur iam ignauos hostes sibi dari, neque præberi materiam, vnde possint egregium aliquod facinus edere. In hæc verba illos dimisit, interminatus ne posthac, aut illi, aut alius quisquam huiusmodi nugas ad se perferant, sed aut veniant armati perfidiæ suæ pœnas luituri, aut victi supplicesque a victoribus veniam petentes. Nam quod egregius Poeta de populo Rom. scriptum reliquit, Hispani possunt sibi iniustus usurpare:

Parcere subiectis, & debellare superbis.

Hoc responso ducis tristes, ac demisso animo Germani in castra redeunt, Hispanorumque alacritatem vigoremque animi sociis exponunt. Fames interea magna, magisque indies extra intraque muros crescere, utrosque cogebat armis decertare, atque finem bello imponere, sed Regem acrius urgebat, quem non modo commeatus & pecuniæ deficiebant, quod hyemis impotentia instabat, verum etiam quod ingentes copiarum ab Hispano Rege mittebantur, quæ suppetias Albano Duci ferret: quæ si semel intra urbem reciperentur, omnis spes sua in ventos esset abitura. Snplex itaque Germanos rogat, ut stent promissis, fidem seruent, nihil spei sibi iam esse relictum nisi in illorum fortitudine, hostium spolia ciuiumque bona illorum potestati tradit, protestatur nihil sibi ex ea victoria nisi sanguinem ciuium experere. Pœnituit Germanos tam temere operam suam fuisse pollicitos, tamque arduum ac difficile negotium suscepisse, puduit tamen illos promissa non reddere. Respondent itaque perendinum in diem urbem captam se per manus illi tradituros, aut omnes ad vnum in medio opere pulchram mortem obituros. Huius tam perniciosæ pollicitationis Dominus Paliza factus certior, in tabernacula Germanorum tendit, illorumque præfectos ac centuriones in vincula con- iicit, atque in super ignominiosis verbis increpat, quod se in consulto rem tam inconsideratam improuisamque attentarent, vnde non solum ipsi miserabiliter & digne perituri essent, sed & suo duci imprudentiæ, atque rei male gestæ notam inurerent. Quod si tale aliquid posthac vnquam admiserint, per Galli Principis genium iuras, se in ipsos capitaliter animaduersurum. Deinde in Regis prætorium tendit, quem cum se pugnae aptantem offendisset, acerbius quam regia dignitas sustineret, increpat illum, temeritatisque illi crimen obiicit, quippe qui tentet in cassum vires effundere, atque florentissimas copias internecioni hostibus dedere. Quod si tam præceps animi & consilii erat, ut suum tempus fortunamque non agnosceret, idque penitus volebat, ut rei perditæ se suosque omnes adderet, se tamen non passurum, ut exercitum sibi a Rege commissum hostibus sine causa trucidandum obiceret. Sed neque censebat diutius in obsidione permanendum, cum iam hyems impenderet, famesque indies cresceret, nec esset vnde commeatus in castra satis commode comportari posset. Multi sermones cum Rege Regisque familiaribus

familiaribus in hac disputatione consumpti sunt. Sed Rex tandem inuitus cessit consilio Dñi. Palizæ, placuitque postridie obsidionem soluere, & sub primam lucem vasa conclamare, signaque tollere.

Quod Galli soluta obsidione discedunt, quo die Dux Triciensis cum auxiliariis copiis venit. Caput VII.

IGITUR nocte insequenti a quarta vigilia, dum tormenta machinæque carris aptantur, binæ acies factæ ex omni equitatu peditatuque, quasi ad pugnam paratæ in prociñctu steterunt. Principio nostri putarunt Gallos se ad oppugnationem parare, quam erecto & alacri animo expectabant, sed cum illos vidissent in diuersum paulatim secedere, omnes subito portis ruinisque murorum erumpunt, hostesque insequentes ad pugnam laceffunt. At illi relicta machinarum parte, & quicquid exercitus inualidum, vulneribusque aut morbo confectum erat, negligentes, compositis ordinibus beneficio noctis se in tuta receperunt, finemque insequendi nostri imposuere, qui propterea quod pauciores erant, & perturbatis ordinibus, quantum quisque poterat, hostes insequabantur, ne quid detrimenti per noctis tenebras paterentur, in urbem sunt regressi: id quod gestum pridie calendis Decembris, qui est diui Andree nomine relatus in fastos. Postridie vero huius diei prima luce Galli copias suas in ordinem redegerunt, steteruntque in prociñctu quasi pugnaturi, siue ut suos aberrantes ex fuga reciperent, aut si nostri persequerentur, ut pugnarent, si ex loci opportunitate facultas daretur, vel ut tutiores in fines suos abirent. Eodem die paulo ante solis occasum Dux Triciensis cum auxiliariis copiis ad urbem accessit. erant in comitatu illius regalis ministerii Præses, quem diximus Reginæ pontem in sedisse, Dux Secobriensis Hispani Regis fratris patruelis, Dux a Villa formosa, Dux Lunensis, Marchio Aquilarius, Comes ab Acuto monte, Comes a Ripa Gorza, & reliqua fere omnis regalis curiæ iuuentus. Quos sequebantur equites mille quingenti, armis, auro, purpuraque fulgentes. Peditum vero generis omnis armaturæ numerus fuit sex millium, quos ductabant Gometius Buitronus, Martinusque Auindanius, & Rengiphus. Crescebat indies auxilium quod ad Reginæ pontem cogebatur. Sed Dux veritus, ne nostri fame, vulneribus, morbis, vigiliis, laboribusque confecti, Gallorum vegetam atque recentem multitudinem sustinere diutius non possent, cum præsentibus copiis, atque quam maximo potest commeatu, in auxilium properat. Cuius aduentus etsi omnibus in commune fuit iucundus, ciuibus tamen longe magis, qui Regis irati sæuitiam in se domosque suas pertimescebant: Albano tamen Duci non satis constabat, fuerit ne grauis, an potius molestus. Dolebat namque solidam sibi gloriam eripi, quam nemo cum altero quocunque libenter patitur esse communem: quique animi magnitudine præcellunt, libentius se fortunæ periculis exponunt, quam rei bene gerendæ gloriam cum altero participant. Itaque sæpe Duce[m] Triciensem per literas & nuncios hortatus est, ne ferret suppetias, ni accersitus, sibi satis præsidii esse, non solum ad propulsandas ex urbe hostium oppugnationes, sed etiam ad erumpendum, atque medio campo collatis signis confligendum. Hos animos illi dabant Hispaniæ lumina, quæ in suo erant comitatu, & qui maioribus sæpe rebus non solum interfuere, sed etiam præfuerunt: atque in primis duo fulmina belli, Antonius Fonseca quæstor maximus, & Cauensium & Alahæiorum dominus Fernandus a Vega Commendatarius maximus a Castella. nam alter a Legionem Germanica tantum huic negotio interfuit. Coronarii quoque Centurionum præfecti Villalbanus & Rengiphus, quorum opera compluribus aliis in rebus fuit insignis, sibi ipsis hoc tempore non defuerunt. Sed neque Petrus Lupides Patellanus cum gentili suo Ioanne Patellano, Ludouicus quoque a Corduba Comarenis Marchionis filius, atque alter Ludouicus a Cauta, Petrus & Ioannes ambo a Cunta cognominati, Iacobus Rogius, atque eodem cognomento Rodericus Diaz, Petrus Manticus, & Manticus quoque Garfias Comitiss Ossormini filius, Iacobus Merulus Ioanis filius animos atque nomen cognomenque

auiferens, Ioānes & Gasias vterque a Vuloa cognominati, Comestabilis Nauariensis, Francus Bramontanus, Ioannes Carrenus, Alphonfus Carrillus, Petrus a Tapia, Ioannes a Castella, Aluarus a Luna, Iacobus a Vera, Sanctius a Leiuā, Manuel Benauidius. Nam quid ego Petrum Marchionem a Villafranca magni Ducis filium inter ceteros memorem? qui per vestigia patris idem hoc tempore filebitur, atque alias meritis laudibus nō fraudabitur. Quid alios complures eiusdem ordinis viros? quos infinitum erat memorare, quorum fiducia nihil erat quod magnanimus Dux sibi nō polliceretur, victoriam ex hostibus maxime, quam prae manibus habebat. Vt tunc tamen erat animatus, agit hospitem lætum, Ducemque aduentantem longe ab oppidi portis excipit, atque data acceptaque salute in templum Misericordiæ, quod erat extra muros, quam honorificentissime potest, illum collocat. Copias vero auxiliares eadem castrametari iubet, qua paulo ante Germani infederant. Hic dies, quo & Galli soluerunt obsidionem, & auxilium nostris superuenit, fuit calendarum Decembris.

Quo pacto Galli in fugam conuersi, iterum urbem obsidione cingere simulant, deque nuncio per faciales ab illis misso, Ducumque nostrorum responso. Caput VIII.

POSTRIDIE vero eiusdem diei, Galli qui nostris insequentibus trans fluminis pontem se in loca tutiora receperant, prima luce in campo radicibus montium adiacente cohortibus ordinatis apparuerunt. Cumque iam ab vrbe quatuor millibus passuum abessent, nostrique putarent, illos nihil nisi de canendo receptui cogitare, de repente urbem versus redierunt, incertum qua ex causa. Sed quia trahas, claustraque, & carros prae miserant, non erat dubium, illos substitisse primum, ac deinde regressos, vt sui exercitus reliquias colligerent, atque praecedentium impedimentorum terga redderent tutiora. Interim Dux noster non cessat Bardulos, & Vascones, Cantabrosque exhortari per nuncios, vt vias corrumpant, atque arborum ramis fossisque & aggeribus faciant imperuias, atque hostes fame ac frigore confectos ex superiori loco incesserent. Sed Galli cum intelligerent nostros non esse numero pares ad decertandum Marte dubio, puderetque illos huius belli principio magna pollicitos, nunc inglorios abiectosque discedere, decreuerunt subsistere. Atque vt velamen aliquod pudori praetenderent, disponunt acies, cohortesque in ordinem redigunt, mittuntque faciales ad Duces nostros, qui decernendi locum tempusque indicant, quod ipsum fuit argumento, illos non militum numero, non animi robore, non vlla alia re, quam commeatus victusque penuria ab vrbe obsidione destitisse. Ad hanc facialium contestationem vterque Dux alterum rogat, vt respondeat, comiterque in collegam partes suas reicit. Sed vicit tandem Albani Ducis vrbinitas. Erat autem Dux Triciensis, cum de rebus bellicis ageretur, paulo liberior, ne dicam iactantior. is cum alias multa faceret & ex more suo solitus esset arroganter dicere, in expeditionis huius initio, duo potissimum illius dicta circumferuntur. Nam cum Gallorum Rex Hispanorum paupertatem exprobrās diceret, Non amplius illos in hoc bello duraturos, quam dum emendicatæ stipes stipendio militum soluendo sufficerent (hoc male falsus Rex dicebat, alludens ad pecunias quas ex sedis apostolicæ indulgentiis ad belli Mauriani sumptus exigebantur) Quid, inquit Triciensis Dux, nostra refert, armis a calathis hostium ora contundamus? Calathis nanque solent mendici stipes, frustaque & quadras panis rogatas excipere. Cumque illi rursus Albani Ducis auxilio proficenti Rex noster multa benigne polliceretur, seque summisurum non solum copias commeatumque rerum omnium que sunt ad bellum necessaria, sed etiam pecunias stipendio militibus persoluendo necessaria, cepit subcinere carmen illud quod est in ore omnium: *Vamos nos dixo el mi Tio a Paris esia ciudad.* Ac si diceret, nisi me copia militum, commeatus, stipendiaque deficient, nulla per me mora erit, quin victor Parisos vsque perueniam. Igitur nunc libertate vsus facialibus respondet, se non ea causa venisse, neque id sibi a Principe a quo mittebatur,

batur, mandatum, vt collatis signis decerneret, sed ad hoc tantum, vt obsessam urbem firmiori praesidio muniret. Neque enim, inquit, de eo nunc certamen est, vter exercitus medio in campo sit armis superior, sed ex duobus Principibus vter Nauariæ regno potiat, in eoque nunc victoriæ momentum consistere, vt ille victor sit, qui semel parta defenderit possederitque: ille victus, qui praetedit hostem possessione deturbare, nec tamen quod aggreditur efficit. Quod si Gallis, inquit, tantum animi superest, vt velint nobiscum armis experiri, expectent aliquos dies, dum Hispanorum copia quæ me sequuntur a tergo, in vnum locum conueniant: tunc se cum collega suo non modo in agro Pompelonensi, sed in mediis campis pugnandi copiam duros. Hoc per faciales responso accepto, Galli e vestigio, vt erant in armorum procinctu iter arripiunt, restaque se in patriam atque ad suos recipiunt.


Quemadmodum Dominus Paliza Ioannem Regem de regno recuperando diffidentem consolatur. Ducumque nostrorum de persequendis hostibus consultatio. Caput IX.

REX interim Ioannes qui vsque in tempus illud spem metumque inter dubius atque animi pendens fuerat, nunc iam, cum videret suos, atque illos maxime quibus plurimum fidebat, & in quibus omnem dignitatis recuperandæ fiduciam collocauerat, non solum vrbe obsidionem deserere, sed etiam sic abire, ac si eo nunquam essent redituri: non vt antea spem vultu simulans, premens altum corde dolorem, non fortunam suam laments questibusque inculans, sed prae nimio dolore omnem tristitiæ imaginem facie ac vultu praeferebat, urbemque nunquam amplius videndam, dotalesque agros identidem respiciens, attonito similis hærebat. Quem sic affectum Gallorum Dux maximus Paliza multis exemplis ex historia, multisque rationibus ex communi vita depromptis, consolari nitebatur. Sed ille tanquam ægrotus iam deploratus, ac de salute desperans, nulla medicorum fomenta admittebat, neque se aliqua ratione curari patiebatur. Nam quid faceret dotali regno expoliatus, atque re male gesta patrimonio orbatus? idque non tam aduersa fortuna, quam sua culpa: quippe qui nescierit inter duos Reges potentissimos se medium sequestremque praestare, aut si non posset vtrumque, alterum ex illis saltem demereri. Atqui Duces nostri cum viderent hostes nihil iam nisi de reditu in patriam, domosque suos, atque diuerforia nota cogitare, quid in tali tempore factu opus esset, inter se consultant. Albanus palantes, fusos, & fame ac frigore confectos ad internecionem vsque persequendos esse dicebat, neque rei bene gerendæ occasionem tam certam, tam facilem, tam honorificam, gloriosamque omittendam esse. Triciensis vero dissimulandam esse hostium fugam, neque illis instandum, ne ex desperatione cogerentur pugnam redintegrare, vnde est notum illud carmen: *Quondam etiam victis redit in praecordia virtus.* Afferebatque multorum exempla, qui necessitate compulsi ex victis euasere victores. Referebat praeterea Pyrri Epirotarum Regis praecipuum illud memorabile: Hostibus fugientibus non esse pertinaciter instandum. Petebat Albanus a Triciensi ex exercitu quem vegetum recentemque ductabat, aliquot equitum turmas, peditumque cohortes, quæ hostem abeuntem insequerentur. nam suas causabatur partim vigiliis, partim morbis laboribusque confectas. At ille cui non placebat consilium illud de insequendis hostibus, dicebat se non ea causa venisse, vt medio in campo configeretur, sed vt obsessis, atque vltima necessitate & angustia positus opem ferret, idque a Rege sibi in primis fuisse mandatum. Atque hunc in modum alter ab altero digressi sunt, Triciensisque Lucronium cum suo exercitu ad Regem redit, Albanus vero in ciuitate iam quieta pacataque permansit, quoad illam ordinaret, atque per manus traderet, cui Rex tradendam esse decreuisset. Sed ne hostis intrepidus securusque sic impune abiret, mittit litteras ad viros principes qui erant finitimi his locis, per quos Galli Germanique iter faciebant, hortaturque illos, vt fugientibus negocium faceant, neque sinant illos sic quietos ab-

ire. Qui non segnius quam imperatum est, iussa exsequuntur. Nam & Gongoræ dominus trecentos ducens equites, agmina sequebatur, neque præ frigore ac fame consequi cessat. nam prima luce adortus, partim cæsis, partim captis, cum ductis equitibus spoliisque militaribus per medias vrbes portas viasque publicas victor regreditur. Ex altera quoque parte Lizari dominus cum tercentum peditibus expeditis extrema Gallorum agmina insecutus inuadit Germanos, quos machinis asseruandis Galli præfecerant. At illi cum viderent Bardulorum omnes populos in vnum coisse, impetumque illorum non posse sustinere, glandiaria tormenta in eos dirigunt, igneque iniecto instantes glandibus perturbant, ipsique per fumum sulphurariaeque tenebras elapsi, per anfractus sylvarumque diuerticula fugiunt. Quos vbi Barduli aufugisse intellexerunt (nam in principio subesse infidias aliquas suspicabantur) machinas inuadunt, iumentisque tenuiores reparandas imponunt, maiores vero plaustris cartisque trahendas applicant. At non mediocri negotio in urbem aduehunt, non sine quadam triumphi specie. nam & armatorum peditum ingens multitudo præcedebat, & non minor sequebatur acclamantium vno ore: Io Triumphæ. Quod gestum est idibus Decembris, hoc est, postridie eius diei in quo Diuæ Luciæ festum celebratur, anno a salute Christiana millesimo quingentesimo duodecimo.

ANTONII NEBRISSENSIS HISTORIARUM FINIS.

HISPA-



HISPANIA DAMIANI A GOES
EQVITIS LV SITANI.

DAMIANVS A GOES
EQVES LV SITANVS, PETRO NANNIO,
LATINO APVD LOVANIEN-
ses Professori dignissimo, amicoque
non vulgari, S. D.

*U*M sæpenumero rerum Hispanicarum mentio inter nos, amantiſſime Nanni, incidisset, multis argumentis cognoui, te nondum iisdem satiatum, amplioſrem earum notitiam e scriptis nostris expectare. Quamobrem optatis tuis parentes, hac tali lege tibi cudere voluimus, vt si arriſerint, legas, amicisque tuis huiusmodi rerum notitiam cupientibus communices: sin minus, Vulcano tradas. Vale.

CLARISSIMO EQVITI, E-

RVDITIONE ET HVMANITATE INSI-

GNI, D. DAMIANO A GOES, PE-

TRVS NANNIVS S. P. D.



LIBELLVM tuum, amplissime Damiane, eo animo accepi, vt si mihi in-
gens thesaurus oblatu fuisset, nec alacrior, nec hilarior esse potuissem. 10
Sunt mihi a te alia preclara munera, sed nequaquam pari honore a-
stimanda, cum illa tantummodo precii magnitudine dignitatem habe-
ant, iste de ingenii tui prestantia venerationem mereatur. Admirabilis
ibi ordo, singulaq; res in suas classes distribuita sunt, quam rationem scri-
bendi maxime videtur Suetonius adamasse. Habent in tuo libro singula
suam peculiarem stationem: hic Regnorum vires, illic Episcoporum & Sarraparum opes de-
scribuntur. Habent suum catalogum Sancti Hispani, habent viri eruditi. Duces quoque bello
clari in sua a te legitima acie constituti sunt. Habent merces sua fora, quas Hispania vel ac-
cipit, vel donat. Denique Antipodum munera, qua duplici ratione Hispanoru sunt, vel quod
ipsi hunc orbem inuenerunt, vel quod soli inde omnia deportant, in suas apothecas a te dige-
runtur. 20
Quid multa? nihil omittis quod ad laudem Hispanie pertinet. Quamobrem, qua
olim de Hispania legebam, potius admiratione quam fide prosequabar: nunc tua auctoritate
efficit, vt me non amplius admirantem salum, sed & credentem habeant. Non mihi iam sig-
mentum videtur, auro Tagum turbidum fluere, equas ex Fauonio subuenienteu fetum con-
cipere, meritoque mihi fecisse videtur Vespasianus, quod vniuersa Hispania ius Latii dona-
rit, rectumq; etiam iudicium Plinii existimo, qui Hispaniam censuit proximam esse Italia laudibus.
Enumerantur enim a te innumerabiles opum frugumq; thesauri, vt Plutus & Ceres
non alibi quam in Hispania, aut certe peculiariter sedes habere videantur. Obstrepuunt hic
quaedam verba nouitia, sed fastidioso lectori, a quo enim estimatori non venia, sed laude di-
gnus habebitur, quod res nouas vetustate incognitas, nouis vocabulis, vt intelligi possint, ex-
plicaueris. In apologia acrior es, sed stimulis de amore patrie profectis, amabit tuum peccus, 30
quisquis pietatem amat, & patrie studium inter virtutes adnumerat. Librum igitur tanta
utilitatis, quem tu aut Vulcano tradi, aut amicis tantummodo communicari iubebas, pro
subiecti. Nefas enim putauit id intra paucorum manus contineri, quod tanto vsui publice esse
posset. Quod si singularum provinciarum eodem modo vires & opes descriptae essent, magnu
profecto instrumentum haberent docti ad historias codendas, quum nerui bellorum pecunia
sint, earumq; inopia vel copia multiplices causas & cladum & victoriaru adferat. Fieri non
potest vt quis recte in historia versetur, nisi utriusque partis opes & copias cognitas habeat,
& lectori exponat, qua in re vti nam aliquot Latini scriptores diligentiores essent, eaq; in parte
Thucydidem imitarentur. Tantum igitur mihi in rebus tuis, te inconsulto, permisi, nec offen-
sam tui ex hac mea audacia, qui quiduis in Nannio tuo & ferre & probare soles. Nec, vt 40
iniquior sis, ius habes expostulandi, si, quod meum esse voluisti, vtar pro meo arbitrio. Bene
vale ampliss. & eruditiss. Damiane. Louanii.

HISPA-

HISPANIAE, CVIVS NO-

MINA VARIJ VARIIS NOMINIBVS AM-

PLECTVNTVR, HÆC SEQVENS EST

AMPLITVDO, POTENTIA,

VBERTASQVE.

DE eius situ, latitudine, longitudine, atq; poli eleuatione, cum id satis in-
ter Cosmographos constet, nihil hic dicturi sumus: ea autem quæ ra-
riora sunt, explicabimus: nec etiam id tacituri, quod antiqui scri-
ptores testatum olim reliquerunt, eam adhuc auri, argenti, cupri, stan-
ni, plumbi, ferri, omniumq; metallorum fodinis abundare, nec non
argenti viui, salis quoq; vberissimam esse. De frugibus non est quod multum dis-
ceptetur, cum omnino ferax vini, olei, mellis, lactis, frumenti, fructuumq; omniu
sit. Abundat etiam ouibus, bobus, equis generosissimis, piscibusq; diuersorum
generum. Ferarum quoq; & auium mira copia. Sunt quoq; in ea diuersis in lo-
cis calidi & frigidi fontes, ad diuersos morbos efficaciam mirabilem habentes.

DIVIDITVR HISPANIA IN DVO-

decim regna, nempe:

Castelle antiqua & noua.	Valentie.
Leonis.	Toleti.
Aragonia.	Gallitie.
Portugallie.	Algarbiorum.
Nauarra.	Murtie.
Granata.	Cordubæ.

Quorum regnorum vectigalia, vt pro comperto habetur, magna sunt. nec enim
figillatim quid ex vnoquoq; regno Regibus Hispanie accrescat, auderem dicere, 30
cū dubitè, id ne eis gratum futurū sit, an nō. Sed hoc scito, Reges istius Hispanie,
quæ a nonnullis imperitis hominibus satis temere sterilis nuncupatur, annue vltra
quinquagies centena millia ducatorū aureorū, præter exactiones, inde accipere.

DE regnis diximus, modo ad clerum veniamus. In cuius redituū computu Lu-
cium Marinæum Siculum sequemur, qui feliciter id, quam Principum Hispa-
nie proventus, explicuit.

Archiepiscopus Toletanus, Castelle Cancel- larius, habet annue plus minus 150000 au- reorum ducatorum, habet etiam in suos fa- miliares conferendos circiter 100000	Episcopus Leonensis 8000
Archiepiscopus Hispalensis 24000	Episcopus Calaborensis 12000
Archiepiscopus S. Iacobi 20000	Episcopus Salmanticensis 10000
Archiepiscopus Granatensis 10000	Episcopus Badaioensis 6000
EPISCOPI.	Episcopus Ouidensis 6000
Episcopus Burgenfis 20000	Episcopus Carthaginensis 5000
Episcopus Siguntensis 20000	Episcopus Asturgensis 4000
Episcopus Cunquefis 16000	Episcopus Corienfis 8000
Episcopus Placentinus 15000	Episcopus ciuitatis Rodrigensis 4000
Episcopus Palatinus, Comes Pernienfis 13000	Episcopus Malagensis 10000
Episcopus Iacensis 10000	Episcopus Calixensis 8500
Episcopus Segouienfis 14000	Episcopus Guaditanus 2000
Episcopus Auillensis 8000	Episcopus Almeriensis 1500
Episcopus Zamorensis 12000	Episcopus Mondonensis 1500
Episcopus Cordubensis 12000	Episcopus Tuensis 2000
Episcopus Osinensis 10000	Episcopus Lugensis 1500
	Episcopus Orensenfis 3000
	Episcopus Canariensis 8000
	Archiepiscopus Caragucensis 20000

MMm

<i>Archiepiscopus Valentinus</i>	13000	<i>Episcopus Vrgellensis</i>	7000
<i>Archiepiscopus Tarragonensis</i>	8000	<i>Episcopus Vicquensis</i>	2500
<i>Episcopus Tarraconensis</i>	5000	<i>Episcopus Euniensis</i>	1500
<i>Episcopus Huescensis</i>	3000	<i>Episcopus Pamplonensis</i>	6000
<i>Episcopus Segorbiensis atq; Albarrazinensis</i>	5000	<i>Sunt et alii permulti Episcopi nouarum prouinciarū, Indiarumq; Occidentalium, nuper inuentarum, ex collatione siue iure patronatus quoq; Regis Castelle, quos hic non exprimo.</i>	
<i>Episcopus Barcinonensis</i>	3000		
<i>Episcopus Leridensis</i>	5000		
<i>Episcopus Tortosensis</i>	8000		
<i>Episcopus Gironensis</i>	4000		

REGNORVM PORTVGALLIÆ ET
Algarbiorum.

<i>Archiepiscopus Bracharenfis, qui propter antiquitatem cum Toletano Archiepiscopo ad hunc diem vsq; de primatu (vt vocant) totius Hispaniæ disceptat, habet</i>	24000	<i>Episcopus Viseensis</i>	8000
<i>Archiepiscopus Phisipponensis</i>	16000	<i>Episcopus Guardensis</i>	5000
<i>Archiepiscopus Funchalensis</i>	8000	<i>Episcopus Columbriensis</i>	12000
<i>Episcopus Eborensis</i>	20000	<i>Episcopus Portensis</i>	4000
		<i>Episcopus Lamecensis</i>	6000
		<i>Episcopus Syluensis</i>	4000
		<i>Episcopus Captenfis</i>	2000

Præter hos sunt adhuc alii Episcopi Indiarum Orientalium, Africæ & Æthiopiæ, & multarum insularum ex collatione Regis Portugalliæ, quos hic prætereo. Volui autem hic omnes Episcopales ciuitates Hispaniæ mihi saltem cognitæ, cum putem adhuc plures esse, propriis huius temporis nominibus, ob maiorem cognitionem, recensere. Sciendum quoq; omnis Hispaniæ cleri prouentus (Abbatibus excipio) duplo maiores, quam Episcoporum esse. Idq; præter aliquot decimas & primitias, quæ in multis locis Regibus atq; magnatibus, ex Pontificum indultis, colliguntur. Ex quibus quidem redditibus iure omnes simul tenentur vnicuiq; ecclesiæ suum animarum curatum, vt aiunt, siue pastorem alere, qui ex pacto & consuetudine, omnia ecclesiæ sacramenta populo gratis, siue in templo, siue extra templū, siue in priuatis domibus, administrat. Quod vtinā in cæteris prouinciis fieret, vbi ita pastoratus venduntur, vt pastores pro vitæ alimento, ac pensione soluenda, sacramentorum administrationem sæpe inuiti cogantur nundinare. Est præterea innumera Abbatiarum & monasteriorum copia, quarum prouentus non solum cleri redditus æquant, sed etiam superant, inter quas sunt nonnullæ habentes decem, duodecim, quindecim millia ducatorum annue: permultæ inter quatuor & decem millia fluctuant: innumera rursus ab hac summa declinant: ita tamē, vt sine aliqua controuersia ii qui se cultui diuino dedere, habeant in Hispania singulis annis vltra quadragies centena millia ducatorum, præter id quod Commendatarii & eorum magistri possident, quæ summa etiā ingens est. Ex quo facile apparet, quam religiosi semper fuerint Hispani, & quam dediti cultui diuino, cū tam liberaliter suas eleemosynas Christi ecclesiis impartiti sint. Habet vltimus regnū Castellæ quatuor Magistros equitū, seu (vt vocant) ordinū, qui magnos admodū habent redditus.

Quorum primus S. Iacobi est.

Secundus, Calatrauæ.

Tertius, Alcantaræ.

Hæc tria officia dignitatum, temporibus Ferdinandi & Elizabeth catholicorū Regum Castellæ, cum consensu Pontificis ad coronā regni deuoluta sunt. Quartus est Magister equitum Rhodiensium, ordinis diuini Iohannis. Ordo sancti Iacobi ornatur duobus commendatariis primis, quorum vnus dicitur Commendatarius maior Castellensis, alter Leonensis. Ordines Alcantaræ & Calatrauæ, habent singuli suum Commendatariū maiorem & suum clauigerum, sub quibus maioribus commendatariis ingens commendatariorum equitum est copia, habentiu magnos redditus. Aragoniæ, Valentia, & Catelloniæ regna vnus habent equitum magistrum ordinis Montesiæ, magnos quoq; habentem redditus.

ORDI-

ORDINES REGNORVM PORTVGALLIÆ & Algarbiorum.

Primus est magister ordinis Christi, qui magister ipse Rex est, cuius ministerii prouentus admodum magni sunt, inde, quod huic ordini omnes prouinciæ inuentæ, tam in Africa, quam in Asia & Brisilia, cum omnibus insulis, atq; Orientalis Indiæ, annexæ sint.

Secundus est ordinis sancti Iacobi.

Tertius ordinis, qui de Auis dicitur.

Habent quoq; hi ordines suos maiores Commendatarios & Clauigeros, sub quibus etiam est magna equitum Commendatariorum copia, magnos redditus possidentium. Quartus est magister equitum Rhodiensium, ordinis sancti Iohannis, qui Prior a Crato dicitur, qui tres magistri magnos etiam redditus possident.

MAGNATVM HISPANIÆ INDEX.

Et primum de regnis Castellæ, Legionis, Aragoniæ, Nauarræ, Granatæ, Valentia, Toleti, Gallitiæ, Murtiæ, Cordubæ.

<i>Princeps Asturiarum.</i>	<i>Marchio de Sentillana.</i>
<i>Dux de Arsona.</i>	<i>Marchio de Marchena.</i>
<i>Comestabilis Castellæ, Dux Friensis, primus Regis cubicularius.</i>	<i>Marchio de Coria.</i>
<i>Archithalassus Castellæ & Granatæ, vniuerso Amiraldu, & Dux de Medina, de Rio Sequo.</i>	<i>Marchio de Elche.</i>
<i>Dux de Beiar.</i>	<i>Marchio de Cuellar.</i>
<i>Dux de Scalona.</i>	<i>Marchio de Lombay.</i>
<i>Dux de Medina celi.</i>	<i>Marchio de Molina.</i>
<i>Dux de Medina Sidonie.</i>	<i>Marchio de Mondeiar.</i>
<i>Dux de Arcos.</i>	<i>Marchio de Poza.</i>
<i>Dux del Infantazgo.</i>	<i>Marchio de Denia.</i>
<i>Dux de Alua.</i>	<i>Marchio de Alcanizas.</i>
<i>Dux de Naxara.</i>	<i>Marchio de las Navas.</i>
<i>Dux de Maqueda.</i>	<i>Marchio de Tanara.</i>
<i>Dux de Albuquerque.</i>	<i>Marchio de Cerraluo.</i>
<i>Dux de Cardona, Comestabilis Aragoniæ.</i>	<i>Marchio de Cagnete.</i>
<i>Dux de Segorue.</i>	<i>Marchio de Villanova.</i>
<i>Dux de Gandia.</i>	<i>Marchio de Montemaior.</i>
<i>Dux de Villaformosa.</i>	<i>Marchio de Grajal.</i>
<i>Dux de Luna.</i>	<i>Marchio de Villa Franca.</i>
<i>Archithalassus Aragonensis Marchio.</i>	<i>Marchio de Monte Claros.</i>
<i>Dux de Sautote.</i>	<i>Marchio de Sarria.</i>
<i>MARCHIONES.</i>	<i>Marchio de Aquilar.</i>
<i>Marchio de Oristan.</i>	<i>Marchio de Barlangua.</i>
<i>Marchio de Gotiano.</i>	<i>Marchio de Camarassa.</i>
<i>Marchio de Villena.</i>	<i>Marchio de Pliego.</i>
<i>Marchio de Astorga.</i>	<i>Marchio de Falces.</i>
<i>Marchio de Tarifa.</i>	<i>Marchio de Cortes.</i>
<i>Marchio de los Velez.</i>	<i>Marchio de Valle.</i>
<i>Marchio de Zenete.</i>	<i>COMITES.</i>
<i>Marchio de Comares.</i>	<i>Comes Catalonia.</i>
<i>Marchio de Gibrleon.</i>	<i>Comes de Roiffillon.</i>
<i>Marchio de Moya.</i>	<i>Comes de Lampurdam.</i>
<i>Marchio de Logolludo.</i>	<i>Comes de Pincerdam.</i>
<i>Marchio de Zaara.</i>	<i>Comes de Vrgel.</i>
	<i>Comes de Benauente.</i>
	<i>Comes de Vregna.</i>
	<i>Comes de Fera.</i>
	<i>Comes de Cabra.</i>

MMm ij

Comes de Velalacer.
Comes de Miranda Castella.
Comes de Salinas.
Comes de Ribagorza.
Comes de Lemos.
Comes de Oropesa.
Comes de Alcandet.
Comes de Medellin.
Comes de Syrnela.
Comes de Real de Mancanares.
Comes de Saldagina.
Comes de Melga.
Comes de Haro.
Comes de Vaninares.
Comes de S. Stephano de Gormaz.
Comes de Niebla.
Comes de Valentia.
Comes de Treuigno.
Comes de Ledesma.
Comes de Almiria.
Comes de Pallares.
Comes de Ampurias.
Comes de Lerin, Comes abilis Navarrensis.
Comes de Trastamara.
Comes de Tendilla.
Comes de Lerma.
Comes de Villalua.
Comes de Castaneda.
Comes de Oforno.
Comes de Ribadeo.
Comes de Castro.
Comes de Astudillo.
Comes de Niena.
Comes de Aquillar.
Comes de Ognate.
Comes de Saluaterra.
Comes de Paredes.
Comes de Monterej.
Comes de Orgaz.
Comes de Ribadania.
Comes de Pliogo.
Comes de Luna.
Comes de Monte agudo.
Comes de Coregna.

Comes de Fuenfáida.
Comes de Cifuenes.
Comes de Aluadelista.
Comes de Benalcazar.
Comes de Sancta Martha.
Comes de Buendio.
Comes de Tena.
Comes de Palma.
Comes de Vagnares.
Comes de Palamos. 10
Comes de la Deleitosa.
Comes de Miranda Navarra.
Comes de Baylen.
Comes de Gelues.
Comes de Oliuares.
Comes de la Puebla.
Comes de Sancto Stephano, del Puerto.
Comes del Castellar.
Comes de Cocentayna. 20
Comes de Albada.
Comes de Aranda.
Comes de Oliua.
Comes de Gallada.
Comes de Fuenzes.
Comes de Belchit.
Comes de Saftago.
Comes de Morata.
Comes de Lagumera.
Comes de Quirre.
Comes de Aithona. 30
Comes de Almenara.
Comes de Puno enroftro.
Comes de Chinchon.
Comes de Barajas.
VICECOMITES.
Vicecomes de Almiria.
Vicecomes de Chelua.
Vicecomes de Peralda.
Vicecomes de Ebol.
Vicecomes de Bas. 40
Vicecomes de Blanes.
Vicecomes de Valduerna.
Vicecomes de Gaiano.
Vicecomes de Sterlie.

PORTUGALLIÆ MAGNATES ET
Algarbiorum.

Comestabilis, qui nunc est infans Ludouicus,
Regis frater, ac Præfetus regnorum con-
finium, qui vulgo Fonteiro maior dici-
tur. Is enim Ludouicus magister quoque,
quitum Rhodiensium est.
Dux Brigantia. 50
Dux Colimbriensis.
Dux Visensis.
Dux Trancoffensis.
Dux Barcelensis.
Dux Aueriensis.

MAR-

MARCHIONES.

Marchio de Villa Real.
Marchio de Torres Nouas.
Marchio de Monte Maior.
Marchio de Ferreira.

COMITES.

Comes de Marialua.
Comes de Tentugal.
Comes de Penella.
Comes de Alcontim. 10
Comes de Portalgre.
Comes de Feira.
Comes de Lonle.
Comes Monsancto.
Comes de Faro.
Comes de Arganil.

Comes de Abrantes.
Comes de Vimioso.
Comes de Villa noua.
Comes de Linhares.
Comes de Vidigeira, Navarchus, vulgo A-
miraldus.
Comes de Sortelha.
Comes de Castanheira.
Comes de Prado.
Comes de Redondo.
Vicecomes de Lyma.
Regni Archithalassus, vulgo terra Amiral-
dus.
Baro de Aluito.
Rektor, siue Prætor, omnium regnorū, vul-
go Regedor.

Hi Hispaniæ magnates mihi tantum cogniti sunt, puto adhuc alios extra meam
notitiam esse, quos hic adiungat, quisquis eos me melius nouerit. Quorum pro-
uentus viritim nō exprimo. Id enim curiosus lector apud Lucium Marinæum Si-
culum requirat, qui rem non omnino infelicitè tentauit. Ego autem perspicuus
20 cum quibusdam istorum Principum plus, aliis minus diuitiarum, quam possidēt,
tribuere, & sciens quam difficile sit alienas facultates ad vnguem enumerare, vo-
lui potius silere, quam rem non satis appensam euulgare: id etiam veritus, iisdem
ipsis principibus non satis placitum iri huius rei singularem propalationem. Inter
quos autem (nomina fileo) aliquot sunt (vt verissimum est) centum, octoginta, se-
ptuaginta, sexagintaque millia ducatorum aureorum annue possidentes: non pau-
ci quinqueaginta, quadraginta, triginta: multi viginti, quindecim, decemque. Cæte-
ri omnes hac summa inferiores, ad minimum trium millium redditus habent. Sic,
vt sine mendacio asserere quis possit, Hispaniæ magnatum annuos proventus vige-
30 sies centena millia ducatorum attingere, vel ultra. Sunt præterea in Hispania nō
pauci nobiles titulis, vel dignitatibus obscuro, decem, quindecim millia ducatorū
annue habentes, estque aliorum ingens numerus, qui a millibus ad decem millia du-
catorum usque annue possident. Sunt etiam Reguli, quos pastores Hispani vocāt,
triginta, quadraginta, millia ouium, & magnam bouum, equorum, mulorumque mul-
titudinem possidentes, quorum familiæ amplissimæ sunt. Ex quo apparet nō fru-
stra dictum, in Hispania talentari precio arietes admiffarios emi, asinos quoque ad-
missarios, & asinas ad sceturam, 40. sestertiis.

Ornatur etiam Hispania maximo Sanctorum numero, quorum Martyrū tan-
tum Indicem hic scribere nobis non indignum visum est, cæteros propter proli-
40 xitatem omittimus.

S. Vincentius.
S. Laurentius.
S. Victor.
S. Fronto.
S. Istinius.
S. Apodonius.
S. Linxius.
S. Successus.
S. Faustus.
50 S. Martianus.
S. Vrbanus.
S. Publius.
S. Maturnus.
S. Casianus.
S. Felix.
S. Ianuarius.
S. Primitius.
S. Quintilianus.
S. Enotus.
S. Cecilianus.
S. Frontonius.
S. Optatus.
S. Seruandus.
S. Germanus.
S. Facundus.
S. Primitius fratres.
S. Felix I I.
S. Cericus.
S. Anastasius.
S. Faustus I I.

MMm iij

S. Iannarius I I.
S. Marialis.
S. Speratus.
S. Natalis.
S. Cerinius.
S. Beturius.
S. Felix I I I.
S. Aquilinus.
S. Latiarius.
S. Iannarius I I I.
S. Florentius.
S. Fruentiosus.
S. Augurius.
S. Eulogius.
S. Claudius.
S. Lupercus.
S. Victorius.
S. Eusebrius.
S. Celedonius.

Hi omnes Christi Martyres, vt eorum vitis apparet, fuerunt. Est autem aliorum ingens copia, quam, ne lectoribus tædio simus, prætermittendam duximus.

Habet hoc tempore Hispania has vniuersitates, opulencia & professorum eruditione celebres:

1 Salmanticensis.
2 Complutensis.
3 Colimbriensis.
4 Pincianensis.

S. Eugenius, primus Archiepiscopus Toletanus.
S. Zoilus.
S. Eustratia.
S. Leocadia.
S. Eulalia.
S. Christeta.
S. Sabina, sorores S. Vincentii.
S. Iulitta, mater S. Cerici.
S. Digna.
S. Generosa.
S. Bessa.
S. Donata.
S. Secunda.
S. Eufrosia martyr & virgo.
S. Centolla.
S. Helena.
S. Nunilonia.
S. Alodia, sorores.

10

20

QVIBVS VIRIS DOCTRINA PRÆCLARIS Hispania quoq; fulget, accipe.

30

Fronto Præsul & Martyr.
Fulgentius Præsul & Martyr.
Audentius Præsul.
Ioannes Præsul.
Sanctus Isidorus Archiepiscopus Hispalensis.
Sanctus Leander Archiepiscopus Hispalensis.
Colimpius Præsul.
Pacianus Barchinonensis Episcopus.
Paulinus Præsul.
Sanctus Victor Præsul.
Valerius Præsul.
Antonius Præsul.
Sanctus Vincentius Martyr.
Zoilus Martyr.
Sanctus Dominicus Calaguritanus, ordinis Prædicatorum author.
Matorianus vir præclare doctus.
Auitus presbyter.
Sanctus Ildefonsus Archiepiscopus Toletanus.
Sanctus Iulianus Archiepiscopus Toletanus, cuius meminit Magister Sententiarum

libro quarto.
Sanctus Antonius Pysipponensis, qui Paduanus dicitur.
Paulus Episcopus Burgenfis, vir præclare doctus, et Iudeus natione, sponte Christianus factus, scripsit non pauca Theologica, nec indocta.
Tostatus Episcopus Ebulensis, scripsit in nouum & vetus instrumentum.
Rabbi Abenezra doctissimus Iudeus, magnus Theologus.
Rabbi Moyses Iudeus Theologus & Medicus insignis.
Rabbi David Chimbi, insignis Theologus.
Moyse Cordubensis Theologus Iudeus.
Rabbi Camora Theologus.
Hugo de Folieto.
Arnoldus de Villa noua, Raimundi Luli præceptor.
Raimundus Lulus.
Aquilus Seuerus.
Gualterus.
Ioannes Toletanus.
Iouentius Cardinalis.

40

50

Vincentius

Vincentius Monachus.
Duo fratres Coroneles, insignes Theologi.
Franciscus Ximenez, Cardinalis, qui Academiam Complutensem instituit.
Sotion Philosophus Peripateticus.
Auicenna Medicus præclarus & Philosophus.
Auerrois quog; Medicus & Philosophus.
Rafis Almanzor.
Mesalac Medicus Astrologus.
10 Habramus Astrologus.
Albunazar Astrologus.
Cacutus Iudeus Lusitanus, magnus Astrologus.
Fortunius Gratianus Iurisconsultus, cuius opera rara, sed absolute scripta, extant.
Alfonso Rex Castelle, huius nominis decimus, Romanorumq; Imperator, magnus Astrologus.
Henricus Infans Portugallia, Mathematicus insignis, qui primo nouas terras suo studio & industria reperit.
20 Seneca Orator magnus, & Philosophus Stoicus.
Anneus Gallion Seneca, Seneca frater.
Lucius Anneus Seneca Tragicus, Annei Gallionis Seneca filius, Senecaque oratoris nepos.
Columella.
Dexter.
30 Theodosius Cesarensis.
Iulius Higinius.
Portius Latro, Orator insignis.
Lentus Cornelius, præfectus Cesaris.
Paulus Orofius.
Quintilianus Orator insignis.
Pomponius Mela.

Hi omnes, præter alios nonnullos, quos, cum adhuc viuant, silentio prætereo, Hispani fuerunt: ex quo apparet, nostrates non tam infelicitè discere, nec verbositate & simulatione sapientiam ostentare, vel tam multis nominibus & consuetudinibus barbariem colere, quam Munsterus in suo nouo Ptolemæo prædicat, vbi ad imitationem cuiusdam Michaelis Villanouani, hominis mihi incogniti, & hac in re non mediocriter lapsi, Hispanorum & Gallorum comparationem induxit. Puto eum, cum Basileæ profiteatur, Gallis, ad quos reliqua Basilea spectat, excepta tertia ferme parte, qua secundum Rhenum Germaniæ adhæret, potius quam Hispani ad blandiri voluisse. quamobrem vt doceat ita esse, quod dicit, opus est, vt nobis depromat vel vnum Senecam, Quintilianum, Portium Latronem, Auicennam, Lucanum, Prudentium, Iustinum, Columellam, Orofium, Melam, Silium, Martialem, Iuuenalem, & alios istis similes, & tum damnet Hispanicam indolem, eamq; Gallicis & Germanicis ingenius postponat. Quod si nec Germani, nec Gal-
40 li istos, quos supra recitauimus, viros adæquæt (Erasmum & Budæum excipio) quid est quod conuitium nostræ genti de stupore faciat? Fateor aliud seculum alio florentius, nec nunc esse laudem eam eruditionis quæ olim Hispaniæ fuit, non tamen bruta est illa terra, quæ talia ingenia produxit, nec quia aliquandiu talia non produxit, in omne æuum effœta habenda est. Quod si nunc non tot chartas oblinunt Hispani, quot nonnulli faciunt, nec edendis alienis libris plagium

Iustinus historicus.
Lucius Latiarius Orator.
Senerius.

Silius Italicus.

Henricus Marchio de Villena, magnus magicus.

Ioannes Ludovicus Pines Valentinus, Orator.

Damasus Pontifex maximus, insignis Poeta.

Aurelius Prudentius Poeta.

Iuuenius Poeta.

Arator Poeta.

Sedulius Poeta.

M. Anneus Lucanus, L. Annei Mela filius, qui Mela frater Seneca & Gallionis fuit.

M. Valerius Marialis.

Sextilius Hena Poeta.

Ruffus Festus Anicinus Poeta.

Dec. Iunius Iuuenalis, oriundus ex Aquino Volscorum.

D. Georgius Narrique, Poeta insignis.

Henricus Caiadus Poeta Lusitanus & Mene-
sius, de quibus Erasmus in suo Ciceroniano meminit.

Laurentius a Caceres Lusitanus, Poeta & vir non vulgariter eruditus.

Ioannes de Mena Poeta.

C. Iulius Higinius Augusti libertus, Grammaticus insignis.

Antonius Nebrissenfis eximius Grammaticus, & varia eruditionis vir, vt Erasmus in suo Ciceroniano restatur.

D. Garfias Lasso a Veza, Poeta insignis.

Alfonso Viruesius Episcopus Canariensis, Theologus insignis.

Gomeffius peritus iuris, scripsit super Instituta.

MMm iij

committunt, nihilo deteriores illis qui se furtis librorum venditant, existimandi sunt. Edunt fortasse Hispani pauca, sed edunt sua, nec falsarii hac in parte, nec fures, estq; nobis ista modesta scribendi ratio cum Italis communis. Non incesso vllam gentem, quorundam vitia tantum attingo, & qui de vitis suis, genti suæ gloriam, aliis nationibus probum concinnant. Habuit hac tempestate Gallia Budæum, & Fabrum Stapulensem, & alios viros doctos, sed habuit. Conuixerunt etiam istis nonnulli Hispani illorum eruditione non plane inferiores, quorum nomina, cum cognita sint, prætereo. Habuit quoq; Germania Erasmum, sed habuit: habuit Longolium, ambos Batauos, quam provinciam nonnulli nec in Germania, nec in Gallia constituunt. Sed sit Germaniæ vel Galliæ, fuerunt isti viri ornamenta incomparabilia suarum gentium, sed fuerunt: ita nobis quoq; Quintiliani, Senecæ, aliiq; innumeri fuere. Præteriti temporis est, quod vtrobiq; pro gloria iactatur, nisi nobis allegent Philippum Melanchthonem, columnen Germaniæ. Fateor eum hoc tempore cum illis antiquis Hispanis in arenam descendere potuisse, si se Theologiæ ac fidei negociis non implicuisset, quibus dum incumbit, contabescunt studia illa, ob quæ nostro æuo inclaruit. Nec defuissent Hispaniæ ab hinc annis plus mille præclara illa ingenia, quæ semper enutrire solita fuit illa provincia, si a Gothis, Alanis, Saracenisq; incultis hominibus, ab omnique genere disciplinarum abhorrentibus, non fuisset tam diu occupata. nunc vero hac barbarie vtcunq; expulsa, non dubitet Munsterus, quin Hispani posthac, ad laudem eruditionis non fegni gressu sint progressuri.

Longolium, vt ex quadam epistola Erasmi ad hunc nostrum Damiani a Goes apparet, prorsus punitus Hollandus est, Sebastianus natus.

INDEX DVCVM HISPANIÆ.

- Viriatus Lusitanorum Dux, cuius facinora Romanorum historia late prædicant.*
Megara Dux Numantinorum, Romanorum temporibus præclarus, vt testatur L. Florus lib. 2. cap. 18.
Rex Pelagius, qui ob vitæ sanctitatem, Dei miles vocabatur. Is enim Hispaniâ Cantabricam a Maurorum incursionibus immunem fecit, eosque ex regno Leonis, ciuitate accepta, expulit.
Bernardus a Carpe, Dux præclarus & vir excelsus, qui Carolum Magnum Imperatorem & duodecim Franciæ Pares apud Ronces valles denicit, quamquam Gallorum Annales Hispanis hanc victoriam denegent.
Ferdinandus Gonzalues, Comes Castelle eius que nunc regnum est, & antiqua Castella vocatur, in cuius historia late patet, quante virtutis vir fuerit, atque filius eius Gartias Ferdinandus & Santius nepos.
Rodericus Diaz de Bivar, cognomento Gid, qui bonam partem Hispaniarum ex tyrannide Maurorum liberauit, cuius nomen inter Mauros terribile, & magnæ venerationis fuit.
Ferdinandus cognomento Sanctus, Rex Castelle, qui ex Vandalucia, mira virtute Mauros fugauit, provinciamque sibi obtinuit.
- Iacobus Rex Aragoniæ, qui regnum Valentie & Baleares insulas a tyrannide Maurorum liberauit.*
Alfonfus primus Rex Lusitaniæ, qui ex toto ferme regno Mauros expulit, cuius gesta magis videntur diuina, quam humana.
Ioannes huius nominis primus, Rex Lusitaniæ, qui cum inops & abiectus esset, propria arte & virtute, Castellanis, maioreque parte Lusitanorum etiam reluctante, totum regnum sibi vendicauit.
Comes Nonius Aluarez Pereira Lusitanus, qui Regis istius temporib; vixit, cuius insignia gesta historie nostre late prædicant, vir sane magnanimus, & supra hominum vires in bello strenuus, ex quo duces Brigantiæ originem suam ducunt.
Ferdinandus Infans Castelle, qui postea fuit electus Rex Aragoniæ, qui miras victorias contra Mauros in ipsa Hispania obtinuit, vt testantur historia.
D. Franciscus ab Almeida Lusitanus, qui ingenti classe Babylonie Sultani atq; multorum Indiæ orientalis Regum deuicta, Turcas ex ipsa India expulit, cuius Ludouicus Ro. in suo itineraio amplam facit mentionem.
Alfonfus de Albuquerque Lusitanus, qui ferme totam Orientalem Indiam sub imperium nostrum reduxit.
Ferdinandus a Vallo, Marchio de Pescara, qui Gal-

- qui Gallos apud Ticinum debellauit, eosq; ex Italia fugauit, quo in prælio Franciscus Gallorum Rex interceptus fuit, & in Hispaniam captiuus adductus.*
Ferdinandus Cortesius, Marchio de Valle, qui in Indiis occidentalibus magnam Temysitiam ciuitatem & regnum, non sine incredibili admiratione regno Castelle edomuit.
Franciscus Picarrus, qui in ipsis Indiis occidentalibus Imperatorem Atabalipam deuicit, & supplicio tradidit, eiusq; diuites atq; aliorum principum sub Castelle imperium redegit.
Antonius a Leina, vir præclarus, qui arte & virtute Italos sepe armis superauit, & pondus tuendi, contra ipsorum Italarum ac Gallorum potentiam, Mediolanensem Ducatum ad extrema usq; suspiria sustinere valuit.
Antonius a Sylueira Lusitanus, qui postre-
- mo apud Diuum Turcas ex India orientali iterum profugauit, & magnam Cambaiæ regnum Lusitanis subiecit.*
Goncallus Ferdinandus Cordubensis, qui regnum Neapolitanum nostris temporibus edomuit, idq; sub imperium Hispaniarum redegit.
Eduardus Pachecus, vir Lusitanus, qui aduersus Regis Calecuti potentiam, prolixum cruentumq; bellum gessit, in quo diuersas & incredibiles victorias obtinens, ipsum Regem fuga salutem petere coegit.
Habuit & habet Hispania alios præclaros Duces, quos prætermitto, & hos tantum, qui virtute cum Casare & Alexandro certare possint, pono.
Videtur etiam Hannibal potius Hispanus, quam Pænus fuisse, si Floro fides aliqua est, cum libro 2. cap. 6. asserat, ipsum Hannibalem alitum, educatum, & enutritum fuisse in Hispania.

IMPERATORES GESTIS PRÆCLARI,
nati & oriundi Hispani.

- Vespassianus.*
Tius Vespassianus.
Nerva.
Traianus.
Adrianus.
M. Antoninus philosophus.
Theodosius Magnus.
Arcadius.
Honorius.
Theodosius Minor.
- Alfonfus huius nominis decimus Rex Castelle.*
Maximilianus.
Carolus V. Rex Castelle.
Ferdinandus Infans Castelle.
- PONTIFICES HISPANI.
Damasus historicus scriptor & Poeta.
Ioannes XXI. Medicus insignis, Lusitanus.
Benedictus XIII. doctissimus vir.
Calixtus III. Iuris prudentiæ peritissimus.
Alexander sextus.
- Vernacula, quæ nostra tempestate ex Hispania in Galliam, & alias provincias adferuntur, hæc sunt, nec scitu indigna, præter non pauca, quæ cum in ipsa provincia his temporibus absumantur, vt puta frumētum, argentum, cuprum, plumbum, glastum, rubia tinctorum, gossipium, & multa alia, vel quod magni momenti non sint, in ipso catalogo referre nolimus. Vehuntur nauigio Brugas ciuitatem Galliæ Belgicæ, singulis annis quadraginta millia lanæ sarcinarum, quas faquas vocant, quarum vnaqueque vt minimum precium viginti ducatorum aureorum, vel æquat, vel superat. In Italiam quoque ac in alias Galliæ ciuitates, viginti ferme millia sarcinarum vehuntur, quarum quæ in Italia consumuntur, quod selectioris lanæ sint, quadraginta, quin quaginta ducatis aureis singulæ venduntur. Sericum & panni serici, quæ tam in Galliam, quam in Italiam, Angliam, aliasq; provincias euehuntur, precio innumerabili constant.
- Deferuntur etiam, vt summatim dicam, ex Hispania in Galliam Belgicam, & alias provincias vina multorum generum.
- Oleum.*
Saccarum.
Cera.
Mel.
Orixa.
- Crocum.*
Vua passe.
Ficus passe.
Sal.
Alumen.

Murex, siue purpura.

Coccum.

Smegma, siue sapo.

Mala Medica, siue aurea.

Mala Citria.

Mala Granata, siue Punica.

Cydonites, siue (vt barbare dicitur) codigna-

Oliua condita.

Limonis.

Capparae.

Prunapassa.

Amygdala.

Pinei.

Castaneae.

Glycyrrhiza.

Anisum.

Caruis.

Anethum.

Cuminum.

Corianon, siue coriandrum.

Thymi saliti.

Balena salita, atq; earundem oleum.

Suberum codex.

Galla.

Bacca laurina.

Hyacinthi.

Gagates.

Iaspis.

Alabastrum.

Corallum.

Coria hircina.

Spartum.

Pelles multorum animalium, ad vestes suf-

fulciendas.

Aurum.

Ferrum.

Chalybs.

Stannum.

Minium.

Argentum viuum.

Fructus quoque diuersorum generum, sac-

caro conditi.

PRO HISPANIA ADVERSVS

MUNSTERVM DEFENSIO.

EX hoc, charissime Nanni, videre est Hispaniæ fertilitatem, quam hisce verbis Munsterus, egregius Michaelis Villanouani imitator, ad Galliæ comparationem ita describit. Qua in re facit, vt suspecti iudices, inuidia, vel muneribus, vel odio obcæcati, soliti facere sunt, qui vera cum intelligant, falsa tamen pronunciant, dum inquit in suo Ptolemæo, vt eius verba referam: Mercatores ex Hispania in Galliam deferunt sericum, & omnis generis pannos, lanas, crocum, faccarum, orizam, oleum, alumen, grana tinctorum, &c. ex Gallia in Hispaniam frumentum, lineas telas, filum, pastel, libros, & minutiora alia mercimonia plurima, vt gladios, specula, acus. Concedamus Galliam mittere frumentum (quanquam id raro contingat) cum potius id Germaniæ orientali debeatur, cuius frumentum nauibus Batavorum ad littoralem Hispaniam, eamq; oceano attigam subuehitur. Hi enim inuectitia annonæ ab hinc annis 25. plus minus vsi sunt. Ad mediterranea Hispaniæ exoticum frumentum non peruenit, certe pro singulis culeis ex Gallia, singule holcades frumento onustæ ex Hollandia appulerunt. Tamen demus hoc Munstero & præceptoris suo Villanouano, vt vera sint quæ dicunt: quid, an non ex ipsorum verbis apparet, Hispaniam Galliæ plus impertire, quam Galliam Hispaniæ? Miror autem, cur, dum agrorum fertilitatem vtriusq; prouinciæ inter se confert Munsterus, asseuerat Hispaniam vini, frumenti, & carniū copia a Gallia vinci. Vbi (vt de hac Galliæ vbertate disceptemus) auditum est, aut visum, ex Gallia in Hispaniam vinum deportatum esse: nisi forte ad confinia Cantabriæ, & id raro, quippe cum ii magis amplectuntur Hispanicū, etiam dilutum, quam Gallicum merum. Prodeat nunc Gallia Belgica, ac Anglia, Irlandia, & Scotia, simul cum Noruegia, Dacia, Suecia, Moschouia, Russia, Liuonia, Lituania, Prussia, ac tota orientalis Germania, nec non Hollandia, & testentur quid vini Hispanici in ipsarum sinibus absumatur. Deinde si iam ex Gallia in Hispaniam frumentum, vt vult Munsterus, inuehitur, id non ex natua malignitate soli, sed ex adpectu, vt aiunt, astrorum accidit, quæ hostiliter ab anno 1516. ad hunc vsque diem, morbis, cædibus, calamitatibus, prouinciā afflixerunt, alioqui fertilis est Hispania, vt testatum antiqui scriptores reliquerunt. Et vbi hæc sæuities siderum mitigata fuerit, petent a nobis Galli frumentum,

mentum, vt antea soliti fuerunt facere. Hoc credo ignorasse Munsterum, Gallos a nostris crebrius, quam nos ab ipsis, olim frumentum expetisse. Nec hoc tempore peregrino frumento indigeremus, si omnes (vt in Gallia & aliis prouinciis fit) Hispaniæ partes quæ coli possunt, colerentur. cuius enim vbertas tanta est, vt maiori anni circulo mediastini atque plebei homines, ex syluestribus fructibus, melle, herbisque laute vititare possint: quæ res eos parum ad agriculturam propensos efficit. Accedit ad hoc nouæ Orientalium Occidentaliumque Indiarum nauigationes, continuum quoque bellum Africanum, atque Italicum, quæ nostri magis amplectuntur quam aratri labores. Vnde euenit non solum apud nos agriculturam negligi, sed etiam metalla quorum venis adhuc Hispania abundantissime ornatur, ex visceribus terræ non effodi. Cætera quæ Galliæ sunt, veluti lineæ telæ, filum, glastum, facile iudicabis an ea tanti sint, vt cum Hispanicis frugibus conferri possent, quanquam maior pars telarum & fili canabacei, quæ in Hispaniam apportantur, Bataviæ solum producat. Quod ad carnes autem spectat, verius ipsa veritate est, non tantum in Galliam ex Hispania boues, sed magnam quoque mulorum copiam educi, equos etiam, sed furtim, ob Regum edicta. Reliqua autem quæ sequuntur, futilia sunt, indignaque tanta comparatione. Nec hoc contentus Munsterus, vt per omnia suum autorem Villanouanum sequeretur, stomachū in Hispanos euomit, credo re vera, eum non nunquam ab aliquo Hispanorum iniuria aliqua lacessitum fuisse, cum sic in eos verbis debacchetur. Ait enim, frugalis vitæ Hispani, sicut & Itali (etiam Italos noluit immunes a suo temerario iudicio) nec tantum cibi & potus, vt Galli & Germani, absumentes, nisi sint inuitati. nam tunc se ad saturitatem explent eduliis, quia rara eis & maiore auiditate accidunt conuiuia. Elegans scomma, & dignum quod topographiis prouinciarum inscra- tur, quasi Gallorum & Germanorum conuiuia, splendida plane & opipara sint habenda. Satis ibi ciborum & potus, sed externi homines non de copia conqueri solent, sed de lautitia & elegantia. Sed sinamus vnumquenque patrio more viuere, atrum panem, stipulis, surfuribusque vna pistis commistum, foetidam cereuisiam, carnesque salitas, ter quaterque recoctas, assasque, sibi suisq; familiaribus administrare, vel aquam & herbarum placetas. Quod si de numero conuiuiorum disputandum est, vincunt Germani & Galli: si de magnificentia, splendore, lautitia, elegantia, multis modis Galli & Germani ab Italis & Hispanicis vincuntur. Cæterum laudes conuiuiorum si quæ sunt, non ab Hispanicis Hispaniæ, nec a Germanis Germaniæ vindicandæ sunt, sed id iudicium exteris hominibus committendum est. Exitus certe & finis conuiuiorum, honestior in Italis & Hispanicis, quam Germani & Galli eo animo conuiuia aggrediantur, vt vino se adimpleant, refarciantque: quo feruente, animus, sensus, iudicium, ratio, reuerentia, grauitas, sedulitas, prudentia, & alia multa amittuntur: iniuriæ, cædes, luxus, supra, clandestinæ locutiones, consiliorum Principum amicorumque effusiones, vulnera, plagæ, infidiæ, prodiones, aliaq; infinita perpetrantur. Itali & Hispani contra, sic ad conuiuia se ornant, vt bene saturi & cibus referti a mensa discedant. Hic tamen corporis salus repletionem grauetur, animus tamen & ratio, vt accidit in ebris, minime læditur. Ita fit, vt qui vinum intemperanter ingurgitant, animum, conscientiam, corpus, honorem, vitam labe tingant. Qui autem cibi voraces sunt, corporis tantum salutis noxii sunt. Istis perpenis, iudicet æquus æstimator, penes quos laus istius rei consistere debeat. Nec mihi ideo ista dicta sunt, quod magni esse momenti putem hac in parte vel vinci, vel vincere, sed quod ferre non potui, Hispanos tanquã famelicos & cœnipetas, nunquã nisi de alieno saturos, a Munstero describi. Neq; mea dicta a Munstero accipi volo, veluti recriminationem, sed admonitionem, vt cautius posthac & syncerius in suis scriptis agat. Virū enim eū bonū scio, & aliquo vsu familiaritatis mihi cognitū habeo. Nec prætereundū puto id quod deinceps idē dicit, cū re non intellecta, multorū etiã sit opinio, quod duriter & inciuiliter apud Hispanos aduenæ excipiatur, adeo, vt itinere defessi, cibū sibi vicarim querere cogantur. Res sic se habet: Olim pado chei Hispaniæ, ad quos viatores tā peregrini quã incolæ diuertere solebāt, fures atq; latrones erāt, sicut Germaniæ, Galliæ, aliarūq; prouinciarū

hodierna die non pauci sunt: quales si non essent, nō tam subito in immensum distenderēt. Hæc perpendentes catholici Ferdinandus & Elizabeth Castellæ & Aragoniæ Reges, lege sanxerunt sub magna multa, ne quis cauponum pandochæorumq; quicquam præter domesticum seruitium, & cibi coquendi operam, aduenientibus præberet. Pro equis autem hordeum, auenam, fœnū, stramen tantum venderet, quarum rerum precium publica æstimatione ipsis foribus diuersoriorum inscriptum est, ita ut barbarissimus, & simplex homo cuiuscunq; nationis, facile intelligat, quid pro domestico seruitio, quid pro equorum alimento, sine aliqua licitatione hospiti dandum sit. Hospes præterea tenetur cum aduena in forum, & ad propolas procedere, vel aliquē ex suis eo mittere, cuius opera utatur externus in eduliorum emptione, quæ empta in diuersorio parantur, parataque ipsis, strata mensa, apponuntur. Sic fit, ut discedente aduena, nihil rixarum oriatur, nihil ei auferatur, nihil extorqueatur, cum ipse met cibos sibi emat, sibiq; ex tabulis diuersorio affixis constet, quid hospiti annumerandū sit. Hæc autem in ciuitatibus & oppidis tantū fiunt: in pagis & villis, ubi propolæ desunt, licet pandochæis edulia vendere pro arbitrio, cætera ex tabularum, tessera indicantur. Hæc immanitas non tā fera videtur, quam a Munstero depingitur. Deinde si ad humanitatem Italorum Hispanorumq; respicias, hæc inuenies, cum ad eorum ciuitates veneris. Amicitia contracta, officium suum vnusquisq; gratis offeret: quicquid dignum visu sit, ostendet: circumspicet, visiq; omnibus, te ipsi in hospitium tuum deducet. At si quenquam illorum, dum gratus esse cupis, in prandio, vel in cœna retinere volueris, vix ab eis illud impetrabis, id præcauentibus ipsis, ne homini peregrino, & sumptui, & molestiæ sint. Tandem ex viginti, si tot cōmites habueris, vix vnum aut alterum retinebis, nec id efficies, donec clare intelligant, ex animo, & nō si cœ, eos tibi conuiuas velle. Galli contra & Germani, ut verum est, & experti sumus, humanissimi in peregrinos sunt: quicquid visendū in suis ciuitatibus habent, ostendunt, omneque officium benigne exhibent. Sed peractis spectaculis, ubi diuersorium reperis, siue frigide, siue ardentem ipsos inuitas, faciles eos habes, nec opus est magna contentione precum, idq; laudo. est enim illud ingenū cuiusdā & candidæ simplicitatis, nihil fictū existimare in verbis inuitatoris. Sed sunt nonnulli improbi- res, qui se vltro tuæ mensæ ingerūt, idq; magno numero, quos antea nec noueras, nec videras, itq; non quia amici sunt, sed se amicos aliquando futuros sperant, pro Pythagorica lege omnia futurorum amicorum communia credunt, homines mer- hercle non male ad ventrem philosophantes. Postremo in Italia, Hispaniaq; dum templa, arces, armamentaria, ædificia, huiusque generis alia inspexeris, vela domo amici alicuius tui, apud quem hospitaberis, discesseris, si custodibus, vel operariis, aut amici famulis, aliquam gratuitā pecuniolam dare coneris, efficies pro amico, ut inimicus abeas. Tanta est eorum magnanimitas, ut peregrinis hominibus, gratis officium suum exhibere contendant. Et si aliquando talia munera istis accipere contingat, id vi coacti, & omnino reluctantes faciūt. At Germaniæ Galliæve famuli arcium, armamentariorū, templorumq; custodes multo contra, nulla humanitate nec decore seruato, non tantum non recusant, quod facere non nouerunt, sed antea quam offeras, præbent ipsi manus, sic ut qui sub arcis præfecto meretur, janitor, custos, pincerna, pistor, lotrix, cocus, omnes demum quotquot sunt, prædam inter se, antequam des, calculis diuidant. Pariq; modo in familiis amicorū sit. a quibus enim amicis antea quam discedas, omnes famuli inter se computatione lucrum aduētantis liberalitatis diuidūt. quæ res ita increbuit, ut pro dedecore iam non habeatur. Ad istum modum humanitate vrbani- tateq; hæ nationes differunt.

Nunc iudicet Munsterus, & ferat ipse sententiam, & dum mores gentium scribere conatur, edat ea tantum quæ ipse viderit, & certissima habuerit. Mutantur quotidie ciuitates, oppida, mores, viuendique hominum rationes, nec iam Germania Galliaque tales, quales nobis a Cæsare depinguntur, nec tam barbaræ sunt, quod idem æstimare licet de cæteris nationibus. Quid enim hoc tempore minus verum, quod olim verissimum fuit, mercaturam Germanos ob ferocitatem non exercere, cum hoc tempore nullibi magis Mercurius colatur? Aut eis Solem, Vulcanum,

canum, & Lunam deos ascribere, eisdemq; ad annum vigesimum vsque pubertatem inuolatas esse? Nonne si quis id dicat, vaniora dixerit, quam si quis etiamnum Druides adhuc apud Gallos sacrificia administrare, eosq; pro victimis, vel alios homines, vel seipsum immolare, aut Lusitanos lineis thoracibus in bello uti, aut ex intestinis captiuorum hominum futura prædicere, vel hordeaceum vinum bibere, & pro oleo butyrum in conuiuio sanguineorum vsurpare, cum hæc omnia iam euauerint, & alia viuendi ratio introducta sit? Demum si Munsterus nouos nostri temporis hominū mores describere velit, inuisat prouincias, ut ipsi fecimus, actunc ea quæ experientia viderit, scribat. Quod si fecisset, non oleo carere Baleares dixisset, non Hispaniam sterilem, non eius incolas immanes, atq; in discendo rudes, non Nerium promontorium Celticum vocasset, & in Algarbe, cum in Gallitia sit, pronunciaisset, nec multa alia vana, quæ prætermitto, suo Ptolemaeo inseruisset. De his satis, ne videar incandescere, aut minutias rerum non satis minute tractare. Tamen sciat Munsterus, hanc ipsam Hispaniam, de qua nunc loquimur, eandem esse, quam ex omnibus prouinciis Cæsar ab initio quæsturæ suæ semper chariorem & electiorem habuit, in qua nullo tempore, ob hominum magnanimitatem, & militaris disciplinæ industriam, Romani deserunt legiones habere, teste Hircio. Quam etiam Vespasianus tanti fecit, ut ei ius Latii tribuere non formidauerit. Hæc numero deuicta a Romanis, ut Cicero de respons. Arusp. asserit, nunquam fuit, sed pietate & religione, quam Romani tunc temporis sibi soli tribuebāt. Huic ut cederet terra Creten- sis, Iouis incunabulis elata, Plinius iunior in suo Panegyrico voluit. Cuius, inter alia, hæc verba sunt: Adde tot egregias ciuitates, adde culta inculataq; omnia vel fructibus plena, vel gregibus, adde auriferorum opes fluminum, adde radiantium metalla gemmarum. Scio fabulas poetarū auribus insulcendis repertas, aliqua nonnullis gentibus attribuisse miracula, quæ dum sint vera, sint singula, nec iam excutio veritatem: sint, ut scribitur, Gargara prouentu læta tritici, Meuania memoretur armento, Campania censeatur monte Gargano, Lydia prædicetur amne Pactolo, dum Hispaniæ vni, quicquid laudatur, assurgat. Hæc durissimos milites, hæc expertissimos duces, hæc facundissimos oratores, hæc clarissimos vates parit, hæc iudicum mater, hæc principum est, hæc Traianum illum, hæc deinceps Hadrianum misit imperio. Huic te debet imperiū. cedat his terris terra Creten- sis, parui Iouis gloriata cunabulis. De hac etiam maxima ductus admiratione Budæus lib. 4. de Asse, cum multorum antiquorum auctoritates in medium attulisset, ista loquitur: Ingentia sunt hæc testimonia de opulencia Hispaniæ. Vltimus ait: Multa adnotauimus quæ fide caritura sunt, ut opinor, præsertim apud eos qui omnia, & præterita, & futura, præsentis temporis modulis metiuntur, &c. Infinita enim sunt, quæ hic de laudibus Hispaniæ scribere potuissim, nisi timerem lectori molestam fore lectionis prolixitatem. Quod si quis latius intelligere cupiuerit, legat id quod Posidonius, Polybius, Strabo, Iustinus, Solinus, vterq; Plinius, Liuius, P. Velleius, Paterculus, Vegetius, Florus, Pomponius Mela, Stephanus de Vrbibus, Philostratus, Diodorus Siculus, Martianus Capella, Cælius de antiquitatibus, atq; Budæus testatū de Hispania reliquerunt, apud quos & alios nonnullos tales ipsius Hispaniæ laudes reperiet, ut facile iudicaturus sit, nos de hac re plura veraq; dicere potuisse: quod & fecissimus, nisi obiectiones nimii in patriam amoris, a maleuolis & infestis hominibus timuissimus.

ADVECTITIA, QUÆ EX ASIÆ, AFRICÆ, NO-
uaq; terræ prouinciis, Regibus Castellæ & Portugalliæ sub-
ditis, quæ innumera sunt, in Hispaniam aduehun-
tur, ac inde per totam Europam.

Primum in Castellam, ex nouis, vel occiden-
tibus Indiis, Hispaniam magna vis auri
deportatur.

Argentum.
Aurea vasa & argentea, mira dexteritate
operata.

NNn

Vniones.

Margarite

Smaragdi.

Cyanos, vulgo Turquina.

Cassa.

Guaiacum lignum.

QVÆ IN PORTVGALLIAM EX PROVINCIIIS

sibi subditis aduehuntur, hæc sunt:

Singulis annis ex Nigritarum regnis deducuntur Vlysiopem 10. 12. millia mancipiorum, præter alia ex Mauritania, India, Brisiliæ, aduectæ, quæ singula passim decem, 20. 40. 50. aureis ducatis venduntur.

Præterea ex Nigritarum provincia apportatur magna auri copia.

Gospium.

Ebur, ex eodemq; vasa non ineleganter exculpta, atq; imagines.

Hebanum.

Mala Getulica, vulgo paradisi grana, seu mala geta.

Coria bouum hircorumq;.

Panni, mira arte ex palmarum foliis cõtexti, nec non ex gospio.

Piper longum.

Orizæ.

Zibelli (vt vocant) mustones vel feles.

Dactyli palmarum.

Ex Brisilia, lignum quod Brisil vocatur, & vestes animum pennis cõtextæ, ac lecti penfiles, ex gospio, instar retium connodati, & saccarum optimum.

EX INDIA ORIENTALI & Cathaio.

Piperis annue tricies quadragesq; centena millia pondi, cuius ceterum libra venduntur Vlysiopem 34. ducatis, supra quartã ducati partem, quæ summa minimum est, duodecim, aut tredecim, aut quatuordecim centenarum millium aureorum ducatorum.

Zingiber.

Muscata myristica, atq; eorum flores.

Cinamomum.

Gariophyllon.

Reubarbarum.

Ex Insulis Madeira Hesperidum, Sancti Thomæ, principis, atq; aliis magna faccaricopia. Glastum quoq; & gospium ac frumentum ex his insulis vehitur. Ex Brisilia, ac Nigritarum provincia, pittacorum, cercopithecorum, simiarum, aliorumq; miraculorum, ingens turba apportatur.

Hæc sunt quæ de fertilitate, opibus, nobilitateq; Hispaniæ, a me, Nanni doctissime, scire petisti: quæ, te volente iubenteq;, ealege scripsimus, vt omnibus ius faceremus castigandi, mutandi, augēdi, quod mirifice exoptamus, haud ignari, plurima esse a nobis omiffa, quibus Hispania ornatur, & celebrari possit. Tu interim vitæ, & vale, boniq; confule. Louanii 12. Cal. Decemb. Anno 1541.

Dactyli.

Indidem ex insulis Canaria & aliis locis, saccarum, coria bubula & hircina, pittaci, simia, atque vestes pennis animum miro artificio contextæ, & alia admiratione digna.

Myrobalani omnium generum.

Cassa.

Dactyli Indici, siue Tamarindi, & omnia aromatum genera.

Crocum Indicum.

Lignum aloes.

Sandalirubri & albi.

Lacha.

Hebanum.

Item gemma omnium generum preciosissima.

Vniones.

Vasa aurea & argentea, mira industria facta.

Panni serici, & aurei.

Tele gospine.

Sericum.

Styrax siue styrace, storax vulgo.

Laserpitium, vulgo Belzoi.

Ambar, gris, vt vocant.

Muschus.

Nuces Indicæ.

Scutella mira arte ex calce concharum factæ, quas porcellanas vocant, quarum nonnullæ precio 50. & 60. & 100. ducatorum venduntur, & alia infinita apportantur, quæ ob prolixitatem omitto.

Elephantes quoq; quinq; vel sex tempore felicis Regis Emarnelis inde allati sunt, quorum, dum puer ipse prudentissimè Regis ab initimis cubiculis esset, tres simul vidit, atque Rhinocerotem unum, qui omnes Regem ipsum equitantem precedebant. Certamini etiam vnus istorum Elephantum cum Rhinocerote, interfuit: spectaculum sane admiratione dignum, in quo Elephas succubuit. Quem ludum Rex ipse felicissimus Emarnel Vlysiopem præbuit, anno (si bene meminimus) 1515. vel 16.

10

20

30

40

50

GENEA-

GENEALOGIA, SIVE LINEA SVCCSSIONIS, REGVM HISPANIÆ, AB ADAMO VSQVE AD DILVVIVM, ET DEINCEPS per temporum seriem ad nostram vsq; ætatem deducta: recens ex Italico translata & in hunc ordinem redacta. Simule etiam diuersi Principum & Ducum militarium catalogi continentur.

Geneleos cap. 5.	Anni vitæ.	us ab Ibero Rege nominabatur Iberia, Hispania nomen obtinuit, quod in hunc vsq; diem perdurat: nimirum quod præclarus & multis virtutum ornamentis insignis Princeps fuerit, suaq; diuisiones plurimū illustrauerit.
1 Adamus, vixit annos	930.	13 Hercules anno diluuij 640. reuersus ad imperium, regnavit 19.
2 Seth	912.	14 Hesperus, an. dilu. 669. regnavit 11.
3 Enos	905.	15 Atlas, an. diluuij 682. regnavit 13.
4 Cainam	910.	16 Sicorus, an. diluuij 695. regnavit 46.
5 Malaleel	895.	17 Sicanus, an. diluuij 726. regnavit 31.
6 Iaret	962.	18 Siceleus, an. diluuij 757. regnavit 40.
7 Enoch	365.	19 Lufus, anno diluuij 801. regnavit 31.
8 Matusalem	969.	20 Siculus, an. a diluio 832. regnavit 60.
9 Lamech	777.	21 Testa, an. diluuij 893. regnavit 74.
10 Noe	950.	22 Romus, anno diluuij 968. regnavit 33.
Ab orbe condito vsq; ad diluuium elapsi sunt anni 1656.		Hic Valentiam urbem nobilem & Regni metropolim, Romam olim a se vocatam, condidit, circa annum diluuij 970.
1 Iaphet, tertius filius Noe.		23 Palatus, post dil. 1001. regnavit 24.
2 Tubal, quintus filius Iaphet, & nepos Noe, primus Hispania cultor & Rex, anno post diluuium 143. regnavit annis 155.		24 Cacus, a diluio 1025. regnavit 36.
3 Iberos, anno post diluuium 298. regnavit 37.		Duorum istorum regum temporibus venit in Hispaniam Hercules Græcus, patria Thebanus, & multa ibidē oppida, præcipue vero ciuitatē Gibraltarem fundauit, & Cadiz urbem, Gades veteribus appellatam, illustrem admodum reddidit.
4 Inbalda, anno diluuii 336. regnavit 64.		25 Erythreus, an. dilu. 1061. regnavit 88.
5 Brigus, an. diluuij 400. regnavit 52.		26 Mellicola, an. a dilu. 1131. regnavit 74.
6 Tagus, anno a 452. dilu. regnavit 33.		27 Abidus anno dilu. 1292. regnavit 35.
7 Betus, an. a diluio 482. regnavit 31.		
8 Deabus, an. a dilu. 514. regnavit 33.		
9 Geryon, an. a diluio 549. regnavit 42.		
10 Hercules, cognomento Orus Libyus, in Hispaniam venit an. post diluuium 658.		
11 Hispanus, an. a dilu. 590. regnavit 17.		
12 Hispanus, an. a dilu. 608. regnavit 32.		

Hactenus enumerauimus priores Hispania Reges, & primos cultores & fundatores, de quibus certo equidem constat, quorumq; res gestas non Ethnici solum pleriq;, sed etiam Christiani Historici copiose descripserunt, quas nos breuitatis causa omitimus. Præter hos vero Reges quos supra recēsumus, nullos in Hispania regno Principes Regesve successisse comperimus, vsq; ad Carthaginensium & Romanorum ætatem. Magnas enim contentiones Romani cum Carthaginensibus & diuturna bella gesserunt de imperio Hispaniæ. In quibus victores ad extremum Romani, pulsis Carthaginensibus, Hispaniam sibi veltigalem fecerunt: quam quidē ad Gotthorum aduentum vsque sub imperio semper habuerunt. Post Abidum Regem nullus in Hispania regnavit, ob ingentem quæ in ea fuit, & celeberrimam illam ariditatem: adeo vt P. Magister Petrus Medina, libro de præclaris & memorabilibus rebus Hispaniæ, cap. 8. testetur, per 6. & 20. continuos annos nullam in ea pluuiam decidisse. Cuius quidem siccitatis omnes Hispanorum Historici constanter & diserte meminerunt. Quod cum nusquam terrarum amplius contigisse legatur, ob eximiam eius raritatem hic annotare libuit. Qui vero fufius

NN ij

hac de re cognoscere desiderat, quoniam id pacto acciderit, is aurorem, quem dixi, legat, & Hispania praeerea Chronicon, a D. P. Ant. Beut. primo editum, translatum deinde Italice, M. Alfonso Vllloa interprete, c. 12. par. 1. Medina vero ille, quem dixi, c. 9. & Beut. exterius nationes commemorant, quae diuersis temporibus in Hispaniam migrarunt: quodq; Hispani sine ullo Rege variis cateruis & itineribus per 26. aut 28. annos ex Hispania discesserint. Destituta porro successore Hispania fuit, anno post uniuersale diluuiū 1332. ante natum vero Christū millesimo. Ingens illa quam supra narrauimus, multoq; nobilissima siccitas, circa annum a diluuiō 1332. contigisse legitur, & ante Domini nostri Iesu Christi natalem 1009.

POPULI SIVE NATIONES EXTERNÆ, QVÆ
POST INGENTEM ILLAM SICCITATEM, IN HISPANIAM migrarunt, eamque occupatam reuerunt vsque ad successionem Regum
Gotthorum.

<i>Celtiarum sive Francorum in Hispaniam aduentus. Vasæus.</i>	<i>Lesbiorum aduentus. Tarapha.</i>
<i>Lydorum in Hispaniam aduentus. Franciscus Tarapha.</i>	<i>Phocensium aduentus. Tarapha.</i>
<i>Thracum in Hispaniam aduentus. Franc. Tarapha.</i>	<i>Nabuchodonosoris aduentus. Tarapha.</i>
<i>Rhodiensium aduentus. Franciscus Tarapha, Vasæus.</i>	<i>Græcorum aduentus. Vasæus.</i>
<i>In hanc ætatem, vel paulo cerie superiorem, incidisse legitur memorabile illud Pyreneorum sive Perineorum montium incendium: quod a pastoribus factum esse, testis est Diodorus Siculus lib. 6. Vasæus & alij.</i>	<i>His successerunt irruptiones & bella Carthaginensium. Vasæus cap. 11. M. P. Medina, Franciscus Tarapha & alij.</i>
<i>Aduentus Phrygum. Franc. Tarapha.</i>	<i>Aduentus Argantonij. Vasæus.</i>
<i>Cypriorum aduentus. Tarapha.</i>	<i>Opes reperta hoc tempore.</i>
<i>Phœnicum aduentus. Franc. Tarapha, Vasæus.</i>	<i>Consentiunt multi historici, &c.</i>
<i>Celtiberorum aduentus. Tarapha.</i>	<i>Amilcaris Barchinonis aduentus.</i>
<i>Ægyptiorum aduentus. Tarapha.</i>	<i>Asdrubalis aduentus.</i>
<i>Milesiorum aduentus. Tarapha.</i>	<i>Annibalis aduentus.</i>
<i>Carum aduentus. Tarapha.</i>	<i>Cn. Scipionis aduentus. Vasæus.</i>
	<i>Consules a Romanis inuecti in Hispaniam.</i>
	<i>Cuius deinceps imperium penes Imperatores sequentes fuit. D. P. Antonius Benterus parte 2. Vasæus cap. 12. M. P. Medina capite 11. Franciscus Tarapha & alij.</i>

CATALOGVS IMPERATORVM, QVI DOMINATVM ET IMPERIVM HISPANIÆ TENVERVNT, EAMQVE
per præfectos & præfides administraverunt paulo ante Natalem Domini nostri Iesu Christi, donec tandem a
Gotthis occuparetur, &c. Vasæus capite 13.
Franc. Tarapha, D. P. Antonius Benterus parte 2. & complures alij.

1 <i>C. Iulius Cæsar.</i>	2286. <i>ut alijs placet: ante Christum vero natum 42. Franciscus Tarapha.</i>
2 <i>Octavianus Augustus, Cæsar.</i>	
<i>Hic Saldubam instauravit, & a suo nomine Cæsaraugustam appellavit, que nunc Saragossa dicitur, civitas primaria, & iure meritoque sancta cognominata, & insignis Aragonum regni metropolis. Quod accidisse potuit circa annum a diluuiō 2276. aut</i>	

NASCITVR CHRISTVS Dominus noster, creator & Saluator mundi, anno imperii supradicti Imperatoris Octavianus Augusti quadragesimo secundo, diluuij anno 2305.

3 Tiber-

3 <i>Tiberius Augustus.</i>	7 <i>Sergius Galba.</i>
<i>Benedictissima Virgo, gloriosa & sancta Maria, Domina nostra, & Regina angelorū, in ripa fluminis Ebri, prope Cæsaraugustam Aragonum urbem, in columna marmorea, glorioso Apostolo Iacobo apparuit. Qui eodē deinceps in loco sacellum angelicū iussus exstruxit, et eius honori ac nomini consecrauit, quod Diua virginis a columna Cæsaraugustana cognominant: ob pylam sive columnā, in qua videndam ipsa se præbuit. Quod quidem miraculum contigisse perhibetur circa annum Imperii Tiberii 20. Anton. Benterus in Chron. cap. 23. Hoc de miraculo casu mulierum in eadē S. Ecclesie tabula supersunt.</i>	8 <i>Otho.</i>
4 <i>Caius Caligula.</i>	9 <i>Vitellius.</i>
5 <i>Claudius.</i>	10 <i>Vespasianus.</i>
<i>Anno imperii huius Claudii primo, capite multatus ab Herode Ierosolymæ fuit Sanctus Iacobus Apostolus, una cum Iosia, qui in ipso necis momento conuersus fuit. Sanctū eius corpus in Hispaniam deinceps adductū est, & Compostella reconditum, urbe Gallicia, sic olim dicta, que nunc sancti Iacobi nomen adeptæ est, celebrata plurimum continuo peregrinorum hominum concursu, qui religionis ergo eo conueant, ut sanctissimi simul & gloriosi Hispania protectoris & antesignani corpus inuisant. Factum autē hoc est anno nati Christi 43. Discipulos gloriosus Apostolus Sanctus Iacobus septem, aut ut alijs placet, nouum habuit: qui diuersis in locis Hispanie, dum sancti Castolicam Domini nostri Iesu Christi fidem feruenter ac sedulo propagant, martyrii palmam adepti sunt.</i>	11 <i>Titus.</i>
	12 <i>Domitianus.</i>
	13 <i>Nerva.</i>
	14 <i>Traianus.</i>
	15 <i>Adrianus.</i>
	16 <i>M. Antoninus Pius.</i>
	17 <i>M. Antoninus Aurelius.</i>
	18 <i>Commodus.</i>
	19 <i>Helius Pertinax.</i>
	20 <i>Seuerus.</i>
	21 <i>Cassianus, cognomēto Antoninus Caracalla.</i>
	22 <i>Macrinus Opilius.</i>
	23 <i>M. Aurelius Antoninus, cognomēto Helioabalus.</i>
	24 <i>Alexander Seuerus.</i>
	25 <i>Maximinus Iulius.</i>
	26 <i>Gordianus.</i>
	27 <i>Philippus.</i>
	28 <i>Decius.</i>
	29 <i>Gallus Hostilianus & Volusianus.</i>
	30 <i>Valerianus & Galienus.</i>
	31 <i>Glaudius II.</i>
	32 <i>Aurelianus.</i>
	33 <i>Tacitus.</i>
	34 <i>Florianus.</i>
	35 <i>Probus.</i>
	36 <i>Carus una cum filiis.</i>
	37 <i>Diocletianus & Maximinus.</i>
	<i>Horum temporibus quonia instituta aduersus Ecclesiam tertia fuit persecutio, Cæsaraugusta, Deciano Præsede, martyriū subierunt, una cum S. Engratia, equites decem & octo: quorum hæc sunt nomina.</i>
1 <i>Athanasius.</i>	<i>Sancta Engratia.</i>
2 <i>Theodorus.</i>	1 <i>Sanctus Lupertius Tins.</i>
<i>Hi duo discipuli ad ministerium supradictæ Ecclesie, que Diua Virginis in columna Cæsaraugustana dedicata fuit, remanserunt superstites.</i>	2 <i>S. Quintilianus.</i>
1 <i>Torquatus, Gadibus martyriū passus est.</i>	3 <i>S. Cassianus.</i>
2 <i>Secundus, Alba.</i>	4 <i>S. Matrinus.</i>
3 <i>Andalectius, Almeria.</i>	5 <i>S. Publius.</i>
4 <i>Crespion, Vergi.</i>	6 <i>S. Urbanus.</i>
5 <i>Cecilius, Eliberi.</i>	7 <i>S. Faustus.</i>
6 <i>Euphrasius, in oppido Iacn.</i>	8 <i>S. Marianus.</i>
7 <i>Sicilius, Caçorla.</i>	9 <i>S. Successus.</i>
<i>Hi septem, iis, quos dixi, locis martyrio vitam finierunt. Vincentius part. 2. libro nono, capite 6.</i>	10 <i>S. Felix.</i>
6 <i>Nero. Anno Imperii Neronis supremo, eiusdemq; mandato, Diuis Apostolis Petro & Paulo caput uno eodemq; die truncatum fuit, anno Christi 70.</i>	11 <i>S. Ianuarus.</i>
	12 <i>S. Primitius.</i>
	13 <i>S. Enotus.</i>
	14 <i>S. Sicilianus.</i>
	15 <i>S. Optatus.</i>
	16 <i>S. Frontonius.</i>
	17 <i>S. Apodemius.</i>
	18 <i>S. Sicilius.</i>

Qui quidem omnes Caesar Augustus sepulti sunt, in quodam insignis Ecclesie Doctoris D. Hieronymi monasterio, quod S. Engratia nominant. Sunt ibidem sepulta corpora Sancti Lamberti & innumerabilium martyrum, qui Caesar Augustani dicuntur, & in eadem Imperatorum persecutione quam aduersus Ecclesiam mouerunt, a Deciano martyres effecti sunt. Qui Decianus Valentia S. Vincentium martyrio affectit, & S. Valerium, Caesar Augustus tunc temporis Episcopum, ob senilem etatem exilio damnauit.

- 38 Constantius & Galerius.
39 Constantinus Magnus. Hic omnium Imperatorum primus Christianus fuit. Idem ille ciuitatem Romanam cum omnibus, qua Pontifices Romani hodie possident, aliisque pluribus que iam pridem miserunt, ecclesie donauit. Sedem imperii Constantinopolim, urbem a suo nomine sic appellatam, cum olim uocaretur Byzantium, transtulit. Fuit bonus & praeclarus Princeps.
40 Constantinus, Constantius, Constans.
41 C. Iulianus Apostata.
42 Iouinianus.
43 Valentinianus & Valens.
44 Gratianus & Valentinianus.
45 Valentinianus & Theodosius.
46 Theodosius una cum filiis.
47 Arcadius & Honorius.
48 Honorius cum Theodosio.

De supradictis Imperatoribus multi scripterunt historici, ut & de ceteris qui ordine sunt subsequuti, usque ad Catholicum & Christianissimum Imperatorem Carolum quintum, Hispania Regem, sanctae & benedictae memoriae: quorum nomina, cum a tot actantibus eorum uita prolixè descripta sint, hic prolixitatis euitanda causa praetero. Vnum excipio, quem placitum non dubito, si legatur, tam ob elegantiam stili quo usus est, quam ob historiae suae de Imperatorum uitis amplitudinem. Appellatur is Petrus Messias, Hispanensis, ex equestri ordine uir nobilis. Cuius opus, Hispanico primum idiomate conscriptum, non minori diligentia quam fide, M. Alfonsus Vlloa Italice uertit, frequenter a nobis supra productum in medium. Quo etiam auctore conscriptam habemus Caroli quinti uitam, imperatoris gloriosissimi: cuius anima perenni gaudio fruatur in caelis.

- Alanorum in Hispaniam aduentus. Vaseus cap. 14. Fran. Tarapha.
Vandalorum in Hispaniam aduentus. Vaseus, Franciscus Tarapha.
Sueuorum in Hispaniam aduentus. Vaseus cap. 14. Franciscus Tarapha.
Gothorum in Hispaniam aduentus, anno Domini nostri Iesu Christi 343. aut, ut aliis uidetur, 400. D. P. Ant. parte 2. Vaseus cap. 15. Fran. Tarapha. M. P. Medina C. II.

CATALOGVS REGVM GOTTHORVM QVI

IN HISPANIA REGNARVNT, VSQVE AD INFANTEM siue sanctum Regem D. Pelagium. Vaseus, Franciscus Tarapha, D. P. Antonius parte secunda, & alii.

Table with 4 columns: Number, Name, Anno Christi, and Year. Lists kings from Radagaisus to Theodiscus.

31 Tulga,

- 31 Tulga, anno D. N. 642.
32 Cindauidus, anno D. N. 644.
33 Reccesuindus, anno D. N. 650.
34 Bamba. Religiosissimus hic Princeps fuit. Animaduertit in aliquot sibi rebelles, & reformauit in Toletano Concilio fines Episcopatum Hispaniae. Catalogus hic e Vaseo desumptus est. Alii nonnihil in numero variant. Fuit hic Rodericus Gothorum postremus Rex, cuius etate Hispania fuit amissa, & Iuliani Comitis prodicione a Mauris qui in eam inuaserunt, misere uastata atque direpta. Petrus Antonius Beuterus Chronici parte prima, cap. 28. Verum coeuntes in unum Christiani, resumptis animis ac uiribus, recuperare eandem caeperunt in Asturiis, Legionis, & Iaccetanis Aragonie montibus: unde uim uir repellentes, infidelibus ab Hispania paulatim expulsi, quamuis longo post intervallo temporum, amissa tandem loca recuperauerunt, quemadmodum infra dicitur. Hinc illa regnorum Hispaniae uarietas, qua hodieq; perseverat, originem habet.

Maurorum in Hispaniam aduentus, anno D. N. 717. Restauratio Hispaniae, anno Natalis D. N. Iesu Christi 721. M. P. Antonius Beuterus loco supradicto.

CATALOGVS REGVM LEGIONIS ET CASTELLAE, AB INFANTE SIVE SANCTO REGE PELAGIO, AD CHRISTIANISSIMI Regis Philippi, domini nostri, imperium usque deductus, sine ulla stirpis interruptione siue defectu, sed seruata semper serie successione

a patre ad filium aut filiam, nepotem, cognatum aut cognatam, nulla extra familiam ipsorum regni translatione facta. Vaseus cap. 16. M. P. Medina, c. 22. Tarapha, P. Antonius Beuterus 1. & 2. parte, & complures alii.

- Fasla, Cantabria Dux, Infantis siue sancti Regis Pelagii pater.
1 Pelagius Rex sanctus. Electus & proclamatus fuit in Regem anno D. N. 717. regnauit annos sedecim. Mortuus est in Cangas anno 732. Alii dicunt an. 737. Princeps hic fuit & religione & militari uirtute clarissimus: ideoq; Mauris semper ad extremum usque uita spiritum fortissime restitit.
2 Fasla, anno D. N. 732. Regnauit biennium, filius fuit Pelagii, discessit absque liberis masculis: cui successit in regno soror Ormisinda, Pelagii Regis filia, qua Alfonso Cantabria Ducis filio nupsit. Cognominatus is fuit
3 Alfonso Catholicus, anno D. N. 734.
4 Froila 753.
5 Aurelius 766.
6 Silus 772.
7 Alfonso II. cognomento Castus. 780. Hic Carolum Magnum Imperatorem in Roncesualle, Bernardi Carpii nepotis uirtute atque solertia uicit. Qui quidem Imperator cum magno Gallorum aliarumq; nationum exercitu in Hispaniam uenerat, ut Alfonso regno pelleret: sed fusus fugatusque fuit. In quo praelio ceciderunt duodecim Palatini, idq; prodicione ac dolo Galli cuiusdam Comitis, Gani nomine, qui in causa fuerat, ut Imperator in itinere diutius haereret, quam ut sus qui commisso iam praelio ualde periclitabatur, tempestine posset succurrere.
8 Mauregatus
9 Bermudus
10 Ramirus
11 Ordonius
12 Alfonso III. cognomento Magnus 838.
13 Garcias
14 Ordonius II.
15 Froila II.
Horum Regum temporibus quosdam sibi Iudices Castellani fecerunt, penes quos Castellae esset administratio: Nonnumquid uidelicet Nunezum Rasuram, Lainum Caluum, aum Roderici Finariensis, quem alio nomine Cidum Ruidiazium appellare solent, Ducis Hispani fortissimi & inuictissimi, qui Valentiam urbem a Mauris NNn iiii

* Hic autem uitiu est, aut idem nomen forte ponunt, quia Maureg. & Berm. anni Alfonso II. adscribuntur.

recepit. D. P. Ant. Bent. Chron. parte 1. cap.

34. Hos Iudices alii Lainum Caluum, & Flaminium Caluum nominant.

16 Alfonsus 4. 895.

17 Ramirus 2. 901.

Huius etate floruit Comes Fernandus Gondissalvus, qui admirandis aduersus Mauros facinoribus editis, magnam nominis claritatem adeptus est.

18 Ordonius 3. 920.

19 Ordonius 4. 925.

20 Sanctius cognomento Crassus seu Pizguis 930.

Huius Regis etate, Castella Legionis dominatu, Fernandi Gondissalvi Comitis dexteritate, liberata fuit. Hic Rex nobiles certo quodam tributo quod una cum oppidanis et rusticis in sumptus belli Maurici quotannis pendere solebant, exemit.

21 Ramirus 3. 940.

Regis huius tempestate mortuus est fortissimus Comes Fernandus Gondissalvus 940. & septem Infantium Lara historia, tempore Comitis Garcia Fernandi a Castella facta est. D. P. Ant. Bent. Chron. parte 1. cap. 34.

22 Bermudus 2. 965.

Hic Rex Archiepiscopi S. Iacobi in atro obitu curauit, a quo tamen ille se liberauit.

23 Alfonsus 5. 982.

24 Bermudus 3. 1006.

Huius Regis tempore Castella Nauarre coniuncta fuit, matrimonio Sancti Nauarre Principis cum Eluira filia Sancti Fernandi Castella Comitis, cui ipsa successit, Garcia coniugis sua fratre defuncto. Coniuncta quoque Legio cum Nauarra & Castella fuit, per conubium Fernandi supradictorum filii cum Sanctia sorore Bermudi 3. cui mortuo illa successit in Legionens regno. Habuit prater ea regnum Aragonie, quod frater eius Ramirus possidebat, qui sine herede legitimo decessit e viuis. Ideo Magnus et Hispanie Monarcha nominatus fuit. Regnare cepit anno Domini M. Iesu Christi, 1017. regnauit annos 40. Hispaniam tributo quod ei Henricus quartus imperator & Urbanus Papa imperabant, liberauit, idque opera, virtute, & solertia Cidi Ruidiaxi, de quo supra diximus, quem ipse magnis honoribus affecit & equestri dignitate donauit. a quo Cido deinde res admiratione dignae perpetratae sunt, ut ex ipsius historia constat. Rex iste Fernandus tres habuit filios, inter quos sua regna diuisit, Sanctium videlicet, Garciam, & Alfonsum. In quo quidem Alfonsus regna simul omnia con-

iuncta manserunt.

Sanctia.

25 Ferdinandus, cognomento Magnus 1017.

26 Sanctius 2. 1063.

27 Vrraca.

28 Alfonsus 7. 1107.

29 Alfonsus 8. 1126.

30 Sanctius 3. 1146.

31 Fernandus 2. 1160.

32 Alfonsus 9. 1177.

Rex iste Miramolinum Maurorum Regem magno & memorabili praelio superauit, in quodam Hispania loco quem Toloza Nauas appellant. Regno praesuit annos 53. Festum diem sancte Crucis inuexit, & perpetuo seruandum statuit 1212. Hunc omnium primum insignibus suis inseruisse perhibent castrum aureum in campo rubeo, eo quod magno illo praelio victor extitisset. Ordinem equitum gloriose Apostoli S. Iacobi instituit, quorum insigne est gladius sanguinolentus: propterea quod eodem praelii die, benedictus Apostolus per aerem equo candido uetus, gladium gestans & conspectus sit in subactu Christianorum: totum cruentatum & stillantem Maurorum sanguine quos inter pugnandum occiderat: quodq; illi hoc pacto uictoria obtinuerint. Haec igitur ob rem, & ob alia complura, ab eodem gloriose Apostolo Iacobo in se collata beneficia, Hispani illum optimo iure non solum olim in antesignanum, patronum & Diuum tutelarem susceperunt, sed etiam num habent & pro tali agnoscunt ac uenerantur.

33 Henricus 1213.

34 Fernandus 3. 1216.

35 Alfonsus 10. 1251.

Hic Rex Sapientis cognomen adeptus est. Astrologus fuit excellentissimus. Septipartitum opus Iuris Civilis Hispanorum, Historiam generalem, Librum thesauri, Tabulas Alfonsinas (opus sane mirabile) aliisque complures libros in lucem edidit.

36 Sanctius 4. 1284.

37 Ferdinandus 4. 1295.

38 Alfonsus 11. 1310.

39 Petrus cognomento Crudelis 1350.

Hic supra modum crudelis fuit, & per solam crudelitatem atque tyrannidem plerisque Hispania barones ac proceres capite multauit.

40 Henricus 2. 1369.

41 Ioannes 1. 1379.

42 Ioannes 2. 1407.

43 Henricus 4. 1454.

Hic Arago-

Hic Aragonia Castella coniungitur, per matrimonium Ferdinandi cognomento Catholici Aragonum Regis cum Isabella Catholica, Henrici 4. Regis sorore. Nam cum Henricus prolem masculam & legitimum successorem non haberet, Castella Legionis, regnum hereditatem adiuit Isabella Regina Catholica.

45 Ferdinandus Rex Catholicus 1471.

Fuit iste Fernandus bonus & praeclarus Princeps: ideoque subditis suis charissimus. De quo confirmare hoc possumus, eum omnium qui Hispaniam huc usque rexerunt, & fortissimum fuisse & Christianissimum. Nam prater ceteras felicitates quibus abunde cumulatus a Deo fuit, ipsius etate nouus Mundus repertus est (qui ob terrarum regnorumque magnitudinem, huius orbis respectu, id nomen obtinuit) tot antehac seculis incognitus. Accidit autem id anno 1492.

Quo anno Granada regnum imperio suo adiecit, prostrigatis inde totaque adeo Hispania Mauris, qui eam per annos 778. peccatis incalcarum ita merentibus possederant. Eodem illo anno, Hebraeos uniuersos quorum ingens & infinitus prope numerus erat, Hispania finibus excedere iussit. Et ut hereticos, Mauros, & Hebraeorum reliquias e suo regno penitus euelleret, sanctum Inquisitionis officium instituit. Quod inuentum profecto saluberrimum & optimum fuit aduersus noxias illas plantas quibus grauer insciebatur nobilis illa & Christiana Prouincia, iam inde a Diui Iacobi temporibus sanctae Catholicae fidei mysteriis inter primas orbis regiones imbuta. Quam fidem ac-

cepit ab illo benedicto sanctoque Apostolo qui gloriose virginis Mariae, Angelorum reginae mandato, eam ibi promulgaturus aduenit. Idem quoque Princeps Regum Hispanie sepulchrum Granatae exstruxit, ubi cum Isabella coniuge, & aliis Hispanie Regibus qui post in regno successerunt, sepultus est. Regnum prater ea Neapolitanum & Nauarream, iniustis possessoribus eiecitis, subegit. Aliaque multa commemoratione digna fecit, qua breuitatis causa hic omittuntur.

Iohanna, Regum Catholicorum filia, (quod nulli parentibus filii successoresue legitimi superessent) Castella & Aragonum regnum accepit, mortuo iam fratre Ioanne, qui Margaretam Maximiliani Imperatoris filiam in uxorem duxerat. Qua quidem Ioanna deinceps Philippo nupsit, Imperatoris eiusdem filio Archiduci Austriae. Eaque ratione omnes eius ditiones, principatus ac tituli, cum Aragonie Castellaque regnis, in illud corpus, quod hodieque uideamus, uniuersa fuerunt.

46 Philippus 1506.

47 Carolus 1516.

Fuit hic Carolus Imperator & Princeps Christianissimus, optimus, atque fortissimus. Eius etate reperia fuit ingens illa Iucata Prouincia, qua noua postmodum Hispania dicta fuit: item regnum Perunicum. Alia prater ea multa notata digna sub eius imperio contigerunt, qua fuse satis ab Alfonsio Ploa conscripta sunt in eius uita, qua quisquis uoluerit, consulat.

48 Philippus 2. Caroli filius. Vixit etiamnum.

SOBRARBORVM, RIPAGORTIAE, ET NAVARRAE REGVM CATALOGVS.

1	Garcias Ximinius, in Regem electus an. D. N. 724. obiit an. 758.	5	Ignicus Arista.	835.
2	Garcias Ennicus, an. D. N. 758.	6	Garcias Ignicus.	870.
3	Fortunus Garcias.	7	Sanctius Auarca.	891.
4	Sanctius Garcias.	8	Garcias Sanctus Abarca.	927.
		9	Sanctius Maior.	962.

CATALOGVS COMITVM ARAGONIAE, QUI REGVM SOBRARBORVM TEMPORIBVS VIXERVNT.

1	Aznar.
2	Galindus.
3	Simenius Aznar.
4	Simenius Garces.
5	Garcias Aznars.
6	Fortunus Ximenez.

Quaedam Regis huius filia, Vrraca sine Blanca nomine, Garcia Ennico sexto Sobrabrarsum & Nauarrae Regi nupsit. D. P. Pet. Anton. Bent. parte 2. de Comitibus his tractat.

CATALOGVS REGVM ARAGONIÆ.

1 Ramirus.	1018.	13 Alfonso cognomento Benignus.	1327.
2 Sanctius.	1058.	14 Petrus 4. cognomento Cerimoniosus, siue Pugnunculus.	1335.
3 Petrus.	1094.	15 Ioannes, cognomento venustatis & elegantiarum amator.	1387.
4 Alfonso.	1108.	16 Martinus.	1396.
5 Ramirus 2.	1126.	17 Fernandus, cognomento Honestus.	1410.
Petronia, alias Vrraca, Ramiri Regis cognomento Monachi filia, eo quod pater nullos liberos masculos, neque legitimum successorem haberet, in Aragonie regno successit: qua deinde Ramoni Berengario Barcinonensium Comiti nupsit. Atque hoc pacto Catalaunia cum Aragonia coaluit.			
6 Ramon Berengarius.	1145.	18 Alfonso 5. cognomento Magnanimus.	1416.
7 Alfonso.	1169.	19 Ioannes 2.	1458.
8 Petrus 2.	1203.	20 Ferdinandus 2. cognomento Catholicus.	1479.
9 Iacobus Victor aut expugnator, cognomento Sanctus.	1213.	Hic ille fuit, qui Isabellam Castellæ reginam uxorem habuit, ut supra narratum est.	
10 Petrus 3. cognomento Francicus.	1276.	Ioanna eiusdem Ferdinandi filia, que Philippo Maximiliani Imperatoris filio nupsit.	
11 Alfonso 3.	1286.	21 Philippus.	1504.
12 Iacobus 2.	1292.	22 Carolus, qui & Imperator fuit.	1516.
		23 Philippus 2. Viuit.	1558.

CATALOGVS COMITVM BARCINONENSIVM.

1 Bernardus, mortuus est an. D. N.	839.	7 Ramon Borellus.	1017.
2 Iofredus, mortuus est	858.	8 Berengarius Borellus.	1035.
3 Iofredus Villosus, obiit	912.	9 Ramon Berengarius.	1076.
4 Miron.	929.	10 Ramon Berengarius 2.	1093.
5 Godefredus aut Iofredus.	964.	11 Ramon Berengarius 3.	1131.
6 Borellus.	993.	12 Ramon Berengarius 4.	1262.

CATALOGVS NOVM PRISCORVM EQVITVM,

QVI NATIONE TEVTONES, CATALAVNIAM INGRESSI SVNT, viri non minus genere, quam virtutum ornamentis illustres: quorum hæc sunt nomina.


Ottogerus Golantes, cognomento Catalaunus, qui Guyenne Prefectus fuit, & nomen horum equitum caput ac dux.	5 Hugo Mataplana.
1 Nopifer Moncada.	6 Petrus Alemanus.
2 Guilhelmus Cervera.	7 Ramon Anglesola.
3 Galceranus Gerau Pinus.	8 Gisbertus Ribelles.
4 Guilhelmus Ramon Cernellus.	9 Berengarius Rogerius Eril.
	Quorum familia, variis multorum scriptis celebrata, etiam in Catalaunia superest.

FINIS.



RERVM NOTATV DIGNIORVM, IN PRIORIS ET POSTERIORIS TOMI SCRIPTORIBVS CONTENTARVM, Index vberimus.

A Baris, fluvius	pag. 193, versu 51	Adham Hispanie prefectus	582,37
Abbatiarum Hispanie prouentus	1238,33	AEgabrensis Comitatus insignia ob Maurorum regem a se captum	1189,25
Abbatis senis sanctitas & miracula	555,17	AEgyptij in Hispania imperant	688,1
Abdale Toleti regis damnatum coniugium cum Teresa Christiana	344,15	AElius Ant. Nebrissensis	443,39
Abdalia Arabum rex	572,6	AEmiliana ciuitas	692,29
Abdalia Miramolinus Hispanie	594,35	AEmiliani confessoris sanctitas	551,38. 797,52
Abdelmon Arabum rex	253,19	AEra vocabulum antiquum, idque Latinum	502,54. 505,22
Abdelmelich Arabum princeps a Garfia Ferdinandi Comite pulsus	221,50	AEra origo	502,49. 503,11. 49. etymon 502,51. 504,28. 505,18
Abdelmelich Arabum rex	573,16	AEra computationis & annorum Christi differentia	1347,25. 502,22. vsus eius vnde in Hispania coepit, & quando sublatus
Abdelmelich Hispanie Miramolinus	605,46		133,54. 503,1
Abdera hodie que	490,21. Eius autor	Africanum bellum	467,5
Abderitanus episcopus	490,20	Agabrensis episcopus	490,34
Abderamen Hispanie imperium occupat, seg Corduba regem vocat	585,13. Cordubensi Mesquita fundata moritur	Agapetus ex milite episcopus	561,7. 791,39
	586,39,43	Agathensis episcopus	490,35
Abderamen Halib filius, Hispanie Miramolinus	590,30. Cordubam lapideo pavimento sternit	Agila, sine Aguila, Gothorum rex	172,28. 319,11. 551,17. 626,39. 665,54. 703,33.
	592,48. filius 45 & 40 filiabus relictis moritur		551,18,30. Eius temporis Pontifices & Imperatores Romani
Abdulaziz Muza filius Hispaniam mittitur	593,1		319,16. 626,47
Abdulaziz Hispanie proficiunt	581,24.	Agragensis episcopus	490,37
a suis obtruncatur	582,19	Agramontani qui	884,43
Abelox Carthaginensium dux	55,50. Bostari callido consilio illudit	Aiax Gallus Sueuos Ariana heresi inficit	147,1. 543,2
	55,52		582,23
Abenaia Cesar Augustæ princeps a Ramiro II. infestatur	216,17	Ainb Corduba Rex	582,15
Abenbut contra Almohades rebellat	286,9	Alabor Arabum dux	582,24
Abigan presbyter	531,11	Alabor Hispanie prefectus	582,24
Abila ciuitas	756,29	Alama opp. expugnatio	975,39. 1171,15.
Abius rex Hispanie	14,47	obsessio	1173,11. 1176,42. 1180,4. obsidionis solutio
Abraham Miramolinus	584,36		1175,20. 1180,4
Abubacar Arabum rex	562,47	Alana fluvius	24,27
Abubacar in Hispaniam ad sedandos tumultus missus	584,26	Alani Hispanias inuadunt	533,31. Vandalis iuncti deficiunt
Abule passim martyres	521,54		536,39,53
Abundius Auitus presbyter	531,11	Alanorum origo	141,10. aduentus in Hispaniam
Acabat Sarraceni principis astutia crudelis	328,4		141,49. 165,12. 533,31. regni sedes
Academie Hispanæ	1242,22		142,5. 145,32. 482,47. 535,10. interitus
Accitanus episcopus	490,26		145,40. 487,47
Acephalorum hæresis	561,14	Alanquæ etymon	537,1
Actinulphi perfidia & pœna	542,16	Alarcus bellum	263,39
Acilia familia Cordubæ	507,6	Alaricus I. Gothorum rex	314,31. 530,9.
Adaisa Alcazar in Hispania prefectus	583,24		622,3. 665,9. 700,37. Hispanias Galliasq. obtinet
Adensis episcopus	490,30		533,50. Romæ caput ac diripit
			165,53. 534,3. Eius erga sacra reuerentia
			166,



- 13.314,42. mors & sepulchrum 166,31.
534,14,19. Eius temporis Pont. & Imp.
Romani 315,1.622,24
- Alaricus II. Gotthorum rex 171,25.317,19.
545,1.624,30.665,37.702,39. confoditur
546,31. Eius cum Clodoveo Francorum
rege bellum 546,8,25. uxor 545,6. Ipsius
temporis Pont. & Imp. Rom. 317,27.624,37
Alana provincia 19,13
Alboacensis Granatensium regis superbum re-
sponsum 1166,40
Alcaldes Hispani qui 773,24
Alcantara 755,46. Alcantara pons 751,20
Alcaracii opp. in libertatem se asserit 1114,50
Alchala opp. 28,22. capitur 244,10
Alchaman cum exercitu perit 199,33
Alchoranus in Hispaniam linguam translatus
731,8
Alcobaciensis monasterij laus 448,36. Alco-
baciensis codicis annotationes 445,54
Alcoraxis, sine Alcorrexis, Hispanensis regis pi-
aculum punitum 219,14.604,40
Aldefonsus Provinciae Comes 228,33,42
Alderedi seditiosi pœna 591,42
Alexander Rom. Imp. Hispania dominatur
696,6
Alexander VI. Papa 734,23
Alfaquies, Maurorum sacerdotes 1207,38
Alfonso a Carthagea, Burgenfis episcopus
443,15.662,38. Eiusdem error 527,43
Alfonso a Palentia Hispanie scriptor 442,55
Alfonso Aragonens quifuerit 892,54. E-
ius præclarâ gesta 901,22.907,17.919,13.
920,26.935,10
Alfonso Gandia dux, Aragonia regni compe-
titor 1036,17
Alfonso, Henrici IIII. frater, salutatur rex
1086,33. obit 1087,19
Alfonso Hispanensis episc. 727,31
Alfonso Peiri de Guzman ad prodigium vsq.
fidelis & constans 380,26,45.1163,46
Alfonso S. alius Ildefonsus, Hispania scriptor
441,31. Os aurcum & Ancora fidei 569,10.
Heluidij heresin restinguit 568,30. veste
sacra donatur a S. Maria 178,28.323,27.
568,38.632,32. Eius natiuitas a Maria
uirgine prænunciata 786,31
Alfonso Venerus 445,12
Alfonso I. Aragonum rex 720,53.828,7.
ob Vrracâ uxore Castellæ regno potitur 247,
46.354,10. Vrracam bis repudiat 239,53.
248,14. uxoris filio Castellæ regnū restituit
249,50. Eius ob sacrilegium pœna 250,5.
354,23. Alfonso hunc quidam se fingēs,
suspendio perit 250,9
- Alfonso II. primus Aragonia rex & Barci-
nona Comes 228,27.723,1.842,16. Eius
uxor & liberi 842,29
Alfonso III. Aragonum rex, Largus cogno-
mento & Castus 726,13.857,30,46. Eius
amor erga bonos & odium in malos 857,50.
mors 858,8
Alfonso IV. Benignus, Aragonum rex 727,
34.860,45. uxores eius & liberi 861,25.
obitus ibid.25
Alfonso V. Magnanimus, Aragonia & Si-
cilia rex 731,33.868,9. Gerunda princeps
creatur 1063,50. quinquagenarius Latinas
litteras discit 868,40. omnium librorum bi-
bliothecam instituit 868,47. Eius audacia
in persequendo apro 1049,17. eloquentia
& eruditio ex aliquot eius orationibus 868,
37.869,10.870,50.874,19.875,1. indo-
les 1010,20. nuptie 1064,34. patientia
1049,37. uxor & liberi 876,1. mors
423,20.876,10
Alfonso I. cognomento Catholicus, Legionis
& Asturiarum rex 201,7.330,30.583,53.
638,9.667,35.709,50.815,6. Eius gesta
201,16.330,40. uxor & liberi 200,51.
201,33.331,11. mors beata 201,35.584,47.
Temporis eius Pontifices & Imperatores Rom.
331,15.638,25
Alfonso II. Castus, Legionis & Asturiarum
rex 202,20.333,30.586,22.640,1.668,3.
711,21.815,26. maximis cladibus Sarra-
cenos afficit 202,44.588,1.590,7,21. re-
gno pellitur 586,24. restituitur, ibid.55.
Sanctum Comitum ob violatam sororem per-
petuo carceri mancipat 203,29. Eius gesta
203,39.333,36. legatia ad Carolum M.
& victoria de eo 203,37.204,6,15. pia o-
pera 202,50.587,16. mors 206,6.590,34.
Temporis eius Pont. & Imperatores Romani
333,54.640,14
Alfonso III. Magnus, Legionis & Asturiarum
rex 208,10.335,9.593,13.641,5.668,10.713,
5.815,55. D. Iacobi ecclesiam exornat 593,
35.594,37. filium rebellem coercet 211,
12.595,21. fratres ob regnam affectatum
excacat 209,19. regno se abdicat 211,24.
Eius gloriosa prælia 208,8.209,5.593,23,
38,54.594,11. liberi 593,27. pia opera
208,36.209,5,36.210,54. mors 211,32.
595,41. Temporis eius Pont. & Imp. Rom.
337,10.641,15
Alfonso IV. Legionis & Asturiarum rex 215,
14.338,54.597,40.642,26.668,29.714,
28.816,28. fratri regnum tradit 215,20.
adimere rursum conatur, ibid.38. Temporis
eius Pont.

- eius Pont. & Imp. Rom. 339,9.642,35
Alfonso V. Legionis & Asturiarum rex 222,
21.344,10.606,14.644,42.669,30.717,
1.817,12. Legionem instaurat 607,12.
sororem inuitam Sarracenorum regi locat,
eiusq. coniugij diuina improbatio 222,27.
344,15.606,19. Pia eius opera 223,3. mors
ex sagitta ictu 223,10.607,27. Temporis
eius Pont. & Imp. Rom. 344,43.644,55
Alfonso VI. primum Legionis, deinde etiam
Castellæ rex 233,35.238,35.351,43.648,
46.670,44.720,18.17,31. Hesperie impe-
rator 244,20. ab Agarenis fugatur cum
maxima suorum strage 245,29. a fratre
regno spoliatus Toletum fugit 235,30,48,
53.350,27. ad regnum suum & fratris sus-
cipiendum reuocatur 237,37,42.238,29.
balnea Toleti destrui iussit 353,11. Iudæi
Cidellum egregie excipit 246,40. quæ re-
gno adiecerit 240,1.245,4. Toletum capit
239,33.240,14.352,1. & prognosticū de
eo occupanda 236,10,29. Vrracam filiam
Alfonso Aragonie regi nuptum dat 246,52.
353,44. Eius ira ob fœdus Mauris violatū,
240,14.241,10. iuramentum a filia callide
elusum 352,20,35. maror ob filiū in prælio
amissum, & magnatum filium derelinquen-
tium increpatio 246,16. virtutes 239,5.
uxores & liberi 238,39.351,49. mors &
miraculosum mortis præsagium 247,5,22.
354,5. Temporis eius Pont. & Imp. Rom.
355,28.649,24
Alfonso VII. Imp. Hispania dictus, Legionis
& Castellæ rex 250,19.252,18.355,39.650,
39.671,6.721,24.817,54. de regno sibi re-
stituendo supplicat vitrico 249,43. filiis re-
gna diuidit 252,25.355,42. Eius magna-
lia 250,24,34.253,48. uxores & liberi
252,19.356,14. Zelus iustitiæ 356,31.
mors 254,11. Temporis eius Pont. &
Imp. Rom. 356,45.651,1
Alfonso VIII. cognomine Bonus, Castellæ
rex 256,1.358,46.652,1.671,27.721,40.
723,20.818,21. Eius bellum de Nauibus
Tolose & victoria insignis 361,1. dissidium
cum Legionis & Nauarræ regibus 264,1.
fœdus cum Petro Aragonum rege 264,17.
insignia opera 258,29.262,10,45.263,17,
39.264,54.265,33.266,13. liberalitas
269,10,35. monasteriorum & scholarum
institutio 265,43,54.266,7. oppida ab i-
pso capta 252,35.262,22.362,46. patien-
tia mira 363,23. persecutio in infanzia
256,7. proles 359,2. virtutum præroga-
tiua 269,10. mors 278,12.363,38.
- uxoris obitus 279,15. Temporis eius Pont.
& Imp. Rom. 363,41.652,34
Alfonso IX. Legionis rex 261,1.364,1.653,
9.671,40.721,40.723,20.818,31. Castella
regnum diripit 264,10. Eius militia
& opera 261,1,40. mors 261,48.286,4
Alfonso X. Castellæ & Legionis rex 371,23.
654,40.672,1.725,18.818,50. Astrolo-
gus dictus 376,36. grandi pecunia Con-
stantinum Imperatorem redemit 373,2,23.
Imperator eligitur 375,45. multa castra &
oppida a Mauris recuperat 374,9,27.
regno excluditur a filio 376,10.377,54.
379,8. Eius arrogantia 375,26. bla-
sphema verba in diuina opera & vitio diuina
376,54.377,16. Chronica 444,7. cru-
delitas 376,14. discordia cum Ludonico
Franciæ rege, & fœdus 376,16. impruden-
tia in tributo Portugallie regibus remitten-
do, & mala inde secuta 374,29,54. libe-
ralitas & magnificentia 372,28. animi
magnitudo in contemnendis adulatorijs ser-
monibus 376,41. solertia in condendis le-
gibus 372,1. verecundia ob Dacia regis fi-
liam in uxorem petitam 371,28. uxor &
liberi 371,26,41. Eius temporis Pont. &
Imp. Rom. 378,14.655,10
Alfonso XI. Castellæ & Legionis rex 384,
37.656,39.673,7.727,12. ciuitates de las
Algeziras recuperat 387,8. spolia ex bello
Rom. Pontifici transmittit 386,55. Eius
benignitas & munificencia 385,41,54.
Chronica 444,14. clementia erga Sarra-
cenum vitæ suæ insidiantem 387,29. in-
gratitudo 384,50.385,2,17. victoria de
Granata & Africæ regibus 386,41. uxores
& liberi 384,41. morituri verba memo-
rabilia ad suos 388,37. Eius temporis
Pont. & Imp. Rom. 390,10.657,8
Alfonso I. primus Portugallie rex 251,
35.720,27. a Fernando Legionis rege in
prælio captus 260,13,29
Alfonso II. Portugallie rex 251,54.
720,31. Eius impietas in matrem punita
309,30,49. liberi 251,15
Alfonso III. Portugallie rex 720,32
Alfonso IV. Portugallie rex 726,36
Alfonso V. Portugallie rex 730,47. præ-
ter mentem procerum Ioannæ Enriquæ IIII.
filiam sibi despondet 951,46.952,1.953,14.
115,45. obtestatur Catholicos reges ut suo
iuri cedant 954,1.1112,1. armata manu
in Castellâ ingreditur 955,6.1113,52.1116,
21. cum exercitu profligatur 1140,45. pa-
cem facit filij monitus 967,21.968,45
000

I N D E X

Alfonsetabula	376,39.672,31.	Imp.Rom.	318,24.625,36
725,39.819,16		Amalarici Comitit erga puerum regem fides	257,7,31.258,2
Algarbij Comitatus Portugallia regi datus	725,29	Amalafintha Gotthorum regina	665,46
Alguaziles Hispanie	773,45	Amali, Ostrogotthorum familia	483,48
Alhagib quid sonet	220,13.605,2	Amazonum mulierum principes & gesta	158,4.303,52
Alhagib rex Arabum	220,12	Amilcar in Hispaniam mittitur	467,10.
Alhama quare Alama.		689,26. occiditur	467,19
Albata Corduba rex	583,28	Amor vel odium an arte magica induci possit	391,45
Alulpius Sueuorum princeps	170,16	Amoris & fidei coniugalis exemplum rarum	297,15.600,55.601,12
Almanzor quid significet	220,15.605,4	Amphilochi gens quam partem Hispanie obtinuerit	40,39
Almazor acerrimus hostis, bis & quinquagies Christianorum fines ingressus	604,54.605,5.	Ampostæ situs	921,33.922,3. oppugnatio
Legionis & Castellæ puincias deuastat	220,17.221,8.	921,53.924,41	
bis insigni clade a Ferdinando Gūdisalno afficitur	599,41.600,35.	Anas fluius	23,40,45.452,15.750,50.
Compostellā vastans puniunt	221,19.343,5.604,19.	1084,23	
605,33.609,10. Eius mors	221,39.605,41	Anastafius martyr	792,27
Almaria ciu. 25,48.703,6. capitur	254,3	Andaletius siue Indaletius D. Iacobi discipulus	719,15
Almarices Gotthorum rex	665,44.702,52.	Andalusiã pronincia	301,50.452,6.1082,44
vide Amalaricus.		Andeca Sueuorum rex	555,12. regno exiit
Almenon Toleti rex Alfonso VI. a fratre fugientē honorifice suscipit	235,54.	147,19.555,51	
Eius fœdus cum Alfonso VI. rege	238,17.239,21	Andenarfeus in Hispaniam uenit	707,15
Almeria opp.	686,52	vide Ardanastus.	
Almogani qui	1025,25	Andrea Refendii laus	450,21. epistola ad Vasum
Almoganares qui	1196,49	504,12.515,5	
Almohades Arabum genus	579,14	Angela Musces peritissima	459,54
Almohadum ortus	253,15	Annea familia Cordubæ	507,4
Almohadi Mahometorum doctor	253,22	Annibal Hispanie dux	50,32.467,38.48.
Almonidum in Hispaniã aduentus	463,46	689,52. Saguntum expugnat.	50,39.467,50.
Almonixi in Hispaniam	616,25	50. Eius iter in Italiam	51,46
Almoravidū in Hispaniam aduentus	245,1,10	Annibalis Scala	23,15
Almundi Hispanie Miramolinus	594,32	Antheri Papa epistola ad Hispaniæ episcopos	518,37
Alodia martyr	713,51.790,39	Antichere situs	1017,49. expugnatio
Aloisia Sygæ virginis multiplex linguarum scientia	459,45	1030,25	
Alora capitur	1203,22	Anticheren sum astutia	1027,47
Aluarus Comes inquieti ingenij exemplū	365,38.366,16.	Antiquarii fontis uirtus	749,35
Eius technæ	279,28,55.	Antoninus Pius Rom. Imp. Hispanus	517,29.
280,26.280,17. captio	282,43.283,5.	1002,15	
366,20. mors	283,50	Antoninus Verus Rom. Imp. Hispanus	518,10.1002,29
Aluari Adii sceleratum facinus	987,47	Antonius de Padua S.	725,1
Aluari de Luna honor & uirtus	413,44.414,1.661,11.	Antonius sacrarum literarum Arca dictus	802,43
fuga	417,31.	Appius Metellus in Hispaniam contra Sertorium missus	100,35
reditus ad regē	ib.53.	Aprugius Pacensis episcopus	550,21
insolentia	420,43.	Aqua ex ilice scaturit	791,9
vaticinium	420,17.	Aque Votonis, oppidum	29,40
pœna	421,2,40.	Aquilariorum domus	771,41
661,11		Aquilus Sauerus	528,3.699,31
Aluari Nunij de Oforio ingratitude & exitus pessimus	385,55.386,17	Ara solis, nunc Campostella	28,8
Alzexira urbs que sit	25,31	Arabes	
Amalaricus Gotthorum rex	318,19.546,52.		
548,37.625,32. Clotildem Francorum regum sororem, uxorem ducit	547,23.		
occiditur	549,28.		
Temporis eius Pont. &			

I N H I S T. H I S P A N.

Arabes Galliam Gothicam misere vexant	582,46	Asdrubal, uide Hasdrubal.	
Arabes mixtiqui	194,48	Asia terminatio	3,35
Arabum regni annus primus	561,6.	Astindonensis episcopus	490,53
ducente naues Hispaniam vastantes igni cremantur	571,1.	Astnar primus Aragonia Comes	586,1.710,29.823,14
primus aduentus in Hispaniam	191,41.576,27.	Astapasi martyres	522,38
secundus aduentus	192,1.	Astapæ urbis incolarū facinus tetrū	78,48
principatus in Hispania	327,52.	Astigi vulgo Eciiã	491,6.750,24
stupenda clades	361,49	Astigitanus episcopus	491,4
Aragonia Iustitia	592,55.823,52	Astur Mennonis auriga	463,17
Aragonia situs	300,26.1008,44.	Astura fluius	685,45.750,25
ciuitates & oppida	765,25.	Asturcones equi	746,9
etymon	487,54.1009,15.182,40.	Asturia due	761,55.
factiones	1038,16.	in Asturiis passim martyres	523,2
metropoles	7,42.	Asturica urbis origo	47,27.685,37
pontifices	774,30.	Asturica Augustæ, nunc euerse, situs	30,47
sedes cathedrales	8,10.	Asturicensis episcopus	491,7
regum catalogus	487,52.733,53.227,21.	Asturici populi	19,21.47,28
Regni origo	308,46.	Atax Alanorum rex	535,15
unio cum Barcinone Comitatu	228,20.	Athanagia a Scipione obsidetur	54,12
de successione disceptatio	1035,42.	Athanagildus Gotthorum rex	172,43.319,23.
competitores post mortem Martini regis	411,15.865,51.	551,27.626,54.666,1.703,42.	
regni finis	733,50	moritur	552,19.
Aragonensium dissenso de regis electione	227,45	Eius temporis Pont. & Imp. Rom.	319,3.2627,13
Arca ab Apostolis fabricata, reliquiarum sanctorum plena	804,25	Athanasius primus Gotthorum rex in Hisp.	163,11.314,8.
Arcadius Orientis Imp.	532,9.1003,12.	527,41.621,12.665,5.	
Hispanias tenet	700,13	Christianos persequitur	527,48.
Arcadius & Honorius Hispani idolorum idola diruunt	532,10,32	Constantinopoli moritur	165,1.530,1.
Arcadius martyr	143,32.539,15.701,13	Temporis eius Pont. & Imp. Rom.	314,20.621,48
Archilochus diaconus martyr	518,21	Athanasius S.	508,2
Arcobricensis episcopus	490,44	Athaulphus Compof. episc. tauro feroci obiectus, illæsus euadit	219,27.590,44.592,1.
Ardanastus Eruiigij regis pater	187,10.	Eius infule uirtus admirabilis	594,15
e Gracia pulsus, Gindafumthi fidei se committit	571,9	Athaulphus Gotthorum rex	166,41.315,11.
Arenacum Placentino Comiti cum Ducis titulo donatur	1093,21	534,23.622,37.665,15.700,50.	
Argantonius in Baticã regnat	14,55.465,9.	Placidia Honorij sororem uxorem ducit	535,2.
683,23		Eius uictoria	166,44.
Argebadi episcopi ad Bambam regem legatio	184,19	mors	167,3.535,23.
Argenteæ aqueductus autor	479,5	epitaphium	535,34.
Argenteam uiam quis strauerit	479,4.516,26	Athaulphi temporis Pont. & Imp. Rom.	313,18.622,42
Argentona oppidum	683,30	Atlas Hispaniæ rex	462,10.682,1
Argimundus perfidiæ pœnas luit	558,16	Atlantes tres	682,12
Ariani Catholicos persequuntur	525,36	Attila Hunnorum rex occidentale imperiū inuadit	540,42.
Arianorum concilium	526,25,41.554,38	Honoriam Valentiniã sororem petit uxorem	140,41.
Arianū dogma ex Hisp. exterminatur	558,6	Leonis Papa precibus Italia excedit	140,30.
Ariano cuiusdam episc. miracula male succedunt	555,27	Angurium eius ex ciconiis	140,16.316,30.
Ariano Episcopo baptizante, aqua disparuit	546,1	pugna cū Theodoro & Aetio	168,9,38.
Ariminense concilium Arianorum	526,25	terribilis mors	140,50.169,7.316,39
Armenia oppidum	460,54	Attilanus, Zamorensis episcopus	712,15.
Ariabri	19,2	de eo mira historia	795,20
Arundenses campi vastantur	1205,53.	Auca ciuitas	491,23.763,42

<i>Auerrois Cordubensis claret</i>	721,51	<i>Baiona ciuitas</i>	28,18
<i>Augurius martyr</i>	519,15.798,46	<i>Balcares insulae</i>	28,27.84,42. unde dicta 33,46.687,45. a cuniculis infestantur 29,1
<i>Augustae episcopatus</i>	491,11	<i>Balcarium insularum nomina antiqua & noua</i>	28,29. incolarum in ducendis uxoribus consuetudo 28,50
<i>Augustus Caesar quomodo imperium sumserit</i>	131,10. in Hispaniam proficiscitur 132,28. 480,50. totam Hispaniam pacat 132,7. Hispanias regit 690,28. ab eo quae urbes denominatae 691,43	<i>Balagery obfessio</i>	1061,6. captio 1062,37
<i>Augusti edictum de orbe describendo Tarracone esse decretum</i>	132,51.133,8	<i>Balneole oppidum</i>	29,40
<i>Augusti nominis & Caesaris discrimen</i>	531,50	<i>Balibi, Velegothorum familia</i>	483,47
<i>Augustinus libros de ciuitate Dei scribit</i>	533,29. moritur 143,4.539,6	<i>Bamba, alius Wamba, Gothorum rex</i>	179,10. 323,39.569,24.633,13.666,52.707,38. ab aratro ad regnum assumptus, secundum aliquos 323,53. initia regni habet turbata 569,42. contra Paulum proditorem cum exercitu mouet, & tandem compefcit 180,30.185,23.44.186,32. Arabum naues cremat 187,5. Toletum reparat 186,40. 570,23. mente alienatur 187,16.571,7. relicto regno monasticam vitam proficetur 187,20.571,7. Seneritas eius in milites grassatores 181,10. Temporibus eius Pont. & Imp. Rom. 322,14.639,4
<i>Auicenna Hispanensis claret</i>	721,50	<i>Barcelonensium tumultus ob negatum a rege uectigal</i>	1067,21
<i>Auim multitudo</i>	1017,45	<i>Barcino ciuitas</i>	766,47. recuperata iterum a Mauris capitur 590,27.33
<i>Aurastius Toleranus episcopus</i>	559,50	<i>Barcinona conditor</i>	37,43.467,20.689,35. varia etymologia ex varia nominis inflexione 37,47. laudes 887,7. sinus 907,55
<i>Aurelianus Rom. Imp. Hispanias administrat</i>	697,20	<i>Barcinona Comes primus</i>	834,23
<i>Aurelius Legionis & Asturiarum rex</i>	202,8. 331,50.585,49.638,54.667,42.710,37. 815,14. seruire bellum repreffit 585,51. Eius crudelitas 331,29. Quintum Pont. & Imp. Rom. 322,14.639,4	<i>Barcinona Comitum origo</i>	712,9.831,7. epilogus 722,30. Comitatus unio cum Aragonia 228,20.722,5.840,20
<i>Auriensis siue Aurisinus episcopatus</i>	491,18	<i>Barcinone praefectorum insignia</i>	833,49
<i>Aurifices angelici</i>	203,16	<i>Barcinone passim martyres</i>	521,18
<i>Ausonia urbs</i>	20,11.678,46. Eius etymon 29,44	<i>Barcinonensis episcopatus</i>	491,22
<i>Ausonensis episcopatus</i>	491,20	<i>Barcinonenses Ioannem regem, hostem proclamant</i>	900,47. Petrum Portugalliae principem eligunt 913,1. ex Gallia sibi regem adsciscunt 927,18. oppugnantur 935,10. regi suo Ioanni se dedunt 936,3
<i>Ausoni, Hispaniae pop.</i>	684,54	<i>Barcinonensium legatio ad Ioannem regem pro filii liberatione</i>	890,19
<i>Authetani</i>	20,3	<i>Bardulia nunc Castella uetus</i>	499,21
<i>Autorum a Vaseo citatorum index</i>	445,41	<i>Bargustani qui sunt</i>	88,31
<i>Autorum qui de rebus Hispaniae scripserunt, catalogus</i>	441,13	<i>Bartholomaeus Faccius historicus</i>	731,44. 868,15
<i>Aurigones</i>	19,22	<i>Bastienensis synodus</i>	423,39
<i>Autumay Hispaniae praefectus</i>	583,26	<i>Bastianus Rom. Imperator Hispaniae imperat</i>	695,42
<i>Autumay Arabum rex</i>	566,3	<i>Bastitanus episcopatus</i>	491,34
<i>Auus fluius</i>	452,33	<i>Bastiani montes</i>	752,39.972,17
<i>Auxitanus episcopatus</i>	491,21	<i>Bastitanus episcopatus</i>	491,37
<i>Auzensis episcopatus</i>	491,30	<i>Bastuli,</i>	
<i>Azaman Arabum rex</i>	566,3		
B <i>Acchus fluius</i>	684,8.751,14		
<i>Bacchi in Hispaniam aduentus</i>	462,34. 683,54		
<i>Badabos urbs</i>	27,40		
<i>Badaiocensis episcopatus</i>	499,47		
<i>Bathulus fluius</i>	679,54		
<i>Betis fl.</i>	17,36.23,29.38.452,3.679,34.750,55.1083,43. Eius olim ostia duo 1083,49		
<i>Betica qua hodie</i>	614,16. Betica descriptio 4,48.17,36.299,28.451,53.753,41. 1082,7. etymon 4,50.452,2. oppida 753,52. conuentus 454,33. longitudo & latitudo 753,47		
<i>Betulo fluius</i>	24,37.750,16		
<i>Betus Hispaniae rex</i>	461,14.679,30		

<i>Bastuli, Hisp. populi</i>	18,32.47,51	<i>obfidetur</i>	1051,52. Panormum petit 1053,29. seminuda fugit ad auditum Bern. aduentum 1053,54
<i>Bastulia quae</i>	48,6	<i>Boadimus futura praedicit</i>	328,22
<i>Beata capitur</i>	253,48.276,7	<i>Bocchori populi</i>	690,43
<i>Bellilla Christi serua</i>	511,48	<i>Boctij fontis uires</i>	749,30
<i>Bellaguerensium oratio ad regem</i>	899,42	<i>Borra scurrarum eximius</i>	1040,41
<i>Bellamalacha oppugnatur</i>	980,13	<i>Borrellus Barcinona Comes</i>	715,53.836,15
<i>Bellazin Muzae F. Hispaniae Rex</i>	667,18	<i>Boscae passu martyres</i>	603,34
<i>Belli ciuilib inter Caesarem & Pomp. initium & causa</i>	107,50.109,15	<i>Boftar Carthaginensium dux</i>	55,47
<i>Belon urbs, hodie Taripha</i>	25,13	<i>Bracada fluius</i>	46,44
<i>Benamaxichum diruitur</i>	1209,23	<i>Bracara Augustae passu martyres</i>	522,50
<i>Benauentum oppidum</i>	763,14	<i>Bracara conditor</i>	46,39.465,54
<i>Benedictus XII. papa</i>	729,52. Eius ambitio 1064,23.1066,29. animi vigor 1066,5. pertinacia 412,25.29.867,38	<i>Bracarense concilium primum</i>	550,24. secundum 551,52. tertium 570,52
<i>Beneuentanus Comes capitur</i>	1124,29. liberatur 1150,7	<i>Bracarense metropoli qua ecclesiae subiecta</i>	8, 19.492,8
<i>Berengarie regina solers cura erga filium</i>	284, 13.287,28	<i>Bracarensis episcopatus</i>	491,52
<i>Berengarius Barcinona Comes</i>	717,45. 837,15	<i>Bracari qui</i>	466,5
<i>Berga oppidum</i>	29,47	<i>Bracarij Hisp. populi</i>	18,49
<i>Bernardus Caprera Siciliae regnum affectat</i>	1042,23.1050,18. Blanca regina conubium expetit 1051,4. reginam obfidet ibid.38. furtim eam persequitur 1053,36. intemperantiam suam declarat 1054,28. captio egregie illudatur 1055,3	<i>Braulius Caesar Augustanus episcopus.</i>	176,21. 553,3.704,27.788,43
<i>Bernardus Carpio, Alfonsi Casti ex sorore nepos</i>	203,30.589,38. erga regem fidus, & in parentes pius 335,28. a fide regis deficit 590,14. arce spoliatur & in exilium relegatur 593,38	<i>Brigentium ciuitas</i>	762,5
<i>Bernardus Compostellanus presbyter</i>	725,5	<i>Brigus Hispaniae rerum potitur</i>	460,46
<i>Bernardus Toletanus praesul Maurorum Mexquitam in ecclesiam Christianorum consecrat</i>	240,47.241,6. ex Gallis complures viros doctos secum in Hispaniam ducit 242,45. Eius obitus 250,27	<i>Britoleensis episcopatus</i>	492,39
<i>Bernardi Centelliae scuitia</i>	1046,24	<i>Britonorum episcopatus</i>	492,43
<i>Berones, Hisp. populi</i>	19,35	<i>Brutus Consul contra Viriatum mittitur</i>	93, 12. Galleciam occupat ibid.20
<i>Besetani</i>	18,40	<i>Bryga quid Hispanis</i>	678,28
<i>Besotium fluius</i>	24,38	<i>Brygi populi</i>	678,37
<i>Beterrensis episcopatus</i>	491,41	<i>Brygi Hispaniae rex</i>	678,25
<i>Biclaris monasterij conditor</i>	558,31	<i>Buchar Valentiae rex fugatur</i>	244,26
<i>Bigastrensis episcopatus</i>	491,43	<i>Buchar Sarraceni regis praclarum dictum</i>	349,31
<i>Bigerrensis episcopatus</i>	491,46	<i>Bulla Apostolica</i>	827,30
<i>Bilbilis nunc Calataiud</i>	31,46.512,7	<i>Burdini, alias Gregorij VII. papae schisma & depositio</i>	243,10
<i>Birginium oppidum</i>	29,47	<i>Burdunellus tyrannidem in Hispania assumens tauro aneo imponitur</i>	545,41
<i>Biscaia origo</i>	47,48	<i>Burge fontis aqua fernida</i>	748,42
<i>Biscaia incola terram ubi episcopus constituit, eram cremant</i>	42,21	<i>Burgensis ciuitas conditur</i>	599,55. unde dicta 226,17. nouis colonis habitat 713, 22. Eius descriptio 763,41. nomen uetus 697,3. arcis obfessio 1121,48.1128,36. deditio 1129,39. ecclesiae conditor 654,22
<i>Blanca Siciliae regina</i>	1050,23. Bernardi Caprera coniugium respuit 1051,12.	<i>Burgensis episcopatus</i>	499,49
		<i>Burgensis sedis ortus & continuatio</i>	649,53
		<i>Bysulduio oppidum</i>	29,48
		C <i>Acus Hispaniae rex</i>	684,31. Osca urbis fundator 13,47.14,8 ab Hercule superatur 153,35. cur semiuir & semifer dicitur 153,44. ubi mortuus 40,11.154,11
		<i>Cacimons</i>	14,4.22,37
		<i>Cacilius S. Iacobi discipulus, martyr.</i>	507, 48.693,16

<i>Caliticum promontorium</i>	752,16	<i>Calatrana militū ordo institutus</i>	255,16,39
<i>Cæsar Augusta Celtiberiæ caput</i>	19,39. <i>mira-</i>	<i>Caliabrensis episcopatus</i>	493,8
<i>culis insignis</i>	805,5. <i>a Childeberto Fran-</i>	<i>Caligula ciuitas</i>	692,25
<i>corum rege obfessa</i>	550,34. <i>a Carolo Ma-</i>	<i>Calixtus III. Papa</i>	732,6
<i>gno obfessa</i>	586,14. <i>fit metropolitica</i>	<i>Callectia descriptio</i>	761,8,28
<i>727,50. Eius conditor</i>	543. <i>descriptio</i>	<i>Calpe mons</i>	22,44-751,52
<i>765,26. etymon</i>	29,34.132,48. <i>nomina an-</i>	<i>Calpe, opp.</i>	754,7. <i>eius conditor</i>
<i>tiqua</i>	29,31. 481,9	<i>Candida massa martyrum Cæsarugustano-</i>	37,18
<i>Cæsarugustani passi martyres</i>	520,20. 796,44	<i>rum</i>	520,38. 796,44
<i>Cæsarugustani prima Christianorum ecclesia</i>	<i>dedicata</i>	<i>Candida massa martyrum Carthaginensium</i>	519,18
<i>506,39</i>		<i>Canaria insula acquisita</i>	758,5. 1184,37
<i>Cæsarugustana metropoli qua subiecta eccle-</i>	<i>sie</i>	<i>Canarij cuiusdam dexteritas in euitandis icē-</i>	
<i>8,21</i>		<i>ibus</i>	1185,38
<i>Cæsarugustanum concilium</i>	548,3	<i>Canatus mons</i>	752,12
<i>Cæsarugustanus episcopatus</i>	492,47	<i>Canus poeta Hispanus</i>	512,13
<i>Caius Caligula Hispanias obtinet</i>	506,48.	<i>Cantabria descriptio</i>	19,32
<i>692,20</i>		<i>Cantabri ab Augusto debellantur</i>	132,28
<i>C. Calphurnius prætor in Hispaniam missus,</i>	<i>caditur & cedit</i>	<i>Cantapetra obfesto</i>	1148,51
<i>90,19,36,50</i>		<i>Canus, mons</i>	8,39
<i>C. Catinius in Hispania ex vulnere moritur</i>	<i>90,12</i>	<i>Capatera puella erga regem fides</i>	937,34
<i>C. Flaminius in citeriori Hispania bella gerit</i>	<i>89,7,37</i>	<i>Capua a Romanis capitur</i>	62,28
<i>C. Hostilius Mancinus male contra Numanti-</i>	<i>nos pugnans mulctatur</i>	<i>Carcaffonenfis episcopatus</i>	493,18
<i>93,45. 476,36</i>		<i>Cares Hispania imperium tenent</i>	688,18
<i>C. Iulius Cæsar, quæstor in Hispaniam missus</i>	<i>105,43. prætor</i>	<i>Caristii pop.</i>	688,21
<i>479,48. bello Pompeium</i>	<i>persequitur</i>	<i>Caroli Aquitania ducis sponsalia cum Ioanna</i>	
<i>109,35. 113,2. Pompeij legatos</i>	<i>subigit</i>	<i>Enriquiræ filia</i>	1098,20. <i>mors</i>
<i>119,54. 121,10,48. 480,19. Dyr-</i>	<i>rachium obfidet</i>	<i>Carolus Gallorum regis frater Sicilia regnum</i>	<i>occupare nititur, Manfredi expulso, 850,12.</i>
<i>122,27,42. contra Pomp.</i>	<i>ad Pharsalim feliciter pugnat</i>	<i>in Siciliam proficiscitur ad comprimendos</i>	<i>motus 855,25. eius duellum cum Petro re-</i>
<i>124,7. 125,26. Pomp. filios insequitur</i>	<i>126,31. Cordubam</i>	<i>ge & aduentus in Hispaniam</i>	<i>856,42</i>
<i>obtinuit</i>	<i>128,22. 129,54. ad Mundam acer-</i>	<i>mors</i>	<i>857,13</i>
<i>rimæ cum Pomp. filio cõfligit</i>	<i>128,49. 129,4.</i>	<i>Carolus Infans Nauaræ historie autor</i>	<i>444,37</i>
<i>ultimo Hispaniæ res disponit</i>	<i>130,16. 691,2.</i>	<i>Carolus Magnus Alphonso Casto bellum</i>	<i>monet</i>
<i>Rome confoditur</i>	<i>131,22</i>	<i>dam in Hispaniis occupauerit, & an publicã</i>	<i>stratam ad S. Iacobum direxerit</i>
<i>C. Iulij Cæsaris origo</i>	<i>104,35. sedum somniū</i>	<i>204,29. 205,17. Comites & Vicecomites in Tarra-</i>	<i>conensi prouincia instituit</i>
<i>105,53. literæ ad Cicer. & Opp.</i>	<i>111,53. 112,</i>	<i>823,37. in Hi-</i>	<i>spaniam ingressus aduersus Mauros</i>
<i>12,22. militia</i>	<i>105,18. Alexandrinum &</i>	<i>sub rege Toleti militia fuerit</i>	<i>205,30.</i>
<i>Africanum bellum</i>	<i>125,41. 126,10,22.</i>	<i>Pampilonem capit</i>	<i>711,43. eius clades a-</i>
<i>A Cæsare quæ vrbes in Hispania denominate</i>	<i>691,9.</i>	<i>pud Roncisuallem</i>	<i>589,29</i>
<i>C. Iulio Cæsare consule & dictatore per quos</i>	<i>Hispania recta</i>	<i>Carolus V. Rom. Imp. Hispaniarum rex</i>	<i>734,</i>
<i>480,25,31</i>		<i>44. eius aduentus in Hispaniam</i>	<i>1000,14</i>
<i>C. Iulius Hyginus Polyhistor claret</i>	<i>481,14</i>	<i>Carolus Vianæ Princeps ter patri rebellis, ter</i>	<i>capit, tertio liberatus moritur</i>
<i>C. Marij origo & ad honores enectio</i>	<i>95,26.</i>	<i>884,20. 885,</i>	<i>44,50. 886,8,35,49. 887,48. 888,50. 892,</i>
<i>causæ dissensionis inter ipsum & Syllã</i>	<i>96,36.</i>	<i>41. 895,4. eius virtutes</i>	<i>886,27. 895,9</i>
<i>caedes eius quas in vrbe fecit</i>	<i>97,16. inter-</i>	<i>Carpetania vera quæ</i>	<i>14,1</i>
<i>itus</i>	<i>103,6,38</i>	<i>Carteia vrbs</i>	<i>25,32. eius conditor</i>
<i>C. Plantius a Viriato fugatur</i>	<i>92,51</i>	<i>Cartimitana vallis populationes</i>	<i>1204,22</i>
<i>Calafi opp. situs</i>	<i>914,18,27</i>	<i>Carthago Africa quãdo condita & destructa,</i>	<i>denuoq. reparata & enersa</i>
<i>Calaguris, Autrigonum caput</i>	<i>19,22</i>	<i>45,14. 143,15</i>	<i>Carthago</i>
<i>Calaguri passi martyres</i>	<i>521,40</i>		
<i>Calagurritanus episcopatus</i>	<i>492,54</i>		
<i>Calatrana expugnatio</i>	<i>269,20</i>		

<i>Carthago noua</i>	<i>32,3. 46,28. a quo condita</i>	<i>situs</i>	<i>55,16. conditor</i>	<i>688,51. enectio</i>	<i>31,4.</i>
<i>32,3. 46,25. capitur a Scipione</i>	<i>65,1.</i>	<i>Castulonensis episcopatus</i>	<i>493,12</i>		
<i>Carthaginensis noua passi martyres</i>	<i>521,33</i>	<i>Castulonensis saltus</i>	<i>752,37</i>		
<i>Carthago vetus</i>	<i>31,49. eius situs, conditores,</i>	<i>Catalaunicum prælium</i>	<i>541,10</i>		
<i>nomina varia</i>	<i>46,6,8,10. euerfores</i>	<i>Carthagonia vnde dicta</i>	<i>337,5. 810,31. 832,</i>		
<i>19. ruina</i>	<i>31,49</i>	<i>22. 1008,50</i>			
<i>Carthaginensis episcopatus</i>	<i>493,19</i>	<i>Catholici reges</i>	<i>945,7. malis Hispania oc-</i>		
<i>Carthaginensis prouincia hodie quæ</i>	<i>614,10.</i>	<i>currunt, & quæ causæ ac mysteria</i>	<i>989,14.</i>		
<i>eius descriptio</i>	<i>299,25. ciuitates & oppida</i>	<i>quæ in conuentu Toleti, & quæ in Methymna</i>	<i>campi egerint</i>	<i>986,31. 987,39</i>	
<i>767,33</i>		<i>Catholicorum regum animaduersio in Iudæos</i>	<i>962,1. concordia & finis bellum Portug.</i>		
<i>Carthaginenses Grecis expulsis Hispania poti-</i>	<i>untur</i>	<i>rege</i>	<i>967,21. 969,49. fortitudo & patien-</i>		
<i>45,41. 689,8. Baleares occupant</i>	<i>465,4. ceduntur</i>	<i>995,17. humanitas & clementia</i>	<i>994,</i>		
<i>Messanam obsident</i>	<i>48,54. pacem a Ca-</i>	<i>43. munificentiã & liberalitas</i>	<i>992,23.</i>		
<i>tulo petunt</i>	<i>49,7. Siciliam inuadit</i>	<i>nouū iustitiæ genus in delinquentes</i>	<i>957,25.</i>		
<i>quas vrbes in Hispania construxerint</i>	<i>46,4.</i>	<i>proceres</i>	<i>956,46. reformatio prouinciariū</i>		
<i>quandiu Hispaniæ dominati</i>	<i>468,17. quo-</i>	<i>960,1. & sacerdotum</i>	<i>965,4. tituli & in-</i>		
<i>modo vltimo ex Hispania pulsi sint</i>	<i>76,11.</i>	<i>signia</i>	<i>959,37. iustitia per eos restituta</i>		
<i>468,51</i>		<i>992,1. ludi & blasphemiam prohibita</i>	<i>965,</i>		
<i>Carthaginensium origo</i>	<i>43,33. bellum in A-</i>	<i>27. regna acquisita</i>	<i>997,1. templa adifica-</i>		
<i>frica</i>	<i>467,3. duces in Hispaniam missi</i>	<i>ta & restaurata</i>	<i>966,33. dissectio super</i>		
<i>467,3. exercitus tres</i>	<i>9,21,38. 59,10</i>	<i>Castelle regni successione & gubernatione</i>	<i>950,1. quare Ferdinandus V. item Elisabe.</i>		
<i>Carthellana femina fidelitas</i>	<i>937,29</i>	<i>Catalaunensis episcopatus</i>	<i>493,24</i>		
<i>Carthusianorum domus precipua</i>	<i>806,35</i>	<i>Caura ciuitas</i>	<i>756,14</i>		
<i>Carus Rom. Imp. Hispanias regit</i>	<i>697,43</i>	<i>Cawritensis episcopatus</i>	<i>493,27</i>		
<i>Casa Cereris, opp.</i>	<i>755,52</i>	<i>Cazarabonella accepta clades</i>	<i>1204,19</i>		
<i>Casilda seu Casilla, virgo</i>	<i>720,39. 800,1</i>	<i>Celæ qui</i>	<i>12,26 in Hispaniam veniunt</i>		
<i>Casteterides insula</i>	<i>17,25</i>	<i>463,33</i>			
<i>Castella vastatur ab Arabibus</i>	<i>216,49.</i>	<i>Celtiberiæ descriptio</i>	<i>19,38. 765,22.</i>		
<i>a fœdere Legionensium liberatur</i>	<i>341,31.</i>	<i>etymon</i>	<i>677,53</i>		
<i>61,25. regnum fit</i>	<i>345,18. 607,44</i>	<i>Celtiberi qui</i>	<i>12,40. 15,25. in Lusitaniam</i>		
<i>Castelle nobilitas aucta</i>	<i>603,25</i>	<i>& Baticam veniunt</i>	<i>464,32. a P. Manlio</i>		
<i>Castella gubernatores vsq. ad Sancij Maioris</i>	<i>uxorem</i>	<i>Acinio funduntur</i>	<i>90,20. in Romanorum</i>		
<i>646,45</i>		<i>fide perstant</i>	<i>535,13</i>		
<i>Castelle regni initium</i>	<i>307,40. 607,44. di-</i>	<i>Celtici Hispaniæ populi</i>	<i>18,43</i>		
<i>gnitates</i>	<i>774,46. metropoles</i>	<i>Celtogallatæ qui</i>	<i>12,40</i>		
<i>743. pontifices eorumq. census</i>	<i>779,9. sedes cathe-</i>	<i>Census illorum qui ad Granatensis regni popu-</i>	<i>lationem profecturi erant</i>	<i>1189,50</i>	
<i>drales</i>	<i>8,13. situs</i>	<i>1044,23</i>			
<i>300,4,21. 1008,21.</i>	<i>vnio cum Aragonia</i>	<i>Centolla martyr</i>	<i>799,32</i>		
<i>vnio cum Legionem</i>	<i>231,20. 364,7. 366,50</i>	<i>Cerdubellus Castulonem vrbe prodit</i>	<i>78,12</i>		
<i>Castella & Legionis regnum Hispaniæ nomine</i>	<i>cenferi</i>	<i>Ceretani</i>	<i>20,14</i>		
<i>312,16</i>		<i>Cernaria oppugnatio</i>	<i>920,22. 921,1</i>		
<i>Castella magnatum dispensatio super custodia</i>	<i>regis Castella</i>	<i>Cetubales primi Hisp. incolæ</i>	<i>11,31. 152,6,20</i>		
<i>256,41</i>		<i>Chalybs fluiuius</i>	<i>24,23. 750,18</i>		
<i>Castellana lingua elegantior quam ceterarum</i>	<i>prouinciariarum</i>	<i>Chelidonius martyr</i>	<i>790,12</i>		
<i>783,36</i>		<i>Christeia martyr</i>	<i>787,43</i>		
<i>Castellani populi</i>	<i>20,5</i>	<i>Christiani cuiusdam cum Ariano per mira-</i>	<i>cula de fide concertatio</i>	<i>555,39</i>	
<i>Castellani a subiectione regum Legionis se sub-</i>	<i>trahunt</i>	<i>Christiani Hispalim occupates ab Abdulaziz</i>	<i>repelluntur</i>	<i>197,29. tributarii sub Sarra-</i>	
<i>338,7,23. 213,35. 338,7. 597,30.</i>	<i>sibi iudices eligunt</i>	<i>cenis viuunt</i>	<i>578,54</i>		
<i>597,30. 714,34. se fidei</i>	<i>Legionensium reddunt</i>				
<i>598,6. cum Galle-</i>	<i>cis contra Alfonso regem suum arma su-</i>				
<i>248,40. ceduntur</i>	<i>249,6</i>				
<i>Castrorum familia</i>	<i>770,39. 846,34</i>				
<i>Castulo hodie Castana</i>	<i>493,21. 754,39. eius</i>				

anorum persecutio sub Corduba rege	804,8.	episcopali sede ornatu rogatu Car-
3,28. sub Decio & Valeriano	519,3,12.	roli Magni 588,8. metropolitana digni-
sub Diocletiano	520,13.	tate donatur
512,21. sub Maximino	518,29.	500,20.595,8
sub Seno	518,20.	Compostellana historia
strages in Sacralis	245,24.	442,30
ad Velesum	274,14	Compostellana ecclesie consecratio
de Sarracenis victoria	274,14	594,37
Chucarum fluvius	24,30	Compostellana metropoli que subdita ecclesie
Cidellus Iudeus Alphosi VI. medicus	246,41	8,24
Cindasunthus, vel Cindasundus, Gothorum		Compostellanus episcopatus
rex	176,40.323,4.566,7.632,12.666,48.	500,4
moritur	177,33.567,7.	Concani populi
Eius temporis		688,29
Pont. & Imp. Rom.	323,8.632,16	Concha ciuitas
Cinga fluvius	24,49.750,17	768,32. capitur
Cintila, sue Cinthilla, Gothorum rex	176,	262,22
14.564,31. vide Suintila.		Comimbricensis episcopatus
Cisterciensis ordinis monasterij conditor	265,43	493,28
Ciuitatensis episcopatus	500,1	Conradini Imp. aduentus in Italiam contra
Cixilia Toletanus presul	584,14	Carolum 851,33. aduentus in urbem
Claudius poeta Hispanus	700,6	853,34. praelium cum Carolo exercitu
Claudius Caligula Imp. Rom. Hispanias tenet	692,37	852,52. fuga & cedes
692,37		854,30
Claudius Nero in Hisp. missus	468,45.	Constantinus Magnus Rom. Imp. Hispanias
Hasdrubali occurrit	70,40. fugientem in-	administat 698,39. Barbaros Hispania
sequitur	71,30	pellit 524,39. Catholicus & de Hispania
Claudius puer, martyr	789,47	bene meritis moritur
Claudius Rom. Imp. Hispanias obtinet	697,	525,7,32
17. Gothos vincit	161,45	Constantinus II. Rom. Imp. in Hispanias re-
Claudius Vnimanus a Viriato vincitur	92,52	gnat
Claudegeri Castelle	774,54	698,49
Clemens VIII. papa	731,51	Constantinus Rom. Imp. Hispanias tenet
Cloudianus fluvius	686,36	698,
Clotildis Amalarici uxor obsidem catholicam		30. Ariana concilia celebrat
ab Ariano male tractata	549,24,35	526,25,41
Clunia ubi sit	454,37	Constantinense concilium
Claudianus fluvius	24,41	412,46.
Coccia oppidi deditio	1021,35	Eius effectus
Coinum obsidetur	1209,4. deditur	423,31
1210,1		Consulum Hispanie & proconsulum catalogus
Colimbrina, olim Munda	6,7. Eius expu-	468,3
gnatio	232,52	Comitadores qui
Columella Hispanus	509,35	773,47
Colymbrium urbs	27,49	Contestani
Comites Aragonie & Nauarre	777,6.	19,42.683,42
Castelle & Legionis, eorumq. census annuus		Conuentus inuidici Hispania
775,10.1239,46. Portugallia	777,26.	773,18
1241,6		Corbilio rex capitur
Comites olim maioris dignitatis quam Duces		89,38
567,19		Corduba tanquam cor Betis dicta
Commodus Rom. Imp. Hispania regit	695,21	23,36.
Complutum 28,22. Eius situs	760,11.	Casari deditur
nomen recens	493,30	128,20. ab Arabibus occu-
Compluti passi martyres	521,44	patur 195,47. Descriptio eius & situs
Complutenfis episcopatus	493,30	127,24.754,26.961,41. conditor
Complutense studium restituitur	734,12	53,44.
Compostella 28,7.761,36. miraculis clara		493,42.690,37. reges
		607,15
		Corduba passi martyres
		522,15.603,32.
		696,34
		Cordubensis ecclesie restauratio & dos
		288,32
		Cordubensis episcopatus
		493,39
		Cordubensis Alcequira edificatur
		586,39
		Cordubensis regni finis
		607,24
		Coronapanis azyymi
		842,53
		Coroneles, nobiles Hispani
		771,20
		Corpus hominis, fluvius
		751,27
		Coriscanus episcopatus
		493,50
		Contentionum inter Comites Lemnium & Be-
		neuentanum compositio
		118,238
		Cortesia domus
		771,30
		Cositani
		20,11
		Costa Gothorum rex
		325,47.635,11.667,
		13.708,41. non recte inter reges numera-
		tur 575,50. Eius temporis Pont. & Imp.
		Rom.
		326,3
		Costa de Garaf, montes
		23,15
		Cruce

Cruce aurea ab angelis consecuta	203,20	Dominicus Calagurritanus ordinis predica-
Cruce Christi visibiliter opem tulit in bello de		torum institutor
Nauibus Tolose	361,40	723,41.803,19. puella
Ctesiphon S.	597,53	quandam calculo liberat
Cuniculorum capiendorum ratio	29,8	803,27
Curia Hispana	773,8	Dominicus Silensis abbas
Cypriani epistola ad Hispanos episcopos	518,	719,50
43. Cypriani locus correctus	498,41	Dominici Firmani oratio pro pace Italia con-
Cyprij Hispanis imperant	687,20	cilianda
Dacianus persecutionis minister igni casti-		871,51
tus demisso conflagrat	520,39.523,50	Domitianus Imp. Rom. Hispanias regit
Dalcantara pontis autor	513,1	694,5.
Damasus papa Hispanus, Vimaransenis	527,	Christianos persequitur
30.530,21		512,20
Damianus a Goes Lusitanus	443,44	Donatus abbas miraculis claret
Daroca ob hostiam in carnem conuersam me-		553,26
morabilis	805,22	Donia oppidum
Darrus fluvius	972,37.973,30	763,3
Deabus Hispania rex.	680,7	Dorius fluvius
Decianus Emeritensis poeta	512,13	24,19. vide Durius.
Decius Rom. Imperator Hispanis dominatur		Dracontii Hexameron
696,31		566,55
Dematum oppidum	929,20	Duces Hispania praclari
Dertose sius & descriptio	921,31.926,32.	1244,23
oppugnatio	926,52. deditio	Duces Aragonie & Nauarra
927,12		776,53. Ca-
Dertosanus episcopatus	493,52	stella & Legionis
Dertolanorum legatio ad Ioan. regem	925,	775,29.1239,20.
38.926,13		Portugallia
Deus dedit Pont. Rom.	560,24	1240,50
Deuterio Ariano baptizante, aqua disparuit		Ducum quorundam virtus admirabilis
546,1		938,4
Dexter, historicus	700,45	Dumienfis episcopatus
Deze, nobiles Hispani	771,51	494,3
Diamenfis episcopatus	494,1	Durius fluvius
Dicinius Gothorum praestans philosophus		452,25.750,29.1084,34
160,31		E Bora ciuitas
Didaci de Haro inanis iactantia	360,2	494,28. Eius primordia
Didaci Ferdinandi strenuitas	1029,30,41.	479,4
1030,47		Eborese breuiarium
Didaci Lupi defectio a suo rege	265,26	446,14
Didaci Neile laus	451,21	Eborensis episcopatus
Didaci Sygei laus	459,51	494,28
Didymus cum Veramiano fratre, Vandalos &		Ebullei montes
Alanos Hispania arcet	141,39. occiditur	22,34
534,40		Ebusa insula
Dieghus a Valera	444,28	29,15
Dieghus Henricus a Castello	445,1	Edictum Augusti a Luca Euang. nominatum,
Digna martyr	792,27	Tarracone decretum esse, pluribus probatur
Dilunium quando fuerit	460,23	133,1. Edicti huius & Christi natini-
Diocletianus Rom. Imp. Hispanias admini-		tatis annorum differentia
strat	697,50	134,7
Dionysii Papa epistola ad Seuerum Cordub.		Eduardus Portugallia rex
episcopum	519,53	730,8
Dionysius Portugallia rex	720,32.726,33	Egabrenfis episcopatus
Dominguelli mimi facinus	362,55	494,13
		Egarenfis episcopatus
		494,18
		Egica, alius Egypta & Egypta, Gothorum rex
		188,1.324,51.573,22.634,18.667,6.708,
		II. moritur sapientis & patientis elogio de-
		coratus 189,3.574,52. Temporis eius
		Pont. & Imp. Rom.
		324,55.634,25
		Egitanus episcopatus
		494,20
		Egobimenfis episcopatus
		494,23
		Egidius Magnus, Hispal. episcopus
		728,15
		Eilo Alauensum Comes rebellat
		208,21.
		593,19
		Eleona captio
		89,40
		Elefms, sanctus
		799,18
		Eliberitanus episcopatus
		494,37
		Eliocrotensis episcopatus
		494,47
		Elisa auunculo nubit
		44,28. fratrem fugit
		ib.33. in Africa Carthagine condit
		45,14.
		Mauritania regis nuptias fugiens mortem
		sibi consciscit
		ibid.20,30
		Elisabe fratris regnum arripere recusat
		1087,
		16. fratri reconciliatur
		1088,22. designa-
		tur princeps
		1090,48. a pluribus coningio
		petitur
		1091,50.1093,34. Ferdinando Si-
		cilia regi nubit
		948,50.1094,44.

Elisabe & Ferdinandus coniux declarantur 1106,44. Elisabe regina castra Iulia obtinet 1161,10. Hispalim & totam regionem pacat 1162,8. 1165,22. Ioannem parit principem designatum 1166,22. Elisabes etymon & orthographia 1080,37. natiuitas 948,20. progenitores 947,27. mores 990,51. religio 991,17. obitus 997,38. vide Ferdinandus V.
 Elnensis episcopatus 494,53
 Emanuel Portugallia R. 732,30. 734,14
 Emetherius martyr 790,12
 Emer Arabum rex 563,32
 Emerita Augusta 481,7. 755,47. conditur 53,45. 130,36. Muzae deditur 197,10
 Emerita Augusta passim martyres 522,7
 Emeritanus episcopatus 495,3
 Eminiensis episcopatus 495,12
 Emporia siue Emporium, vrbs 32,17. a quibus condita 32,36. 42,32. 688,42. in tres partes distincta 32,30. 42,43. 87,4. quando collapsa 32,47
 Engratiam martyr 788,12
 Ennicus Arista, quibusdam Eneus & Enecho, primus Navarrae rex, vel princeps, quintus dux Christianorum contra Mauros 223,31. 592,52. 645,55. 714,47. 823,44. Eius vexillum & insigne 824,2
 Enricus vide Henricus.
 Ephesina synodus 200 episcoporum 315,55
 Episcopus miracula sibi arrogans deluditur, 555,27
 Episcopi excisis linguis loquuntur 544,1. 549,20
 Episcopi Hispania eorumq. reditus 1237,34
 Episcopatus Hispanie catalogus tempore Rom. & Goth. 490,1.
 Episcopatum Hispanie recentiorum catalogus 499,42
 Equerii nomen nouum 1025,43
 Equerorum lepida copulatio 1026,10,26
 Equorum statio olim eodem loco ubi uxorum thalami 226,28
 Ergast. 683,32
 Ergauicensis episcopatus 495,18
 Ermengaudus Vrgellensis episc. 715,33
 Erminius mons 752,17
 Eringius, siue Ervingius, Gotthorum R. 187,25. 324,30. 667,4. 708,1. an regnum occupauerit 571,7,22. moritur 573,22. Eius parens 187,10. Temporis eius Pont. & Imp. Rom. 324,36. 634,10
 Erythraea seu Erythia insula nomen unde 462,54

Erythrus Hisp. R. 462,53. 684,40
 Eugenius I. Toletanus episc. martyr 512,21. 564,41. 799,54
 Eugenius II. Toletanus presul 566,48
 Eulalia virgo, martyr 522,8. 787,33
 Eulogius martyr 519,16. 798,46
 Euminiuum cin. & fl. 495,13
 Eumenis episcopatus 500,36
 Euphrasius Pauli discipulus, martyr 507,43. 693,16
 Euricus, siue Eoricus, etiam Enricus & Henricus, Gotthorum R. 171,1. 317,6. 543,31. 624,10. 702,24. Gallias Hispaniasq. sibi subiugat 171,15. 543,37. primus Gotthis leges scriptas dedit 171,19. 624,12. obit 544,46. Eius temporis Pont. & Imp. Romani 317,12. 624,24
 Europa a quibus primo inhabitata 3,20. insulis annumeratur, & cur 3,23,31
 Europa diuisio 3,42. etymon 3,49. terminatio 151,2. 613,28.
 Eurosta Bohemiae regis filia, martyr 798,24
 Eutropius Valentinus episc. 705,8
 Eutychiani Papa epistola ad Beticam episcopos 520,9
 Eutychius martyr 143,32. 539,16. 701,13
 Eurypylus Gotthorum rex 159,32
 Facundus martyr 801,13
 Fasila Cantabrie dux, Pelagii regis pater, in exilium relegatur 574,45. a Vitiia occiditur 189,1
 Fasila, siue Fasilla, Legionis & Asturum rex 201,1. 330,17. 583,42. 637,53. 709,45. ab urso laniatur 583,53. Temporis eius Pont. & Imp. 330,25. 638,2
 Falsus fl. 751,15
 Fames Gotthorum 164,1
 Famesingens in Hispania 276,52. 277,20. in Liguria 137,49
 Familiarum illustrium Hispania origo 770,31
 Faustus, martyr 793,28
 Feccialis temeritas punita 1059,3
 Felix presbyter, martyr 518,21. 792,27
 Ferarum multitudo 1017,40
 Ferdinandus a Pulgar 445,3
 Ferdinandus Gundisaluis, primus Castellae Comes, D. Iacobi auxilio Almanzorem pene ad interuentionem cadit 599,41. 600,35. bis ab uxore maximis periculis liberatur 600,46. 601,8. moritur 217,1. 602,40
 Ferdinandus, Ioannis Castellae regis filius, Aragonum R. & Barcinone Comes 731,9. 865,12. Setanillium oppugnans obsidionem soluere cogitur 1012,24. 1015,43. 1016,13,51. duos Granatae Infantes profugit 1020,13. post

post multam oppugnationem Antichera ponitur 1017,49. 1030,15,25. Aragonum rex eligitur 411,32. 1048,10. a legatis excipitur 1048,42. Perpinianum proficiscitur 1065,24. patrimonium regium a subditis repetit, sed male succedit 1067,7. Eius aduentus in Aragoniam & coronatio 866,46. 1063,19. censura aduersus Comitem Vrgelli 1059,3. expeditio contra eundem 1060,42. expeditio contra Mauros 1011,39. 1016,53. fides contra nepotem ex fratre singularis 410,47. 865,32. indoles 1009,48. magnanimitas in regno respuendo admiranda 1011,3. morbus subitus 1065,6. naualis victoria 1013,18. oratio ad milites 1019,26. 1028,44. ad proceres 1031,29. ad uxorem 1017,18. studium in extirpando ecclesiae schismate 412,14. 1066,46. vexilla militaria 1017,35. victoria de Mauris 410,22. vita breuis descriptio 1071,4. uxor & liberi 405,41. 674,1. 2. 731,17. 866,30. mors 413,10. 867,53. 1070,29. funus 1072,24
 Fernandus siue Ferdinandus, Castellae princeps, Veremundi Legionis regis sororem uxorem ducit 230,25. ratione uxoris, Legionis regnum obtinet 231,21. Eius cum Veremundo socero dissensio 230,53
 Ferdinandus I. Legionis & Castellae rex primus, ulterioris Hispaniae monarcha 232,32. 346,43,51. 347,46. 647,40. 669,47. 670,20. 717,54. 817,19. Abbati S. Facundi, loco uiri a se fracti aureum vas offert 234,30. Colimbriam obtinet S. Iacobi auxilio 232,54. 346,54. Hispalim & Toletum vastat 233,41,50,53. Portugalliae regnum acquirit 232,30,38. liberis regnum dimidit 233,33. 347,52. sanctorum reliquias Legionem transferri curat 233,54. 234,1,16. exercitus eius a monachis annonae caritate lenatur 233,3. Eius cum fratre simulas 231,40. 347,19. religiosa opera 234,22. pia mors, ibid. 41. uxoris mors 235,7. filiorum post obitum patris discordia 235,10. Temporis eius Pont. & Imp. Rom. 350,14. 648,9
 Ferdinandus II. Legionis R. 258,44. 357,34. 651,41. 671,20. 721,45. 818,17. fratri Castellae regi supplicat 254,44. Roderici cinitatem condit 258,54. totam fere Extrematuram occupat 257,37. Eius bellum cum Alfonso Portugalliae R. 260,13. cum Salamantinis 259,9. cupiditas nepotem e regno pellendi iniqua 357,44.

uxores & liberi 260,47. mors, ibid. 52. Eius temporis Pont. & Imp. 358,37
 Ferdinandus III. Legionis & Castellae R. 261,51. 262,5. 366,39. 653,37. 671,46. 724,45. 818,39. patri in Legionis regno succedit 286,38. 287,13. auunculo in Castella 281,37. cum matre regnum turbatum quieti reddit 282,27. 283,18,32. cum sororibus paciscitur 287,16. campanas ab Almanzore ablatas ecclesiae S. Iacobi restituit 288,49. Cordubam occupat 287,53. 288,20. magnatum rebellionem compescit 284,49. 285,2. Mauros infestat 285,6,35,39,45. 286,3,32. Toletanam ecclesiam fundat 286,5. inter sanctos relatus 789,20. Connubium eius cum Philippi Imp. filia 284,17,40. matrimonium cum Ioanna Francorum regis filia 289,21. pietas & religio 367,11. 368,5. victoria, ibid. 8,50. virtutes 284,1. 2367,3,10,20,33,55. uxores & liberi 289,28. 366,52. obitus 369,7. Temporis eius Pont. & Imp. 368,54. 369,42. 654,14
 Ferdinandus IV. Legionis & Castellae Rex 381,35. 656,1. 672,47. 726,26. 819,48. regnum prudentia matris contra omnes amulos obtinet 382,8. die sibi a duobus iniuste damnatis dicto obit 384,4. Eius bella 383,26. virtutes, ibid. 13. uxor & liberi 382,46. Eius temporis Pont. & Imp. Rom. 384,25. 656,21
 Ferdinandus V. Legionis, Castellae, Aragoniae, & Siciliae R. 675,13. 733,13. 945,7. quatuordecim annorum contra Lusitanum Barcinonensem principem missus, cum praelio fugat 914,12. 916,10. Elisabem Castellae principem uxorem ducit 1094,44
 Ferdinandus & Elisabe Lusitania bellum inferunt 1115,53. 1113,45. 1115,53. 1117,18. frustra Marchionem & archiepiscop. Tol. in officio retinere tentant 1113,1. Lusitaniae regem frustra sibi reconciliare nituntur 1121,22. Ferd. Burgensem arcem obsidet, Elisabe Legionis Germanicae turres 1122,2,18. reginare regem subsequitur 1124,13. pecunias aruiscant 1120,10. 1181,25. conuentum Turiaffona agunt 1202,10. bellum aduersus Mauros decernunt 1170,52. 1177,9. 1189,35. 1208,9. Nguaria res nouas inchoant 1182,6
 Ferdinandus V. Catholici nomen sortitur 675,20. deliberat an Lusitanum fugientem persequatur 1139,1. eum obsidet 1117,49. ad Taurum praelio superat 1148,45. castella pro Lusitano stantia simul obsideri in-

bet 1159,15. Ferd. V. ad patrem profici-	Fontes Hispanie 749,10. Fons omnia ab-
scitur 1150,26. 1167,21. Fontis Rabidi	forbens 452,49. omnia respiciens 453,1
obsidionem soluit, 1150,36. Granatensium	Fontes diminutus ad baptizandum repleti soli-
agros populatur 1178,32. 1191,43.	ti 557,4
Christianos principes ad bellum contra schi-	Foroangustani pop. 691,54
smaticos gerendum hortatur 1215,25. Ma-	Fortunatus diaconus martyr 518,21
gister S. Iacobi creatur 1158,8	Fortunius Gasias, tertius Suprarbrorum Rex
Ferdinandi V. conceptio & natiuitas 945,23.	589,15. 711,13. 823,22
natiuitatis prospera signa & iudicia 946,6.	Fraga oppidum 766,8
pueritia & educatio 947,1. statura &	Francisca Victoria laus 449,41
membrorum conuenientia 990,21. ho-	Franta, vel Franta, Sueuorum rex 146,39.
nor a patre exhibitus 1167,30. pericu-	170,36. 542,37
lum a Ioanne Cagnamatio 996,1. pericu-	Fresinus, pagus 945,25
lum ab hostibus 929,35. mors 999,8	Fridericus III. Imperator 433,35
Ferdinandi & Elisabethe disceptatio de iure suc-	Fridigerus Gothorum regulus Romanus du-
cessionis gubernationisque 1108,14. liberi	ces occidit 64,7. cum exercitu a Gratia-
999,25. littera ad Enricum regem 1096,	no profertur 164,44
10. 1098,53. vide Catholici reges.	Frodoarius Accitanus episcopus 200,2
Ferdinandus Lopes 444,45	Froila I. Legionis & Asturiarum rex 201,40.
Ferdinandus Perez a Guzman ibid. 30	331,22. 584,51. 638,32. 667,40. 710,16.
Ferdinandus Portugallie R. 726,37. 729,8	815,11. insigni victoria contra Sarrace-
Ferdinandus Roderici ad Arabes deficit 259,	nos positur 585,5. a suis interficitur 202,
24. Castellanos inuadit ibid. 43	3. 585,46. Eius insignia opera 201,43.
Ferdinandus Vngarie rex 1003,43	Tum qui Pont. & Imp. Rom. 638,44. 331,
Ferdinandi Antolini pietas miraculo compro-	43. 638,44
bata 602,48	Froila II. Legionis & Asturum rex 213,25.
Ferdinandi Xunii gesta 214,19	338,37. 597,23. 642,11. 668,25. 714,21.
Ferdinandi Rebolleti fortitudo 912,17	816,24. lepra correptus vitam obit 213,32.
Ferrariapromontorium 751,50	Eius crudelitas & poena 338,41. Tem-
Feruentia fons admirabilis 452,49. 453,1	poris eius Pont. & Imp. Rom. 338,45.
Fidei seu fidelitatis commendatio 258,11	642,20
Filiorum multitudo regnis perniciosa 406,8	Froila Veremundi, regnum affectans interfici-
Firminus Pompelonensis episcopus & martyr	tur 208,14
508,46. 518,2. Eius corpus euclatur	Froyllanus Legionensis episc. 712,10. 789,38
528,5	Fruetuosus Dumienfis, deinde Bracarenfis epi-
Fiteriensis abbas Calatramam a Sancio rege ob-	scopus 568,4,14
tinet 255,13	Fruetuosus martyr 519,15. 798,46
Flaccus Pompeius primus in glandem in Hispan-	Fruetus S. 800,40
iam intulit 693,39	Frumarius Sueuorum rex 146,43. 170,39.
Flauinus Caluus Castellae index 213,44. 597,	542,43
33. Eius progenies 213,47	Fulgentius Astigitanus episc. 558,53. 705,
Florentina virgo, 40 monasterii praefecta	10. 789,4
705,6. 787,21	Fulgentius Ruspenfis episc. 545,31
Florentius martyr 794,43	Gadaaric Gothorum rex 155,46
Florentinorum exulum insigne 849,40	Gades, urbs, quibus olim nominibus ap-
Florianus a Campo 445,17	pellata 253,5,10. 464,29. 753,53
Florianus Imp. Hispanis imperat 697,31	Gaditanus episcopus 500,40
Flumina Hispanie praecipua 749,44. 751,22.	Gaditani in Hispaniam 465,34. eorum
quibus nomina immutata 23,25. cur ab	origo 43,28
ortu in occasum fluant 1084,7	Gadir Paenis quid 684,45
Fluuius amnis 24,43	Galbertus monachus, Aragonum historia scri-
Foederici Aragoniae competitoris aduentus ad	ptor 444,34
Ferdin. regem 1057,5. eius castigatio	Galatarum nomen & origo 41,1
1058,34	Galindus Aragoniae Comes 586,3. 710,33
Femine terra 159,10. 43. 618,20	Gallecia quae hodie 614,14

Gallacie, siue Gallicie prouincia ortus 12,44.	Gastonus Foxanus Comes Aragonum reginā
153,20. descriptio 299,40. populi 18,	obsidione liberat 899,17. Eius factus cum
52. 19,1. reformatio 960,1	Ioanne Nauarra rege 932,39
Gallus & gallina a satori reuiscunt 805,45	Gauderit Gothorum Comes Hispanias obtinet
Gallus Hostilianus Rom. Imp. Hispanias regit	544,18
696,40	Gayzaricus uide Gizericus.
Gallus & Folsianus Imp. 161,30	Geberic Gothorum rex 162,18
Galli populi in Lusitania 696,46	Gebelorum & Guelforum origo 369,55
Galli Celtici Portugalliam occupant 465,51	Gebelcaric mons unde nomen trahat 192,8
Gallicanum officium quando in Hispanis ce-	Gegio ciuitas, uulgo Guen 200,42
perit seruari 240,42. 242,18	Georgii Caelii laus 449,14
Gargorius, Mellicola dictus, Hispaniae rex 463,	Generalis historiae auctor 372,16. 672,9
4. 685,1	Gerabricensis episcopus 495,22
Gasia Gomecij pulchrum facinus 373,38.	Germani inuadunt Hispaniam 519,45.
819,23	696,54
Gasia Ordonij Comitiss fides erga filium regis	Germanorum pollicitatio de Nauaria regi re-
sibi commissum 245,50. 246,5	stituenda 1229,1
Gasias Ennecus, siue Ennecus, Nauarra rex	Germanorum praefecti sacrilegium 1225,12
223,41. 593,55. idem Aragoniae rex	Germanus martyr 801,1
715,12. dux Christianorum sextus contra	Geryon Hispaniae princeps 155,22.
Mauros 824,4	153,4. 461,18. cur trigeminus fingatur
Gasias Ennecus, uel Taegues, Suprarbrorum	15,9. an in Hispania fuerit 461,37
in Nauarra rex 585,40. 710,25. dux	Geryones in Hispanis regnant 680,30.
secundus contra Mauros 823,7	ab Hercule occisi 461,25
Gasias Ferdinandus Castellae Comes 602,43.	Gerunda, caput Aethiolorum 20,4. Eius
moritur 222,41. 606,43	conditor 13,29. etymon, ibid. 680,15.
Gasias Ferdinandus I. filius, Galliciae rex 233,	oppugnatio 897,4. 898,1
38. in suos graesatur 236,47. a fratre	Gerunde passi martyres 521,23
carceri mancipatur 237,13. in carcere	Gerundense concilium 548,1
obit 244,38	Gerundenfis episcopus 495,20
Gasias Hispanus, iuris peritus 725,46	Gesalaricus, idem etiam Gifaleicus, Gesalari-
Gasias, siue Garcias, Legionis & Asturiarum	cus, & Geselarius, Gothorum rex 171,
rex 211,25. 37. 337,17. 595,44. 641,23.	29. 317,38. 546,51. 624,48. 665,40. pri-
668,16. 713,47. 816,10. Eius bella 211,38.	us regno, deinde uita prinatur 547,1,10,13.
obitus, ibid. 43. Pont. & Imp. Rom. 337,	Eius temporis Pontifices & Imperatores 317,
30. 641,27	43. 625,2
Gasias Relendius 444,41	Gesericus Vandalorum rex praelio nauali su-
Gasias Sanctij F. Castellae Comes, uxorem du-	peratur 543,13. uide Gisericus.
Eturus per prodicionem occiditur 225,41.	Gibel, Arabibus mons 22,48
607,34	Gibellarich mons 22,47
Gasias, Sanctij Maioris F. Nauarrae rex 718,	Gibraltar unde 576,30
45. Ranimirum fratrem hereditate pater-	Giennensis episcopus 500,41
na spoliat 230,39. fratri Fernando insidia-	Gilimer Vandalorum regnum uide occupat 145,
tur & tandem bellum indicit 231,40.	7. 548,8. cum fratribus funditur 548,
inuidiae poenas luit 347,19. 42. a milite	41. a Belisario capitur 145,21
contra fratrem pugnatur confoditur 232,21	Giraldus presbyter 442,34
Gasias Tremulus & Abarca dictus, Nauarrae	Gisericus & Gizerichus, Vandalorum rex no-
rex 224,29. 31. 600,7. Aragoniae	thus 142,50. 537,32,40. Arianus fit
rex 716,22. dux octauus contra Mauros	539,12. Christianos persequitur 143,18.
824,42. nascitur 223,54	Imperii perturbationem procurat 543,42.
Gasias Ximienus Dux primus Christianorum	in Aphricam transfretat 143,2. Siciliam
contra Mauros 822,50. in montibus	affligit 143,38. 539,49. Romam per qua-
Pyrenaeis rex salutatur 578,44. 710,2. mor-	tuordecim dies dispoliat 143,52. 541,50.
ritur 585,39. Eius insignia 823,4.	Carthaginem dolo inuadit 539,40.
Gasparis a Castro laus 451,30	Crudelitas eius in suos 540,2,49. mors

Et testamentum 144,26. 543,47
 Gladij figura in caelo apparet 562,46
 Gniua Gothorum rex 161,16
 Gogidiscus Vandalorum rex 533,45.
 534,32
 Gomerita Mauritanii 1210,4
 Gomitius Comes ad Vrraca regine connubium
 anhelat 248,41. pro regno pugnant occi-
 ditur 249,2
 Goniharis Vandalorum rex palo infixus 537,
 30
 Gordianus Romanorum Imp. Hispanias regit
 696,19
 Gorgonius vel Gargoris Hispania rex 14,29
 Gotbalamic etymon 537,5
 Gotbalanicum bellum decennale 895, usque ad
 pag. 938
 Gotbalanorum legatio ad Aragonum regem
 profugij liberatione 889,13
 Gotthi in factiones diuisi 135,10. in Ala-
 ricum & Radagaisum diuisi 165,15.
 532,28. in Athanaricum & Fridiger-
 num diuisi 163,18. 528,8. in Ostrogot-
 thos & Vesogothos diuisi 161,4. 303,1.
 483,42. 619,55. Ariana heresi infici-
 untur 137,7. 163,32. 528,17.
 Catholicam fidem suscipiunt, Ariana ab-
 iurata 163,24. 174,20. 557,50. 558,6.
 Theodosio Imperatori se dedunt, sed mox de-
 ficiunt 165,7,21. 530,6,8. Valenti Im-
 peratori cui se dederant, itidem rebellant
 528,53. 529,1. ab Hunnis pelluntur e suis
 sedibus 528,53. Vandalos & alias gentes
 ex Hispania profugant 302,50. 303,4. in
 Hispaniis sedes accipiunt 533,50.
 545,43
 Gothorum aduentus in Hispaniam 302,18,
 45. 483,40. 699,6. 809,40. bellacum Do-
 mitiano Imp. 160,49. cum Constantino
 Imp. 161,50. 162,5. clades in Burdega-
 lensium finibus 546,32. in Italia 533,15.
 551,1. clementia in occupatione Romae
 166,1. consiliarij & sapientes 160,22.
 exercitus regimen 157,13,32. femina A-
 mazones 158,4. mos in successionem regni
 562,8. nomen quid sonet 156,27. origo
 155,10,35,43. 156,16. 303,32. 483,12. 617,
 43. 810,31. pax cum Romanis 539,38.
 principatus 303,46. pugna cum Decio Imp.
 161,20. sedes tres 157,23,26,36. victo-
 ria contra Gracos & Persas 159,45. virtutes
 & res gestae 156,28. 302,30. 303,27,43.
 618,29. regum in Hispania catalogus
 484,1. 811,14. 812,8. 13. 814. reges quot
 interfecti 195,11

Gothorum regnum in Hispania quando coepe-
 rit 147,45. quando delictum 193,10,52.
 576,39. 577,6. 47. 636,53. excidij causa
 194,1. 195,4. quamdiu steterit 577,35,50
 Gracchuris oppidum 690,47
 Graeci cuiusdam vaticinium de Petri primi
 Castella regis crudelitate 389,20. eiusdem
 appropia ibid. 51. 393,48
 Graeci ex Sicilia in Hispaniam 464,49
 Granatae regni initium 310,24. ciuitates
 & oppida 985,32. descriptio & situs
 300,40. 972,11. tributum annuum 1169,
 39
 Granatae urbis etymon 25,40. 973,7,28.
 forma & situs 972,34. nomina 973,52.
 septem res memorabiles 973,11. occupa-
 tio ab Arabibus 196,19. oppugnatio
 Cathol. regum ductu 982,26. aeditio
 cum suo rege 983,3. 984,32
 Granatense bellum a Catholicis regibus gestum
 971,3. 1169,15. Eius causae 974,40.
 1170,9. Granatensis conuentus 773,19.
 episcopatus 773,19
 Granatensium rex oppidum ab Hispanis ca-
 ptum oppugnat 1173,11
 Granatensium rex iunior capitur 978,5.
 1188,21. libertati redditur 1196,17.
 ex Almeria fugatus ad Hispanos se recipit
 1207,21. Senioris regis copia deleta
 1196,28
 Gratianus Rom. Imp. in Hispania regnat 699,
 36. Gothos profernit 64,33. 44
 Grany olim Graij dicti 685,17
 Gregorius Eliberitanus episcopus, ethnico in-
 dici formidabilis 527,2,17,53
 Gregorius S. Hispaniam a locustis liberat 797,
 18
 Griffes, vel Goffredus, Barcinone Comitatus
 praefectus 833,46,52. dolose interfici-
 tur 834,17
 Griffes cognomento Pilo, primus Barcinone
 Comes 834,23. patris caedem ulciscitur
 834,49
 Grismons 752,18
 Grisaurus partem Hispaniae tenuit 15,4
 Guadalaiara ciuitas 760,19. Guadalaiaren-
 ses non esse Complutenses 493,36
 Guadalchauri fluminis 23,38
 Guadalupus oppidum 756. Guadalupi
 templum miraculis illustre 804,17
 Guadi Arabibus aqua 23,45
 Guadiana fluminis 23,45
 Guadicensis episcopatus 500,50
 Guardienensis episcopatus 500,51
 Gundestei episcopi captiuitas siccitatis causa
 222,3.

222,3. 606,6
 Gundila episcopus Gothos legem Christianam
 docet 163,24. 621,27
 Guimarani ducis indignatio ob regem deser-
 tum 1142,12
 Guillelmi Consalui Galliciae Comitatus fortitudo
 admirabilis 220,51. 605,11
 Gundabundus Vandalorum rex 544,36
 Gundemirus qui etiam Gundamirus & Gun-
 demarus, Gothorum rex 174,41. 321,23.
 560,3. 16. 629,48. 666,17. 705,25. Sedi
 Apostolicae & Imperio qui praefuerint ipsius
 tempore 321,28. 629,55
 Gundericus Vandalorum rex 533,43. ob
 irreuerentiam erga sacra demone correptus
 interit 142,14,40. 537,26
 Gundericus Toletanus Pont. 189,25. 575,9.
 Gundesindus Compostellanus praesul. matris
 precibus ad electorum societatem admittitur
 598,48
 Gundisaluus Ferdinandus Ouertensis 445,6
 Guntamundus seu Gutamundus Vandalorum
 rex 144,47. 544,34
 Guis Ostrogothorum rex exercitum contra
 Belesurium ducens capitur 137,35,50
 Guzmanorum origo 772,25
Habidus, qui etiam Habis, Hispaniae rex
 463,28. 686,14
 Habundus seu Auitus presbyter 700,8
 Hadrianus Rom. Imp. Hispaniae regnum susci-
 pit 694,38. patria Hispanus 516,54. 517,
 23. 1001,39. insigne periculum adit 517,8
 Halibatan Hispaniae Miramolinus 588,5.
 astu Sarrazenos rebelles imperata facere co-
 git 589,44. relicto 48 liberis moritur
 590,28
 Halibatan Hispaniae Miramolinus 602,12
 Hannibal, vide Annibal.
 Hanno Paenorum imperator in Hispaniam mit-
 titur 72,39. castra mouet aduersus Roma-
 nos 52,29. fugatur a Lucio Martio 81,16.
 capitur 52,40
 Hasdrubal Cartaginensium dux in Hispania
 49,3. 50. 12. 467,21. 689,38. Placentiam
 obsidet 70,14. praelium cum Romanis com-
 mittit 71,43. pugnant interficitur 72,8.
 467,31. Eius praegransidus clypeus 62,21.
 468,41. litera ad Hannibalem intercepta
 70,24. Neronem per colloquium fallendi
 consilium 63,7. transitus ab Hispania in
 Italiam 69,1
 Hasdrubalis Gisconis filij cum Scipione pugna
 & fuga 74,22. 50. 76,1
 Hector an Achilles in bello praestantior 1071,41
 Hedetani 19,23

Heldebatu Ostrogothorum rex 138,5
 Heldefredus maritimus Hispaniae urbibus po-
 nitur 544,19
 Helena ciuitas 932. 494,53. 686,21
 Helena martyr 799,32
 Helius Perinax Rom. Imp. in Hispaniis re-
 gnat 695,28
 Helladius Toletanus episcopus 174,54.
 560,47
 Henrici Cardinalis & Infantis Portugalliae
 laus 448,18. 458,27
 Henricus Comes Portugallia in dotem accipit
 351,53. 259,46. 351,53. cuius fuerit 489,2
 Henricus Gothorum rex 317,8. 665,35.
 702,24. quare Euricus.
 Henricus I. Castella rex 279,11. 365,32.
 653,21. 671,43. 724,7. 818,33. ex tegula
 icu moritur 281,1,10. 366,12. Eius
 matrimonium cum Dn. Masalda 279,50.
 280,11. tumultatio 282,15. Pont. &
 Imp. ipsius tempore qui 366,30. 653,29
 Henricus II. Legionis & Castelle rex 398,
 41. 658,8. 673,38. 729,1. 820,24. Arago-
 num regis opem contra fratris sanitiem im-
 plorat 395,33. in regem contra fratrem
 eligitur 396,17. fratrem confodit 397,
 4. Eius calamitates post interfectum fra-
 trem 399,14,47. uxor & liberi 399,7.
 Eius temporis Pont. & Imp. Rom. 658,21.
 401,33. 658,21
 Henricus III. Legionis & Castelle rex 404,
 43. 659,39. 674,6. 730,1. 820,31. Eius
 filie quibus nupserint 408,1. inopinata
 mors 408,22. morituri de fratris inte-
 gritate oratio 409,1. prudens responsum,
 suis ob lenitatem ipsum arguentibus datum
 405,8. sententia de arary augendiratione
 407,22. virtutes 406,27. uxor & li-
 beri 403,53. 405,33,36. Eius temporis Pont.
 & Imp. Rom. 409,15. 660,12
 Henricus seu Enriquis IV. Legionis & Ca-
 stelle rex 424,30. 662,44. 674,47. 732,
 14. 820,45. 1085,33. abstemius 431,13.
 regni dissidia sedat 424,43. in Granate
 regnum infestis signis ingreditur 425,30,
 45. oppida de Gibraltar & Archidona
 recuperat 428,22,31. Nauarrae partem
 expugnat 426,33. foedus cum Elisabetha
 uxorem icit, eamque principem designat 1090,
 32. 1091,16. pacta sorori non seruat 1092,
 48. literis Ferdinandi & Elisabethae in-
 fatatur 1098,53. filiam Lusitanorum regi,
 deinde Enriquo Enriqui despondere cogi-
 tans frustratur 1100,42.
 cum sorore in gratiam redit 1102,37.

Eius aedificia 428,53. habitus & mores 1106,5. magnanimitas in recusando regno sibi oblato 426,36. 427,26. nobilium catalogus 425,48. sobrietas 430,51. 431,10. strenuitas 429,47. virtutes 429,47,53. 430,8,20,24,44,51. 431,10,24. uxores & filia unica 425,39. obitus 1105,42. Eius temporis Pontifices & Imperatores Romani 431,53. 433,35. 663,47
 Hercules plures 34,33. septem 36,1
 Hercules Aegyptius quando extiterit 36,27,39. in Hispania regnat 462,3. Eius ibidem opera 461,27
 Hercules Alcides in Hispaniam nauigat 33,30. 152,42. Cacum superat 153,35. Geryone interempto Hispania potitur 34,21. quas urbes in Hispania condiderit 37,5. 153,23. Eius bellum cum titanibus ubi gestum 27,31. etymon ridendum 34,46. opera 154,38. patria 34,49. pugna cum Geryone tricripiti 152,42. 153,17. scelera 35,15. 615,27. reditus ab Hispania in Graciam 38,20. victoria in Hispania 153,23. mors 35,48. 39,53. 154,41
 Hercules Gracus Iouis filius 36,15. in Hispaniam venit 685,9
 Hercules Libyus Hispaniae rex 681,12
 Hercules Syrus qui XII. pericula superauit, quo tempore vixerit 36,5
 Hermanaricus Gothorum rex 162,27. Eius obitus 139,51. 162,40
 Hermandatum sive Hermanatum, nouum instituta genus 957,44
 Hermann Contracti loca emendata 521,45. 519,26
 Hermengaudus Gerbus, Frgelli Comes 719,18. 837,16
 Hermenegildus tyrannus secundum aliquos 554,31. 555,3,14. secundum alios martyr 556,4
 Hermericus Suenorum princeps in Hispania 145,53. 533,44. cum Galleis pacem facit 538,34. moritur 538,3,54
 Hermigildi Compositi. episc. in viduam quandam iniquitas & ultio diuina 599,1
 Hermigius Gothorum rex 633,46. vide Eringius
 Heschius S. 508,1
 Hesperia unde dicta 11,17. 681,51
 Hesperia due 11,11
 Hesperus Hispaniae rex 462,7. 681,45
 Hiatae Toleti rex 239,37
 Hiemen Hispania praefectus 583,25

Hieronymi opus de scriptoribus ecclesiasticis 531,37
 Hildericus Vandalorum rex 145,1. Christianos ab exilio renocat 145,4. a Gilmerio interficitur 145,18
 Hilderici Comitis contra Bambam rebellio 179,30
 Hispalis, sive Hispalus, Hispaniae rex 461,48. 680,48
 Hispalis Batice metropolis 17,38. a Casare Julia Romulea appellata 130,39. a Caesarianis recipitur 130,4. a Muzza Arabae occupatur 197,5. Eius descriptio 961,17. conditor 261,5. 37,14. 680,50. instaurator 53,46. nomina antiqua & recentia 25,55. 26,2.
 Hominibus quos Deus amat, Hispali domum largitur & victum: Proverbium 961,34
 Hispali passim martyres 522,31
 Hispalense concilium primum 558,44. secundum 561,13
 Hispalensis episcopatus 495,29
 Hispalensi metropoli quae subiecta ecclesiae 8,27
 Hispan, sive Hispanus, Hispaniae rex 461,54. 616,1. 681,1. Eius monumenta 154,50
 Hispania Europa & orbis terrarum caput 1007,43. vnde dicta 292,40. primum provincia consularis 453,51. deinde in duas provincias praetorias diuisa 453,3. sub Constantino Pio in quinque 454,51. 524,47. a Barbaris occupata & inter ipsos diuisa 141,49. 535,8. 536,48. Latini iure donata 511,41. per Comites re-cta 481,52. a sex regibus possessa 454,54. quatuor plagis vexata 535,6. nube candida illustrata, ea nocte qua Christus natus 505,48. quomodo administrata a Christi natiuitate vsque ad Gothos 481,21. quando per unum regem aut per plures gubernata 301,1. quibus rebus abundet 742,12. quas merces exteris largiatur 1245,37
 Hispania arbores & fructus 745,20. balnea & therma 748,17. clades sub Roderico rege & eius causa 191,46. 190,10. 326,53. 576,39. concilia 773,8. conuenientus 454,32. defensio aduersus Munsterum 1246,23. deploratio 194,1. descriptio 451,41. 1081,40. descriptio per maritima litora & Pyrenaeum 520. per mediterranea 6,50. descriptio respectu antiquarum in ea prouinciarum 299,10. respectu ceterarum regionum orbis 298,3,23. respectu regnorum in ea erectorum 299,54. diuisio

diuisio 4,38. 753,25. figura instar corij 4,27. fililia 749,1. flumina 749,44. 1083,38. fontes 749,10. fruges & vina 744,14. incolae primi 11,30. 152,7,30. 807,6. latitudo & longitudo 4,20. 6,52. 741,49,51. laus 193,38. 297,41. 455,10. 478,52. laus ab aeris salubritate 292,19,44. 455,16. a fidelitate erga reges 458,53. agentis strenuitate & ceteris corporis & animi dotibus 295,20. aliterarum studiis 459,25. amellarum copia 16,20. 294,31. 455,42. 742,40. areligionis antiquitate & vera fidei cultu 457,42. a terra fertilitate 293,22. 455,20. a virtute bellica 456,42. loca religiosa 804,1. magnates & pontifices 773,1. metropoles 7,40. monarchia & principatus antiqui 301,1. montes 751,32. 1083,8. nomina 10,6. 613,48. 615,55. 714,11. pecora & pisces 746,1,23. primatus 501,45. populi 18,6. prouinciae tres 451,52. 1082,5. prouinciae sex 299,16. 613,55. reges ante Herculem 14,20. reges a Thubal vsque ad Carthaginenses 460,12. regnaria 142,41. quinque 664,53. 1008,18. duodecim 1237,20. regnorum origo 306,47. salina 747,28. sancti & martyres 785,1. sedes cathedrales 8,8. siccitas stupenda 463,41. situs 613,50. 741,38. terminatio 4,1. urbes ante Herculis aduentum 13,1. ab Hercule condita 37,5. 153,23. a Carthaginensibus 46,4. a Romanis 53,3. uenationes & aucupia 746,12
 Hispaniae nomen in quo regno hodie resideat 312,9
 Hispaniae due 614,1. 4,42. ulterior & ceterior vnde dictae 5,13. ceterioris populi 19,31. prouinciae quinque 7,6. terminatio 7,4. 454,20. ulterioris partes due 7,10. populi 18,10. terminus 454,20
 Hispaniola insula 733,27
 Hispani cuiusdam in tormentis constantia 506,22
 Hispani Gothi in patria sua remanentibus praestantiores 620,31. peculiari temporis notandi modo vsi 502,13. res nouas aduersus Romanos moluntur 520,4
 Hispanorum cultus & obseruantia in religione 297,28. 784,28. fides erga suos dominos 296,51. erga uxores amor 297,12. legatio ad Alexandrum Magnum 465,43. 689,16

Hispanorum veterum bellica virtus & fortitudo 295,20. 296,4. 777,50. constantia & fidelitas 780,25. lingua 781,5
 Hispanorum nostri temporis militaris fortitudo 782,15. ingenia ad literas capefendas 782,46. lingua 783,30. sobrietas 784,12. urbanitas & diligentia in educandis liberis 783,13
 Hispanicarum rerum scriptores 441,16
 Hissem Cordubae rex 586,45
 Hissem Corduba rex 603,47
 Hirona urbs 29,41
 Hizit Arabum rex 571,5
 Homar Arabum Miramolimus 582,36
 Homerus in Hispania peregrinatus 463,49
 Honorichus sive Vgnericus Vandalorum rex 543,53. Christianos crudelissime persequitur 144,30. 34. 544,1,21. Eius miserabilis exitus 544,28
 Honorius Occidentis Imp. 532,9. 1003,21. Hispanias administrat 700,21. Gothi Gallias & Hispanias concedit 165,39. 533,50
 Hormisdas Papa ad Hispanos episcopos epistola 547,52
 Hugnericus Vandalorum rex Ariannus Christianos persequitur 144,30. 34. vide Honorichus.
 Hugo Barcinonensis claret 725,11
 Hugo Portugallensis episcopus 442,34
 Humeia regnandi cupiditas 607,20
 Hunnorum origo 139,10. 306,11. casus 167,50. 168,10. signa eum praecedentia 169,29
 Iaccensis moneta a Iacobo I. Aragonum rege confirmata 847,30
 Iacobus Apostolus in Hispania praedicat 506,35. 692,40. in Iudaeam redit 506,46. capite truncatur 506,8. equo uectus in conflictu apparet 591,10. 600,41. Graculo se non solum piscatorem sed etiam militem esse ostendit 233,18. 347,2. Eius in Hispania discipuli 506,36. 507,48. Corpus Apostoli quomodo in Hispaniam translatum 507,11,20,27. quomodo occultatum & deinde reuelatum 588,29,52. Ecclesiae eius dedicatio 210,39. D. Iacobo votum singulis annis soluendum instituitur 591,14
 Iacobus Hallensis 444,26. 450,34
 Iacobus I. Aragonum rex, Fortunatus & felicitis memoriae dictus 229,28. 724,13. 843,53. Baleares insulas acquirit 229,42. 369,4. 844,51. Eius natiuitas, & quae ratione Iacobus fuerit nominatus 844,18.

I N D E X

accusatio apud summum Pont.	845,47.	mit	601,33
discordia cum Alphonso filio	846,7.	Ibahea Hispania prefectus	583,8
educatio & pericula in infantia	844,40.	Ilarqueones	19,44
expeditio contra Mauros Granatenses	846,36.229,46.	Ildefonsus abbas idem cum B. Alfonso historico	567,16
liberalitas erga milites	848,5.	Ildefonsus Toletanus Pont.	178,21.707,31.
uxores & liberi	229,35,54.845,11.	vide Alfonso.	
mortis locus & tempus	848,15	Ilderichus Vandalorum rex Christianus	547,34
Jacobus II. Aragonie rex	726,38.858,13.	Ilerda Valentia mater	848,1.
Eius pax cum Carolo socero de restituendo ipsi Sicilia regno	859,14.	at tubicine periculo liberatur	1059,39.
privilegiorum regni confirmatio	858,50.	obsidetur	911,23.
praelium nauale aduersus Fredericum fratrem Sicilia regem	860,4.	deditur	912,31.
uxores & liberi	858,30,51.	Eius conditor	37,31.463,26.
mortis locus & tempus	860,34	descriptio	911,29.
Jacobus Patiequus Villenatum Marchio capitur & absoluitur	1104,14.1105,22.	insignia	847,54
Eius a rege Ferdinando defectio	1109,42.	Ilerdense concilium	548,18
littere ad Lusitanorum regem	1110,51.1115,23.1125,32.	Ilerdensis episcopatus	495,37
reditus in gratiam cum rege & regina	1155,34	Ilergetes	19,40
Jacobus Teuinus	443,50	Ilicensis sine Ilicitanus episcopatus	495,37
Jacobus Vrgellensis Comes, Aragonie regni competitor	1036,2.	Ilipensis episcopatus	495,43
in conciliandis sibi partibus laborat ad obtinendum regnum	1038,8.	Illeris, fluuius	9,4
partium naufragium facit	1044,2.	Ildefonsus S.	786,23.
Ferdinandum regem agnoscit	1056,36.	vide Alfonso.	
circumbellat	1059,36.	Illiberæ vrbes duæ	9,10.25,51
supplex fit	1062,34.	Illiberina synodus	9,14
in carcere vitam finit	867,4.	Illiberia, nunc Granata	681,6
Eius scelera	1039,22.1042,40.	Illiberitanum concilium	524,43
ultimo diuina	1043,27.	Illiberitanus episcopatus	495,31
patris eius auaritia	1056,50	Illiberitania magna, nunc Granata	25,28
Jacobi Theologi sophologium	730,12	Illipa montes	22,50
Jamfredus I. Barcinonæ comitatus gubernator	712,9,52	Illiturgi obsessio	58,6.
Jamfredus II. Barcinonæ Comes	713,1,27	expugnatio	77,30
Jamfredus III. Barcinonæ Comes	715,25	Immontinensis episcopatus	496,1
Iani portarum aperendarum & claudendarum ratio	132,14	Imopyrenæus episcopatus	ibid.7
Ianuarius martyr	793,28	Imperatores quos Hispania dedit	1000,36.
Iapheti posterius quas gentes produxerint	151,15.615,12		1245,23
Iberia	12,16	Imperatorum qui Hispania totius imperium habuerunt, catalogus	482,9
Iberia vrbs	677,51.	Imperatrix Alemanie adulterii accusata, a Rainundo Berengario liberatur	838,24
Eius situs & ruina	31,40	Impuritanus episcopatus	496,12
Iberus Hispanie rex	460,41.677,37	Incidium miserabile	760,3
Iberus fluuius	12,16.460,42.677,37,40.	Indallentius S.	507,50
quos amnes in se recipiat	749,49.677,37.	Indibilis Hispanorum dux Scipioni se dedit	67,37.
750,1		deficit	85,23.
Idacius episcopus, scriptor Hispanus	441,18.	fratrem Mandonium ad Scipionem supplicatum mittit	83,7
ad dominum conuertitur	536,26	Indicæ insule inuenta	758,48
Idnabala CasarAugustæ regulus	586,12	Indigetes	20,20
Idubeda Hispanie rex	460,44	Infantes dicuntur Hispanie regum filii	604,51.
Idubeda, montes	ibid.752,33	mos iste unde sumptus	1019,15
Ierabrica ciuitas	495,26.537,3	Infantes de Carrion	220,10
Ignis e mari ortus multa Hispania oppida absumit		Inguinalis plaga per Hispaniam	188,7.550,47

I N H I S T. H I S P A N.

bantur	1101,33	Ioannes II. Legionis & Castellæ rex	409,33.
Ioannes abbas, deinde episcopus Gerundensis	441,21.558,24.	660,23.674,25.730,39.820,35.	Affectus eius mirus erga Aluarum de Luna
Ioannes Aegidius Zamorensis	445,10	413,43.	
Ioannes Annus Viterbiensis	443,26	419,1.	amor erga Aluarum in odium conuersus, & supplicium de eo sumptum
Ioannes Hierosolymitanus rex in Hispaniam venit	724,10	420,24.53.421,40.	disidium cum Ioanne Nauarræ rege & Henrico Infante
Ioannes Genesius Sepulveda.	451,13	413,20.414,17,43.	concordia cum isdem
Ioannes Gerundensis episcopus, legatus Ferdinandi V.	1183,43.	416,12.	discordia iterata & exitus eius rei
paralipomena Hispanie scripsit	443,7.	418,2,41.	nobilitas summa
Ioannes I. Aragonie rex	729,36.863,13.	409,36.	studium circa schisma ecclesie extirpandum
tumultus compecit	863,44.	412,10.	Victoria de Sarracenis
Eius indulgentia erga secundam uxorem	863,23.	416,47.	tutores a patre relicti
morum varietas, ibid.23.	mors repentina	408,40.409,54.1010,53.	virtutes
864,1		422,41.	vitia
Ioannes II. Aragonie rex	732,37.876,20.	423,11.	uxores & liberi
Eius amor erga fratres	877,34.879,1.	423,31.662,11	Temporis eius Pont. & Imp.
bellum cum Carolo filio & Barcinonensibus	884.	Ioannes I. Nauarra rex a Castella rege fugatur	418,16,20.
cum Ludouico Gallorum rege	938,39.	Eius disidium cum Carolo filio	426,19.
bellum Gothalicum	895.	uxores & liberi	413,33.417,46.
beneuolentia & cultus erga uxores & liberos	878,46.	Idem est cum Ioanne II. Aragonie rege.	
clementia & humanitas	878,12.	Ioannes II. Labritensis, Nauarrae rex, schismaticus	1213,29.1216,15.
meritas erga reos	879,43.	regnum deserit	1217,9.
cultus circa parentem	879,1.	Gallorum copiis auctus ad Pompeionis obsidionem se parat	1221,48.
festorum celebratio	880,18,30.	spe sua fraudatur	1223,10.
cura & ordinatio in litibus abbreviandis	880,49.	maiores copias contrahit	1224,10.
fortitudo contra hostes, ib.1.	habitationes	urbem oppugnat	1225,4,44.1227,21.
879,36.	gesta in Hispania	obsidionem soluit	1233,1.
881,50.	inclinatio in pulchras mulieres	de regno recuperando diffidit	1233,18
879,21.	leges & instituta	Ioannes I. noshus Portugallie rex omnibus admirabilis	729,9,22
liberalitas & audientia	878,24.	Ioannes II. Portugallie rex	732,27.
ludi & venationes	877,26.	cum exercitu pergrandi ad patrem venit	1134,18.
militia	881,32.	patrelem suum occidit	1206,39
natiuitas	876,27.	Ioannes III. Portugallie rex	734,40
oratio ad duces	927,55.	Ioannes Mena, poeta Hispanus	732,9
ad filium rebellem	888,8.	Ioannes monachus, Gerund. episcopus	705,55
ad legatos	889,47.891,13.926,9,16.939,3.	Ioannes Ortega	721,36.792,53
ad milites	902,8.905,12.	Ioannes Patiequus magister S. Iacobi	1087,23.
parentum, fratrum & sororum mors	879,12.	Eius fraudulenta consilia	1097,13.1101,33.
periculum a Tarracensibus	900,24.	obitus	1103,30
ab hostibus	891,26.931,20.	Ioannes Vasæus quo consilio Hispania chronicon scripserit	437,39.
statura & corporis forma	877,1.	quibus de causis	439,11.
ualeudo & corporis cultus	877,10.	quod non sine exemplo homo exterius de Hispania rebus scribat	440,1.
virtus bellica & militaris eloquentia, ibid.54.	uxores & liberi	quatenus sequatur	441,16.
876,40.	uxoris & filij periculum ab hostibus	445,32,40.	quorum opera in suo Chronico sit adintus
896,8.898,17.	uxoris infirmitas & mors	448,1.	Eius obsecratio ad leforem
934,16.	ipsum obitus & acta in ea	451,1	
943,5.944,24.	exequia	903,10	
Ioannes I. Legionis & Castellæ rex	402,5.	Ioannis Agullonis supplicis oratio	1044,6
658,41.673,43.729,12.820,30.	equo opprimitur	Ioannis Ballieræ tyrannis	1067,31,49.
404,3.	Eius bellum cum Alencastriae duce	Ioannis Cenillery pertinacia	1069,38
403,24.	& concordia per matrimonium, ib.52.	Ioannis Ferdinandi laus	444,49
bellum cum Portugallensibus	402,27.	Ioannis Gamboæ fortitudo	931,38
virtutes	404,25.	Ioannis Martis magnanimum facinus	1024,
uxores & liberi	402,8,21.	Temporis eius Pont. & Imp. Rom.	404,25,35.659,23

I N D E X

10. faceta	1025,16	Arabes in Hispaniam traducit obviolatam a rege filiam	191,23,326,8,31. 576,8.
Ioannis Papae litera ad Alfonso Magnum	209,50.210,20	Eius scelerum deploratio	327,12. & poena 200,35.327,25.577,29.
Ioannis Sancij IV. regis Castellae fratris, vindicta infelix	380,9,18	Iulianus Eborensis episcopus	552,31
Ioannis Syluij Centifontani Comitis pugna tumularia cum Lusitanis	1123,45	Iulianus Lucas, Toletanus diaconus	441,50
Iouinianus Rom. Imp. Hispanias regit	699,16	Iulianus Pomerius Maurus floret	540,29
Iouis mons	23,12.37,44.751,44	Iulianus Pomerius Toletanus praesul	572,50.
Irene martyr	567,32	799,49. ex Iudaeo Christianus	187,50.
Iria Flauia opp.	761,30	708,18. Eius scripta	441,46. liber de tribus substantiis in concilio approbatus 188,17.573,40
Iriensis ecclesiae episcopi	588,42	Iulitta martyr	696,8.792,1
Iriensis episcopatus	496,17	Iuncaria oppidum	496,15
Iriensis sedes Compostellae transfertur	589,9	Iuuenalis an Hispanus	512,1
Irreuerentia erga sacra punita exempla	346,22	Iuuenus poeta, presbyter Hispanus	524,25. 698,43
Isabella Ferdinandi V. uxor, vide Elisabe.		Iuuenus suspensus in columis mansit	805,49
Isabella Montania constantia & fides	937,40	Iuuenis & puella amantiu miseranda fortuna	1026,54
Ischan Miramolinus	583,4	Iustinianus Valentinus episc.	550,28.703,10
Isidorus Hispalensis archiepiscopus	421,18.	Iustinus Historicus floret	517,30
705,46.801,46. contra Acephalorum heresim synodum celebrat	174,55. moritur 564,51.175,49.564,51. Eius opera 565,12.705,48.801,45. a Theodisco corrupta 566,14. historia Gothorum 562,25. salutaria quaedam praecepta 801,52. locus emendatus 560,44	Iustitia encomium	987,41.992,10
Isidori officium ubi hodie uigeat	199,53	Iustus Toletanus praesul laqueo strangulatur	564,13
Isidorus senior Cordubensis episc.	536,25	Iudef, nobis Iosephus, in Hispaniam regnaturus mittitur	584,41
Isidorus Pacensis episcopus	442,6	Ixeca Hispania Miramolinus	586,46.588,4
Italica situs	555,10	Ixit Arabum Imperator	582,36
Italica passus martyres	522,6	Iabienua a Caesare deficit	108,8
Italicensis episcopatus	496,25	crudelis in Caesarianos	123,33
Itani, Hispania populi	18,37	in praelio occumbit	129,30
Ithacius episcopus Hispanus	530,38	Labrionensis episcopatus	496,27
Iubal idem cum Tubal	677,10	Lacobrica, duae	ibid.29
Iubalda Hispaniae rex	678,14	Lacobricensis episcopatus	496,29
Iubalda mons	460,45.678,16	Lacus mira naturae	748,38.752,13
Iubeda mons	1083,23	Laetani populi	20,1
Iucef Almohadum rex Toletum obsidet	264,13,22	Laelius nauale praelium cum Paenis committit	81,22
Iudaei ritus suos abiurant	564,25. conuersi rursus iudaizant 963,25. ex Hispaniis pelluntur 560,30.960,15	Laini Calui Castellae indicis progenies	646,28
Iudeorum synagoga in Hispania quamdiu fuerint	517,15. Iudeorum ritus & mores 962,19. obscenitas 962,31.965,1. in regem conspirantium poena 574,32	Lagonis fluminis	750,47
Iudaicus mons	23,14.37,46.751,44	Laetaniae puincia ciuitates & oppida	766,38
Indices nouem ad eligendum Aragonum regem delecti, eorumq. nomina & qualitates	866,5.1046,44,52	Lambertus martyr	521,4.797,16
Iugastrensis episcopatus	496,14	Lamecensis episcopatus	496,35
Iulianus ab Alba	448,53	Lampades in S. Mariae templo miraculose accenduntur	806,29
Iulianus Apostata Hispanias tenet	699,12	Lanificij & linificij palma penes quos in Hispania	753,1
Iulianus Comes legatus Roderici regis	191,15.	Largustanus princeps Catonem inuauit in occupando Regio castro	88,50
		Lairo Portius Hispanus	508,40.693,17
		Latronum domus origo	824,28
		Lauara oppidum	28,2
		Laureanus Hispalensis archiepiscopus, martyr	550,49.788,27

Lauren-

I N H I S T. H I S P A N.

Laurentius a Padilia	445,15	Libyca, urbs	29,51
Laurentius martyr	519,5.697,5.785,51	Licianus poeta Hispanus	512,16
Laurentius Valla Alfonso V. Aragoniae regis praecceptor	868,43. historicus 731,44. 868,15.1063,17	Limba Gothorum rex	319,40.703,53. vide Luiba.
Leander Hispalensis episcopus	556,48.704,16.801,24. moritur	Limia fluminis	452,37.680,40.750,26. 1084,44
Eius opera	559,28. 704,24	Liminus fluminis	24,11
Ledesma opp. cum iberis	748,19,31	Littorius Comes aruspicum responsis fides perit	539,29
Legio Germanica, ciuitas	763,27. Gemina ne seu Gemina, an Germanica dicta 513,52. a quibus condita 473,694,20. a Sarracenis capta 605,10	Liuii locus restitutus	466,16,20.471,5,22. 472,40
Legione passus martyres	523,4.697,11	Lotonensis episcopatus	496,41
Legionis regni initium	307,1,22. unio cum Castella 231,20.307,54. separatio 355,42	Loxa obsidetur	979,17
Legionis & Asturum titulus quousque durauit	718,2	Lubricatus amnis	24,36
Legionis & Castella regum catalogus	484,39	Lucas Tudensis Hispaniae scriptor	442,36
Legionensis episcopatus	496,37	Lucanus Anneus poeta	506,52.693,11. Senecam philosophum auum an patrum habuerit 508,35. Eius epitaphium 509,4,11
Legionensis ecclesiae translatio	212,20	Lucense concilium	552,12
Legionenses, olim Vectones	19,16	Lucensis episcopatus	496,43
Legionum Romanarum nomina	514,45. 515,32	Lucinius Beticus	531,7
Lemacenorum urbs deleta	30,23	Lucius poeta Hispanus	512,17
Leocadia uirgo martyr	521,48.786,44.	L. AEmilius Paulus contra Lusitanos tumultuario exercitu pugnat	90,4
Leocadia tria templa Toleti dicata	521,49	L. Belus aut Bebion praetor exercitu caso fugit	89,51.471,8
Leo III. Papa	588,8	L. Flori lapsus	468,22.474,14.477,7
Leonis Papae epistola ad S. Turibium	540,19	L. Flori locus restitutus	472,42
Leonigildus aut Leonogildus Gothorum rex	172,52.319,50. 552,42.627,34. 666,5. 705,55. hereticus 554,39. Christianos persequitur 173,12. filius regni confortes facit 553,53. Hermegildum filium ob Catholicam fidem interimit 173,7. 320,11. Hispalim expugnat 555,3,14. plurima loca in suam potestatem redigit 553,17,20,42,50,52.554,13. primus solio & purpuraregali usus 557,16. Suenorū regnū occupat 555,51. moriens Recaredum filium de Christianis ab exilio reuocandis monet 173,29.557,4. Eius uxores 552,43,46. Pont. & Imp. qui fuerint ipsius tempore 320,18.628,17	L. Marimeus Siculus	443,32
Lericensis episcopatus	500,55	L. Martius rem perditam in Hispania restituit	468,36. milites ad pugnam hortatur 61,10,26,48. Paenorum castra expugnat 62,2.
Lesbij in Hispania regnant	688,26	L. Scipio Ortigem urbem obsidet	73,40. capit 74,7
Letus Neptensis episcopus martyr	144,39	Lucij Papae epistola ad Hispaniae episc.	518,41
Lethesfluminis	452,38	Ludos & lusores que mala sequantur	965,30
Liber folijs ligneis & tribus descriptus linguis inueniunt	369,26	Ludonicus Gallorum rex, Barcinone Comes	833,42. Barcinonensis renunciat 835,19
Liberatus abbas martyrium sustinet cum sex fratribus	544,13	Ludonicus Gallorum rex fontem Rabiam obsidet	1130,19. exercitum pulso, obsidionem repetit 1131,30
Liberaltatis exempla	994,9	Ludouici Francorum regis aduentus in Hispaniam	252,48. eius encomium de curia Toletana 253,2.356,26
Liberi Patris in Hispania aduentus	462,34	Ludouici Neapolis rex, regni Aragoniae competitor	1034,10.1035,47
		Luiba sine Limba I. Gothorum rex	172,47. 319,40.552,20.553,11,50.627,22.666,3. 703,22. Eius temporis Pont. & Imp. 319,43.627,28
		Luiba II. Gothorum rex	174,30.320,52. 559,19.629,12.666,13.705,1. Eius temporis Pont. & Imp. 321,1

I N D E X

Lupercus puer, martyr	789,47	Marrici Comitis de Lara singularis erga domi- num suum fides	357,47-358,3,28
Lupus de Oliueto, ordinis D. Hieronymi instaurator	730,51	Manricorum ortus	772,23
Lupus Francorum dux Bambam contra seuentem fugit	185,47	Mantua conditor	686,40
Lupi de Arenis peditio peditio punita	362,52	Marcelli filij martyres	523,23
Lusitani qui	884,43	Marchiones Aragonia & Navarra	776,2.
Lusitania 913,11. hodie que	614,11.	Castella & Legionis	775,47.1239,42.
Specialius dicta que	24,7	Portugallia	1241,1
Lusitania descriptio	4,51.5,54.17,41.299,33.4,52,7.755,1.1082,13. conuentus 454,34. etymon 4,51.5,54.17,44.34,16. 153,28. 4,52,11. 462,44. 683,9. fluuij 4,52,13. longitudo & latitudo 755,10. montes 453,3. oppida & populi 755,12	Marcus Antoninus Rom. Imp. in Hispanis regnat	695,10
Lusus Hispanie rex	462,24.683,7	Marcus Aurelius Rom. Imp. Hispanias regit	695,54
Lycabrum expugnatur	89,37	M. Fuluius Celiiberos fundit	89,11
Lydi in Hispanis imperant	686,27	M. Portius Cato cum exercitu in Hispaniam venit	86,45. Hispaniam citeriorem domat 88,5. Hispanis arma adimit 88,33. Romam triumphans intrat 89,26
Lynca, olim Iulium oppidum	20,17	M. Iunius Syllanus, prator, in Hispaniam mittitur	64,19. Eius prelium cum Hannone
Macinae militaris descriptio	1018,19	Magoneque	73,6
Macrinus Opilius Rom. Imp. Hispanos regit	695,49	Marci Gutierrez Castellani fides & praeclarum facinus	364,15
Madritum oppidum	759,38	Marci Reguli fides & mors	49,15
Madriti factiones	1144,14	Maria virgo B. Alfonso apparet	568,30
Magalonensis episcopus	496,48	Mariae virginis festum octauo die ante Christi natalem celebrari solitum	567,49.568,8.
Magnatum Hispania index	1239,14	Mariae custodienis ades	1017,15
Magnatum Aragonia & Navarra numerus censusq.	776,51. Castella & Legionis 775,8,20. Portugallia 777,19	Mariae Aragonum reginae pulchrum stratagemma	844,3
Mago Ponoru dux Hispania fugatur	84,18	Mariae Santij IV. uxoris cura de filij regno singularis	382,5. parsimonia 382,18. summa pudicitia 381,43
Mago urbs	84,54	Mariani montes	752,38
Mahometes Miramolinus Hispania	593,2. eius de morte apophthegma 236,49.594,29	Marinus homo visus	694,32
Mahometes nascitur	554,49. Corduba	Marius Arcius	443,24
virum suum spargit	559,38. rex a suis salubatur	560,55. primum tres uxores, mox octodecim habuit	560,10. sectam suam inchoat in Arabia 175,19.561,20. veneno hausto moritur
562,38	Mahometismus decem Iudeorum commentum	561,31	Maiores Hispania
773,55	Maiorianus Imp. in Hispaniam venit	542,47	Malaca conditores
46,36. captio	106,18	Malace passii martyres	522,37
Malacitanus episcopus	496,50	Malacha 12 stationibus cingitur	980,31. deditur
981,33	Mancius, Christi discipulus, martyr	512,46	Mandonius, socios Romanorum inuadit
55,20.79,41. Scipioni se dedit	67,77. deficit	85,23. ad supplicium Romanis traditur	85,49
Mandonij & Indibilis pugna cum Scipione	82,5.690,26. fuga	83,1	Martinus V. Papa
			412,54.423,35
			Martini

I N H I S T. H I S P A N.

Martini ab Azpilcueta laus	449,29	Milesti Hispania imperium tenent	688,11
Martini Siciliae regis obitus	864,50.	Mindoniensis episcopus	501,4
1033,25	Martyres Hispania	520,13.698,1.785,1.	Mirandensis episcopus
Martyres octodecim	788,17	Miro Sueuorum rex	147,11.553,18. bellum contra Aragonem mouet
Masdra Sueuorum rex	146,38.170,35. 542,25	Mirobrica qua sit	555,6
Masimissa Rex Numidarum, Carthaginensium socius	59,47. Romanorum petii amicitiam 76,6. Eius cum Scipione colloquium	83,31	Miron Barcinona Comes
714,51.835,45	Mauratius, quibusdam Mauracatus, Legionis & Asturiarum rex	202,21.332,43. 586,24. 639,25.667,47.710,50.815,20. virginum tributo auxilia Barbarorum redimit	202,28.332,53.586,27. Eius temporis Pont. & Imp.
333,9.639,33	Maurus se Mahome nunciu simulans	981,20	Mons signi
820,11.981,5	Mauri Hispaniam vastant	518,14	Mons submergitur
814,14	Maurorum aduentus in Hispaniam	814,14	Mons Ululat
837,37	Maurorum reges 12 tributarij	837,37	Montis Serrati domus S. Mariae dicata, miraculis insignis
667,19	Maurorum reges breui tempore quindecim in Hispania	667,19	Montes, dorsum terre
299,45	Mauritania Tingitana descriptio	299,45	Montes Hispania
696,12. Christianos persequitur	518,29	Eius monumenta Bracara	518,31
441,26.560,13	Maximus Caesar Augustanus episcopus	441,26.560,13	Montani episcopi castitas miraculo probata
696,34	Maximus martyr	696,34	Morella oppidum
595,30	Medina Arabibus quid	595,30	Mozarabes Christiani
460,50	Medobriga situs	460,50	Mozarabici officij descriptio
524,4	Melciadis Papa epistola ad episcopos Hispanos	524,4	Mugay cum 70000 Arabibus casus
25,31	Mellaria urbs	25,31	Munda opp.
25,13	Mendalia oppidum	25,13	23,52.128,46.1084,41. nunc Colymbrium
670,35.718,14	Mendozae familia origo	670,35.718,14	129,48
196,35	Mensa viridis ex lapide precioso	196,35	Munda fluuius
805,27	Mentesa oppidum	754,46. Christi sudario celebris	452,40.1084,39
496,51	Menteianus episcopus	496,51	Munio Mindoniensis episcopus
771,12	Merulorum domus vnde	771,12	442,33
16,20.742,40	Metalla Hispania	16,20.742,40	Muniza Gegionis praefectus Pelagii sororem vitiat, & qua inde secuta
756,50.876,33	Methymna Campi ciuitas	756,50.876,33	198,25.578,25. interficitur
760,39	Methymna caeli	760,39	200,40
763,20	Methymna Rosca	763,20	Murtia septem coronarum insignia gerit
586,40. Mezquita Maurorum in ecclesiam Christianoru consecratur	240,40.352,14	586,40. Mezquita Maurorum in ecclesiam Christianoru consecratur	67,2. 34. capitur
450,15	Michael Leerma	450,15	196,21
443,18	Michael Ritius Neapolitanus	443,18	Muscarum plaga in exercitu
			374,11
			Muzza Abenhezim ab Ordonio victus
			592,27
			Muzza Arabum dux exercitum in Hispaniam mitti ducit Tarif
			191,39.192,6.576,9,27. ipse in Hispaniam venit
			196,44.578,16. plurima occupat
			196,49. Iulianum Comitem interficit
			200,43. a Tarif in Hispania actorum rationem postulat
			197,38. in Africa renouatur
			581,22. a Tarif apud Miramolinu delatus mulcatur
			582,9
			Mysdoniorum in Hispaniam aduentus
			40,43

N Abuchodonosor II. Hispanias occupat 689,1	Numantia hodie qua sit 1138,2
Napifer Montecatinus dux contra Mauros 831,12	Numantia excuritur a suis civibus 94,1.690, 29.477,13
Narbonensis episcopus 497,1	Numantiae situs 31,19.93,30.477,27.
Natum fluvius 24,20	conditores 46,53
Nauarra vel Nauaria etymon 1211,36:	Numantinorum fides 475,55
historia 444,37. interregnum 596,7. 592,47. nobiles in duas partes diuisi 884, 18. pontificum census 774,30. populi 764,50. regni origo 308,11.670,3. re- gum genealogia 223,28.224,34,46. regu catalogus 486,30.719,31. sedes cathe- drales 8,12. situs 300,29.1009,30. 1211,9. unio cum Aragonia 828,37. secessio ab Aragonia 828,50	Numantini belli causa 475,38
Nauaria regnum cum Pompelone pacatur 1218,1. Nauariam iure diuino & humano ab Hispanis teneri 1212,9	Numidica montes 23,7
Neapolis regnum Gallorum ignauia amissum 675,46	Nunilo martyr 713,51.790,39
Nebealmonus fluvius 24,21	Nunius Rasura Castellae index 213,43.597,32. Eius posteri 214,1.
Nebis amnis 452,37	Nunii Comitum de Lara singularis fides erga suum regem 357,47.358,23. strage- ma 259,53
Nebriſe conditor 462,38.684,3. etymon 754,8. situs 462,41	O ccetani 20,10
Negangesta flumen 24,22	Oculum Durii 497,14
Nelus amnis 24,21	Octavianus Imperator, quare Augustus 29,41.115,55
Nemausensis episcopus 497,2	Octogesima oppidum 29,41.115,55
Nepotiani Palatii Comitum rebellio & poena 206,14.590,40.712,26	Odo Vrgellensis episcopus 721,19
Nepotum domus 771,53	Odoacer Herulorum rex a Theodorico interi- mitur 136,5,23
Nereis in Olisiponensi litore visa 506,11	Officii S. Isidori & Leandri descriptio 579,17
Nero Rom. Imp. Hispanias tenet 692,50	Officia Castelle magnatum 775,8
Neria Cocceius Rom. Imp. in Hispaniis impe- rat 694,15. natione Hispanus 512,27. 1090,48	Officia in curia regum 773,1
Nerna fluvius 24,24	Oldegarius Tarraconensis archiepiscopus 722,42
Nicena synodus prima 524,9	Olana familia 772,10
Niuosi montes 973,46	Oliana oppidum 806,29
Noa, cognomento Ianus siue Ogyges, in Hispaniam uenit 677,23. Eius posteri quas or- bis partes possederint 150,50.151,15.807, 20	Oliba capitur 89,43
Nobiles Hispani unde cognominati 772,13	Olimpiadus martyr 696,34
Nona martyr 523,7.787,1	Olimpus Hispanus episcopus 531,16
Nonij Aluari Comitum historia 444,47	Olisippona etymon 1008,26
Noninus siue Nonnicus Gerundensis episcopus 564,6	Olisipone passi martyres 522,44
Norbea Augusta situs 30,33	Olisiponensis episcopus 497,6
Normanni Hispania maritima depredantur 207,53. Galleciam vastantes opprimun- tur 591,37.602,14	Oliuanus Capella dictus 836,8
Normannorum 70 naues successisse 206,23.	Olympius blasphemus calitus punitur 545,47
strages 216,36	Omar Corduba dux a Froila cum 5400 Ara- bibus casus 201,48
Nomenſis episcopus 497,3	Oppas Hispanensis episcopus in Toletanam sedem intruditur 190,24.575,32. Mauris se- iungit contra Pelagium 581,29. Pelagii a defensione sui contra Arabes dehortatur 198,49.199,7. a Pelagio capitur 199,38. 582,3

Ordo

Ordo militum de Calatraua 255,16	Ostrogothorum reges 135,28. nomen & imperium in Italia deletum 551,25
Ordo militum de la Banda 727,21	Onanſius Toletanus archidiaconus 199,55
Ordines Castelle 774,47.1238,42.	Ouetum, metropolis 47,45. ciuitas episco- porum olim dicta 210,53.594,48
Ordines Portugallie 775,3.1239,1	Ouetense concilium 210,54
Ordonius I. Legionis & Asturiarum rex 207, 7.334,42.591,51.640,45.668,8.712,41. 815,50. adulatoribus deditus innocentem episcopum tauro obicit 592,1. Cauriam & Salmanticam expugnat 592,44. Sar- racenos fundit 592,33	Ouetensis episcopus 501,16
Ordonius II. Legionis & Asturiarum rex 211, 49.337,40.595,49.641,35.668,18.714, 1.816,14. a Saracenis victus praelium cu ingenti hostium cade redintegrat 596,21. 597,12. Comites Castelle per fraudem oc- cidit 213,3.597,16. Eius crudelitas & vindicta cupiditas 337,50.338,7. in Sar- racenos res gesta 211,50.212,1,6,36,40. 595,40. uxores & liberi 212,52.597,19. mors 212,12.597,21. Eius temporis Pont. & Imp. Rom. 338,28.641,54	Ouetensis ecclesia metropolitana fit 210,36. 211,1.595,1. quas Sanctorum reliquias custodiat 804,23
Ordonius III. Legionis & Asturiarum rex 217, 18.340,37.599,35.643,8.668,39.715,4. Eius dissenſio cum Castellanis 217,20. vi- ctoria de Arabibus 217,33. Eius temporis Pont. & Imp. 340,44.643,14	Ouetensis ecclesia sancti Saluatoris autor 587, 16
Ordonius IV. dictus Malus, Legionis & Astu- riarum rex 217,52.340,49.600,18.643, 23.668,45.715,20.816,39. Eius tempo- ris Pont. & Imp. 341,7	Otogerius Golantes cum nouem sue genis vi- ris in Hispaniam contra Mauros proficisci- tur 831,24.709,21
Oretani 18,41	Othomanus Turcarum rex Chalcidem expu- gnat 1156,19
Oretanus episcopus 497,17	Oxomensis episcopus 497,25
Oriola urbs, olim Orontia 29,27	P Acensis episcopus 497,28
Orius mons 751,55	Pacianus Barcinonensis episcopus 525, 49.700,12,43
Orospeida mons 752,35.1083,30	Paciori 19,20
Orthosada, montes 22,52	Padille domus origo 770,55
Ortigis urbs obsidio & captio per Scipionem 73,40	Palatinus Hispania rex 462,48.684,16
Orus Hispania dominatur 462,14. quare Sicorus. 765,46. Eius conditor 13,46	Palendones 19,20
Oſca ciuitas 765,46. Eius conditor 13,46	Palentia ciuitas 763,4.684,18
Oſcensis episcopus 497,20	Palentina ciuitas & ecclesia qua occasione adi- ficata 609,12
Oſiris 680,17. primus idololatriam indu- xit in Hispaniam 461,22	Palentinensis episcopus 497,45
Oſius Cordubensis episcopus 699. interest concilio Niceno 524,20. Gangrenſi, ib.32. Illiberitano, ib.54. Sardicenti 526,13. Arianis subscribit 526,31,43. Exitus eius terribilis 526,48	Pallariensium Comes, Gothalanorum princeps contra Ioannem regem, Gerundam obsidet 896,3.897,1.909,18
Oſſer oppidum 750,15	Palma oppidum 754,37
Oſonobensis episcopus 497,22	Pampelona olim Athanagia 54,12. Eius conditor 53,50
Ostrogotta Gothorum rex 161,10	Pampelonenſis episcopus 497,47
Ostrogothi 303,2.483,51.620,1. unde di- cti 135,10. Hunnis subiecti 140,2. 162,47	Panhispanion celebratur 1145,21

Paulus Apostolus in Hispaniam nauigat 692, 45. an fuerit & predicauerit in Hispania 509, 40. 510, 31. Eius discipuli in Hispania 796, 27	Perpignanensium Gallorum iugum recusantiū oratio 941, 12. tolerantia in obsidione 942, 24
Paulus confessor, D. Pauli discipulus 510, 55	Petrus Antonius Beuter 445, 22
Paulus Graecus a Bamba contra Hildericum rebellem cum exercitu mittitur 179, 46. a Bamba rege deficit 180, 8. 707, 41. a rege in Nemauso urbe obsidetur 182, 32. ferme desperat 183, 34. 184, 2. veniam per legatum petit 184, 15, 20. ad regē vincētus ducitur, ibid. 53. iudicio legitimo condemnatur 185, 31. proditiōnis penas luit 569, 49. corona picea insignis in triumpho ducitur 186, 34. 570, 16. Eius complāces 182, 38. litera ad Gerundensem antistitem 181, 23	Petrus Barchus, Sanctus 787, 51
Paulus I I. Pontifex 432, 33	Petrus Cantabriae dux, Alfonsi Catholici patris 201, 11
Paulus Orosius 532, 10. 315, 27. 532, 10. 700, 16. Tarracōnensis fuit, nō Cordubensis 532, 18. S. Stephani reliquias in Africam affert 536, 15. Hormestam suum scribit 533, 30	Petrus Casar Augustanus orator 527, 28
Pauli Orosii locus deprauatus 466, 55	Petrus de Lara Comes ad Vrracā reginā conubium anhelat 248, 46
Pauli AEmilij de uxore repudiata ad amicos responsum 92, 27	Petrus de Monforio Compostellanus episcopus 604, 13. 717, 42
Pax Augusta oppidum 497, 39. 754, 42	Petrus de Perpignano 727, 51
Pax Iulia ubi hodie 497, 28	Petrus I. Aragoniae rex 228, 52. 720, 41. 826, 45. Arabibus pulsus, Oscam recuperat 227, 31. beneficia iuris patronatus accipit 827, 24. in praelio occumbit 229, 13. Eius insignia 827, 9
Pegna amatorum, petra: & nominis non inuicunda causa 1026, 52	Petrus II. Aragoniae rex 723, 46. 842, 40. Eius profectio ad summum Pont. & coronatio 842, 50. res Romae gesta 843, 5. expeditione contra Simonem Montis fortis Comitem 843, 21
Pelagius Compostellanus episcopus 604, 8	Petrus III. Aragoniae rex, primus ex Aragonia Siciliae rex 725, 48. 849, 10. Eius duellum cum Carolo Gallorum regis fratre 856, 42. profectio in Siciliam & gesta in ea 855, 51. 856, 33. liberi 857, 18. mors 857, 15
Pelagius Legionis & Asturiarū R. primus 329, 27. 578, 22. 637, 16. 667, 24. 709, 10. 814, 47. mirabiliter a Deo ad Hispania instauracionem seruatus 198, 8. 329, 53. animū ad liberandam Hispaniam adicit 197, 35. 578, 22. cum sorore & Christianis in Aufeuae monis caueam fugit 198, 29, 54. rex saluatur 198, 40. 578, 41. in cauea a Sarracenis oppugnatus, Dei auxilio hostes fundit 199, 27. 581, 26, 52. Legionem Mauris eripit 582, 54. insignibus Gothorum dimissus, alia capit 307, 22. 583, 2. quando regnare cepit 307, 11. Eius genus 329, 29. liberi 330, 9. obitus 200, 54. 583, 39. Qui tum Pont. & Imp. fuerint 330, 10. 637, 40	Petrus IIII. cognomento Ceremoniosus, Aragoniae rex 728, 26. 862, 52. ex aureis & argenteis vasis pecuniam conflat 862, 52. Eius bellum contra Petrum Castellānorum regem 861, 49. indulgentia & obsequium erga Sibiliam reginam 862, 38. morositas 862, 50. profectio in Sardiniam 862, 10. uxores & liberi 862, 21. mortis tempus 863, 6
Pelagius Ouetensis episcopus 442, 1	Petrus Legionis & Castella rex cognomento Crudelis 390, 26. 657, 24. 673, 16. 728, 1. 820, 20. a concubina fascinatus uxore repudiat 390, 50. 391, 14, 23. Aragoniam uastat 395, 40. fratres & regni nobiles proscribit 396, 9. contra Henricum fratrem pugnat 396, 29. a fratre confoditur 397, 4
Pelagij obsidis loco dati martyrium 596, 34	Petri Legionis & Castella regis crudelitas in fratres, nobiles, & subditos 392, 39. 393, 5. 14, 16, 37, 40. 394, 50. 395, 17. in filium pro patre sene supplicentem 395, 4. in Granata regem hospitem & supplicem 394, 10. 20. 673, 22. impietas in matrem 395, 14. senitia in materera & consanguineas 393, 24. tyrannus in Iudeum 394, 45. morientis ad histriōnem uerba 397, 40. Vaticinium cuiusdā Graeci de eius crudelitate & insidia eidem structa 389, 20. 47. 393, 45.
Peraltū familia ortus 836, 42	Quis
Peraltum oppidum oppugnatur 931, 17	
Perpenna a Pompeio ad Sertorium profugit 101, 1. in mortem Sertorij conspirat ib. 40. contra Pompeium male pugnat 102, 12	
Perpignanum sine Perpignano 940, 767, 7. 940, 4. obsidetur 938, 37	

Qui tum sedi Apostolicae & Imperio praefuerint 398, 18. 657, 50	Piscorij qui 19, 11
Petrus Martyr Mediolanensis 443, 35	Pityusa insula 29, 11
Petrus Mendocia miri consilij & roboris adolescens 1023, 1	Placentia ciuitas 756, 15. Eius conditor 263, 17
Petrus Portugalliae rex 726, 37	Placentinus episcopus 497, 50
Petrus Portugalliae, seu Lusitanus, Barcinonensium princeps contra Ioannem regem 913, 2. praelio superatur 914, 35. 916, 11. fortunam iterum tentat 917, 45. Bisbalem obsidet 918, 12. magna clade afficitur 919, 6, 49. moritur 927, 3	Plinij error 17, 47. locus emendatus 452, 50
Petrus Portugallensis medicus, deinde Papa Ioannes XXI. 725, 41	Plutarchi lapsus 470, 33
Petrus Pulcher Toletanus episcopus 584, 21	Pæni Hispaniae populi 19, 45
Petrus Osomensis praeful 791, 7	Pæni in Hispaniam 616, 28
Petrus Tarasie ob insolentiam regno Aragoniae excidit 227, 48. 354, 27	Polancorum origo 770, 53
Petri a Medina laus 445, 28	Polybij locus emendatus 466, 49
Petri a Villalon laus 450, 14	Polypus stupenda magnitudinis in Hispania captus 746, 41
Petri Asturij facinus audax 237, 49. fides erga dominam 248, 5, 23	Pompeius in Hispaniam contra Sertorium missus 100, 20, 40. 478, 38. unde Magnus sit appellatus 99, 38, 50. 100, 16, 21. Caesaris filiam uxorem ducit 107, 17. ab amicitia Caesaris discedit ib. 52. Brundisium proficiscitur 111, 43. Dyrrbachium nauigat 112, 30. Caesarianos cadit 123, 22, 33. contra Caesarem ad Pharsalum pugnat 124, 7. 125, 26. fugit in Aegyptum ibiq. interimitur 125, 43
Petri Ateres insolentia 828, 30	Pompeij origo & successus 98, 24
Petri Didaci fidelitas 363, 10, 21	Pompeij legati Hispaniam omnem obtinent 113, 3, 14. Caesari se dedunt 119, 54. 121, 48
Petri Fernandi de Castro uindicta cupiditatis pulchre delusa 359, 40	Pompeij filij in Hispaniam se a morte patris recipient 126, 42. Sextus Cordubam cum praesidio tenet ib. 45. 127, 14. 129, 49. Gneus Villam oppidū obsidet 126, 49. Cordubam fratri subsidio uenit 127, 23. Vcubi in Caesarianos grassatur 128, 24. castra ad Mundam locat ib. 46, 50. ex pugna fugiens a Caesario occiditur 129, 38
Petri Margalli Lusitani laus 450, 9	Pompelon 764, 52. cum magna regionis parte capitur 1216, 41
Phasilla Legionis & Asturum rex 667, 32. 815, 4. uide Fasilla.	Pompelonis conditor 479, 27. 690, 41
Philemer Gotthorum rex 155, 48	Pompelonensis episcopus 497, 47
Philippus I. Archidux Austria, Hispaniarum rex 675, 35. 734, 29. 998, 9	Pompelonenses suo rege abiurato Hispanum regem iurant 1218, 51. 1220, 24
Philippus II. Hispaniae rex, rerumq. ab eo gestarum breuis descriptio 735, 15	Pomponius Mela floret 568, 10. Eius error 31, 29
Philippus Rom. Imp. in Hispaniis regnat 696, 23	Pontifices Hispaniae 773, 1. 774, 9
Philippus Melanchthon, columnen Germania 1244, 13	Pontifices summi, Hispani 1245, 37
Phocenses in Hispania 42, 26. 465, 22. 688, 39	Populetum 935, 8
Phaebus Nauarra rex 733, 7	Poramij Bracarensis praesulis integritas 567, 55
Phoenices in Hispaniam ueniunt 462, 33. 464, 18. ibidem imperant 687, 27	Poteslates Cathalonia 832, 39
Phroilla Legionis & Asturum rex 667, 40. uide Froilla.	Portalegrensis episcopus 501, 25
Phryges Hispanias tenent 687, 10	Portugallia Interamnis quae 452, 31
Pii I. pontificis laudes 432, 5	Portugallia Transmontana 453, 26
Pimentelorum domus 770, 36	Portugallia improprie Lusitania dicitur 453, 8. 1082, 26
Pincia oppidum 762, 44	
Pincianus conuentus 773, 18	
Piniolus seditionis penas dat 591, 41	
Pipinus Iunior partem Hispaniae capit 710, 10	
Piscis mula magnitudine captus 746, 51	
Pisces Hispaniae 746, 23	
Pisces capti quibus anni ara inscripta 545, 26	

I N D E X

Portugallia etymon 28,1,6.720,25.
 913,14. diuisio 453,11. metropoles 7,44.
 pontifices 774,40. regni initium 250,46.
 309,19.351,46. regum enumeratio 309,
 20.488,49.821,1. historia 444,39. re-
 gum genealogia 251,6. reges unde Ala-
 garbidi dicit 672,12. sedes cathedrales 8,
 17. situs 300,34
 Portugallensis episcopatus 497,51
 Portus ciuitas 28,1,40,48.755,22
 Pralium pugnis & lacertis gestum 1133,13
 Pratorum Hispania catalogus 468,4
 Primatus Hispania penes quem 501,45.
 ab ecclesia Hispanensi in Toletanam transla-
 tus 566,22. an ab illa in hanc translatus
 200,20. Eius privilegium 566,11
 Primitiuus martyr 801,13
 Principes morientur 343,46.399,50.405,
 20.429,11,28
 Principum amicitia non nimium fidendum
 419,28,44.421,45
 Principum senectus & alia facinora a subditis
 toleranda ne an vindicanda 400,1.401,4
 Priscillianus Abulensis episcopus haeresim con-
 dit 529,37. damnatur 530,29
 Probus martyr 143,32.539,15.701,
 13
 Probus Romanorum Imperator in Hispania
 regnat 697,36. Hispanis viues & vi-
 num habere permittit 520,3
 Prodigia dira Romae visa 64,47
 Prodigia in bellis non timenda, & ex quibus
 causis proueniant 342,25
 Proditio nunquam impunita 351,10
 Promontoria Lusitaniae tria 752,4
 Prosperi Aquitanici loca restituta 529,16.39.
 530,28.535,50.536,45.539,36
 Prouerbum, Quo vadunt reges, vadunt leges
 242,18
 Prouincia Hispania que nomina mutarunt
 17,31
 Prudentius episcopus 699,38
 Prudentius S. 523,52
 Prudentius poeta nascitur 525,52. claret
 531,43
 Prudentij locus restitutus 525,53
 Ptolemai error 19,53.454,49
 P. Manlius Acimius cum Celtiberis confli-
 git 90,20
 Pugna inter Hispanos Lusitanosque ad Tau-
 nu 1140,45
 Punici belli primi tempore que gesta in Hispania
 48,24. Eius causa 48,34.
 & quamdiu id durarit 49,11.466,
 12

Punicum bellum secundum 51,27.468,3
 Pygmalion auunculum auaritia incensus in-
 terimit 44,33
 Pyrenaei montes 1083,10. Forum descri-
 ptio 16,20. etymon 16,29.22,23,28,
 30. incendium 464,11. ortus & termi-
 natio 5,20.22,16. situs 751,35
Quena ciuitas 696,53
 Quinti Fuluii Flacci pralium cum Cel-
 tiberis 91,14
 Quintilianus martyr 520,29.698,16
 Quintilianus rhetor Romae scholam instituit
 511,37,52.693,36
Rachimirus Gotthorum rex 666,25
 Ragadasius Gotthorum rex a Stilicone cu
 exercitu interficitur 165,5,29.533,15
 Raimundus Berengarius I. cognomento Vetus,
 Barcinonae Comes 718,24.837,28. Eius
 epitaphium 718,36
 Raimundus Berengarius II. Caput stupae di-
 ctus, Barcinonae Comes 719,18.837,47
 Raimundus Berengarius III. Barcinonae Com-
 es 720,53.838,21. Imperatricem Ale-
 mania a morte liberat memorando facinore
 838,24. Eius expeditio in insulam Balea-
 rem 839,44. uxor & liberi 840,14
 Raimundus Berengarius IV. Barcinonae Com-
 es & Aragoniae Princeps 722,5.829,17.
 831,9.840,32. Derisum capit & Ilerdam
 841,5. Raimiri monachi Aragonum re-
 gis filiam uxorem ducit 228,14. & qui-
 bus conditionibus 841,29. Mauros Ara-
 goniam pellit 841,51. fratris mortem ul-
 ciscitur 842,5. ecclesiam trecentas edificat
 841,53. obit 842,10. Eius insignia
 841,38. liberi 228,23.840,41
 Raimundus Borrellus Barcinonae Comes 716,
 27.836,51
 Raimundus de Penrya forti 725,8
 Ramirus, siue Ranimirus & Raymiris I. Legi-
 onis & Asturiarum rex 206,10.334,10.
 590,35.640,24. 668,6. 712,20. 815,42.
 ingente strage Sarracenos afficit D. Iacobi au-
 xilio 206,39.334,25.590,46. Eius amor
 singularis erga fratrem 334,16.591,49.
 victoria varia 206,10. mors 591,46.
 Temporis eius Pontifices & Imperatores
 334,34.640,38
 Ranimirus II. Legionis & Asturiarum rex
 215,30. 339,18. 597,50. 642,44. 668,36.
 714,39.816,29. fratres rebelles excacat
 215,44. Sarracenos cadit 216,1,10,25,
 38,53.599,19. plurima monasteria condit
 599,21. Eius erga rebelles clementia
 339,45,53. continentia in non appetendis
 hostium

I N H I S T. H I S P A N.

hostium 339,38. pia opera 217,2.
 victoriae de Arabibus 339,21,30,45.
 obitus 217,5.599,29. Eius temporis Pont.
 & Imp. Rom. 340,18.642,50
 Ranimirus III. Legionis & Asturiarum rex
 216,31.341,45. 602,13. 643,52. 669,3.
 716,6.816,44. Gallie Comites contra se
 exacerbant 603,50. Eius intestinum bellum
 cum Veremundo Ordonij regis filio 217,8.
 mors 217,13.604,37. Eius temporis Pont.
 & Imp. Rom. 644,3.342,42.644,3
 Ranimirus I. Sanctij Maioris filius, primus
 Aragoniae Rex 227,20.609,25.718,
 14.825,49
 Ranimirus II. monachus, Aragoniae rex 227,
 54.228,8.354,47.721,52.828,27. pro-
 cures ad tintinnabulum faciendum euocatos
 obtruncat 830,3. post elocata filiam mo-
 nasterio restituitur 228,13. Eius crudeli-
 tas 355,7,23. instrumentum, quo Raimun-
 do Barcinonae Comiti regnum Aragonie in
 dotem dat 829,20. faceta simplicitas
 354,53
 Raphael Volaterranus 444,1
 Recaredus, siue Ricaredus I. Gotthorum rex
 173,37.320,30. 553,54.557,21.628,27.
 666,10.704,39. Catholicus fit 557,25,48.
 Arianos ex Hispania extirpat 320,33.
 a Gregorio papa munera accipit 558,38.
 insidia domestica ei tenduntur 557,36.
 558,16. obit 559,11. Eius corona au-
 rea Gerunda ad altare D. Felicis 185,21.
 559,17. magnanimitas in respuenda pecu-
 nia 558,33. victoria de Gallis 556,43.
 557,31,40. uxores 559,4,25. Eius tem-
 pore qui viri claruerunt 558,48. qui
 Pont. & Imp. Rom. 320,45.629,2
 Recaredus II. Gotthorum rex 175,20.322,
 1.561,52.630,45.666,22.706,14
 Recesimundus, qui etiam Recensindus, Recin-
 sindus, Recisindus & Rissindus dicitur,
 Gotthorum rex 177,49.323,21.566,42.
 632,50.666,50.707,21. moritur 569,
 19. Tempore eius qui Pont. & Imp. 323,
 31.633,5
 Reccarius, Reccarius, & Rbecarius, Sueo-
 rum rex 146,20.540,10. magnam His-
 paniam partem vastat 540,14. a Theodo-
 rico profligatur 170,11. occiditur 542,6,
 11.146,34
 Reccimundus Sueuorum rex 542,38
 Rechila siue Recila Sueuorum rex 146,3.
 538,55. plurimas Hispaniae ditiones subi-
 git 146,12. Andenotum cum copiis fundit
 538,39. pacem cum Romanis firmat 540,7.

moritur 540,9
 Reccimirus Gotthorum rex 175,44.
 cum patre regnum administrat 562,50
 Recopolis conditor 173,25
 Redoam Hispania praefectus 584,34
 Reges omnes omnium Hispania regnorum ex
 regum Castelle & Legionis trunco originem
 ducere 311,30
 Regum Hispania titulus quomodo in Castelle
 & Legionis regno resideat 312,16
 Regni vocabuli significatio duplex 614,43
 Regna Hispania quando & quaratione erecta
 306,47
 Regna impulsu syderum ab ortu in occasum
 transferri 1078,46
 Regnorum diuisiones ex qua causa contingant
 355,44
 Reguli Hispanie 1241,33
 Reliquiarum arca Ouetensis 203,6
 Reliquiae sanctorum & libri sacri Toletum in A-
 sturias translata 199,45.200,15
 Remensani qui 833,42
 Remismundus Sueuorum rex 146,40.170,
 37,41.542,55. Gotthorum regis filia du-
 cta Lusitaniam diripit 543,24
 Rerum summa quibus Hispania abundat 742,
 12
 Resplandianus Alanorum rex 533,44
 Rhoda urbs deleta 32,54.687,4. Eius
 situs 86,52. reliquiae 464,8
 Rhodus Hispanis imperant 464,5.687,1
 Rhodus fluminis 687,6
 Rhoisita virgo Saxonica S. Pelagij martyrium
 carmine scripsit 596,48
 Rodericus a Pina 444,40
 Rodericus Maledonatus, latro & falsarius
 1160,10
 Rodericus Santii Palentinus episcopus, Hispania
 scriptor 443,4. quibus honoribus
 functus 423,50.425,19.432,50. Eius
 opera edita 423,53.433,4
 Rodericus Toletanus archiepiscopus, Hispania
 scriptor 442,42. regem in praelio sola-
 tur 274,24. castrum Miraculum con-
 dit 277,41. febris vexatur 285,51.
 Sarracenos Casata pellit 287,37.
 Eius liberalitas erga egenos tempore famis
 277,27,46
 Roderici Toletani error 527,43.545,10.
 550,7.572,55.592,19
 Rodericus Velasquus Sarracenos in Gallieam
 euocat 604,17. Eius in lenium suum e-
 usq. filios detestanda perfidia 605,16
 Rodericus Vinarius Cidus 718,11.817,27.
 Valentia a Mauris recuperat 244,21.349,1
 229 ij

Roderici Cidigenus 348,16. gesta clarissima 348,26. honor ipse ab Alfonso rege praestitus 349,50
 Rodericus ultimus Gotthorum rex in Hispania 190,44. 326,12. 575,55. 635,35. 667,14. 708,47. cur ultimus rex Gotthorum appellatur 327,40. Iuliani Comitis filia vitium infert 191,20. 576,3. stupro suo causa est miserimae cladis in Hispania 326,16. octo continuos dies contra Arabes dimicans, tandem cum Christianis caditur 192,21,31. 576,39. 635,34. quod praesagium habuerit Hispania suo tempore destruende 190,51. Eius crudelitas 576,1. epitaphium 193,3. 577,13. vindicta de Vitiza 575,40. Pontifices & Imperatores tunc qui 328,16. 637,8
 Roderici Diaz historia 444,21
 Roderici Didaci genus 213,47
 Roderici Guterrij sagacitas 259,50
 Rodosindus Compostella episcopus 602,27
 Roma quando condita 464,44. ab Alarico capta 165,55. 166,20. 314,39. 534,4. ab Alahaulpho 534,24. a Giserico 144,18. 541,52
 Romani Hispaniae partem occupant 689,21. Hasdrubalis exercitum vincunt 57,21. vincuntur 60,17
 Romani tota Hispania potiuntur, pulsus Carthaginensibus 690,10
 Romanorum aduentus in Hispaniam 616,35. colonia 769,26. comitia 63,41. legatio ad Hannibalem 50,44. apparatus belli contra Hannibalem 51,38. metus ob Hasdrubalis aduentum in Italiam 69,43. res gesta in Hispania 48,25. 468,3. 809,47
 Romus Hispaniae rex 683,49
 Rubinati oppidi obsessio 903,45
 Rubricata urbs 32,6. Eius origo 47,22
 Rubricatus fluvius 24,36. 750,15
 Ruffus Festus poeta Hispanus 524,1
 Rufus S. Deriosanus episcopus 511,6
 Rupes Gallica, mons 752,27. 805,42
 Ruscilionis terra an sit in Hispania 8,31,9,44. Eius descriptio 767,6. etymon & situs 8,42,52
 Ruscionis Comitatus repetitur 1107,40. legationes ea de re hinc inde missae 1199,9
 Ruscion, fluvius 8,45
 Ruscium, metropolis 8,50
 Sabina martyr 787,43
 Sabinus Hispanensis episcopus 542,32. 702,32

Sacelli regii ornamenta 991,28
 Sacer mons 40,52. 752,20,25
 Sacini in Hispaniam irrumpunt 545,28
 Sacrilegiorum poena 343,8
 Sacrum promontorium 27,43
 Sagastus Chus in Hispania 677,30
 Saguntarum politor Hispanis fatalis 1177,3
 Saguntum 29,23. 768,12. capitur ab Hannibale 51,3. Eius conditor 37,24. 685,12. situs 51,5
 Sagunti passus martyres 521,10
 Salinae Hispaniae 748,2
 Salis virtutes 747,28
 Salmantica origo 40,33. 463,13. laus 756,32
 Salmanticensis episcopatus 497,54
 S. Dominici Calciatensis oppidum singulari miraculo clarum 805,45
 S. Ioannis oppidum, Pedis portus dictum 765,11
 Sancti Hispaniae 785,1. 1241,38
 Sanctia, Navarrae regis filia, admirabilis in maritum pietas & fides 600,46. 601,8
 Sanctus abbas martyr cum ducentis monachis 603,18. 43
 Sanctus Aragoniae rex 719,6. 826,17
 Sanctus Castellae Comes, patris mortem ulciscitur 222,50. Eius filiae 223,22
 Sanctus Fernandi Castellae Comes matrem venenum haurire cogit, quod ipse parauerat 215,3. 606,50. Eius gesta 214,45. mors 215,10
 Sanctus Garcesus, dicitur Abarca sine Anarica, Navarrae rex 223,47. 596,7. 646,4. unde Abarca dicitur 224,4. dux septimus Christianorum contra Mauros 824,30. mirabilis eius natiuitas 223,44. 594,1. 824,10. liberi 223,54
 Sanctus Garcias Aragoniae rex 715,45
 Sanctus Garciae Navarrae rex 719,31
 Sanctus Garcias Suprarbrorum rex & Aragoniae Comes 590,10. 711,32. dux quartus Christianorum contra Mauros 823,31
 Sanctus Gondisalvus Castellae Comes 716,18
 Sanctus I. Sancius & Sanius quibusdam Legionis & Asturiarum rex, Crassus dicitur 217,43. 341,13. 600,22. 643,32. 668,51. 715,37. 816,36. ab Abderamenis Cordubae principis medicis ad maciem reductus 217,46. 341,16. Castellam a subiectione regum Legionensium liberat 341,31. 601,25. Gallicos discordes domat 216,17. venturo in pomo dato obit 216,23. 601,37. uxoris precibus epurgatorio liberatur 601,48. Temporis eius Pont. & Imp. 341,36. 643,45
 Sanctus

Sanctus II. Castellae rex 235,28. 350,20. 648,30. 670,36. 718,54. 817,31. Garciam fratrem Galleciae regem in praelio capit 237,11. Alphonsum fratrem bis bello aggreditur 235,30. 36. fratres regnis spoliat 235,29. 236,44. 350,26. a proditore interficitur 237,26. 351,7. Temporis eius Pontifices & Imperatores Romani 351,24. 648,37
 Sanctus III. cognomento Desideratus, Castellae rex 254,18. 356,51. 651,24. 671,17. 722,50. 818,12. nobilium clypeus 357,6. magnatibus Legionis suos honores restituit 254,37. Eius laus 254,26. pietas in fratrem 357,16. 254,46. 357,16. mors 255,50. Eius temporis Pont. & Imperatores Romani 357,25. 651,34
 Sanctus IV. Castellae & Legionis rex 378,39. 655,34. 672,37. 726,7. 819,41. Rigor eius in disciplina militari 379,29. scititia, & mala inde orta 380,1,10. victoriae 378,53. mors 381,15. Eius temporis Pontifices & Imperatores Romani 381,22. 655,46
 Sanctus I. Portugalliae rex 251,12. 45,720,30
 Sanctus II. dicitur Capella, Portugalliae rex 720,31
 Sanctus Maior Navarrae rex, Castellae regnum ob uxorem obtinet 226,11. 345,52. 607,45. Hispaniae Imperator dicitur 609,26. 717,29. 824,52. filiis regnum dividit 227,1. 609,22. Palentiam amplificat 230,20. brachium ei obrigit ob loci irreuerentiam 230,14. 346,13. 609,15
 Sanctus Maioris domestica calamitas, ob uxorem a filiis adulterij accusatam 226,23. 607,51. 825,8. uxores & liberi 224,38. 609,28. mors 230,32. Tempore eius qui Pont. & Imp. 346,38
 Saphyrus Asturicensis episcopus 441,55
 Sardicense concilium 526,11
 Sardinia Aragoniae iungitur 860,49
 Sarraceni cuiusdam senis faceta oratio ad Ferdinandum IV. Castellae regem 383,30
 Sarraceni unde dicti 561,24. Castellam inuadunt 222,38. Aucunionem occupant 583,43. tota Hispania potiuntur 577,7,37. a Ranimiro Legionis rege male mulantur 598,19
 Sarracenorum strages 274,14. 44,275,13. 583,11,17,46
 Sarricenses proditores caduntur 898,48
 Saturninus a D. Petro in Hispaniam ad praedi-

candum missus 508,42
 Scauae centurionis Caesaris admiranda fortitudo 123,10
 Scalabius urbs 13,9
 Scaeva Annibalis 23,15
 Scandia insula descriptio 155,16
 Scipio Aemilianus Numantiam obsidet 94,24. Eius genus & adoptio 92,15. mors 94,41
 Scipio Publ. Cornelius, imperium in Hispanos petit 63,53. in Hispaniam proficiscitur 64,19. Carthaginem novam capit 65,1. Illiturgum expugnat 77,30. 78,30. cum Syphace foedus init 77,13. cum Hasdrubale caenat & eodem lecto dormit 77,4. Castellonem obsidet 78,12. patri patruoque equias facit & diis vota reddit pro vindicta 78,23. Puenos Hispania pellit 468,48. Romam reuertitur 85,1. Eius clementia erga Mandonium & Indibilem 83,19. erga Masiniam captum 68,40. erga obfides 66,17. comitas 77,5. infirmitas & que mala inde in exercitu secuta 79,32. mira liberalitas erga sponsum & sponsam 66,36. praelium cum Mandonio & Indibile 82,5. pugna cum Hasdrubale 67,43. 74,22,50
 Scipionis Patelle oratio ad regem 923,55
 Scipionum Gnei & Publij fratrum res gesta in Hispania 52,20. 55,24. amborum caedes una cum exercitu 60,13,53. 468,32
 Scylus fluvius 750,24
 Scythia situs 157,15
 Sebastianus Salmanticensis electus, Hispaniae scriptor 441,53
 Secabur fluvius 24,29
 Secundus sanctus 507,50
 Seditio militum Romanorum 79,46. Eiusque autores puniti 80,45
 Segge poena ob tyrannidem 557,33
 Segericus Gotthorum rex 535,41. vide Sigericus.
 Segobienensis episcopatus 498,8
 Segobricensis episcopatus 498,19
 Segouia descriptio 757,36
 Segouia duae 464,34
 Segouienensis aqua ductus 751,18. Eius autor 155,2. 461,55. 513,43. 616,3. firmitas 616,4
 Segouienensis arx dolo capitur 1154,20
 Segontinus episcopatus 498,21
 Seguntia ciuitas 760,36
 Segura fluvius 24,28
 Sembroca amnis, hodie Sambucha 24,44

I N D E X

Sementaria insula	29,19	Aragonia regem	1063,55
Seneca Philosophus, prator & consul Romanus		Signorum mons	23,19
508,14,26.693,5. tenax eius memoria		Silingi Baticam insident	535,11
508,23. mors & atas	509,18,27	Silinguorum in Hispaniam aduentus, successus, & exterminium	147,30. nomen a Re-chilane in Batica extinctum
Seneca Tragedus	508,32	Silius Italicus poeta Hispanus	511,9
Septem Comitum locus	353,10.720,10.817,49	Silo sive Sillo Legionis & Asturiarum rex	202,13.332,18.586,4.639,10.667,45.710,45.815,17. ubi sepultus. 586,22,36. Eius monumentum Oneti in ingressu basilicæ sancti Saluatoris 587,25. Qui tunc Pontifices & Imperatores Romani
Septemvillum expugnatur	1205,30	Silvia gens	770,42
Sepulveda oppidum	757,24. Ferdinando deditur	Sindafundus Gotthorum rex	707,10. vide Cindafundus.
1100,1		Sinderedus episcopus Toletanus	189,27. 575,19
Sergius Galba Imperator saluatur in Hispania	511,26. Hispanias regit	Sindericus Toletanus presul, mercenarius	576,19
693,27		Siricij Papæ epistola ad Himerium episcopum	530,24
Serpentes in castra repunt	922,16	Sisapo oppidum	25,35
Serratus mons	752,1	Sisapona ciuitas	762,30
Sertorius Hispaniam contra Romanos armat	100,31.478,28. in conuincio occiditur	Sisibutus sive Sisibutus Gotthorum rex Christianissimus	174,47.321,33.560,16.561,48.630,14.666,19.705,32. Iudeos ex Hispania pellit 560,30. Eius clementia
101,26.478,28		175,14. leges duæ 561,42. mors 175,17.561,40. Temporis eius Pont. & Imp.	321,51.630,38.
Seruandus martyr	801,1	Sisnandus, idem etiam Sisecundus & Sisunandus, Gotthorum rex	176,1.322,32. 563,28.631,25.666,28.706,38. Eius temporis Pont. & Imp.
Serui cuiusdam in tormentis constantia	467,33	322,37.631,31	
Seruorum contra dominos rebellio & pæna	43,55.44,20	Sisibertus Toletanus presul episcopatu mouetur	568,48.574,7,13
Seruile bellum in Hispania	331,53.585,51	Sisnandus Compostella episcopus	594,20. pia eius opera
Seruitani monasterij autor	553,32	Sisnandus II. Compostellanus presul, tyrannus, occiditur	602,16,21
Setabiensis episcopatus	498,25	Sitalensis episcopatus	498,37
Setanillij situs	1012,25	Sixti papæ epistola ad episcopos Hispanos	519,50
Seueriani Carthaginensis ducis proles	319,53.548,36.552,53	Sobrarba regum epilogus	711,40
Seuerus Barcinonensis episcopus	706,30	Societatis Hispanorum institutio	1145,21. eius leges legumque executores
Seuerus Romanorum Imperator	518,17. Hispanias regit	1148,1. reformatio	1181,28
695,35		Societatis Hispanæ conuentus Orgaxii habitus	1206,11
Sexilius Hæna poeta	505,55	Solis eclipsis	178,17.216,32.568,28.598,17. defectus per duas horas
Sibariensis episcopatus	498,27	582,31	
Sibarum dignitatis prænomen	462,19	Soles tres Corduba visi	584,18,42
Sic Vlus Hispania rex	462,25	Solomonis supellex Carcasone adseruata	546,46
Sicanus Hispania rex	462,17.682,32	Solorius	
Sicani Hispania incolæ	11,41		
Siccitas ingens in Hispania	606,6.616,18		
Sicleus Hispania rex	462,21.682,48		
Sicilia Aragonia coniungitur	856,28		
Sicilie oratorum querela apud Iacobum regem	859,30		
Sicoris fluius	11,52.24,49.682,22.750,8		
Sicorus Hispanie dominatur	462,14		
Siculus Hispania rex	683,20		
Siculorum defectio a Gallis	854,46		
Sidon Phœnicibus piscis	43,51		
Sidoniorum ortus	43,25		
Sigeberti Gemblacensis locus restitutus	536,10		
Sigericus Gotthorum rex	167,17.315,21. 535,41.622,49.665,20.701,8		
Sigismundi Imperatoris aduentus in Hispaniam ad ecclesiam Chisma tollendum	731,24.867,9. legatio ad Ferdinandum		

I N H I S T. H I S P A N.

Solorius mons	752,20	Tacitus Romanorum Imperator Hispaniis præest	697,28
Sorienfes	19,23	Tagara oppidum capitur	1190,51
Sofsi oppidi descriptio	946,40	Tagus quid significet	679,2
Speratus martyr & socij eius	794,20	Tagus Hispanie rex	461,12.678,52
Stabulum oppidum	9,40	Tagus fluius	23,46.452,21.679,7.750,38.1084,29
Stella mons	453,3	Taio sive Talo Casaraugustanus episcopus Romanam ad beati Gregorij Moralia querenda missus, ipsius Gregorij indicio voti compos fit	176,53.566,33
Stella oppidi obfessio	265,34	Tamarus fluius	24,17
Stilico a Gothis vincitur	165,44.533,55. interficitur	Tanaï Gotthorum regis gesta	157,45
167,12		Tarasia Alfonsi V. soror a nuptiis Sarraceni diuinitus liberatur	606,19.669,30
Stipendia exercitus chartaceis pecuniis soluta	1198,27	Tarif Arabum dux in Hispaniam cum exercitu missus	191,39.576,27. Hispaniam totam vastat 195,29. exercitum contra Pelagium mittit
Stratagema ingeniosum	975,56	198,33,48.581,26. Muzam apud Miramolimum defert	582,9
Stratagema in signe Tendillani Comitis	1197,48	Taripha oppidum	25,14.576,31
Succaris fluius	193,51	Tarnum fluius, nunc Tordera	24,28
Succo vel Succo fluius	24,30	Tarraco ciuitas	453,40.766,39
Suelum oppidum	25,34	Tarraconis conditores	53,10,18.677,18. 688,7. etymon 53,37. oppugnatio
Sueni Vandalis & Alanis se iungunt	141,16. infactiones diuisi	908,34	
146,38.170,34. 542,36,43. a Vandalis obfessi	537,9. Ariana hæresis inficiuntur	543,2.147,4. 543,2. soli Hispania potiuntur	538,3
Suenorum in Hispaniam aduentus	141,49. 165,12.482,47.533,31. sedes	142,2. 7.145,54.482,47.535,11. reges	145,53.146,33,36.169,51.170,34.484,28
169,51.170,34.484,28		Suenorum regnum in Hispania quando & a quo deletum, & quam diu durarit	147,19,26.320,16.555,51
Suffetulenfis episcopatus	498,40	Suinila, sive Suinthilla & Cintila, Gotthorum rex	175,26.322,10.562,2.630,52. 666,24.706,20. primus totius Hispanie monarchiam inter Gotthos obtinet
Suinila, sive Suinthilla & Cintila, Gotthorum rex	175,26.322,10.562,2.630,52. 666,24.706,20. primus totius Hispanie monarchiam inter Gotthos obtinet	175,31. 322,12. Vascones domat	562,14. moritur
562,14. moritur	562,53. Eius temporis Pont. & Imp. Rom.	322,20.631,16	
Suinila II. Gotthorum rex	176,13.322,40. 564,32.631,38.666,31.706,49. Eius tempore qui Pontifices & Imperatores Romani	322,46.631,46	
322,46.631,46		Sumptus inordinati prohibentur	1208,38
Sunnatyrannidem spirat	557,33	Sunnatyrannidem spirat	557,33
Sufana vrbs	686,49	Sycorus Hispania rex	682,19
Sylla origo & conditiones	96,1. dissenfionis inter ipsum & Marium causa	76,36. mala que Romæ operatus est	97,41. obitus eius horrendus
103,46.104,10. epitaphium	104,20	Syluensis episcopatus	501,32
Syphax rex Massylorum	76,42	Syrmiense concilium Arianorum	526,41
Abetanus episcopatus	498,44	Tabula Alfonsina	672,31
Tabula Alfonsina	672,31	Tarconense concilium	547,44.723,15
Tarconense concilium	547,44.723,15	Tarraconensis episcopatus	498,46
Tarraconensis episcopatus	498,46	Tarraconensis prouincia hodie que	614,10. Eius descriptio & terminatio
Tarraconensis prouincia hodie que	614,10. Eius descriptio & terminatio	455,17,50. 299,23.453,34.765,20.1082,19. conuentus	454,35. ecclesie cathedrales
455,17,50. 299,23.453,34.765,20.1082,19. conuentus	454,35. ecclesie cathedrales	832,30	
454,35. ecclesie cathedrales	832,30	Tarraconensi metropoli que ecclesie subiectæ	8,20
832,30		Tartessus que vocetur	25,5,10,18
Tartessus que vocetur	25,5,10,18	Taurus ciuitas	762,32. pastoris cuiusdam industria occupatur
Taurus ciuitas	762,32. pastoris cuiusdam industria occupatur	1156,47	
1156,47		Taurus ferox in episcopum immisus	219,28
219,28		Telephi Gotthorum regis gesta	159,18
Telephi Gotthorum regis gesta	159,18	Telorum color in manibus militum repente mutatus	171,17.544,41
159,18		Temeriani montes	1083,34
1083,34		Tenderedus Gotthorum rex	316,18.
316,18.		plura in Theudoredus.	
plura in Theudoredus.		Tendesilius Gotthorum rex	665,51.703,27. quere Theudisclus.
665,51.703,27. quere Theudisclus.		Tendus Gotthorum rex	318,30.665,49. vide Theudius.
318,30.665,49. vide Theudius.		Tercenorum saltus quis & ubi	26,28
26,28		Termes oppidum	506,29
506,29		Termeftini cuiusdam in tormentis constantia	506,22
506,22		Terramotus in Hispania	728,12

I N D E X

Testa Hispania rex	462,28.683,36	Pontifices & Imperatores	318,43.626,10.
Tetricus Hispanias inuadit	520,1	quere Tendius.	
Tetrum, flumen	9,6	Theodoredus, quibusdam Theodoredus &	
Tencri in Hispaniam aduentus	40,21,30.	Theodoricus, Gothorum rex	167,50.538,
	463,10	15,20.623,30.665,31.701,40.	dicitur
Theodiscus Gracus, Hispalensis praesul, lupus		etiam Tenderedus	316,18. foedus cum
rapax	566,14	Romanis rumpit	538,48. cum Attila
Theodomirus, primus Compostella episcopus		congregatur	168,9. vulneratus in praelio
588,21,49		obit	168,43.541,19. Eius filij
Theodomirus Sueuorum rex	147,5.551,	Pont. & Imp. Romani	623,25
46		Thoba Hispania praefectus	584,39
Theodoricus Ostrogothorum rex	135,41.	Thormis fluius	452,30.750,34
Italiam a Zenone Imperatore obtinet	135,	Thracas in Hispania regnant	686,45
51. Francos cedit	547,6. pro Ama-	Thrasamundus Vandalorum rex crudelissi-	
larico nepote in Hispanis regnat annis quin-		mus Catholicorum persecutor	144,50.
decim	136,42.317,51.547,15.625,8.	545,16,45	
in Italiam reuertitur	136,47.548,29.	Thubalprimus Hispaniae princeps	460,32.
Eius haeresis, tyrannis, & mors	137,31,18,	677,10. quas urbes in Hispania condiderit	
22. Pontifices & Imperatores Romani i-		677,19	
plius tempore imperantes	318,14.625,	Thurismundus sive Torismundus Gothorum	
23		rex	169,23.316,43.541,22.623,38.665,
Theodoricus sive Theodoricus, Gothorum rex		29.702,1. occiditur, inque ipsa morte se	
169,52.316,50.541,44.623,50.665,26.		ulscit	169,47.541,35
702,12. primus in Hispania regnum obti-		Tiberianus Beticus	530,54
net	170,7.542,4.	Tiberius Caesar Hispanias obtinet	692,11.
Emeritam depredaturus sanctae Eulaliae o-		Cantabros coerces	506,5. templum sibi
stentis terretur	170,25.542,26	ab Hispanis fieri non vult	506,17
a fratre interfectus	170,52.543,28.	Ticer, amnis	24,39
Eius temporis Pontifices & Imperatores	317,	Tingitania, Hispania pars	614,19,33
2.624,1		Tinnabulum Ranimiri regis	830,16
Theodorus sanctus	508,3	Tirasonensis episcopus	498,51
Theodosius Comes, Theodosii Imperatoris pa-		Titus Antoninus Imp. Rom. Hispanias regit	
ter, ante mortem baptizatur	528,43	694,54	
Theodosius senior Imperator Constantinopo-		Tuus Romanorum Imperator Hispanias ad-	
litanus	1002,40. magister militum fa-	ministrat	693,54
ctus	529,21. Hispanias gubernat	699,	
50. Honorium filium Caesarem creat	531,	T. Tiberius Gracchus in Celtiberia trecentas	
48. Thesalonica baptizatur	529,54.	urbes euerit	30,11
Mediolani moritur	532,1	Therpelemus Baleares insulas inhabitat	686,
Theodosius iunior Imperator Constantinopo-		7	
litanus	1003,27	Toletum, umbilicus Hispaniae	755,8. a M.
Therma Hispaniae	748,17	Fulvio capitur	89,44. ab Alfonso VI.
Thetis, amnis	8,53	occupatur	240,14. Mauris proditur a
Theodemirus Ostrogothorum rex	135,38	Indeis	578,14
Theodiscus, sive Theodiscus & Theodiscus,		Toletifilius & descriptio	758,2. conditores
Gothorum rex	172,20.318,50.551,11.	53,53.152,38.690,34.759,24. fora ve-	
626,21. Eius, ab uxore de extraneis libi-		nalitia	758,55. reparatio a Bamba facta
dimibus castigati, responsum	318,55. Pont.	186,40. templum	758,23
& Imp. Rom. 319,5. Idem etiam Tende-		Toletipastimartyres	521,48
silius dicitur	665,51.703,27	Toleto subiecta ecclesiae	8,23
Theudius sive Theuta Gothorum rex	171,42.	Toletana litera	163,30
550,1.625,44.703,13. a quodam demen-		Toletanae ecclesiae antistes, secundus a rege	
tiam simulante interfectus	172,15.551,5.	758,33. ecclesiae dos	240,28. fundatio
Eius in Amalasuentam ingratiudo	172,2.	286,5	
mors singularis	318,38. Eius temporis	Toletanae ecclesiae reditus annuus	758,38
		Toletanae regionis oppida	757,48
		Toletanus	

I N H I S T. H I S P A N.

Toletanus episcopus	498,54	Tuccitanus episcopus	499,4
Toletanus primatus quando institutus	720,	Tudela ciuitas	677,23.721,29
35.177,36		Tudensis episcopus	499,7
Toletanum concilium primum	532,35.	Tudenses martyres	523,1
secundum	549,1. tertium	Tulgas sive Tulcas Gothorum rex	176,30.
557,48. quartum	176,6.563,35.	322,51.565,51.631,52.666,33.707,1.	
quintum	176,15.564,35. sextum	Eius temporis Pontifices & Imperatores	
176,25.565,28. septimum	176,42.566,24.	323,1.632,6	
octauum	178,1.567,8. nonum	Tullicensis episcopus	499,9
567,39. decimum	178,11.567,46.	Tur Phoenicibus vacca	687,49
undecimum	186,53.570,30. duodecim-	Turdetania Turdulis diuersi	18,26.58,47.
187,32.571,35. decimum tertium		75,32	
187,37.572,16. decimum quartum	187,	Turdetania	18,20
42.572,27. decimum quintum	188,	Turdetania laus a bonitate & uertate	20,
11.573,29. decimum sextum	188,35.	45. ametallorum copia	21,21
574,6. decimum septimum	574,21.	Turditanorum rebellio	88,18
concilium Arianum	554,38. Toleti	Turduliqui	18,22
plura concilia celebrata quam quae vulgo ex-		Turia fluius & oppidum	687,46.750,36
tant	535,18	Turiasonensis episcopus	498,51
Toletanum officium	240,42. Eius com-	Turibus Asturicensis episcopus	701,53.
mutatio	241,30. modus & ordo breui-	783,34	
ter descriptus	579,24	Turorium oppidum	723,4
Toletani officij liber in ignem coniectus, illa sus-		Turris Cremaia	763,10
mansit	242,1,8	Turris fumi	763,23
Tomyris Gothorum regina famosa	159,36.	Turris Iulia	756,1.760,7
618,5		Turris Lacuna	760,23
Tonantius Palentinus episcopus	565,45	Turris Lobatonia	763,11
Tordesyllani	762,38	Turris Syllana	762,39
Tordesyllas	690,40	Turruptia oppidum	723,6
Torquatus Pauli discipulus, martyr, episcopus		Turtur piscis	747,10
Accitanus	693,16.796,16	Turtur viginti librarum captus	ibid.22
Torquemada oppidum	691,46	Tydenunc Tui	499,7. Eius conditor
Torquis aureus Barcinonensibus concessus		16.685,25	463,
841,7		Tyriafona sive Turiafona ciuitas	498,52.765,
Totila Ostrogothorum rex Italiam impugnat		47. Eius conditores	37,30.153,48.
138,10		684,52	
Totila flagellum Dei dicitur	812,36	Tyriorum origo	43,25,46
Totila a Narsete interficitur	139,30	Vaca fluius, hodie Voga	452,47
Traianus Romanorum Imperator Hispanias		Vaccae	19,15
1001,7. Hispania regnum tenet	694,28.	Vaccam viduae auferens, diuinitus puniuntur	
Christianos persequitur	512,37	599,4	
Traiani opera in Hispania	512,55.513,	Valamer Rex Ostrogothorum	135,29
43		Valens Imp. Hispanias administrat	699,21.
Transmontana Portugallia	453,26	Gothis Arianos episcopos pro Catholicis mit-	
Translagana Portugallia	453,12	tit	163,32.528,11. necromanticus multos
Translagana Lusitania in religione antiquitas		occidit	528,38. a Gothis uiuus excurritur
552,37		529,2	
Tributorum ratio sub Granata regibus	1169,	Valentia ciuitas	1008,35. Ilerda filia
41		1. Eius conditor	462,31.683,51. descri-
Triciensis ducis dicitur duo	1232,42	prio	767,44
Triton prope Olisiponē canere auditus	506,8	Valentini caduntur	1045,3.1046,6
Trogus Pompeius an Hispanus, & quo tempore		Valentinus episcopus	499,12
exiit	517,41.695,4	Valentinum concilium	548,20
Tubal, vide Thubal.		Valentinianus Imp. cum Valente Hispanias re-	
Tubicinis facinus	1059,53	git	699,21

I N D E X

Valentinianus cum Theodosio Rom. Imperatore 699, 43. occiditur	541, 46
Valeria domus	772, 2
Valerianus Caesar aug. episc. martyr	789, 31
Valerianus Rom. Imp. Hispaniis praest	696, 50
Valeriani Imp. iguominio saferuitus	519, 20
Valerianensis episcopatus	499, 18
Valerii Maximi lapsus	468, 25
Valladolii oppidi descriptio	762, 43
Vallis apud Antiqueram salem mirabili modo progignens	748, 8
Valia Gothorum rex 167, 29, 315, 40, 536, 1, 623, 1, 665, 21, 701, 22. primus Alanos in Hispania infestat 142, 19. Vandalos oppugnat 537, 46, 50. cum Honorio pacem firmat 536, 18. Alanos & Vandalos Silinguos delet 145, 40, 536, 38, 41	
Victoria eius in Hispania 167, 33. mors 167, 47, 538, 14. Eius temporis Pont. & Imp. Rom. 623, 10, 315, 53, 623, 10	
Valuasores	832, 41
Vandali unde prodierint 141, 6. cum Alanis & Suenis a Pannonia in Gallias transfugerunt 141, 25. Hispanias inuadunt 141, 49, 165, 12, 533, 31. in Baeticam transeunt 537, 15. in Africam nauigant 143, 2, 317, 46, 483, 1, 537, 53, 538, 16. Christianos persequuntur 540, 37. ex Africa in Siciliam nauigant 143, 36	
Vandaliquando & ubi in Hispania regnarint 142, 6, 48, 2, 47, 535, 10. quamdiu regnarint, & quando extirpati 145, 27, 548, 48	
Vandalis in Africa pax data 538, 43, 539, 54	
Vandalorum origo	305, 31
Vandalorum reges	ibid. 53
Varduli	19, 34
Vascones	19, 34
Vasconum sermonis exempla	781, 48
Vbeda montes	23, 5
Vbeta Alfonso Castella regi deditur 276, 10	
Vclesium cum arce deditur	1151, 18
Veranianus cum fratre barbaros Hispaniis arcens, occiditur	534, 40
Vectigal Hispanorum regum	1237, 28
Vectones	19, 16
Vellensis episcopatus	499, 20
Venatio quae principibus conueniat	431, 33
Veremundus I. ex diacono Legionis & Asturiarum rex 202, 31, 333, 12, 586, 49, 639, 39, 667, 51, 711, 8, 815, 23. Eius temporis Pont. & Imp. Rom. 333, 25, 639, 51	
Veremundus II. Podagricus, Legionis & Asturiarum rex 219, 21, 342, 49, 604, 39, 644, 14, 669, 8, 716, 30, 816, 52. delatoribus deditus multa mala perpetrat 219, 26, 222,	
3, 343, 39. Eius expeditio contra Almarorem 220, 28, 221, 27. victoriae de Maurorum rege 342, 53, 343, 32. uxores & liberi 219, 54, 604, 46. obitus 222, 11, 606, 10. Pont. & Imp. Rom. 344, 5, 644, 34	
Veremundus II. Legionis & Asturiarum rex 223, 18, 344, 50, 607, 29, 645, 16, 669, 44, 717, 36, 817, 18. in acie contra Castellae regem cadit 339, 53, 231, 13, 609, 38. Eius temporis Pont. & Imp. Rom. 345, 37, 645, 29	
Verengaria regina largitio	282, 36
Veric Gothorum rex	155, 36
Verus Hispanensis archiepiscopus	585, 44
Vesciensis episcopatus	499, 22
Vesegothi sive Westgoti unde dicti 135, 15, 620, 2. Eorum in Hispania regnum 483, 49	
Vespassianus Imp. Rom. Hispanias tenet 693, 44. Latinius Hispania tribuit 511, 41	
Vias, amnis	24, 16
Viccomites Castella & Legionis	1240, 35
Vitericus, etiam Vitericus & Vitericus, Gothorum rex 174, 34, 321, 8, 559, 32, 629, 25, 666, 13, 705, 19. inter epulas occiditur 559, 53. Filia ipsa Mediomatricum regere mititur 559, 44. Eius temporis Pont. & Imp. Rom. 321, 10, 629, 35	
Vitimiri rebellis poena	181, 46, 182, 15
Victoris martyrium 603, 37, 712, 36, 788, 1	
Victoria ciuitas 762, 23, 1216, 44. capitur 264, 52, 265, 3	
Victoricus puer, martyr	789, 47
Vicus vrbs, olim Ausonia	20, 10, 29, 43
Vicatus fluuius	24, 19
Vigilantius presbyter Hispanus	699, 27
in sanctorum reliquias debacchatus 531, 22	
Villa Franca, vrbs 19, 45. Eius conditor 52, 44, 54, 4	
Villa Francae quadringenti oppidani ob caedem nobilis cuiusdam interfecti 908, 31	
Ville alba obsidio	280, 52
Ville noua fontis natura	749, 20
Villena capitur	1120, 44
Vimaranus Alfonsi Catholici F. a fratre interfectus	201, 55
Vincentius Theologus Valentinus	730, 29, 803, 1
Vincentii martyrium	785, 10
Vindictae detestatio	327, 12
Vina Hispaniae praestantiora	744, 54
Vir fluuius	24, 18
Virgi situs	507, 54
Viri praelari Hispaniae	1242, 30
Viriatus Lusitanus, Hispaniae dux, Romanos sepius	

I N H I S T. H I S P A N.

Sapius profugauit 92, 45, 474, 23, 27, 690, 20. suorum insidiis interfectus 93, 15, 475, 20	
Virtus Iulia	691, 13
Viseum a Ferdinando I. occupatur	232, 41
Visenfis episcopatus	499, 27
Visigothi 303, 3. quare Vesegothi.	
Vitellius Imperator	693, 27
Vitericus, vide Vitericus.	
Vitiæ Gothorum rex 189, 4, 325, 8, 574, 43, 54, 634, 34, 667, 8, 708, 25. Fasilam occidit 574, 47. Theodofredum excecat 575, 4. Hispania oppida muris nudat & armorum vsum tollit 189, 54, 575, 21. ecclesiarum priuilegia violat 575, 32. oculis & regno priuatur 190, 31, 575, 47	
Vitiæ dicta quaedam suo autore digna 325, 7, 33. effrenis impudicitia 189, 37, 325, 19, 575, 10. scelera & fraudes 189, 13, 34, 190, 20. filij cum Arabibus contra Rodericum regem pugnantes, demum a Muzâ interfecti 192, 33, 200, 54. obitus 190, 35. Pont. & Imp. tum qui fuerint 325, 38, 635, 2	
Viuacitatis exempla	465, 9, 16
Vidila episcopus regi insidiatur	557, 36
Vlid Miramolinus	584, 25
Vlisbona, antiquis Scalabus 13, 9, 27, 40, 755, 5	
Vlisbonensi metropoli qua subdita ecclesia 8, 26	
Vlit Arabum rex	575, 29
Villa cines Caesari se dedunt	126, 50
Vlphilas Gothorum episcopus & Gothicarum literarum inuentor	528, 32
Vlus sive Siculus Hispaniae rex	462, 24
Vlyses in Hispaniam	685, 32
Vnicus, poeta Hispanus	512, 19
Voalamber Hunnorum rex	139, 53
Voconius Victor poeta	516, 46
Votum D. Iacobo soluitur	591, 14
Votus Caesar Augustanus eques	822, 30
Vrbanus Toletanus episcopus 191, 53, 576, 20. libros sacros & sanctorum reliquias Toletum in Asturias transfert 199, 45	
Vrbani II. Pontificis bulla	827, 30
Vrbes Hispaniae qua nomina mutarunt 24, 51.	
qua quondam florentissima, nunc deleta 30, 1. qua a quibus acquisita 204, 40	
Vrci oppidum	499, 29
Vrcitanus episcopatus	499, 29
Vrgelli conditor	153, 53
Vrgellianus episcopatus	499, 33
Vrraca Alfonsi VI. filia, Castella regina 650, 14. Alfonso Aragoniae regi nuptum datur 246, 30. Castellanos in maritum concitat 248, 11, 20. Eius impudicitia 353, 49. irreuerentia erga sacra & poena 354, 14, 22	
Vrsonianum ad fundum pastri martyres 522, 40	
Vxama oppidum 497, 27. Os ouium dictum 757, 21	
Wallia, vide Valia.	
Wamba, vide Bamba.	
Xanthippæ frons Pauli aureis literis perscripta apparet	510, 11
Xatua oppidum	498, 26, 691, 45
Xeres oppidum	25, 36
Xiffrens Barcinone Comes	836, 1
Xacynthus Hercules comes	685, 21
Zahara oppidum a Mauris capitur 975, 1, 1170, 45. Gaditani Marchionis industria recipitur 1197, 27	
Zamolxes Gothorum philosophus	157, 27
Zamora quae hodie sit	477, 30
Zamore nomen & etymon 209, 40, 595, 25. obsessio 237, 17. instauratio 595, 24	
Zamorani pontis & vrbs praeter arcem deditio 1126, 46. arcis obsessio continuata 1132, 7. tandem arx capitur 1142, 49	
Zamorensis episcopatus	501, 34
Zatus Barcinonensis praefectus	711, 48
Zenon Romanorum Imperator Theodorico Ostrogothorum regi Italiam tradit 135, 51	
Zenitha Gothorum philosophus	157, 27
Zoilus martyr Cordubensis	791, 31
Zoili martyris corpus inuentum	561, 7
Zuleima Arabum rex	582, 14
Zuleima cum Abdalia in Hispaniam transit 589, 20	
Zulema Arabum Miramolinus	606, 40
Zuritanum castellum	760, 30

INDICIS IN HISTORIAS HISPANICAS FINIS.

Errata sic corrige.

Pag. 619, versu 14, lege *Atyra*, ex Orofili lib. 2, cap. 8. P. 633, v. 29, *Eringidium*, aut rectius, *Eringium*. P. 649, v. 3, *Hac*. P. 690, v. 3, legitur *iaclauerunt: nam*, prout erat in libro quo sumus vsi: sed particula causalis aliquid deesse subindicat. Proinde ea quæ in Antverpiensi exemplari reperiebamus, addenda sunt, vt hoc pacto legatur, *iaclauerunt, ne hostis illo potiretur: in quem ignem multi etiam ciuium se miserunt: nam*. P. 778, v. 7, vide vtrum rectius, *potior* an *fortior*. P. 824, v. 2, *in signibus*. P. 899, v. 39, *Ioannis*. P. 1001, v. 16, *regiones trans Euphratem & Tigrim sitas, provincias fecit*. Sic enim est apud Orofium. P. 1230, v. 33, *sepplex*. Leuiores si quæ sunt, quiuis facile emendauerit.

FRANCOVRTI AD MOENVM
EXCVDEBAT ANDREAS WECHELVS,
ANNO SALVTIS M D LXXIX.



